William Borrer.

Bibliothecae Lowndianae . B 947.

D. ALBERTI HALLER
Archiatri Regii & Electoralis, Med. Anat. Chir. Bot. P. P. O.
Soc. Reg. Angl. & Suec. Sod.

ENUMERATIO METHODICA STIRPIUM HELVETIAE INDIGENARUM.

QUA OMNIUM BREVIS DESCRIPTIO ET SYNONYMIA
COMPENDIUM VIRIUM MEDICARUM
DUBIARUM DECLARATIO
NOVARUM ET RARIORUM
VBERIOR HISTORIA ET ICONES CONTINENTUR.

TOMUS I.

Huber pinxc. *fecit G.D. Heuman Acad Götting Sculptor.*

Aeternae glacies & inhospita culmina METTI
Vos non Flora sinet, non optatissima rerum
Libertas, animis unquam decedere nostris.

GOTTINGAE
EX OFFICINA ACADEMICA ABRAMI VANDENHOEK.
MDCCXLII.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

1831
DUPLICATE
FOR SALE

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SERENISSIMO PRINCIPI

FREDERICO

WALLIAE PRINCIPI

REGNORVM MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE
ET ELECTORATUS BRUNSUICO-LUNEBURGENSIS HEREDI.

Primi mortalium Britanni, loquacis & ſterilis ſcholarum ſectae pertaeſi, ex ipſa natura veriorem rerum cognitionem eruerunt. Primus VERVLAMIVS *leges dedit indagandae* NATVRAE, *primus exemplo praeivit, primus votis concepit ſocietatem, cui unicus labor eſſet experiendi.*

Vota VIRI *ſuperavit poſteritas. Nata eſt, & floret in Britannia paulo ſeculo junior illa ſocietas, cujus ideam meditatus erat* PARENS MELIORIS PHILOSOPHIAE. *Geometria, Algebra, Mechanica, Chemia, experimenta difficillima & impendioſiſſima, conſpiraverunt in reſtaurationem Phyſices. Dedit orbi* NEWTONUM *Providentia, qui doceret, quantum humanum ingenium poſſet in inveniendo, & limites figeret, ultra quos nihil poſteris ſperandum eſſet.*

Advenerunt felicia tempora, quibus principes viri nati ſunt, illorum honorum pertaeſi, quos in indi-

gnos

gnos homines non raro Fortuna prodigit, & altioris gloriae avidi. Caeleſtes animae PATRIAE *ſalutem promovendam,* VERITATIS *regnum extendendum vitae laborumque finem ſibi poſuerunt.*

TV *ipſe amor & deliciae gentis perſpicaciſſimae & difficillimae, quem propriae virtutes magis, quam ſplendor natalium, quam exſpectata regna venerabilem reddunt civibus,* TV *ipſe auguſtum nomen dediſti illuſtri ſocietati Anglorum, quae naturam in ipſa natura quaerit.* TV *miracula phyſices illuſtriſſimus teſtis cominus admiratus es, & experimentis oculos conceſſiſti vilibus, & mechanicis, ſed quae ſola viam ad veritatem aperiunt.*

Haec TVA *in bonas artes benignitas mihi cauſa eſt audaciae: haec fecit ut animos ſumerem, & ex his terris,* TVI *amore & admiratione pleniſſimis, ſacro* TVO NOMINI *librum inſcriberem, in quo pars aliqua Naturae explicatur, innocentiſſime amabilis, ultimum ſolatium Heroum, quos aliquando gloriae laborumque capit faſtidium.*

Propitius ſuſcipe humile donum, ea enim offerre mihi neceſſe eſt, qualia mea conditio permittit. Quae TVIS *virtutibus debentur,* DEVS *ipſe praeſtat, latiſſime patentia regna, populorumque Tuorum certiſſimum amorem.*

Ita porro GEORGIVM *terrae marisque arbitrum, libertatis publicae & aequitatis unicum Patronum, in reparanda Europae ſecuritate laborantem,* DEVS *eventuum diſpenſator adjuvet. Ita* TE *olim, poſt ſera fata magni parentis, beata patria felicitatis publicae auctorem grata multis veneretur annis. In* GEORGIA AVGVSTA *Cheruscorum die XX. Julii* 1742.

)o(

PRAEFATIO.

1. HELVETIA tota modicae amplitudinis regio eſt, A meridie ad Septentrionem ad duos fere gradus extenditur, ut incipiat a 46 gradu, neque ad 48 plenum perveniat. Longitudo fere eadem eſt, graduum nempe quatuor.

2. Mitiſſimum coelum promittit temperatiſſima, qua comprehenditur, Zona. Sed aſperiorem reddunt plerisque locis altiſſimi & frequentiſſimi montes, a quibus praecipue ingenium ſoli & fertilitas definitur.

3. Duae ſunt montium quaſi catenae, quibus tota Helvetia continetur; illa ad ſeptentrionem & occaſum, obiecta Galliae, haec ad Meridiem & Orientem, Italis & Tyrolenſi comitatui finitima.

4. Minor eſt & humilior *Jura*, qui ab *Arolae* cum *Rheno* confluxu, ad occaſum & meridiem vergit, continuo tractu, ad quinquaginta fere leucas. Origo & finis anguſtiores ſunt, & fere ſolitaria juga: medius Jura dilatatur, & varias in valles multiplicatis collium catenis diducitur, quarum pars magna a *Rauracis* habitatur, alia ad *Neocomenſes* pertinet, maxime occidentalis ad *Bernenſes*, & *Burgundos*. In univerſum modica altitudine eſt, ut altiora juga ad bis mille fere pedes eleventur. In longa praeterea dorſa, continua, & ſaepe longiſſime plana exporrigitur, diverſiſſimo ab alpibus ingenio. Deinde fere ex terra adgeritur, paucioribus ſcopulis interjectis, neque longe porrectis, neque perinde abruptis. Inaquoſus idem eſt, & aridus, ut magna pars paſtorum ex ciſternis armenta potet, exiguos etiam rivos educit, flumen nullum, cum *Tela*, maximus ex amnibus, quos *Jura* gignit, modica omnino ſit Arolae acceſſio.

5. Sed longe vaſtiores ſunt Alpium tractus. Hae ab ipſo Rhodani in Lacum *Lemanum* influxu, longiſſime ad orientem exporrectae, *Valeſios*, deinde *Rhaetos*, ab *Italis* dividunt. Et in initio quidem unam praecipuam vallem *Valeſiorum* duo dorſa alpium intercipiunt mediam, ad orientem pene recta exporrecta, quae praeterea & ad auſtrum & ad ſeptentrionem minores montium catenas tanquam ramos educunt. Ex *Gothardo* vero M. & *Furca* diſpergunt ur in ambitum, tanquam ex centro, altiſſimae alpes, & alio tractu *Urios* hinc a *Bernatibus*, inde a *Glaronenſibus* ſeparant; alio, eoque duplici ad *Rhaetos* abeunt, fontes Rheni ex tribus fere parallelis vallibus ſcaturientes, totidem ex dorſis edituri: alio *Lepontiam* vallem ad *Italiam* deducunt. Quae magis ad orientem ponitur *Rhaetia*, tota eſt inordinata quaedam congeries altiſſimorum montium, quos nullo ſermone facile comprehendas.

6. Alpium in univerſum ſimilis natura eſt, ſcopuloſae nempe pyramides, profundis vallibus & hiatibus diſtinctae, multiplici ſerie longe protenduntur, & nullibi in plana aliqua, aut continua dorſa miteſcunt. Meras in altiſſimis jugis nigrorum & quaſi putrefactorum lapidum pultes reperi, quas *Gufer* vocant noſtri. Deinde nudi & perpetuis nivibus incani ſequuntur ſcopuli, in horridiſſima praecipitia abrupti, quorum imae demum radices ſylveſcunt. Ex omnibus rupium hiatibus & valleculis innumerabiles torrentes deſcendunt, egeni hyeme & terra nivibus tecta, copioſi iidem aeſtivo coelo, tum ſudo, tum poſt tempeſtates & imbres, quibus ſummorum ſcopulorum nives liqueſcunt. Infinita haec aquarum vis fere omnis in Rhenum colligitur Pars tamen orientalium rivorum ad *Oenum* & *Danubium* deſcendit, & meridionales aut *Pa-*

dum influunt, aut *Rhodanum*. Omnis autem alpium terra humida eſt, nigra, uliginoſa, quum nubes & nebulas & pluvias & nives pene perpetuas experiatur, & rariſſimae ibi ſint ſerenitates. Altitudo alpium varia eſt, ſed Barometrum in *Jugo* M. ad 19.'' 2.''' tigurinos deſcendit, minime altiſſimo, ut neutiquam dubitandum ſit, facile ad 10000. pedes ſupra mare plurimos altiores vertices erigi, quos initio a planiori Helvetia facto, vix altera die adtingas, conſcendas vero, quantum novi, nullibi. Ubique enim ſumma juga inacceſſos in conos exacuuntur: viae fere valles, & torrentibus deſtinatos hiatus ſequuntur. Non fideliter autem D. la PLANTADE (1) in commentariis Monspelienſibus experimentis SCHEVCHZERI utitur, ut demonſtret Pyrenaeas Alpes, noſtris altiores eſſe. Summum nempe verticem *Canigou* cum *Gothardi* ſede comparat, in qua coenobium eſt, alpina nempe valle, & altioribus cincta ſcopulis, & multum *Furca* humiliore, ut de altisſimis montium *Schrekhorn*, *Stellae*. *M. Maudit* verticibus ſileam, qui, ſi oculo fidendum, facile bis mille pedibus *Gothardiana* planitie altius elevantur.

7. Ab alpibus undique in *Helvetiam* juga deſcendunt, nivoſa, ubi oriuntur, & ſcopuloſa, quae tamen eundo miteſcunt, herbida, humiliora, colles tandem fiunt & aratrum patiuntur. Hanc degenerationem in longa montium ſerie videre eſt, quae ex *Gothardo* ad latus orientale vallis *Haſli*, & lacus *Brienzenſis* & *Thunenſis* deſcendit, Bernam, jam valde depreſſa, tranſit, & cis Arolam apud Solodorenſes in planitiem degenerat. Et Helvetia quidem parte magna fit vallibus, hinc inter Alpes, alpiumque propagines, inde inter Jurae ramos relictis: partim una magna valle, quae media Juram inter & Alpes jacet. Nempe inter ultimos *Alpium* proceſſus, & *Juram*, modo dimidii gradus, modo integri diſtantia eſt, et planior quaedam, ſed inaequabilis vallis, beatior eadem, & foecundior, quae a *Lemano* lacu ad *Podamicum* porrecta, ad *Bernates*, deinde ad *Tigurinos*, & *Turgoviam* pertinet.

8. Valles inter Alpes poſitae diverſiſſima temperie coeli gaudent. Altiores aliquae omni ſpe Cereris & lignis denique ipſis deſtitutae, paſcuis ſolis incolas alunt, breviſſimae aeſtati, longaeque adſuetos hyemi. Talis *Urſerana* eſt, & Rhaetorum pleraeque, *Sexamnienſis*, *Rheinwald* &c. Aliae depreſſiores, ſi inprimis molliora juga ad meridiem, altiſſima ad ſeptentrionem poſita habent, tantis ardent coeli aeſtubus, ut tota Zona diſtare videantur. In *Valeſia* certe intolerabiles ardores ipſe paſſus ſum, quos, ne dementent pueros, fugere coguntur incolae, & in altis ſylvis frigora aeſtiva captare, ut *Sedunum* fere nudum incolis reperias, & ipſe Epiſcopus in altiſſima quaedam paſcua ſe recipiat. Talem *vallem Tellinam* eſſe, aut calidiorem, audio, & comitatum *Clavennenſem*, & transalpinam Helvetiam: neque diſſimilis eſt natura *Aquilegienſis* & *Vaudenſis* Bernatium Praefecturae. A vinorum enim robore fere indicium ſumitur, quae Vallis *Tellina* generoſiſſima producit, validiſſima ager *Octodurenſis* (*Martinach*), vehementia etiam *Vaudenſis* diſtrictus, ſuaviſſima *Yvornenſis* & aliqua pars orae lacus *Lemani*.

9. Mediocris eſt planioris Helvetiae conditio. Qui Jurae, aut alpibus propiores ſunt, lapidoſos agros, aſperam terram & ſylvoſam colunt laborioſi. Alii, ab vtrisque remotiores, aut certe Jurae ſubjecti, proxime ad ſeptentrionem ſuppoſito, foecundam terram, et beatum coelum experiuntur. Notum eſt, TAVERNERIO, poſtquam orbem obiverat, nihil pulchrius viſum eſſe delicioſis finitimis *Lemano* loco collibus, aut beatius ſua *Albona*. Paulo eſt minor laus *Solodurenſis* & *Tigurini* & *Turgovienſis* agri, ſed feraces tamen omnes, & melioris Ger-

(1) *Memoir. de l' Acad. des Scienc. de Monsp.* a. 1732.

Germaniae ſimiles ſunt, Zeae proventu & Iuglandum, & vini, etſi aquoſioris, ubere copia dotati.

10. Plantas aequum eſt ſequi adeo diverſas terrarum indoles, & in eo ponitur ſumma in producendis ſtirpibus Helvetiae felicitas, quod & calidioris Galliae plantas, & Germanicas fere omnes, & *Laponicas* demum & *Spizbergicas*, ſaepe intra brevisſimum ſpacium producat. Eadem certe die licebit alpinas v. g. *Biſlortas*, & *Saxifragias* carpere, quas MARTENS ad rivos SPIZBERGIAE lectas depingit, & *Xeranthemum*, *luteum Millefolium*, *Ephedram*, *Ononidem luteam* COLVMNAE, aliaque beatioris Galliae ornamenta. Qui *Berna Grimſulam* petunt, Caſtaneas relinquunt circa *Oberhofen* Vites paulo ſuperius ad *Merligen*, Juglandes *Meiringae*, Fagos & Quercus cis *Gutendannen*, Abietes cis *Handek*, Larices paulo ſuperius, Pinaſtros deinde, tum Chamaerhododendra & Vaccinia eos deſerent, & maligniora ſequentur ovium paſcua, inde rupes & plantulae dodrantales, tandem Salices orbiculato folio non integram unciam altae, et Ranunculus calyce villoſo Felicis Plateri plantarum diſtrictum claudent, ſupra quem nives ſequuntur, et comminutae in atrum madidumque pulverem petrae. Tantam mutationem, non ut in ſeptentrione, longa ſeries provinciarum adfert, ſed ſeptendecim leucarum iter; multo brevius futurum, ſi Seduno profectus, montem *Sanetſch* conſcenderis, cujus culmen ſeptem omnino leucis Seduno diſtat.

11. Adde quod umbroſa montium acclivitas, ſylvaeque diverſiſſimarum arborum, infinitam vim ſuppeditent muſcorum & fungorum, paſcua vero non alibi lautiora, graminum indicibilem varietatem: ducentas enim & viginti ſpecies hic ipſe liber enumerat. Solae fere Helvetiae deſunt aut nimis calidae plantae, neque enim Thymum v.g. aut Lavandulam, aut Rorem marinum ſponte naſcentem legi, etſi de Hyſſopo adfirmet C. GESNERVS, aut, ſi omnino deſunt, plantae *arvenſes planis regionibus familiares*, aut paluſtres putris ſoli incolae, vltimo ſeptentrionali peculiares, aut maritimae.

12. In univerſum Alpes plurimas plantas ſibi proprias habent, quingentas circiter, humiles omnes, perennes plerasque, acres, & odoratas, & colore frequenter albo. Earum aliquae, ſed pauciores, *Juram* habitant, propriae vero non multae. Vulgatiores ſtirpes ad veras Alpes vix adſcendunt, ut ſupra *Waſen* Uriorum vix niſi rariores ſtirpes legerim. Calidae inde valles, dictae ad 8. rariores plantas plurimas habent, alias etiam colles ſcopuloſi, & vineae, quae lacubus frequentes imminent. Reliqua Helvetia a Germaniae provinciis minus differt. Genevenſis tamen & Vaudenſis ager partim calidiores Rhenanas provincias imitatur, partim ſuperat aeſtubus, & plantarum pulchritudine. Tigurinus ager & Podamici lacus vicinia Sueviae propior eſt. Nuitonia, & ſubalpini pagi, duriores, de alpium indole aliquid retinent, & de ſeptentrionalibus Germaniae regionibus.

13. Tanta cum ſit ſoli Helvetici in fundendis ſtirpibus benignitas, nullo fe tempore defuerunt, qui capti hiſce deliciis, in cognitione plantarum excelluerint.

14. OTHO BRVNFELSIVS poſt annum 1530. Poliater civitatis meae patriae, primus toterabiles plantarum icones propoſuit, ſaepe fideles omnino, & quas ſuas fecerit FVCHSIVS. Sed ultra vulgatiores, & officinis cognitas, vix progreſſus, tempus male poſuit in compilandis ſcriptoribus, quo tempore vix ullus fuit, qui mereretur conpilari.

15. De IOHANNE FRICCIO avunculo magno CONR. GESNERI nihil invenio, niſi quod ſtirpes amauerit, & hortulum coluerit. (2)

16. Io-

(2) GESNER *Praef. ad Ind. quadrip.*

16. IOHANNES RHELLICANVS primus ex hominum memoria alpes petiit, *rei* naturalis aliquo ductus amore. Ibi Gentianam & Orchidem flore nigro vidit,& in carmine ſuo deſcripſit anno 1536.

17. HIERONYMVS TRAGVS aliquam Rhaetiae partem adtigit, quod adparet ex iis verbis, quae de Cyclamine profert p. 905. editionis KYBERIANAE.

18. Sed, uti in omni fere ſcientiarum humanarum ambitu, ita in Botanicis maxime eminuit CONRADI GESNERI induſtria. Non licuit adeo felici eſſe, ut omnia addiſcerem huius Viri itinera, vita enim SIMLERIANA breviſſima eſt. Id certum eſt, *Lauſannae* (3), *Badae*, (4) *Tiguri*, plantas collegiſſe ita cupide, ut etiam provectior aetate, & debili corpuſculo nataverit (5) in lacu, quo aquaticas aliquas captaret. Verum & *Glaronae* & alibi fuiſſe videtur ſtirpium cauſa, qui a. 1543. decreverit quotannis unum ad minimum montem conſcendere: in Praef. ad l. de *lactariis operibus*; eodemque propoſito ſe ſtetiſſe, ſingulisque vel alternis annis montem aliquem adiiſſe teſtetur in Praef. *deſcr. M. Fracti* a. 1555. editae. Alio tempore *Venetias* profectus *Spelugam* M. videtur ſuperaſſe. *Fractum* montem a. 1555. adiit Alio denuo itinere, ſocio I. BAVHINO, *Weſam*, *Curiam*, acidulas *Mauritianas*, *Clavennam*, vallem *Tellinam* & *Burmium* [6] petiit, & M. *Braulium* peragravit, aliquos etiam vel tunc, vel priori itinere, montes Helvetiae transalpinae videtur adiiſſe (6*). Deinde ope amicorum ARETII & PIPERINI Bernatium, I. FABRICII & PONTISELLAE Rhaetorum, CASPARI COLLINI Valleſii, THADDAEI DVNI Locarnenſis, THEODORI ZWINGERI Baſileenſis, aliorumque minus celebrium, ex maiori parte Helvetiae ſtirpes conquiſivit elegantiores. Quanta vero cum induſtria in augenda ſua plantarum collectione ſit verſatus, ex *addendis* ad *l.* de *hortis Germaniae* maxime videre eſt, in quibus rariſſimas plantas in itinere Rhaetico lectas deſcribit, Caryophyllatam apii folio, Ranunculum gramineo folio albo flore, Pulſatillam luteam & plusculas alias. Quam feliciter etiam vera fundamenta (7) Botanicae artis ſapiens perſpexerit, ex iconibus videre eſt, quas paraverat (8) quidem 1500. mille autem, aut pauciores, in ſuam *epitomen* transtulit CAMERARIVS [9]. Utinam liceret aliquando reconditum illum, & ex omni antiquitate prudente induſtria collectum theſaurum ſtirpium, qui nunc *Noribergae* latet, meo, quocunque labore vindicare Patriae. Vires etiam ſtirpium fideliſſime propoſuit, ipſe in canibus, aegris & ſe ipſo experimenta fecit plurima *Epiſt.* p. 71. *b.* & p. 57. etiam in venenatis plantis, dehortantibus fruſtra amicis, non absque inſigni emolumento ſuo. Valentibus enim medicamentis, arteriotome, Veratro &c. fortiter uſus felicem Praxin exercuit, morbosque vulgo pene depoſitos ſuperavit. [10]

19. BENEDICTVS ARETIVS eodem cum GESNERO tempore floruit, Theologus equidem, ſed qui, plantarum cauſa, altiſſimos montes conſcenderit, & in horto ſuo pulchriores non paucas aluerit. Hic vir in *Neſſo* & *Stockhornio*

(3) ubi Graecas literas docuit (*Vid. ſimlerianae* p. 5. 6.)
(4) anno 1560. Epiſt. ad I. B. p. 88.
(5) Anno 1563. Epiſt. I. B. p. 118.
(6) anno 1561. Epiſt. p. 102. b.
(6*) *Epiſt.* p. 133. b.
(7) Semen nempe cum flore de induſtria quaſi anatomice diſſectum addebat iconibus *Epiſt.* p. 102. *b.* Ab iis notis edoctus, primus vidit, characterum conſenſu fieri, ut pleraeque plantae non ſingulae genera efficiant, ſed cum aliis congeneribus in familiam coaleſcant, exemplo Gentianae p. 39. *b.*
(8) Perfectum erat magnum opus Botanicum, ut formam ſolam addendam haberet, non materiam, die 27. Aug. 1565. Epiſt. ad *Kentmann.* ult.
(9) Qui una cum bibliotheca *Wolffiana* herbarium opus *Geſneri* coemerat &, cum *Wolffius* non ſtetiſſet promiſſis, edendum ſuſceperat *Epiſt.* CRAT. l. *III.* 263.
(10) *Simler* in vit.

hornio Bernatum montibus fere quadraginta ſtirpes primus [11] detexit, quas breviſſime indicavit, ſed ita tamen, ut adgnoſcere queas.

20. CHRISTOPHORVS PIPERINVS non ex montibus ſolum circa *Sigriswyl* [12], ſed ex vallis *Simmiae* etiam alpibus plantas rariores in hortum ſuum transtulit, uti ex M. S. ad CORDI hiſtoriam notis didici, quae exemplari Bibliothecae Baſilienſis adſcriptae ſunt.

21. CASPARVS COLLINVS Pharmacopola Sedunenſis, qui ad GESNERVM Thoram, [13] & alias raras plantas miſit, non aliam ſui memoriam reliquit. IOH. FABRICII brevis exſtat catalogus ſtirpium M. *Galandae*, & frequens in Epiſtolis GESNERI mentio. IOSIAS SIMLERVS, quem CLVSIVS & exteri citare ſolent, in opusculo *de alpibus* unice ARETIVM de *Neſſo* & GESNERI plantas *Pilati* M. exſcripſit. PETRVS ANDREAS MATTHIOLVS aliquam partem *Vallis Tellinae* vidiſſe videtur, (14) niſi, uti pleraque per alios vidit.

22. IOHANNES BAVHINVS, FVCHSII & GESNERI diſcipulus, a prima juventute ad ultimum ſenium in plantis vitam conſumſit. Alpes Rhaeticas, & Vallem Tellinam comite GESNERO inviſit a. 1561. Neque longo poſt tempore, iter in Italiam fecit per Gotthardum [15] M. Pataviumque & Venetias petiit, in Helvetiam vero rediit a. 1563. [16]. Ab eo tempore, ut Galliam Narbonenſem & Alſatiam omittam, Ebroduni, & Genevae, & Baſileae vixit, montes vicinos *Falconarium*, *Suchet*, *Thuiri*, *Saleva*, *Waſſerfall* &c. ſedulus adiit, finem vero laborum Montbelgardi fecit, in valle Jurae, quae Galliae propior eſt. Totis quinquaginta annis ſtirpium hiſtoriam elaboravit, GESNERI in prima juventute carus [17] aemulus. Stirpes plurimas [18] novas invenit, veterum monumenta magno judicio evolvit, confuſiſſima MATTHIOLI TABERNAEMONTANI & reliquorum hujus aetatis virorum ſcripta ſagax extricavit, & ſumma fide aliorum deſcriptiones a propriis ſeparavit, quas exactiſſimas dedit: Multiplicationem ſtirpium & varietates evitavit, vix ullam fruſtra repetiit, niſi forte alienam deſcriptionem, non ſatis adgnitam, aliquando praeter propriam adduxit. Dubias ſtirpes THALIANAS, CAESALPINIANAS &c. pro dubiis repetiit, neque unquam eosdem colores incertis plantis dedit, quos in veris ſtirpibus adhibuit. Ergo non temere promiſerunt Editores illi Caldoriani [19], nondum ſimile opus adparuiſſe, vix poſteros ſimile viſuros unquam. Sed in eo peccarunt boni viri, quod neglecta pulcherrima volumina deturpanda reliquerint ignaro & ingratiſſimo mortalium CHABRAEO. [20]

23. CAROLVS CLVSIVS Helvetiam adtigit, ſed nihil quidquam ad hiſtoriam ſtirpium noſtrarum contulit, praeter dubium illum & incertum *Aſtragalum Helveticum*, Princeps tamen omnino nobis Auctor eſt, qui longe plurimas alpina-

(11) a. 1556. adeoque ante *Cluſium*, & *Geſneri hortorum Germaniae* deſcriptionem. Sed ipſo a. 1551. botanicum commercium cum *Geſnero* orſus, hanc laudem maximam meruit „ ſolum eſſe *Aretium*, a quo in ſtirpium ſtudio aliquid dicere poſſit *Epiſt.* p. 118. *b.*

(12) *Geſner* de hort Germ. p. 243. b. &c.

(13) *Geſner de Acon. I. Dioſc.* p. 5.

(14) p. 105. de Pinu *Cembro.*

(15) *Epiſt. ad Geſner.* p. 119.

(16) *Epiſt. Geſner* a *Wolfio* ed. p. 50.

(17) Liberaliſimi ingenii praeceptor hortabatur juvenem, ut nihil ſuum opus moratus, pergeret in elaboranda ſtirpium hiſtoria *Epiſt. ad I. B. p.* 158.

(18) Neſcio quomodo *Bobartus* non ultra 26 ſtirpes a inventas I. B. fuiſſe adfirmare ſit auſus *in praef. ad Moris.* In quatuor omnino libris XVII. XXI. XXII. & XXIX. proprias habet triginta ſtirpes, *Cherlerus* autem octodecim, cum praeterea vetuſtior *Cluſio* & *Lobelio* innumerabiles fere & alpinas & Narbonenſes & Italicas ſtirpes ante utrumque viderit, quas ſibi potuiſſet vindicare: *Cluſius* enim a. 1565. ex Hiſpania rediit, *Geſner epiſt.* p. 122.

(19) Anno 1619. in praefatione ad Prodromum operis I. B. & *Cherleri.*

20 Quanta fuerit hujus hominis inperitia, vel ex hoc ſolo argumento adparebit, quod transpoſitiones iconum, plerumque rudiſimas, in Sciagraphia ſua ita non minuerit, ut etiam multiplicaverit.

alpinarum noſtrarum in Stiriacis jugis lectas, breviter & ſimpliciter ſed, perſpicue & fideliter deſcripſerit & depinxerit.

24. MATTHIAS de L'OBEL, aut certe PETRVS PENA, in Helvetia aliquot rariores plantas legit. Nam quid ad PENAM, quid ad LOBELIVM pertineat obſervationum, cum mullibi operas diſtinguant, & in editione anglica adverſariorum LOBELIVS PENAE nomen omnino omittat, dici nequit. *Genevae* & in vicino monte *Saleva*, deinde in *Rhaetia* & circa *Clavennam* lecta deſcribuntur *Eryngium coeruleum capitulo Dipſaci*, *Myrrhis minor*, *Typha minor clava ovata duplici*, *Caryophyllata pentaphyllea* &c. Ad LOBELIVM etiam pertinent rariſſimae plantae Helveticae in PARKINSONI Theatro depictae, quas auctori ſuo vindicavit in illuſtrationibus G. HOW. v. g. *Bupleuri alpina ſpecies*, *Cherleria noſtra*, *Fragaria nana* &c.

25. Inter LVGDVNENSIVM ſtirpes nonnullae etiam novae Genevenſium montium incolae habentur: v. g. Orchis rotundus. An a I. B. acceperint, non dixerim. Teſtatur certe vir clariſſimus, ſe aliquamdiu Lugduni in perficienda ſtirpium hiſtoria elaboraſſe, multas etiam icones & plantas contribuiſſe, easque omnes etiam ad LOBELIVM perveniſſe [21].

26. FELIX PLATERVS anatomicis laboribus & practica felicitate quidem magis inclaruit, patrias tamen alpes Valeſias non ſine fructu adiit, uti pulcherrima ſtirpium collectio demonſtrat, quam vidi cum reliquis rei naturalis theſauris apud D. PASSAVANTIVM heredem Platerorum. In ea *Pedicularis meliloti odore*, *Ranunculus calyce villoſo* F. PLATERI & aliae rariſſimae ſtirpes continentur.

27. CASPARVS BAVHINVS, diſcipulus fratris, deinde aemulus, Helvetiae floram feliciſſime excoluit. Anno 1577. per *Fabarias Thermas*, *Spelugam* M. Italiam, Baldum M. Romamque petiit; idem anno 1579. in Gallia Narbonenſi ſtirpes legit pulcherrimas. Redux in patriam, & per quadraginta annos Profeſſor, agrum Baſilieenſem, montes *Waſſerfall*, *Muttenz* & *Crenzach*, tanta diligentia peragravit, ut celeberrima loca effecerit, quae nemo ante cum nominaverat. Sed lectione auctorum, & conpilandi laboribus, & commercio literario etiam magis inclaruit. Opus ampliſſimum molitus, plures tomos perfectos, & fideliſſimas, pro eo ſeculo, icones, magno numero ligno inciſas, moriens reliquit, quorum omnium, neſcio qua infelicitate, unicus tomus, & is ob materiae difficultatem inperfectior, lucem vidit. Magnum numerum novarum plantarum etiam primo Pinace propoſuit, graminum maxime, quorum pauca adhuc THALIVS, pauca LOBELIVS (nam *illuſtrationes* multis a CASPARI morte annis prodierunt) reliqui pene nulla deſcripſerant. Immortale opus Pinacis notiſſimum eſt, quo difficillime etiam nunc careremus. Id vitium maximum habuit, quod nomina ſtirpium ſibi nunquam viſarum ex auctoribus nulla dubii mentione facta, in Pinacem conjecerit, unde factum eſt, ut a pluribus ſcriptoribus acceptam eamdem ſtirpem diverſiſſimis nominibus repetierit: & ſaepe praeterea, ſi ipſe eam plantam ſiccam forte & imperfectam acceperat, & ſuo, & priori nomine citaverit pro duabus ſtirpibus. Neque exhauſit eos ipſos, quibus utebatur, libros: aliquas certe ARETII & GESNERI plantas in Pinace partim omnino praetermiſit, partim ad auctores ſuos minime retulit. Deinde multiplicandarum plantarum mira incitatus cupidine, ex *majori* & *minori* ſtatura, ex loco natali, aliisque nullius momenti *accidentibus* novas ſpecies fabricatus eſt, quas laborioſiſſime quaererent poſteri, neque invenirent.

28. IOHANNES HENRICVS CHERLERVS dignus ſocero gener, ex Gallia quidem

(21) Vol. II. p. 18. de *Erica Chryſanthema*. Sed ipſe *Dalech.* videtur montes Genevenſes ſalutaſſe p. 1152. & *Dolae* finitimos p. 1298. &c.

dem Narbonenſi magis, ſed ex *Genevenſi* tamen etiam & *Ebrodunenſi* agro, itinere *Gotthardiano*, non paucas plantas adtulit, tum raras, tum omnino novas.

29. Diſcipulos nactus eſt C. BAVHINVS non paucos, quorum opera divitias ſuas auxit. HAGENBACHIUS quidem Baſileenſis, Bernam, vallem *Lauterbrunn*, & *Grindelwald*, & interjectas alpes, petrasque, quas *Birſa* dividit, non absque fructu adiit. FLEISSERUS anno 1606. *Gemmium* & *Bernhardum* M. ſuperavit, rariſſimarum ſtirpium inventor, ut *Acetoſae alpinae rotundifoliae*, *Doronici helvetici humilis craſſis foliis*, *Abſinthii alpini incani*.

30. Celebrior eſt IOACHIMVS BVRSERVS, qui *Germaniam*, *Bohemiam*, *alpes Auſtriacas*, *Pyrenaicas*, & totam pene Europam ſtirpium cauſa obambulavit, & incomparabilem theſaurum propriis collegit laboribus, qui nunc Upſaliae conſervatur. Helvetiae partem magnam, *Badam*, *Fabarias thermas*, vallem *Diſentienſem*, *Gothardum*, *Gemmium*, *Valleſiae* beatos agros, *Bernhardi* M. & *Gletſcherberg*, & *Fractum*, & agrum Lucernatem, Genevenſem denique ditionem laborioſus obambulavit, Prodromum Bauhinianum plurimis novis ditavit ſtirpibus, quas etiam iis in locis legit, ubi anterior CLVSII induſtria meſſem fecerat. Exempla inventorum ſint *Scheuchzeria*, *Feſtuca junceo folio*, *Aſter aquaticus flore aureo* &c.

31. GAMALIEL A TVRRE (22) Bernenſis & STROBELBERGERVS in Gallia Narbonenſi, & iſte Genevae ſtirpes legerunt, ſed LOBELIVM quantum video, conpilat, additis etiam erroribus. De illo nihil ultra innotuit.

32. IOHANNES CASPARVS BAVHINVS CASPARI f. Botanica ſtudia non omnino neglexit, patrisque Theatri primam partem edidit poſthumam. Exſtat m. ſ. codex, cum *Paradiſi Helvetici* nomine, in quo pluſculas, etiam Patri indictas plantas, agri *Lucernenſis*, *thermarum Piperinarum*, M. *Lunae Rhaetiae*, alpiumque enumerat. HIERONYMVS BAVHINVS TABERNAEMONTANI opus edidit & auxit. Verum neuter ſtirpes Helveticas edito aliquo opere illuſtravit.

33. Sed magna acceſſio Florae Helveticae facta eſt per itinera IOHANNIS RAII, viri in legendis & enodandis plantis perinde felicis. Helvetiae primum partem Orientalem exiguam, *Baſileam*, *Scaphuſiam*, atque Rhaetiam peragravit anno 1663. anni aetate minus favente. Deinde anno 1664. per *Bufaloram Rhaetiae* M. *Glaronam*, *Tigurum*, *Bernam*, *Genevam* venit, atque Genevae per tres menſes aeſtivos ſedem fixit, & in eo agro, feliciſſimo, montibusque vicinis, *Saleva*, *Thuiri*, noſtroque *Dolaz*, magnam vim non rararum ſolum, ſed novarum ſaepe ſtirpium detexit (23). Huic adeo fideli & cauto auctori, plurimas plantas debeo, quas, cum ex calidiori Gallia haberem, etiam nobis indigenas eſſe ipſius fide refero. De ipſo Viro non judico. Vaſtiſſimam certe plantarum Europaearum notitiam, tum ex propriis laboribus, tum ex amicorum commercio adquiſivit, neque alius felicius uſus eſt commentariis aliorum ſcriptorum, atque deſcriptionibus.

34. Illuſtris GVILIELMVS SHERARD exiguum, ſed rarum catalogum Genevenſium plantarum, tamquam corollarium RAIANAE florae, addidit Synopſi ſtirpium extra Britanniam naſcentium (24), quo novae ſpecies pluſculae enumerantur.

35. IO.

(22) Apud *Strobelbergerum* in *deſcr. Gall.* p. 100.
(23) Vide *Topographical obſervations* variis locis.
(24) p. 398. 399. 400.

35. I. IACOBVS WAGNER nihil fere praeter nomina ex BAVHINIS excerpta & paradoxas quasdam ſtirpes habet, quas nemo ſponte in Helvetia naſcentes vidit, v. g. *Meliſſam citrariam.*

36. IOHANNES a MVRALTO indefeſſis laboribus famam meruit & opes. Primus in patriam anatomen introduxit, primus forte, obſtetriciam artem, primus a C. GESNERO in plantas patrias inquiſivit. Ex *Scaphuſino* inprimis agro, & *Toggicis* alpibus, & *Abbatiscellanis*, & *Gothardo* & *Lucumonio* M. Rhaetiae, quos adiverat ipſe (25), aliquot raras, neque ab alio in Helvetia viſas ſtirpes retulit, inſeruitque operi, ut *Galegam*, *Paeoniam*, *Polygonatum perfoliatum* &c. Id vicii habet, quod minus peritus Botanices incredibilia ſaepe nomina & aliena notioribus ſtirpibus inpoſuerit, ut non ubique fidum liceat ſequi ductorem,

37. THEODORVS ZWINGERVS locupletavit equidem herbarium VERZASCHAE, & Mutetum M. Baſileenſemque agrum cum ſtudioſis inviſit. Floram tamen nulla, quod norim, acceſſione adjuvit.

38. IACOBVS CONSTANT de REBEQVE, qui edito *atrio medicinae* Helveticae inclaruit, Lauſannae hortum ſtirpium rariorum non inornatum excoluit, ipſe in montibus Bernenſis ditionis, qui ad Juram ſpectant, *Dolae*que ſunt finitimi, tum & *Valeſiacis alpibus*, pulchras plantulas congeſſit, quas omnes mecum communicavit Cl. MARTINVS, Lauſanenſis Proſector, ad ſoc. liter. ab ACAD. PARIS. adlectus.

39. IOHANNES HENRICVS STAEHELINVS BENEDICTI pater, Profeſſor Baſileenſis, in agro patrio non paucas, & elegantes ſaepe ſtirpes, reperit, quas augendo Catalogo BAVHINIANO deſtinaverat. Plures filius addidit, quas utinam aliquando ederet, duplicaturas fere numerum BAVHINIANARVM. Ejus viri plantas ſiccas non abſque magna utilitate evolvendas conceſſit digniſſimus filius.

40. Infinita ſunt in Floram noſtram merita fratrum SCHEVCHZERORVM, qui neglectum fere in patria ſtirpium ſtudium difficillimis itineribus ſuſceptis reſtituerunt, & auxerunt. Et major quidem fratrum, tum aetate, tum fama, IOHANNES IACOBVS hiſtoriae & civilis & naturalis omnem ambitum avidiſſime conplexus eſt, plantas autem cum reliquis naturae curioſis phaenomenis in alpibus curioſe obſervavit, & ſpecies fere 360. in itineribus ſuis deſcripſit, quarum pleraeque non vulgares, non paucae omnino novae ſunt, aliquas etiam, ſed mediocri felicitate, depinxit. Nemo alius plures montes aut majorem Helvetiae tractum paragravit. Itinere nempe I. montem *Hacken*, alpes *Surenenſes* & M. *Joch* aliosque montes *Angelimontanae* valli conterminos, *Fractumque*. Itinere II. M. *Gunggels*, *Spelugam*, *Julium*, *Malojam*, *Septimum*, & *Segnes*, Rhaetiaeque partem maximam. It. III. *Fabarias* thermas. Quarto M. *Guppen*, *Freyberg Glaronenſium*, tum *Baerenboden* & *Fismatt*, qui ab hoc pago ad Urios ducunt, deinde *Gotthardum*, *Lucumonium*, *Criſpaltum*, *Furcam*, & *Gemmium*, altiſſimos omnes, longiſſimo itinere ſuperavit. Superiorem Valeſiam praeterea percurrit, *Glaronenſes* & *Urios* pagos & altiſſimas valles *Urſeranam*, *Lepontiam*, *Medullinam*, atque eam, ex qua *anterior Rhenus* profluit. Itinere V. M. *Fractum*, *Jugum* & pagi Bernenſis partem, *Neocomum*que & *Moratum*. Itinere VI. quo omnium rariſſimas ſtirpes legit, *Rhaetos* denuo adiit per *Spelugam*, *Bernardinum*, *Malojam*, *Albulam*que, altiſſima juga Rhaetorum. Itinere VII. M. *Brunig* & montes vallis *Grindelwald*, *Gemmium*, Valeſiam inferiorem agrumque *Aventicum* petiit. Adde, quod diſcipulorum ceter-

(25) in *praefat.* ad *Parad. Helvet.* editum a. 1710.

terva comitatus, non ſocios ſolum laboris, ſed poſtquam finitis ſtudiis ad ſuam quisque patriam rediit, ſedulos adjutores expertus ſit, qui quod quisque rarius inveniebat, cupide transmitterent. Itaque molitus eſt hiſtoriam ſtirpium Helveticarum, & programmate proprio in *Trans. Phil.* n. 421. indicavit eruditis. Scopus erat, alphabetico ordine ſtirpes diſponere „ addere vero icones FVCHSIANAS, quas, neſcio qua ratione, ſuas fecerat, cum Tubingae in auditorio publico aliquot formarum centuriae conſerventur, & alias proprias, opusque fraternum de graminibus, deſcriptionibus omiſſis. Sed intermortuus laboribus perfectum opus reliquit ineditum (26), tum chartas, tum duodecim ſtirpium volumina, quae apud fratris *Johannis* filium adſervantur. Si quidem judicium noſtrum addere licet, eo loco, ubi non bene omitteretur, exſpectari poterat in majori opere, poſterioribus curis emendato, aliquanto major in ſcriptorum eorumque nominibus judicandis labor, tum errorum quorundam correctio (27), tum meliores icones, quam quidem in editis habemus.

41. IOHANNES SCHEVCHZERVS cum hiſtoriae naturalis magnam partem aut omnino omiſerit, aut certe ſtirpibus minus caram habuerit, in iis quae molitus eſt, fratris labores accuratiori elaboratione vicit Adiit anno 1709. vallem *Sexamniam* Rhaetorum, atque in remotiſſima valle aeſtatis partem vixit. Tum montes petiit altiſſimos *Tſchiera*, *Aviculam*, *Surſees*, *Spelugam* (28). Idem alio itinere, ut videtur, Italiam adiit, & praeterea *Gotthardum* M. *Regium* Suitenſium, aliaque alpium juga inviſit. Princeps Viro ſcopus erat perficiendae hiſtoriae graminum. Edidit opus incredibilis laboris, deſcriptiones minutiſſimas, ordines novos ex intima fabrica erutos, icones tum characterum, tum plantarum optimas, neque ſimile certe opus in ulla alia parte botanices poſſidemus. Liceret tamen deſiderare tum aliquando majorem hiſtoriae Botanicae & ſynonymorum cognitionem, tum minus propenſum in multiplicandas ſpecies animum, quas ſaepe ex minutiſſimis, aliquando ex vagis neque veriſſimis notis ſeparavit. Deinde deſcriptionibus deeſt notarum copia, quibus quamvis plantam ab iis ſepares, quarum proxima eſt affinitas. Poſtquam enim non minimo labore totius claſſis deſcriptiones evolvi, ſaepe nihil quidquam certarum notarum inveni, ex quibus perſuaderer, plantas ipſas a ſe invicem differre, v. g. in triticeis, in claſſe illa miliacea p. 127. ſeqq. in paniculatis pratenſibus p. 177. ſeqq.

42. MAVRITIVS CAPPELER, ex cryſtallographia notus, catalogum ſtirpium M. *Fracti* condidit, quem a. 1728. abſolutum vidi: Sed nihil, quod noverim, edidit, uti neque Cl. ZELLWEGERI, in alpibus *Abbatiscellanis* lectae, ſtirpes innotuerunt.

43. Hos omnes, excepto ultimo, quos laudavi, viros mors nobis abſtulit. Qui ſequuntur, vivunt adhuc, & hoc opus ipſum ſuis adjuverunt laboribus. Primus omnino memorandus eſt BENEDICTVS STAEHELINVS, quem miraculum ingenii & eruditionis vocavit VAILLANTIVS (29), peritus judex, & minime blandus. Mira felicitate Vir clariſſimus a 24. retro annis in minutiſſimis Naturae operibus detegendis verſatus eſt. Fabricam anatomicam ſtirpium, tubas, elaſtra, microſcopio admoto pervidit ſagaciſſimus, plantas etiam infimi ordinis, Fungos & funginam gentem, maximo labore perſecutus, novis ditavit ſpeciebus, iconibus illuſtravit. In plantis demum majoribus ita elaboravit, ut magnum numerum indigenarum iis addiderit, quas CASPARVS BAV-

HI-

(26) Ad umbilicum enim perductum eſſe, in literis, paucis ante mortem diebus ad me datis, declaravit.

(27) v. g. ter repetitae, & alienis locis, cum corrupto charactere *Staheliniae*.

(28) Hujus itineris deſcriptionem Pariſinis academicis exhibuit, quam, magno certe cum detrimento rei herbariae, theſauro ſuo addixerunt.

(29) *Mem. de l'Acad.* 1719. p. 20.

HINVS tum ſuo, quadraginta annorum, labore, tum adjutoribus, quales dixi, in agro patrio monteque *Waſſerfall* detexerat. Itaque gratus adgnoſco, quod inſtructiſſimi horti ſicci perluſtrandi copiam mihi fecerit, quod plantas deſideratas plurimas rariſſimasque liberaliter donaverit, quod icones pene ducentas fungorum & muſcos montanos plurimos mecum communicaverit, & lubente animo moneo eos, qui opus meum legent, id ipſum amiciſſimi STAEHELINI humanitate & laboribus non una centuria ſtirpium ditius factum eſſe.

44. Collega STAEHELINI, & pariter amicus meus EMANVEL KOENIG non ſolum ſiccas ſtirpes, multas, & exoticas plerasque mihi donavit, ſed ex ſuis in agrum Baſileenſem, & in *Belchen* altiſſimum Alſatiae montem ſuſceptis itineribus, aliquot raras ſtirpes, interque eas novam *Aretiae* ſpeciem mecum communicavit.

45. IOHANNES GESNERVS Tigurinus ex magni CONRADI ſtirpe natus, mirabili ſtudio in prima juventute in plantas, & in alias hiſtoriae naturalis partes, quaſi avita incitatus gloria exarſit. Vix ſeptemdecim annos natus per *Albulam* Rhaeticam *Clavennam* iter molitus, per *Spelugam* M. & *Elmenſes* alpes *Rhaetis* & *Glaronenſibus* communes rediit in patriam, onuſtus pulcherrimis plantis, rariſſimo v. g. *Ranunculi* genere, praeterviſo nuperis *Rapunculo Bellidis folio* &c. Idem vicinos urbi ſuae agros, lacum *Felinum* & *Uetliacos* colles late populatus, ita dives plantis Belgas adiit, ut pene puer a BOERHAAVIO in familiaritatem receptus fuerit. Poſt iter Pariſinum Baſileam redux, ubi conjuncti audivimus IOHANNEM BERNOVLLIVM, magno mecum itinere Helvetiae partem occidentalem peragravit, quo montes *Baſileenſis* epiſcopatus, *Salevam*, *Gemmium*, *Jugum*que ſuperavimus. Deinde anno 1729. per *Glaronenſium* alpium maximam partem, iter fecit. Sequente anno 1731. alpes *Abbatiscellanas*, *Gamor* &c. rariſſimis ſtirpibus dives perluſtravit. Anno 1733. *Fractum* & *Regium* M. petiit. Anno 1735. cum valetudinis curandae gratia Thermis uteretur Valeſiis, montem glacialem, qui ad occidentem pago thermali adjacet, utut debilis ex morbo, conſcendit tamen. Idem anno fere 1732. cum primum muſcos & gramina legere cepiſſem (nam prioribus annis abſterruerat animum & legendarum, & enodandarum harum minutiorum ſtirpium difficultas) plurima minimarum plantarum ſpecimina dono mihi dedit: poſterioribus vero annis & nuperrime, deſideratas ſtirpes ad perficiendum opus meum eo liberalior conceſſit, quod ſolus mittere poterat. Ipſe molitus fuerat opus, quod nunc edo, cui facile par fuiſſet, deinde partitis viribus idem ſuſceperamus, donec fracta valetudo Eum ab anno 1735. fere ab omnibus botanicis laboribus ad literatum ocium depulerit.

46. IOHANNES ANTONIVS DIVERNOI in Neocomenſi comitatu, M. *Falconario*, *Chaſſeron*, *Tete de Rang* alibique, non exiguum numerum rariorum ſtirpium legit, quarum mihi copiam cum fecerit, nomina ſuis locis reperientur.

47. IOHANNES IACOBVS HVBERVS in hac ipſa Academia Med. P. poſtquam cum STAEHELINO & KONIGIO per agrum Beſileenſem ſtirpium cauſa frequenter excurrerat, anno vero 1731. mecum M. *Chaſſeral*, *Neunenen*, *Stokhorn* & *Gemmium*, & hunc montem iterato a. 1736. ſuperaverat, anno 1738. vaſtiſſimum iter perfecit, Gottinga enim profectus, per patriam Baſileam, *Rhaetos* petiit, montesque *Lunae*, *Albulam*, & *Malojam*, deinde viſo Mediolano *Gotthardum*, *Furcam*, *Grimſulam*que adiit, Bernaque ſalutata abſoluto per plerosque *Rhaetos* alpiumque Bernenſium partem itinere, in Germaniam rediit, rariſſimis plantis onuſtus, quae omnes in collectionem meam, & hoc ipſum opus tranſierunt.

48. Ad-

48. Adgnatus meus D. SALOMON SCHOLLIVS, itinerum meorum annis 1731. 1732. 1734. & 1739. ſuſceptorum ſuaviſſimus comes, ex M. *Chaſſeral Feuerſtein* & agro *Biennenſi* non paucas elegantiores ſtirpes miſit.

49. Ultimis annis innotuit mihi Cl. GAGNEBIN, Chirurgus in *Ferrariis* vallis *Erguel.* Indefeſſa vir iſte induſtria in Gallia calidiori, comitatu *Ruſcinonenſi, Pyrenaeis & Cottiis* alpibus plantas legit. In Helvetia vero alpes Bernenſes ſupra *Vibiſcum* poſitas, Juraeque tractum *Neocomenſem* omnem frequentibus itineribus percurrit. Huic viro 700. plantas, & inter eas deſideratas non paucas, novam etiam debeo *Pedicularem.*

50. Ego vero, cum in prima juventute a plantis omnino fuiſſem alienior, redux ex itineribus Germanico, Belgico, Britannico & Gallico, nulla ullibi ſtirpe conſervata, cum Baſileae ob audiendum IOHANNEM BERNOVLLIVM & diſcenda mathemata viverem, anno 1728. neſcio quo ardore, incitatus fere genio loci, quem BAVHINI habitaverant, & tunc colebat STAEHELINVS, cepi plantas legere, deſcribere, conpilare, tanta cum ſpe ſucceſſus, adhuc remotiſſimi, ut etiam tunc hoc, quod edo opus, molirer, quando vulgatiſſimas ſtirpes vix dum dignoſcebam. Baſileenſem ergo agrum percurri, deinde per vallem, quam *Birſa* alluit, montes ſupra *Bellelai* &*Pierre pertuis*, Biennam, inde legendo oras Jurae M. Lauſannam Genevamque petii, *Salevam* conſcendi, non feliciſſimo tamen labore. Porro viſis ſalſis fontibus *Bactiacenſibus*, divitem ſtirpibus Valeſiam relegi, *Gemmium* ſuperavi, *Jugum*que Anno 1730. cum valetudinis cauſa Thermis uterer *Weiſſenburgenſibus*, M. *Waach* & vicinos balneo ſcopulos perrepſi. Anno 1731. bis quidem M. *Chaſſeral*, bis *Gemmium*, tum M. *Neunenen*, & *Stokhorn* & paluſtria *Moratenſia:* anno vero 1732. vallem *Grindeliam* M. *Scheidek*, & *Rohtenhorn* conſcendi, deinde in villa agri *Ebrodunenſis* aliqua parte aeſtatis peracta, montem *Suchet*, & montes adii impoſitos valli *Juranae*, lacuique qui per ſubterraneos canales *Orbam* fl. generat. Anno 1733. *Neſſum* M. & *Gemmium* denuo, *Valeſiam inferiorem*, montes inter *Aquilegiam* vallemque *Sanenſem* poſitos, hanc demum & *Simmiam* vallem peragravi. A. 1734. M. *Chaſſeral* & agrum *Biennenſem:* A. 1736. M. *Hauenſtein* & *Waſſerfall*, montesque Baſileae finitimos, atque paluſtria *Michelfeldenſia*, deinde eodem anno denuo glaciales rupes M. *Grindelwald* & M. *Scheideck*, porro agrum *Aventicum* montesque *Dolaz*,& *Thuiri*, denique *Urienſem* vallem, M. *Gotthard*, *Furcam*, & *Grimſulam* obii. Anno 1739. cum alias ob cauſas patriam repetiiſſem, Montes *Emmiae* vallis *inferioris*, tum *Biennenſes* & *Falconarium*, tandem M. *Neunenen* repetito ſalutavi. Hercyniam vero ſylvam, & *Bructerum*, utcunque anologum humilioribus Helvetiae montibus a. 1738. & 1741. obambulavi.

51. Poſtquam enumeravi res geſtas virorum omnium, quotquot, quantum reſcivi, in Helvetiae plantis indagandis elaboraverunt, facile eſt definire, quanta pars laboris ſuperſit poſteris. Et alpes quidem, etſi affatim ſalutatae, nondum exhauſtae ſunt. Nam curſim fere, & incommode, a feſtinante in remota ſtabula viatore, tentantur potius, quam perleguntur. Inde factum, ut muſcorum & lichenum procul dubio immenſa vis in ſcopuloſa illa nimborum patria, in horridis ſylvis, uliginoſis vallibus riguisque petris lateat intacta, plantaeque non paucae, aut praetervisae ſint, aut characteribus neglectis ita deſcriptae, ut ad ſua genera redigi nequeant.

52. Deinde alpium magna pars, eaque niſi fallo ratis ſtirpibus ditior, intentata jacet. Ab ipſius I. B. temporibus tota ſeries alpium, quae vallem *Tellinam* a *Venetis*, & ea, quae eamdem vallem ab *Oeni* fontibus ſeparat, a ne-

mine eſt conſcenſa. Nemo alpes vidit, quae longiſſimo tractu *Valleſios* ab Italis dividunt, etſi ſtirpium *Burſerianarum* pulchritudine potuiſſemus ad eum laborem invitari. Helvetia transalpina, quae *Mediolanenſis* ducatus olim pars fuit, mitior & Italici ingenii, nova eſt, & a nemine praelibata. Vallis ipſa *Tellina* beataque Valleſia, pauciſſimis Botanicis peragratae, non iter merentur, ſed moram, & quietam ruſticationem. Ager *Aquilegienſis* ſimilia ſpondet, & ipſe novus. Ditiſſima vineis ora Lemani (*la Cote*), calidiſſimi & nudi ſcopuli vallis *la Vaux*, paludoſa *Ebrodunenſia*, *Moratenſia*, *Thurgovia*, Germaniae vicinior, celebris *Cytiſo Galega* & *Fraxinella Scaphuſia*, agri ſubalpini pagorum Pontificiorum, alpes vallem *Endlibuch* longe a Subſylvanis ſeparantes, ſcopuloſa juga, quae lacui quatuor civitatum circumjacent, vallis *Emmia* Bernenſium ſuperior, vallis *Kienthai*, pinguiſſimae paſcuis alpes quae a *Neſſo* ad Valeſiam adſcendunt, montes *Sanenſes*, & ſubjecti *Sanenſibus Gruyerini*, ex caſeorum bonitate famoſi, novae terrae ſunt, & magnam vim novarum civium promittunt Botanico, qui ſibi laborem ſuum commodaverit.

53. Adde quod fungi & quidquid eſt plantarum minutiorum hactenus Baſileae ſolum, Tiguri & Bernae ſint obſervati. Satis vero perſuaſum eſt rerum gnaris, quanta ſit harum claſſium ubertas, quae MICHELIO poſt tot magnorum virorum labores plus quam mille novas ſpecies ſubpeditaverit.

54. Denique rariores illae & exiguae plantulae, quas ignorant plerique Botanici, & VAILLANTIIS atque DILLENIIS Natura repoſuit, non paucas in Helvetia nondum lectas, adeo ſimilis, Germaniae cives non fruſtra auguror, etiam apud nos repertas ire. Multas STAEHELINVS detexit, aliquae aliorum induſtriam exſpectant, uti *Centunculus*, *Sedum tetrapetalon*. Imo & campeſtres aliquas ſtirpes, quae latiſſime in tota Germania vulgares ſunt, alicubi in ſegetibus Valeſiae latere non dubito, *Braſſicam perfoliatum*, *Caucalidem latifoliam*.

55. Manifeſto adeo & ingenue demonſtravi, me plenam & perfectam enumerationem ſtirpium Helveticarum minime promittere. Sed & aliae rationes ſuperſunt, quare etiam minus promittam. Veterum nempe obſcurae deſcriptiones, maxime in C. B. graminibus, faciunt, ut non paucas indigenas definire vix poſſibile ſit. Aliquae veterum ſtirpes in Helvetia lectae ab eorum tempore a nemine repertae ſunt. Aliae non penitus interciderunt, ſub meos tamen, quae mea infelicitas eſt, oculos venire quaſi recuſaverunt. Luſcioſus enim naturali vicio, multas procul dubio plantas praeterii, ad quas itinera mea me duxerunt. Alias ſiccas ab amicis accepi, neque characteres ſubtiliores, florumque conpoſitas figuras, expedire potui. Denique in univerſum ſemina alpinarum vix unquam legere licet, neque adeo accurate perſpicere, cum eo tempore matureſcant, ſi omnino matureſcunt, quo crebrae nives itinera intercipiunt, exeunte nempe auguſto M. & ſub initia ſeptembris.

56. Tantis difficultatibus inplicitus, deſpero de perfectione hujus catalogi. Veniam tamen exſpecto a lectoribus, poſtquam audiverint eam methodum, qua contra vicia mei operis eniſus ſum.

57. Omnium omnino ſtirpium, quas unquam legi, characteres naturales fuſe conſignavi, ea ipſa die, qua recentes decerpſi: Nullo methodi artificialis amore occupatus, numeros figurasque partium inivi, ad BOERHAAVII Praeceptoris mei imitationem, quo tempore ſtamina tubasque nemo in notarum dignitatem conſtituerat. Poſt aliquot annos ſcriptores botanicos, qui ad finem hujus praefationis adpoſiti ſunt, cum plantis meis contuli. Ab antiquiſſimis initium feci, BRVNFELSIO nempe, in nuperrimo opere Cl. GEOFROI

FROI finem feci. Veteres omisi, quorum descriptiones brevissimae, & stirpes ipsae plerumque exoticae, ex duplici causa insuperabiles tenebras offundunt Botanicis. Omnium descriptiones, & icones perlustravi, inter se ipsos contuli, cum I. BAVHINI sapienti critica, & cum Pinace CASPARI vetustiores conparavi, nuperiores subdidi, novumque Helveticarum stirpium Pinacem ad tempora usque recentissima mihi conscripsi. Hunc ipsum laborem partim bis, partim ter & saepius repetii, nunquam enim corrigendi in rebus humanis finis est. Specimen hujus laboris dedi in dissertationibus de *Veronicis*, & *Pedicularibus* editis, Helveticoque utcunque & *Hercynico* itinere.

58. Quae mihi defuerunt, resarcivi eorum amicorum ope, quos laudavi, tum dono acceptis stirpibus, tum integre evolutis STAEHELINI, GESNERI, KOENIGII, CONSTANTII, DUVERNOII collectionibus. Plantas demum siccas C. B. quotquot supersunt, una Juncorum classe excepta, perlustravi, catalogum cum meis synonymis consignavi, & infinita dubia hac una opera certissime amputavi. A DILLENIO etiam, Botanicorum principe, tum observationes in muscos meos, tum stirpes rariores, quae ad opus meum facerent, obtinui. Porro Clari viri LINNAEVS, MOEHRINGIVS, LVDWIGIVS, SENKENBERGIVS, plurimarum stirpium Germanicarum, aut septentrionalium, copiam mihi fecerunt, quae ipsa conparatione nostras saepe declarant & expediunt. Hortum siccum ILL. HVGONIS, ditissimum Italicis a se ipso lectis, Hercynicis & Pyrenaeis stirpibus, per ocium evolvi, ex quo non exigua mihi saepe ad separandas ab exoticis alpinas lux adfulsit. Fungos omnes vivis coloribus exprimi curavi, quadringentis fere tabulis expressos. Stirpium multa semper variae aetatis, variarum regionum exempla, continuo ordine, in horto sicco conservavi, qui responderet descriptionibus & Pinaci, in aliis voluminibus dispositis. In horto demum Regio, quem colo, characteres perfeci integrius, & *ab anno* retro 1728. ocii mei maximam partem huic uni operi unice donavi, cum quadam iniquiori in reliquos labores amoris praerogativa.

59. Feci ergo, ut quantum virium inbecillitas concessit & ocium, etiamsi quatuordecim annorum fuerit, arctum tamen ob alia opera, emendatiorem catalogum darem. Dubia nunquam absque testimonio dubii, & expresso quasi gradu incertitudinis appposui. Nullam plantam, quam non vidissem, absque asteriſco operi inserui. Quas minus certo liceret ad familiam referre, ad calcem libri rejeci. Nihil famae tribui, aut inidoneis auctoribus. Varietates praecipuae plantae subjeci, neque facile admisi non necessarias, licet a nuperis scriptoribus aliquantum dissentiam, uti v. g. proportionem inter signa verae diversitatis admitto, neque varietatibus adnumero, si quando planta minime altior duplo majores flores profert, eamque magnitudinem in hortis conservat, & ad posteritatem propagat.

60. Ad methodum nunc venio operis & ordinem, quem nescio, an sim omnibus probaturus. Descriptiones equidem, breves, & quantum potui, discrimen proximum exprimentes, tum conpendium Pinacis faciles admittent Botanici. Longae enim descriptiones non leguntur: Auctores, quando nimis multi citentur, quando pauciores justo, nemo definiet, neque omnes enim licet advocare, neque nullos. Inventorem plerumque praemisi, deinde GESNERVM, patrem florae Helveticae, CORDVMque, a quo Germanicae stirpes, sorores nostrarum, primum sunt declaratae. Subjeci iconographos vulgares DODONAEVM, LOBELIVM, TABERNAEMONTANVM, AICHSTADIENSEM HORTVM. CLVSIVM nunquam omisi, fidelem, & inventis ditissimum. BAVHINOS, MORISONVM, TOVRNEPORTIVM, quod Pinaces dederint; recentiores singulos, prout vel invenerant stirpem, vel descriptione nova, aut icone, aut charactere illustraverant.

61. Ordinem porro ſpes etiam eſt, ut excuſem. Potuiſſem alphabetice diſtribuere, potuiſſem ſequi PRAECEPTOREM BOERHAAVIVM, aut eum, qui nunc in omnium fertur oribus, induſtrium, indefeſſum, & amiciſſimum LINNAEVM. Viſum tamen eſt, has omnes methodos a naturali paulo longius ſecedere, ubique claſſes naturales divelli, ubique claſſes non naturales conſtitui. Ego, qui non univerſalem ſtirpium hiſtoriam molior, non tenebar perfectam dare generum diſtributionem. Sufficere credidi, ſi quamlibet familiam inter duas familias diſponerem, a quibus proxime diſtat, & difficilius diſtinguitur. Detegent forte hoc meum ſtudium rerum gnari, in graminibus, in tranſitionibus, quibus claſſes conjunguntur &c. neque decet longo ſermone probare lectori, nihil mihi credituro, quod ipſe non viderit. Id ubique non obtinui, neque forte licet, cum adfinitates naturales mihi non ſimplices eſſe videantur, ſed ab uno genere ad alia multa ex diverſis notis perinde poſſit legitime transiri. Id tamen fundamentum jeci, cui ſoli methodus naturalis poteſt ſuperſtrui, ut vicinae ſint ſtirpes, quae notis plurimis ſibi ſimiles ſunt, etiam ſi aliqua quam longiſſime differant, eae plantae ſint diſſimiles, quae plurimis notis diverſae ſunt, etiam ſi una nota quam viciniſſimae fuerint (30). Neglectus hujus axiomatis omnes methodos non naturales genuit. Inter notas *habitum* poſui, quem excludit quidem ex legibus LINNAEVS, in praxi vero ubique revocat, ſuisque legibus longe praefert, exemplo *Convallariae*, *Tuſſilaginis* &c. Nihil ergo moror, ſi quando ſub claſſibus meis ſtirpes reperias, quibus illa nota non ineſt, a qua claſſis denominatur. Haec enim nomina non ejus ſunt dignitatis, ut naturali nexui praeferantur. Ita *Rorella* & *Linum* in *Diploſtemonibus* reliqui, tum ob ſimilitudinem cum *Geranio* & *Lychnide*, tum ne turbarem cohaerentes *Iſoſtemones* monopetalas. Si quis vicio vertet, objiciam *Alſines* genus adeo naturale, cum tamen neque ex petalis, neque ex fructu, neque ex ſtaminibus, neque ex tubis cohaereat.

62. Sed nova nomina vereor, ut excuſem. Moleſtiam faciunt Botanicis, qui TOVRNEFORTIANA didicerunt, longa ſunt & incompta, dictatorem ſapiunt, aut gloriolae amantem juvenem. Intelligo rationes, & intellexi, quando vetuſtiora nomina fungis & graminibus reliqui. Non tamen potui mihi temperare, quin utiliora nomina praeferrem conſuetioribus. Haec enim plerumque vacuo ſono mentem dimittunt inanem. Quid ſignificat juveni botanico *Eupatorium officinarum* & *Dioſcoridis*, quid *Orchis militaris humilior*? quid *Tithymalus cypariſſias*, & innumerabilia alia. Recte haec monuit LINNAEVS, quem ſaepiſſime ſequor.

63. Non ubique tamen ſequendum duxi, cum *ſpecifica* quidem nomina mutandum videatur, *generica* mutare & taedioſum ſit, & plerumque inutile. Specificum nomen decet eſſe definitionem brevem, & notarum diſcriminis proximi conpendium. Genericum nomen arbitrarium eſt, & vix unquam tale parari poteſt, ut aliquid contineat, ex quo plantae dignoſcantur. Rariſſime ergo mutavi haec generum nomina, cum inter indifferentia procul dubio conſueta ſint retinenda. Specificorum longitudinem video, & accuſo, ſed meliora dare non potui, neque ſaepe ſinit multitudo ſpecierum, quae cogunt multiplicare notas differentiae.

34. Dixi vicia, dixi incommoda operis mei, dixi rationes, quare ea non evitaverim. Habes LECTOR non plenum catalogum ſtirpium Helveticarum, ſed fidelem: Plantas, quae ex Floris & hortis excluſae, per ſyſtemata ignotae obambulabant, ad ſuas familias plerasque retuli, pretiumque fixi cuique, ne aut oblivione deleantur, quas veras NATVRA fecit, aut inanes lamiae porro ſimulent Dei creaturas, quae hominum ſunt figmenta.

65. Icones non excuſo, praeter paucas, *Aſtragali* v. g. *ochroleuci*, & *Pedicularium*. Reliquas magna fide & indefeſſo labore pinxit CHRIST. IEREMIAS ROLLINVS, familiaris meus, ut vix, puto, adgnoſcas, ſiccas ſtirpes pictori fuiſſe ad exemplum propoſitas. Vicia typographi conatus ſum indicare. Id unum addo, prelum ſubiiſſe hoc opus ineunte Auguſti M. anni 1741. & moneo, ne quisquam aliquando litem moveat, aut plagium criminetur. Dabam die 18. Jan. MDCCXXXXII. NOMI-

(30) ex corollario ad Diſſ. de *Pedicularibus*.

NOMINA SCRIPTORVM
ET EDITIONVM, QVIBVS IN HOC OPERE VSVS SVM.

I. BRUNF.) OTHONIS BRUNFELS *herbarum vivae icones. Argentorati apud Schott.* 1532. *folio.* Dedicatio data est anno 1530. Alteram editionem cum generali titulo pro tribus tomis dedit a. 1539. IOHANNES SAPIDUS. Icones magnae, non malae, & primae, post rudissimas illas IOH. CUBAE, & BRUNSVIGII. Nomina mala, stirpes vulgares.

II. EIVSDEM *novi herbarii Tomus II. ib. ann.* 1536. Dedicationis dies est 1531. M. Decembri. Conpilationem dat ex LEONICENO, COLLENUTIO, GATINARA, TRAGO &c.

III. RUELL.) IOHANNIS RUELLII *de natura stirpium L. III. Basil.* 1537. *fol.* sed prior editio Parisina est anni 1536. Latine doctus, herbas paucas vidit (1), & vulgatiores, & ita describit, ut, quae Auctoris verba sint, quae vero ex Veteribus exscripta, difficulter distinguas.

IV. RHELL.) IOHANNIS RHELLICANI *Stokhornias* Exstat cum GESNERI descriptione *M. Fracti.* Plantas alpinas aliquas primus describit.

V. MANARD.] IOHANNIS MANARDI *Epistolarum L. XX. Basil. apud Isingrin.* 1549. Scriptae sunt ab anno 1500. ad 1536. quo obiit. Veteres fere explicat, MARCELLVM VIRGILIVM refutat, ipse paucas plantas vidit, & vulgares.

VI. OTHONIS BRVNFELSII *Herbarii Tomus III. Argentor.* 1540. posthumus.

VII. DORST.) THEODORICI DORSTENII *Botanicon. Francof. apud Egenolph* 1540. *fol.* Icones ex EUCHARIO RÖSLINO desumtae, postea in LONICERI opus transierunt, saepe non malae. Plantae tantum officinales, cum pessimis nominibus. Vires ex veteribus.

VIII. FUCHS.) LEONHARDI FUCHSII Tubingensis *historia Plantarum Basil. apud Isingrin.* 1542. *fol.* Icones magnae, pleraeque bonae, si a minuciis recesseris, & novae, praeter paucas ex BRUNFELSIO descriptas. Nomina temere ex Veteribus desumta. Stirpes vulgatiores. Totus liber ex DIOSCORIDE & veteribus (2).

IX. GESN. *Ind.*) CONRADI GESNERI *Index Plantarum quadrilinguis Tigur.* 1542. 4. Nomina stirpium vulgarium, & brevissimae aliquando declarationes, Graece, Latine, Germanice, Gallice (hae ex RVELLIO).

X. VALERII CORDI scripta huc referri debent, cum mortuus sit anno 1544. Pater Botanices fere fuit VALERIVS, quem praematura mors anno aetatis XXVIII. abripuit. Stirpes plurimas, & saepe reconditas rarasque, pluresque quam plerique posterorum, in Germania invenit, erroneas plantas in officinis ejecit, verioribus restitutis, uti v. g. Scordio, descriptiones dedit egregias. Vide annum 1561.

XI. BRASS.) ANTONII MUSAE BRASSAVOLAE *Examen medicamentorum simplicium Venet.* 1545. (Sed mea editio est anni 1556. *Lugdun.* 8. min.) Etsi aliis insultet, ex charta Botanicis, paucas tamen ipse vidit, & vulgares, & paradoxa dedit nomina. Scripsit a. 1534. (3)

XII. PONTAN.) IOHANNIS PONTANI *historia suorum itinerum ad* IACOBVM SYLVIVM. Codicem M. S. communicavit mecum ILL. WERLHOFIVS. Eo stirpes Islebiae, & in Polonia, passimque in septentrione lectae describuntur. Anno scriptus est 1548. Auctor CORDI discipulus fuit, & in Italico funesto itinere comes.

XIII. TRAG.) HIERONYMI TRAGI *de stirpium, maxime Germanicarum, nomenclaturis, differentiis &c. L. III.* DAVIDE KYBERO *interprete Argentor. apud Ryhelium* 1552. Prius cum II. Tomo BRVNFELSII apodixin sturpium Germanicam dederat, deinde opus majus Germanicum, in folio, quod saepissime prodiit edente SEBIZIO & aliis. Anno 1550. nudas icones dedit cum nominibus 4 forma. Hanc vero editionem ob jocularem stylum eiminatum, & additam CONR. GESNERI Bibliothecam Botanicam, facile praeferimus. Nemo ante TRAGVM, CORDO nempe excepto, tot plantas, & tam multas raras vidit & descripsit; nemo vires veriores & ex propriis magis experimentis addidit. Nomina tamen veterum, ex vicio quodam seculi, temerario ausu stirpibus inposuit septentrionalibus. Icones pleraeque ex FVCHSIO sunt, nitidiores tamen, quae propriae, etsi minores.

XIV. DIOSC. 1552.) PEDANII DIOSCORDIS de *Medicinali Materie L. VI. Joh.* RVELLIO *interprete Lugdun. apud Arnollet* 1552. 8vo. Hanc editionem cito, ob adjectas ad finem triginta icones DALECHAMPIANAS, quarum aliquae alpinarum stirpium sunt & primae. Reliquae ex FVCHSIO.

XV. REMBERTI DODONAEI *de frugum historia L. I. Antverpiae apud Loe* 1552. In hac editione icones rudes & typi; illarum aliquae novae. Comtior vero cum novis figuris prodiit idem liber, aquaticis & segetalibus plantis auctus, anno 1566. Hanc fere cito *Dod. Cer.*

XVI. GESN. *tab. col.*) CONRADI GESNERI *tabulae de collectione stirpium,* cum lexico botanico DAVIDIS KYBERI, quod CONRADVS posthumum ediderat. Argentor. 1553. 8. Plantarum differentiae, & nomenclator vulgatiorum per menses dispositus. Multo auctiorem etiam raris, alpinis, plantis, & alphabetico ordine edidit CASPARVS WOLF a. 1587. Hanc cito, etsi incommodum sit, quod eadem planta diversis nominibus fere ubique repetatur.

XVII. GESN. *fract.*) EIVSDEM *de herbis noctu lucentibus. Descriptio Fracti M.* & IOH. DV CHOVL *Pilati M. in Gallia descriptio. Tiguri* 1555. 4. In priori opusculo GESNERI icones aliquae, in altero nomina prima stirpium alpinarum fere quinquaginta, in DV CHOVLIO exigua quaedam vitis Idaeae & Cacaliae memoria habetur.

XVIII. GVILAND.) MELCHIORIS GVILANDINI *quaedam de stirpibus epistolae,* & EIVSDEM *Theon. Venet.* 1558. 4. (4). Inter epistolas illa est, qua cum GESNERO de Doronico Trasi &c. decertat; in altero opusculo MATTHIOLVM unice insectatur, se quidem mi-

[1] Vide BRASSAVOLAE judicium, qui RVELLI familiaris fuit & commilito [*Exam. simpl. med.* p. 31. Nam MATTHIOLVM, qui HERMOLAVM dicit a RUELLIO exscribi, novi maledicum esse [p. 676.]

[2] Magnum opus posthumum, cum 1500. novis iconibus saepius apud GESNERVM citatis, Viennae venale est vid. *Comm. Nor.* 1732. In editione Germanica a. 1543. etiam aliquot figurae ad calcem accesserunt.

[3] *Exam. simpl.* p. 593. ubi vitam suam familiaeque historiam addit.

[4] In dedicatione ad comitem SCHWARZENBVRGICVM colores insignium propriis lineolis designantur, ut huius artificii inventio omnino multo vetustior sit, quam vulgo traditur. Idem in *Christoval* a COSTA historia simplicium hispanica invenio.

minus graece doctum, sed acerbius, quam decet eruditos.

XIX. [DOD. *Ic. Vet. I. II.*] REMBERTI DODONAEI *de stirpium historia commentariorum imagines Antverpiae typis Loei*, 1559. 8. sed prioris tomi dedicatio est a. 1553. Icones 884. cum brevibus adnotationibus, & nominibus quatuor linguarum habet. Pleraeque ex FUCHSIO sunt, alias de suis addidit, in priori tomo rudes, comtiores & satis bonas ad finem alterius, diversas ab iis, quibus in Pemptadibus usus est, cum umbris destituantur.

XX. [LONIC.] *Krauterbuch &c. neu übersehen bey Egenolfs erben Francf.* 1560. *folio.* Hunc librum EUCHARIUS RÖSLIN olim ediderat, ADAMUS vero LONICER. ex soceri hereditate acceptum auxit, vir non penitus alioquin malus (5), sed in hoc opere valde mediocris. Icones multae ex TRAGO additae, aliae novae & malae, meliores sunt, quae prius in DORSTENIO exstant. Nomina mala, stirpesque confusissimae.

XXI. [MATTH. *Ep.*] PETRI ANDREAE MATTHIOLI *Epistolarum L. V. Pragae apud Valgrisios* 1561. *fol.* Magna pars harum epistolarum Botanica est, neque nulla habet monumenta memoriae digna, maxime ea, quam solito humaniorem, ad MARANTAM scripsit, cum aliquot iconibus. In universum glorioſus homo, & contradictionis omnis inpatiens, deinde non amans excursionum, qui stirpes plerasque ab amicis haberet, frequenter peccabat, neque moderate ferebat correcturos (6).

XXII. [CORD. *Dioſc. Hist. Sylv.*] VALERII CORDI *opera posthuma Argentor. apud Rihel.* 1561. *fol.* (6*). Pulcherrimo hoc volumine commentarii quidem in Dioscoridem, prius editi a. 1549. auctiores habentur, & emendati. Deinde quatuor libri stirpium, plerumque Germanicarum, aut certe in hortis lectarum, quarum plurimae novae sunt, aliquae ab eo tempore nondum visae, aut extricatae. Liber V. quo stirpes Italici itineris continentur, accessit anno 1563. Sylva observationum plurima rariorum plantarum Germanicarum nomina continet. Deinde C. GESNERUS de suo appendicem aliquot stirpium, & *de hortis Germaniae* egregium librum adjecit, quo flora Helvetica, omnium florarum antiquissima, continetur. Eo libro si addenda post iter anni 1561. adposita conjunxeris, cum paucioribus vulgatiorum plurimae alpinae stirpes, & inter non eas paucae ex rarissimis continentur. Iter etiam ARETIANUM in *Nessum* & *Stokhorn* M. & FABRICIANUM in *Galandam* M. sed istud brevissimum, rudimenta sunt SCHEUCHZERIANORUM laborum. Hos cito ARET. & FABRIC.

XXIII. [MATTH.] PETRI ANDREAE MATTHIOLI *in Dioscoridis l. de re medicinali commentarii Venet. apud Valgrisios* 1565. *fol. maj.* Pridem anno 1555. & aliis annis ediderat hos commentarios, & ante annum 1561. triginta & duo millia exemplarium divendita fuisse legimus (6**). Sed haec editio omnium pulcherrima est, ex qua multas fabulosas plantas ejecit, icones vero undequaque collectas speciosas, & nitide sculptas addidit fere mille. De hoc viro, post LOBELII in primis acerbas objurgationes, vulgo male sentitur, fuit tamen pro aetate sua stirpium insigniter peritior, quam MANARDUS, aut FUCHSIUS, aut BRASSAVOLA, aut ullus priorum scriptorum, excepto TRAGO & CORDO, qui multas in alpibus Tridentinis, multas ex Bohemia, praeter superiorum medicorum consuetudinem, ipse legerit. In viribus etiam medicis, in lectione Dioscoridis & Plinii & Arabum, & in iconibus pingendis excelluit. Caeterum neque vanitatem hominis excuso, neque suppositias, & ad veterum descriptiones fictas icones, neque dissimulo, plurimas stirpes ab aliis habuisse LUCA GHINO (7), FALLOPIO (8), CORTUSO (9), CALCEOLARIO (10), MELCHIORIO (11), IUL. ALDROVANDO (12), CRATONE (13), PAMPHILO (14), VILLEBROCHIO (15), PETRO SALICETO (16), BUSBEQUIO (17), ANGUILLARA (18), VINCENTIO CANTONO (19), MARANTHA (20), BERNARDO TREVISANO (21), SPEZZALANCIA (22), DONZELLINO (22*), STOPIO (22**), & aliis, minoris famae hominibus.

XXIV. [GESN. *Ep. & Ep. ad* I. B.] CONRADI GESNERI *Epistolae* ad hunc annum pertinent, primum illae *Wolfianae collectionis*, quibus addita est GESNERI *de Aconito I. Dioscoridis adseveratio*, & *Oxymellis Hell. descriptio*: editae vero sunt *Tiguri a.* 1577. 4. tum posteriores *ad* I. BAUHINUM *datae*, quae cum libello de plantis a divis nomen habentibus editae sunt a. 1591. Basileae in 8. forma. Animus scriptoris, & vita interior, & labores, in utrisque adparent, plurima etiam ad stirpes alpinas facientia continentur epistolis ad BENED. ARETIUM & JOHANNEM FABRICIUM datis.

XXIV*. [SIML. *Vit.*] JOSIAE SIMLER *vita* C. GESNERI & C. WOLFFII *pollicitatio de edenda stirpium historia Tigur.* 1566. 4. Vita brevissima, neque a Botanico scripta; icones paucae accesserunt, & idea operis magni posthumi.

XXV. [DOD. *Coron.*] REMBERTI DODONAEI *historia plantarum coronariarum Antverp. apud Plantar.* 1569 8. cum nitidis iconibus.

XXVI. [MATTH. *Ital.*] PETRI ANDREAE MATTHIOLI *Compendium de plantis Venet.* 1571. 4. cum iconibus minoribus, nitide sculptis 921. & descriptionibus.

XXVI*. [SIMLER] JOSIAE SIMLER. *Helvetiae & alpium descriptio Leidae Elzevir.* 1633. 12. sed prodiit *Tiguri* 1574. 8. Solet citari a CLUSIO & exteris, verum

[5] Primus Arnicam MATTHIOLO demonstravit neque enim alius videtur fuisse ADAMUS LEONORUS Germanus p. 934.

[6] Alter tomus Epistolarum, quem p. 1269. promisit MATTHIOLUS, nunquam prodiit.

[6*] Nunquam vidi inter multa specimina, editionem Tigurinam dictam SEGUIERIO, neque potest prodiisse, ut ex GESNERI praefatione & epistolis abunde manifestum est.

[6**] Teste, sed paulum suspectiori, DONZELLINO in Epist. Matth. p 261.

[7] Et hic omnium plurimas, tum icones Epist. p. 203. tum plantas, ut Lonchitidem asperam majorem p. 923. Hottoniam p. 1168. Cacaliam p. 1184. Origanum Heracleotes & onites p. 703. Buphthalmum p. 1049. Solanum somniferum p. 1073. Sideritin secundam [fictitiam] p. 1003. Sedum 3. acre p. 1119. Onagram p. 1173. [Chamaenerion latifolium]. Paeoniam marem p. 916.

[8] Erica 2. p. 153.

[9] Lonchitis aspera minor p. 923. Macaleb p. 175. Androsaces altera p. 898. Aconita Pardalianche Plinii & Theophrasti [suspectae plantae] p. 1081. 1082. Gr. Parnassi [& ipsum suspectum] p. 1001. Hyoscyamus albus p. 1073. Ambrosia [Carara] p. 851. Oenanthae III. priores.

[10] Viola arborescens p. 1181. Polygala [coronilla minima] p. 1208. Arum minus.

[11] Cepaea p. 982. Buphthalmum p. 911.

[12] Geranium I. tuberosum

[13] Aster atticus alter (foliis circa florem rigidis) p. 1176.

[14] Clematis II. Dioscoridis Epist. p. 21.

[15] Frangula p. 1272.

[16] Nardus celtica p. 33.

[17] Hermodactylus p. 1109. Acorus, Anthora p. 358.

[18] Hemionitis p. 900.

[19] Lysimachia lutea p. 949.

[20] Chamaeleon niger alter p. 659.

[21] Oenanthe IIII.

[22] Hypecoum p. 1063.

[22*] Aconita sex, vix omnia vera p. 1084.

[22**] Helleborus niger flore roseo p. 1222.

verum Botanica nunquam adtigit, & catalogum ſuum alpinarum unice ex GESNERI deſcriptione Fracti M. & ARETIO & FABRICIO excerpſit, uti ipſe monet p. m. 327.

XXVII. [DOD. *Purg.*] REMBERTI DODONAEI *de herbis purgantibus & deleteriis* &c. L. IV. *Antv. apud Plant.* 1574. 8. cum elegantiſſimis iconibus: quarum tamen non paucae ad CLUSIUM pertinent. (23) Addita eſt appendix Umbelliferas fere continens.

XXVIII. [CLUS. *Hiſp.*] CAROLI CLUSII *rariorum ſtirpium per Hiſpaniam obſervatarum L. II. Antv. apud Plantin.* 1576. 8. In CLUSIO CORDUS orbi redditus eſt. Incredibili labore in Hiſpania & Narbonenſi Gallia, Anglia, in alpibus Stiriacis, Auſtria, parteque vicina Hungariae, deinde Francofurti ſtirpes collegit, egregie depinxit, atque feliciſſimis & ad miraculum nitidis iconibus expreſſit, ipſeque ſolus, ſtirpium cognitarum numerum duplicavit, etſi certum ſit, multas apud CORDUM, ARETIUM & GESNERUM latere, quae CLUSIO tribui ſolent. Caeterum iter Hiſpanicum abſolvit a. 1565. (24).

XXIX. [*Adv.*] PETRI PENAE & MATTHIAE de LOBEL *nova ſtirpium adverſaria Antverp. apud Plantin.* 1576. *fol. minori* dedicationis vero annus eſt 1570. Et hoc opus pulchrum utique, noviſque inventis dives eſt. Quisquis auctor fuit, Galliae Narbonenſis, agri Genevenſis, & alpium Rhaeticarum pariter & Tirolenſium (25), Angliae, Belgiique, plantas legit, plurimaſque novas & raras deſcripſit atque depinxit, ex propriis ubique obſervationibus. Sed icones exiguae, ſaepe malae, deſcriptiones aſperae & incommodae, nimiumque in MATTHIOLUM habent dicacitatis. Deinde hoc majus vicium eſt, quod locos natales & ſtirpes non raro nominet, ubi tamen inquirentes alii nihil ſimile invenerunt.

XXX. [LOB. *Obſ.*] MATTHIAE de L'OBEL *Plantarum hiſtoria anno & prelo eodem, fol. exig.* Hoc opere, cum breviſſimis hiſtoriis veterum, conjunctae habentur vulgarium plantarum icones, quibus uſus eſt DODONAEUS in pemptadibus, multae; tum aliae ex DODONAEI purgantibus.

XXXI. [THURN.] LEONHARDI THURNEISER *deſcriptio plantarum omnium. Berlin apud Henzke* 1578. *fol.* Saepe dubitavi, an quidquam hoc libro contineatur ſerii, quo Umbelliferae depinguntur, & mirificis cum nominibus, & nugis Aſtrologicis, Chemiciſque deſcribuntur. Loca natalia nominat, ſaepe non abſurde deſcribit, icones etiam aliquae verae ſunt, pleraque ita inepta, & vana, & ad agyrtarum morem conpoſita, ut merito ſuo pene ab omnibus negligatur.

XXXII. [COST.] JOHANNIS COSTAEI *de ſtirpum natura L. II. Turin.* 1578. 4. Nullius momenti, conſarcinatus ex veteribus, inanibuſque ratiociniis.

XXXIII. [LOB. *Teut.*] MATTHIAS DE LOBEL *Kruytboeck, Antverp.* 1581. *fol. apud* PLANTINOS. In hac editione totum opus Adverſariorum, cum Obſervationibus conjunctum eſt, & utriuſque operis omnes icones inſertae. Communis enim CLUSII, DODONAEI & LOBELII bibliopola eorum virorum iconibus, tanquam ſuis utebatur. Addita ſunt non pauca ſtirpium rariorum monumenta. Haec editio LOBELIANI operis reliquis perfectior eſt.

XXXIV. [LOB. *Ic.*] PLANTARUM S. STIRPIUM ICONES *anno & editore eodem. fol. long.* Continet icones operis Teutonici omnes, cum breviſſima nominum ſerie calci adfixa. Hoc opus plerique Botanici citare ſolent, 1. BAUHINUS, nec male, Teutonicum, quod ſtirpes aliquas habet, maxime Belgicas, quas non alibi LOBELIUS adduxerat.

XXXV. [CLUS. *Pann.*] CAROLI CLUSII *rariorum ſtirpium per Auſtriam, Pannoniam &c. obſervatarum L. IV. a.* 1583. *apud eumdem* 8. Incomparabili opere ſtirpes habentur, quas a. 1574. & ſequentibus annis in alpibus pariter & calida planitie Viennenſi legerat, numeroſiſſimae certe, ſaepe novae, & pleraeque iconibus fideliter expreſſae, minus quidem, quam in priori opere, nitidis. Alpinarum plurimas poſteris praeripuit, paucas reliquit intactas, multas recenſuit, quas aegre quisquam ab ejus exceſſu viderit.

XXXVI. [CAES. *aut* CAESALP.] ANDREAE CAESALPINI *de Plantis L. XVI. Florentiae* 1583. 4. Acutiſſimus Philoſophus, minime, uti quidem ſolent, naturam dedignatus eſt. Stirpium patriarum aliquot centurias breviter, ſed cum exquiſitis ſaepe notis, deſcripſit: methodi primus fuit inventor, claſſes naturales multas vidit, & MORISONO praeivit. Nomina tamen Hetruſca, & brevitas deſcriptionum, ſaepe interſunt, ne poſſit intelligi.

XXXVII. [DOD. *pempt. vel* DOD. *hiſt.*] REMBERTI DODONAEI *ſtirpium hiſtoriae pemptades ſex ſ. L. XXX. Antverp. apud Moraeos* 1616. *fol.* huc pertinet, cum Auctor a. 1585. vivere deſierit. Prior editio, caetera ſimilis, prodiit a 1582. verum haec acceſſionibus aliquot ſchedarum, iconibusque ſtirpium marinarum auctior eſt. Hoc opere priora conjunxit DODONAEUS, addidit officinales, aut vulgatiores fere omnes, brevi ſermone, quo veterum ſententias ſed ſobrie, excutit. Multae de CLUSIANIS Pannonicis & Hiſpanicis acceſſerunt; vulgatiores fere ad MATTHIOLI icones fictae ſunt. Belgicas paluſtres primus fere deſcribit; rariores alpinas, aut calidarum regionum, fere omiſit.

XXXVIII. [DUR.] *Herbario nuovo di* CASTOR DURANTE *Roma* 1585. *apud Bonfadino & Diani fol.* Vulgatiores ſunt, & officinales, ſubjectis quibusdam ex A COSTA exoticis, verſiculis latinis, iconibus ex MATTHIOLI prioribus & deterioribus editionibus deſumtis, & fuſo virtutum encomio illuſtratae.

XXXIX. [LUGD.] HISTORIA GENERALIS PLANTARUM *Lugduni apud Rouillé* 1587. *II. vol. fol.* Magnum Almageſtum rei botanicae ſuſceperat ſcribendum DALECHAMPIUS, & in calidiori Gallia, Alpibus Cottiis, Allobrogicis, & M. *Jurae* parte Genevae vicina, multas pulchras ſtirpes collegerat: ſed pertaeſus laboris, aut aliis negociis diſtractus, chartas ſuas, rogante Bibliopola, JOHANNI primum BAUHINO, hoc vero ex Gallia abeunte, MOULINIO cuidam tradidit. Vir iſte oneri inpar, cum neque ſtirpes ipſas noſſet, neque auctorum deſcriptiones extricare valeret, indigeſtum moriens reliquit chaos, quo pulcherrimae plantae DALECHAMPII & VALERANDI DOUREZ inter confuſiſſimas veterum & recentiorum tere miſtas deſcriptiones obruuntur. Eamdem enim ſtirpem a diverſis pictam, ſemper repetiit, & ſi DALECHAMPIUS iconem paraverat ejusdem plantae propriam, etiam pro nova propoſuit, ut pleraeque ſtirpes bis & ter depingantur, plurimae etiam deſcribantur. Uſus eſt inter recentiores *Cordo, Fuchſio, Trago, Matthiolo, Dodonaeo, Lobelio, Cluſii hiſpanicis.* Icones DALECHAMPIO propriae plerumque rudes ſunt.

XL. [CAM. *Epit.*] *De plantis epitome* P. ANDREAE MATTHIOLI, *aucta a* JOACHIMO CAMERARIO: *apud Feyerabend a.* 1586. 4. Non exigua pars 1500. iconum

[23] Conf. CLUSII praef. ad hiſt. ſtirp. hiſp.
[24] Ex literis ad C. GESNERUM paulo ante obitum datis die 25. Nov. 1565. (*Epiſt.* p. 122.)
[25] Circa *Inſprugg* & *Raviſpurg.* Adverſ. p. 202. 262. &c

num, quas GESNERUS ſculptas reliquit, & non paucae, quasa I. B. acceperat (25*), in hoc opuſculum transierunt, idque precioſum reddunt rerum gnaris. Reliquae ex MATTHIOLO, ſaepe rudiſſimae ſunt. Hiſtoriae breves, ex MATTHIOLO. CALCEOLARII deſcriptio Baldi, quae huic, & venetae Epitomae adjecta eſt, multum cedit ſimili PONAE labori.

XLI. [CAM. *hort.*] JOACHIMI CAMERARII *hortus medicus & philoſophicus. Francofurt apud Feyerabend* 1588. 4. Auctor polyhiſtor potius fuit, quam Botanicus. Cum vero hortum coleret ipſe non inornatum, GESNERI vero & ſchedas & icones ex C. WOLFII hereditate emtas poſſideret, ex ANGUILLARAE, GESNERI, CORDI, CLUSII aliorumque ſcriptis, aliquibus etiam ſuis in Germania factis obſervationibus, libellum confecit, quem XLVII. pulcherrimae GESNERIANAE icones ornant. Non enim aliunde provenire, pulchritudo, & character plantis adpoſitus, GESNERI nempe inventum, ſatis demonſtrat, neque diſſimulat CAMERARIUS.

XLII. (THAL.) JOHANNIS THALII *Sylva Hercynica*: cum priore opere edita. Magna induſtria, inſignem vim ſtirpium Hercyniae, quae Thuringiae finitima eſt, collegit, quas non intellectas a plerisque Botanicis, recentiorum ſtudium nondum omnes recognovit: ipſe vero didici experiundo, plurimas vere diverſas eſſe, quae pro varietatibus habitae & neglectae ſunt. Neque tamen adfirmaverim, infinitas illas Chondrillas v. g. & Intybos, aut Rapunculos vere differre, quos & numerus demonſtrat non omnes genuinos eſſe, & inextricabiles reddunt breves, neque ſatis eruditae deſcriptiones. Icones, ex GESNERO, adjectae quatuordecim.

XLIII. [TAB. *vel* TABERN.] *Eicones Plantarum omnis generis, curante* BASSAEO *Francof.* 1590. *fol. long.* Icones ſunt herbarii TABERNAEMONTANIANI, quod ſaepiſſime germanico ſermone, & nuper etiam editum eſt, valde ſpiſſum. Nemo priorum tot icones corraſit, cum numerus ſit 2255. Pleraeque equidem ex Matthiolo, Lobelio, Cluſio, aut manifeſto, aut callidius imitatae ſunt, & abſque magno judicio conpilatae, ſed multae tamen, eaeque optimae, propriae ſunt THEODORO, ſtirpium fere Germanicarum, & ſpecierum vulgatiorum. Singulis etiam coloribus proprias icones dedit, & alioquin varietatibus eſt delectatus. Deſunt aliquae, etiam ex vulgatiſſimis. Ipſum opus magnum, & verboſum eſt, & offartum inconſideratis & indigeſtis virium encomiis.

XLIV. [I. B. *a div.*] JOHANNIS BAUHINI *de plantis a divis nomen habentibus. Edidit* C. BAUHINUS. *Baſil. apud Waldkirch* 1591. 8. Pinacis ſpecimen eſt, cum animadverſionibus I. B. in CAMERARIUM, LUGDUNENSES &c. ad hiſtoriam botanices non inutile. Ex hoc opuſculo adparet, quantam vim rararum ſtirpium juvenis BAUHINUS ad GESNERUM miſerit (25**). Adjectae ſunt epiſtolae C. G. ad I. B. de quibus alibi dictum eſt.

XLV. [COL. *Phytob.*] FABII COLUMNAE ΦΥΤΟΒΑΣΑΝΟΣ *ſ. Plantarum aliquot hiſtoriae Neapoli apud Carlinum & Pacem* 1592. 4. Princeps libri ſcopus eſt „ ignoratas veterum plantas eruere, & legitimas ſtirpes definire, quibus THEOPRASTI, DIOSCORIDIS, & PLINII nomina conveniunt. Id felicius, quam priores, calidae regionis incola praeſtitit: abſque tamen vera demonſtratione, quam rei natura non admittit. Icones egregiae, & inſignis eruditio rarum libellum commendant.

XLVI. (C. B. *Phytop.*) C. BAUHINI ΦΥΤΟΠΙΝΑΞ *ſ. enumeratio plantarum noſtro ſeculo deſcriptarum Baſil. apud Henrici Petri* 1596. 4. Rudimentum eſt Pinacis, plantarum 2700. cum paucis nominibus, quae in majori opere omnia ſtuduit, ut colligeret. Interſperſae ſunt plurimae deſcriptiones, quae in Prodromo repetuntur. Icones 9. ſubjectae exigui ſunt momenti. Nomina incomtiora, a numero ſaepe deſumta, quae in poſteriore opere mutavit. Finem facit in Trifoliis, deſunt ergo leguminoſarum plurimae, Cardui, Muſci, Arbores.

XLVII. [C. B. *Matth.*] EJUSDEM *editio Matthioli Baſil.* 1598. *fol.* Emaculavit auctorem ſuum, nomina & ſtirpes de ſuis addidit, icones ex TABERNAEMONTANO, aliquas tamen ſuas, & quae non alibi exſtant v. g. *Alni folio virente.*

XLVIII. [I. B. *F. Boll.*] I. BAUHINI *Hiſtoria admirabilis Fontis Bollenſis Montisbelgardi* 1598. 4. Appendix huc pertinet, qua non ſolum magna vis pomorum & pirorum, ſed flora quaedam Bollenſis hortenſis & ſpontanea continetur, & aliquot rariores ſtirpes primum nominantur, atque depinguntur, uti *Serpillifolia aquatica*, & nonnulli fungi.

XLIX. FERRANTIS IMPERATI *Hiſtor. natural. L. XXVIII. Bremae* 1695. 4. Sed vera editio eſt *Neapoli* 1599. *fol.* Libro XXVIII. fungi aliquot, & muſci, tum ſtirpes rariores pinguntur.

L. [SCHWENCKF.] CASPARI SCHWENCKFELT *Catalogus ſtirpium & foſſilium Sileſiae Lipſiae Alberti* 1600. Liber *primus* citatur, cum altero hortenſes plantae, tertio foſſilia tradantur. Stirpes plurimae rarae, & praetervisae ex montibus Sudetum hic habentur, neque illepidae virium memoriae. Saepe quod ſua ſola nomina, cum breviſſima deſcriptione, proponat, non poteſt intelligi.

LI. [C. B. *in Lugd.*] CASPARI BAUHINI *Animadverſiones in hiſtoriam generalem plantarum Lugduni editam Francfort. Hartmann.* 1601. 4. Maxime repetitiones perſtringit, quando vel diverſis nominibus & locis eadem planta repetitur, vel ex diverſis auctoribus cum eodem nomine icones iterantur.

LII. [CLUS. *Hiſt.*] CAROLI CLUSII *rariorum plantarum hiſtoria L. VI. Antverp. Plantin.* 1601. & EJUSD. *de Fungis* & EJUSD. *appendix altera edita* 1605. cum *Exoticorum* L. X. Hiſpanicas & Pannonicas ſtirpes, cum nuperioribus Francofurti lectis, & hortenſibus VI. libris conjunctim edidit, adjectis, praeter priores, iconibus Plantinianis, quibus & LOBELIUS & DODONAEUS ſunt uſi. Fungi fere in Pannonia lecti ſunt (26). Eximium opus & quo nemo carere poteſt.

LIII. [PON.] JOHANNIS PONAE *Iter M. Baldi.* Exſtat cum hiſtoria rar. plant. edita 1601. ſed literae ad CLUSIUM datae ſunt a. 1595. In uno monte ſtirpium, tum calidarum, tum Alpinarum infinita vis, novae non paucae, & icones pleraeque non malae hoc opuſculo continentur. Altera editio, auctior Creticis ſtirpibus, earumque figuris, Baſileae prodiit a. 1608. 4. Tertiam mox dicam.

LIV. [LOB. *Adv. II.*] MATTHIAE de LOBEL *in Rondeletii pharmaciam animadverſiones, accedit adverſariorum volumen & pars altera. Lond. ap. Purſoot* 1605. *fol.* Priori editioni, nihil mutatae ad p. 456., omiſſo tamen nomine PENAE, acceſſerunt pluſculae tum hortenſes ſtirpes, tum inprimis gramina, ex Danico itinere (27). & in Anglia lecta, cum aliquot, & melioribus iconibus ad p. uſque 533.

LV.

(25*) I. B. *de plant. a div. nomen hab.* p. 33. 83.

(25**) Plumbaginem, & rutam Caninam *de div.* p. 14. Zacintham p. 26. Phyllum utrumque & Artemiſiam tenuifoliam p. 33. Abſinthii Aegyptii iconem p. 83.

(26) Alium magnificum & ineditum Codicem M. S. fungorum CLUSIANORUM citat ubique & excerpit STERBECK. Deinde fragmenta quaedam de nonnullarum plantarum cultu exſtant poſt herbarium HORSTIANUM Marpurgi inpreſſum 1630. 8.

(27) Quam cum Barone ZOUCHE legato adiit LOBELIUS *Adverſ.* II. p. 465.

LV. [SPIGEL. *Isag.*] ANDREAE SPIGELII *in rem herbariam Isagoge.* Editio mea est BLAVIANA cum operibus omnibus, sed prius prodiit a. 1608. Venetiis. Non inutilis; ob vires medicas, modum etiam plantas colore nigro in charta exprimendi tradit.

LVI. [CLUS. *Cur. Post.*] CAROLI CLUSII *Curae posteriores Leidae Rapheleng.* 1611. *fol.* Post obitum Auctoris, qui contigit anno 1610. ex schedis icones non paucae, & pernitidae stirpium, & descriptiones cum ipsa vita prodierunt. Hortenses sunt pleraeque, aliquae alpinae, aut Germanicae, a DORTMANNO acceptae.

LVII. [REN. *aut* RENEALM.] PAULI RENEALMI *specimen historiae plantarum Paris Beys* 1611. 4. *maj.* Plurimi facio hunc libellum. Specierum constitutionem sub generibus suis, & ordines subalternos primus vidit, primus characteres dedit naturales, in quibus & staminum adtributa v. g. inaequalitatem minime praetermisit. Generum etiam similitudines perspicax sensit, quando v. g. Centaurium minus Gentianae speciem fecit. Ordinum & specierum nomina graeca finxit. Icones bonas addidit: Id solum incommodum est, quod nulla synonyma praefixerit.

LVIII. [BRY *Flor.*] JOHANNIS THEODORI de BRY *florilegium novum, Oppenheimi* 1612. *fol.* Hoc tomo, nam plures secuti sunt, continentur 81. tabulae, pleraeque bulbosarum, alpinarum tamen & spontanearum aliquae, partim ex CLUSIO imitatae, partim novae, nec malae, cum corruptis nominibus.

LIX. [SWEERT *Flor.*] EMANUELIS SWEERT *florilegium, Francfort Kempner P. I.* 1612. *fol. maj. P. II. ib.* 1614. Auctor bulborum plantarumque mercator, hunc librum, tamquam hederam, adpendit: In secundo libro aliquae spontaneae pinguntur.

LX. [HORT. AICHST.] BASILII BESLERI *hortus Aichstettensis Nuremberg* 1613. *fol atlant.* & denuo *ib.* 1640. CONRADUS a GEMMINGEN episcopus; cum hortum suum magna vi specioſarum stirpium instruxisset, eas omnes *supra* 1500. in tabulis 356. vastissimae molis exsculpi curavit, suo sumtu. Nomina addita sunt, cum brevi pinace, saepe minus accurata. Ipsae figurae magnitudine naturam potius superant, in minutioribus vero, aut partibus, aut plantis, minus felices, & nonnunquam monstrosae sunt.

LXI. [COL. *Ecphr. &* COL. *Ecphr. II.*] FABII COLUMNAE *minus cognitarum nostro coelo orientium stirpium* EKΦPAΣIΣ *I. & II. &c. Rom. ap. Mascardum* 1616. 4. Tomus prioris dedicatio data est 1610. Maturior labor veteris eruditionis minus, plus botanicae veritatis habet, pulcherrimas nempe, & auctoris manu factas icones stirpium plerumque calidarum, nonnullarum tamen in montibus & in alpibus demum natarum; quas Fr. GREGORIUS communicaverat cum Auctore. Characteres intimos, uti dignitatem eorum sapienter cognovit, ita fideliter expressit iconibus.

LXII. [LOB. *Ill.*] MATTHIAE de L'OBEL *stirpium illustrationes; edidit G. How. Londin. Warren* 1655. 4. LOBELIUS anno 1616. vivendi finem fecit. Cum schedas ejus coemisset PARKINSONIUS, multas plantas, ultimis vitae annis lectas, aut ex alpibus, Baetica & Africa missas ab amicis, suo Theatro, suppresso plerumque LOBELII nomine, inseruerat. Vindicat LOBELII honores G. HOW, veroque auctori inventa restituit, gramina plurima, & rarissimas stirpes alpinas. Sed brevitas descriptionum facit, ut plusculas nemo adgnoscat.

LXIII. (PON. *Ital.*) *Monte Baldo descritto di* GIOVANNI PONA *&c. Venet. Mejetti* 1617. 4. Multo praestantior haec editio, a filio FRANCISCO in sermonem patrium reddita, tum magnam vim iconum plantarum Creticorum ex horto CONTARENO, tum alpinas aliquas easque rarissimas continet, quae in priori editione nondum depictae erant, Absinthium alpinum II. & III. Umbelliferum, p. 218. 220. Caryophyllatam apii folio p. 205. &c.

LXIV. (MENZ. *Ing.*) *Synonyma plantarum circa Ingolstadium sponte nascentium. Ingolstad.* 1618. 8. PHILIPPUM MENZELIUM, & nlium ALBERTUM auctores habet. Plantae non plurimae, (omnino 509.) neque peritissimus pinax; nomina saepe Lugdunensium: admistae tamen sunt minime contemnendae stirpes, rariores inter Germanicas.

LXV. (I. B. *I. vel II. vel III. P. I. & III. P. II.*) JOH. BAUHINI, & JOH. HENR. CHERLERI *Historiae plantarum absolutissimae Prodromus Ebroduni; apud Soc. Calderonianam* 1619. 4. Exstincto socero, & genero; illo auctore, hoc adjutore, opus perfectum, inprimendum susceperant socii, & indicem nominum exhibent. Sed anno demum 1650. & 1651. prodiit, tribus in folio voluminibus, absolutum equidem, verum sorditie typographi, iconum ruditate, & frequente transpositione mire foedatum. Caeterum nihil pulchrius, neque perfectius dari poterat, sive ad numerum, sive ad descriptiones, sive ad criticam historiam stirpium respicias, & certe hoc unum opus potest nobis totius seculi loco esse, atque tale est, quale a 52. annorum continuis laboribus, viri sapientis, & diligentissimi exspectari poterat. Ipsas classes naturales, quas FRATER omnes disjicit, sagax observavit. Perfectum fuit ante annum 1613. quo I. B. qui solus loquitur, mortuus est. A CHERLERO plantae fere Narbonenses accesserunt.

LXVI. (STROBELB.) JOH. STEPHANI STROBELBERGER *Galliae Politico Medica descriptio Jenae* 1620. 16. *apud Beithmann.* Huc pertinet stirpium tum Galliae, maxime Narbonensis, tum Genevensis agri catalogus, partim ex LOBELIO exscriptus, partim auctus ab Auctore, qui a. 1613. iter per Galliam fecerat: exiguam tamen peritiam facile prodit, quando inter rarissimas calidioris Galliae plantas saepe alias vulgatissimas recenset.

LXVII. (C. B. *Prod.*) CASPARI BAUHINI ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ *Theatri Botanici, Francfort Treudel* 1620. 4. *& denuo Bas.* 1671. 4. Descriptiones sexcentae & 141. icones hoc opere continentur, stirpium plerumque novarum, certe rariorum. Icones fideles sunt, quod testor, visis speciminibus, ad quae eas depingi curavit Auctor. Descriptiones non optimae, pleraeque ad plantas siccas, ab amicis communicatas, neque raro pro nova stirpe describitur, quae dudum cognita fuit; aut ita se habent auctoris verba, ut nemo ab eo tempore plantam extricaverit.

LXVIII. [C. B. *Bas.*] EJUSDEM *catalogus plantarum circa Basileam sponte nascentium Basil.* 1622. 8. & 1671. 8. Nulla flora unius urbis tam dives prodierat, graminibus maxime, in quibus excelluit. Non paucae stirpes perierunt, ut locis designatis inveniri nequeant, aliae omittuntur, quas recentior STAEHELINI industria in agro patrio reperit.

LXIX. (C. B. P.) EJUSDEM ΠΙΝΑΞ *Theatri Botanici Basileae* 1623. 4. & 1671. 4. & *nuper, ni fallor* 1758. 4. Hoc quadraginta annorum labore, sex mille stirpium nomina habentur, cum nudis subjectis synonymiis, absque citationibus aut descriptionibus, tanquam index secuturi operis. Vicia dixi, sed eo tamen difficulter careret, quisquis laborem declinaverit evolvendorum a capite ad calcem scriptorum seculi XVI.

LXX. (C. B. *Theatr.*) EJUSDEM *Theatri Botanici L. I. Edidit* I. C. BAUHINUS C. F. *Basil.* 1658. *fol.* Praefationem a. 1621. absolverat CASPARUS, & ante mortem, quae a. 1624. contigit, plures tomos perfectos reliquit magni operis, cui XII. destinaverat volumina. Gramina hoc tomo continentur, & Irides. Ico-

nes pleraeque novae, &, quales facere solebat, fideles. Graminum multa evidenter suspecta: descriptiones, ut semper, minus bonae, neque critica historia fratrem adtingit, quem numero stirpium & iconum nitore superat.

LXXI. (P. ALP. *Exot.*) PROSPERI ALPINI *de Plantis exoticis L. II. Edidit* ALPINUS P. F. *Venet. apud Guerilium* 1627. 4 Praefatio PROSPERI anno 1614. scripta est, sed huc rejeci, quod ALPINUS P. F. opus perfecerit, & aliquot stirpes propria manu delineaverit. Plantae quidem pleraeque calidae sunt, & Creticae, interspersuntur tamen alpinae aliquae, aut novae, aut quas pro novis auctor haberet, ut Scabiosa centaurii folio &c. Icones aeneae mediocris.

LXXII. (FUIREN) GEORGII FUIREN *plantae itineris Gothici Bleckingensis & Norvegici* apud BARTHOLINUM in *Cist. Med. Hafniae* 1662. 8. *p.* 278. *seq.* Auctor diem obiit a. 1628. plantas autem multas elegantes & novas primus habet, si quidem ubique mentem ejus capio, quod non facile est.

LXXIII. (BROSSE, *de la Nat.*) GUI DE LA BROSSE *de la nature des plantes: & dessein d'un jardin royal de medecine a Paris Baragnes* 1628. 8. Verboso libro aliquot stirpes rariores, & de virtutibus stirpium paucae observationes continentur, tum historia nascentis horti Parisini, quem a Rege precibus extorsit Auctor.

LXXIV. (PARK. *Parad.*) JOHN. PARKINSON *Paradisus terrestris London.* 1629. *fol.* Flores fere & speciosiores plantas describit, & rnditer depingit, cum incommodis nominibus, quae evolvere vix licet.

LXXV. (DON.) ANTONIO DONATI *Tratt. de semplici che nascono nel lido de Venetia. Ven. appr. Bertano* 1631. 4. Nisi pulchrae icones intercederent, non temperarem invectiva in rudissimum latinae linguae Seplasiarium, quo nemo turpius nomina corrupit (28), quem praeterea odi ob agyrticum animum & fatuas laudes conpositionum.

LXXVI. (LAUR.) PETRI LAUREMBERGII *Horticultura L. II. & Apparatus plantarum I. Francf. apud Merian* 1632. 4. Liliacearum icones non illepidae, cum pluribus hortensium varietatibus.

LXXVII. (CORN.) JACOBI CORNUTI *Canadensium Plantarum historia: & Enchiridion Botanicum Parisiense Paris le Moyne* 1635. 4. Ptiori opere pulchrae plantae, eaeque omnes depictae habentur: posteriori Flora Parisina, per loca natalia distributa antiquissima, sed, si aliquot varietates non magni feceris, exigui momenti.

LXXVIII. (BOOT) ANSELMI BOETII de BOOT *herbarum & fructuum icones & vires pleraeque ignotae Brugis apud Kerchovios* 1640. *form. long.* Icones sexaginta, quarum aliquae valde elegantes sunt.

LXXIX. (PARK.) JOHN. PARKINSON. *Theatrum Botanicum London Cotes* 1640. *fol.* Solent Angli hunc civem suum laudare, quod non alio opere plures stirpes contineantur. Hoc partim temporis beneficio factum est, quod ALPINI CORNUTI & COLUMNAE plantas inserere potuerit, tum LOBELII debetur posthumis schedis. Quam enim ignarus fuerit verioris botanices, quam nihil intellexerit in distinguendis scriptorum homonymiis, quam serviliter C. B. & alios exscripserit, quivis lector facile pervidebit.

LXXX. J. PAULI *Quadripartitum Botanicum Rostoch* 1640. 4. sed editio mea Francofurti prodiit a. .708. curante FICKIO Jenensi. Hilaris & garrulus senex in hunc librum effudit, quidcunque in mentem venit: solet autem lauhari ob multa propria in viribus stirpium minus vulgaribus experimenta.

LXXXI. (OELHAF.) NICOLAI OELHAFII *Elenchus Plantarum circa Dantiscum sponte nascentium. Dantisc. apud Rhetium* 1643. 4. Plantae paucae, pleraeque vulgares, observationes vix ullae.

*LXXXI. (SPERLING.) OTTHONIS SPERLINGII *catalogus stirpium Daniae indigenarum quas in horto Hafnienſi aluit* a 1645. apud T. BARTHOLINUM in *Cist. Med.* p. 462. seqq. Raras quasdam & singulares, & paradoxas continet.

LXXXII. (C. HOFMANN.) CASPARI HOFMANNI *de medicamentorum officinalium facultatibus L. II.* (Edidit Guido Patinus) *Parisiis apud Meturas* 1646. 4. Doctissimus ex veterum scriptis, cautus praeterea & incredulus senex, plurima in evolvendis veterum plantis, & in verioribus virtutibus, brevi stylo nos docet.

LXXXIII. BAPTISTAE FIERAE *Coena, notis illustrata a* CAROLO AVANTIO, *additae sunt Epistolae* M. A. SEVERINI *de lapide fungifero. & de lapide fungimappa. Patavii Sardi* 1649. 4. Ciborum facultates non illepidis versiculis FIERA expresserat, notas AVANTIUS addit eruditas, cum aliquot, maxime Fungorum, elegantibus iconibus.

LXXXIV. JOACHIMUS BURSER Europae magnam partem obivit plantarum legendarum causa, Helvetiam a. 1616. decessit autem a. 1649. Reliquit triginta stirpium volumina, quae cum BARTHOLINO promissa essent (*de Medic. Danor. domest.* p. 38. 39.) in Suecorum manus inciderunt, & Upsaliae adservantur. Non descriptarum, vel certe earum, quibus synonyma non adposuerat Auctor, brevem catalogum edidit PETRUS MARTIN. *in act. Suec. ann.* 1724. p. 497. & 530. Plurimae inter eas sunt, quas sibi tribuerunt inventas recentiores, non paucas autem adeo non multis notis descripsit, ut omnino non possit certi quidquam de ipsis definiri.

LXXXV. (MENZ. *Ged.*) CHRISTIANI MENZELII (29) *Centuria plantarum circa Gedanum. Dantisc.* 1650. 4. Aliquae pulchrae stirpes appendicis loco ad ÖLHAFII catalogum hic recensentur: de nonnullis tamen dubito, v. g. Gentiana punctata: neque enim unquam visa est in planitiem descendisse.

LXXXVI. FABII COLUMNAE ad RECCHUM *notae*, & FREDERICI CAESII *Tabulae Phytoscopicae.* Exstant cum opere Mexicano Fr. HERNANDEZ. *Rom. typis Mascardi* 1651. *fol.* Adduxi ob pulchras ideas, ad characteres stirpium, & earum classes & divisiones spectantes, quas in utroque opere inveni, & saepe video recentissimis cogitationibus simillimas esse.

LXXXVII. (CHEMNIZ.) JOHANNIS CHEMNITII *Index plantarum circa Brunsvigam nascentium, cum appendice iconum. Brunsvig. apud Zilliger* 1652. 4. Stirpes pulchrae, quas in hac regione vix quaereres. Icones indigenarum tres omnino.

LXXXVIII. (ROYER.) JOHAN ROYER *beschreibung des fürstl. Gartens zu Hessem. Braunschweig Müller* 1653. 4. Olitor, sed opportuna locutus; stirpes nempe Bructeri M. & omnis viciniae suae non indiligenter persecutus, rudibus equidem nominibus recenset, ita tamen, ut Florae Germanicae inde aliqua facta sit accessio.

LXXXIX. (PANCOV. *ic.*) THOMAE PANCOVII *Herbarium* (Germanice). Prima editio est Ulmae 1654. 4. (SEGUIER.) mea vero a BARTHOLOMAEO ZORNIO emendata, *Coloniae ad Spream* 1673. 4. Fundamentum operi praebuerunt icones THURNEISERI supra 1300. ligno incisae, partim novae, partim ex LOBELIO & aliis exscriptae. Has PANCOVIUS cum nominibus & historia medica edidit. ZORNIUS ultra 170. ex LOBELIO denuo & recentioribus rudissime de-

[28] v. g p. 19. habet *Alpinum ceruleum Genevense.* Omittit ignarissimus homo substantivum *Eryngium*, praeter quam quod Venetiis nasci stirpem alpinam non sit probabile.

[29] Male SCHEUCHZERUM, vera dicentem, corrigit SEGUIER, & ALBERTO MENZELIO Bavaro hanc schedam tribuit p. 122.

depictas adjecit, multasque, quarum nomina PANCOVIUS ignoraverat, explicavit: supersunt tamen non paucae ignotae, & procul dubio fictitiae; uti in universum parvae sunt & ex deterioribus.

XC. (LOES.) JOHANNIS LOESELII *Flora Prussica, descriptionibus iconibus, & historia aucta a* JOHANNE GOTTSCHED *Regiomont. Georgi* 1703. 4. Prior editio prodierat a. 1654. Sed icones 85. posthumas, redemtas ab heredibus LOESELII, dicavit publicis commodis Rex FRIDERICUS: Pinacem non minimum, historiam medicam, astrologicam, utilitatesque, quae ad mechanicas artes pertinent & rariorum descriptiones addidit Editor. Magna vis novarum plantarum hoc libro continetur, ex fungorum maxime, & muscorum, & aquaticarum genere, cum egregiis iconibus, & plerumque, etiam in fungis, auctorem fidelem invenio. Numerus omnium 761. quarum aliquae adhucdum ignotae sunt.

XCI. (JUNG.) JOACHIMI JUNGII *Praecipuae opiniones Physicae* Edidit MARTINUS FOGEL *Hamburg Naumann.* 1679. 4. Posthumae schedae sunt, cum Auctor a. 1657. obierit. Habentur hoc libro de plantis fragmenta satis luculenta, ubi passim leges sancit LINNAEANIS similimas, deinde stirpes ad genera naturalia revocat, & a consuetis familiis separat, suas etiam observationes interponit, saepe tamen ab iconibus desumtas, plerumque a foliis.

XCI*. (JUNG. *Phyt.*) EJUSDEM *Isagoge Phytoscopica, recensente* JOHANNE VAGETIO *Hamburg Pfeiffer* 1679. 4. Hoc inprimis labore, qui ad umbilicum deductus est, summas laudes & meruit, & post mortem accepit a rerum gnaris, Incredibile est, quam profunde in minucias staminum, tubarum, florumque introspexerit, quanta etiam perspicacitate & ingenii methodica indole definitiones primus fixerit. Non mirum adeo, quod RAJUS generalia pleraque in historia suam transtulerit.

XCII. (JONQ.) DIONYSII JONQUET *hortus, s. index plantarum quas excolebat* a. 1658. 1659. *accessit Stirpium obscurius denominatarum per* C. B. *explicatio. Paris Clousier* 1659. 4. Stupendae sunt divitiae botanici triennis, etiam alpinae, a BERARDO acceptae: In appendice ex Pinace JONQUETUS nomina quaedam arabica & officinalia explicat (30).

XCIII. (RAJ. *Cant.*) *Catalogus plantarum circa Cantabrigiam nascentium Cantabrigiae Field* 1660. 8. Hoc opusculo magnae suae peritia prima specimina RAJUS (31.) exhibuit: plantas nempe minores, rariores, minus evolutas, exquisite descripsit, dubias a veris, a falsis dubias separavit. Addidit bibliothecam, ex C. B. fere desumtam, & Etymologias. Appendice prima a 1663. & altera a. 1685. edita, destituor.

XCIV. (HOFM. *Altd.*) MAURITII HOFMANNI *florae Altdorfinae deliciae sylvestres Altdorf Hagen* 1662. 4. *& ib.* 1677. JUNGERMANNII catalogus est, auctus fungis aliisque plantis. Haec flora ex optimis est, si plantarum copiam, fidem, pulchritudinem respicias. Fungos certe plerique recentiorum minus plene habent.

XCV. [SCHEFF.] CAROLI SCHAEFFER *deliciae botanicae Hallenses, Hall. Salfeld.* 1662. 16. Brevissimus catalogus, nominibus fere I. B. & TABERN. plenus tamen varietatibus, saepe elegantioribus, & egregiis plantis.

XCVI. (ELSH.) JOHANNIS SIGISMUNDI ELSHOLZII *flora Marchica. Berolin Reichel* 1663. 8. Pleraque hortenses habet, paucas spontaneas, asteriscо distinctas, & vulgatiores. Nomina ex C. B.

XCVII. (LOWTHORP. *Abr.*) Anno 1665. edi ceperunt *Transactiones Philosophicae*, quibus omnis historia naturalis mirifice illustratur. Utor autem usque ad a. 1700. fere compendio LOWTHORPIANO, quod *Londini* prodiit, 3. vol. 4. a. 1722.

XCVIII. [AMBR.] HYACINTHI AMBROSINI *Phytologiae Partis I. Tomus I. Bononiae apud heredes Ev. de Ducciis* 1666. *folio.* Alter tomus, quo arbores contineri promiserat, non prodiit. Pinax est Alphabeticus, minus plenus BAUHINIANO, quo plurimum usus est, sed disjectus, ut singula nomina suum locum habeant, ubi lineam ordiantur: adjectis etymis. Plantae paucae rariores, etiam Alpinae sculptae adsunt, arte quam rudissima.

XCIX. [MERR.] CHRISTOPHORI MERRET *Pinax rerum Britanicarum Londin. Roycroft* 1667. 8. *min.* Innumerabiles stirpes habet, sed plurimas dubias, & procul dubio falsas, cum nemo nuperorum eas invenerit: muscos etiam, hactenus neglectos, incipit accuratius exhibere.

C. FEHR [*de Abs.*] JOH. MICHAELIS FEHR *de Absinthio analecta, Lipsiae Trescher* 1667. 8. In iis libris est, quos ea aetas parturiebat, quando omnem suam collectaneorum farraginem quisque in aliquam partem historiae naturalis effundebat, de ipso corpore cognoscendo, & examinando unice securus. Totam historiam Absinthiorum alpinorum dimidia pagina absolvit, alpes ipsas describit fusissime.

CI. (H. BLES. & MOR. *Prael.*) ROBERTI MORISON *hortus Blesensis auctus... accessit index plantarum eo horto contentarum nemini scriptarum... & observationes generaliores s. Praeludior. P. Prior. London Roycroft*, 1669. 8. Plantas magnifice promittit novas 260: quarum tamen magna pars in hominum commercium nunquam venit. Deinde hallucinationes C. B. & I. B. invidioso titulo proponit; errores nempe vocat, quoties aliter, quam ex legibus MORISONI decebat; plantas aut nominaverant, aut ordinaverant. In Casparo etiam repetitiones aliquas notat. Caeterum non malo conamine plurima genera naturalia hoc libro restituit, & proprio dialogo defendit; dari characterem, & methodum naturalem.

CII. [NYLAND.] PETRI NYLANDT *Nederlandze Kruytboeck. Amsterdam Doornick.* 1670. 4. Nullius pretii est; sive icones, sive plantas respicias; solet autem DODONAEUM exscribere.

CIII. [E. N. C.] Hoc anno primus prodiit annus *Decuriae I. Ephemeridum Naturae curiosorum*, quarum hactenus tres annorum decuriae, deinde Centuriae observationum decem, tum volumina quinque editae sunt.

CIV. [ACT. HAFN.] THOMAE BARTHOLINI *Acta Hafniensia* a. 1671. & seqq. ad 1680. V. Vol. 4. Hac etiam collectione passim plantae septentrionales, & varia ad historiam viresque stirpium spectantia continentur.

CV. [MUNT. *oeff.*] ABRAHAM MUNTING *waare oeffening der planten, Amsterdam Rieuwerts* 1672. 4. & *Leeuwaarde Rintjes* 1682. Hanc posteriorem editionem citavi, nihil auctam, diversam mutato ordine, insertis in locos proprios additionibus. Cultum stirpium, & plantas spontaneas non paucas habet, etiam alpinas, cum corruptis nominibus. CVI.

[30] Hanc explicationem inter opera C. B. recenset SEGUIER p. 10. Verum ex dedicatione manifestum est, ipsum JONCQUETUM ex Pinace synonyma conpilasse.

[31] Hic ipse enim auctor est hujus libri. Cl. AUCTORES *Commercii Norici* repetito reprehendunt Botanicos [1737. p. 14. & 404.] quod RAJO tribuant opusculum, quod WRAYI sit *Socii Colleg. Cantabr.* Sed ille WRAY ipsissimus RAJUS est, qui literam ex nomine suo anno 1670. ejecit. Vid. Epist. posth. a DERHAMO editas p. 72. Poterant vero alioquin nosse, RAJUM hoc opus ubique pro suo citare v. g. in Praef. ad *Catal. Stirp. Angl.* & totas descriptiones in Catalogum stirpium Angliae inserere; absque ullo metu plagii.

CVI. [MOR. *Umb.*] ROBERTI MORISON *plantarum Umbelliferarum diſtributio nova per claſſes affinitatis. Oxonii Sheldon-Theater 1672. fol. maj.* Ex ſeminum figuris hanc claſſem diſponit: icones ſeminum addit fere 150. plantarum aliquas: quarum nonnullas hic primum deſcripſit. Miſcet alienas, charactere, etiam habitu diverſas v. g. Pimpinellas. Critica pars nullius momenti eſt, certe in noſtratibus.

CVII. [BARR. *ic.*] JACOBI BARRELIER *Plantae per Hiſpaniam, Italiam & Gallicam obſervatae. Edidit* ANTONIUS *de* JUSSIEU. *Pariſiis Ganeau* 1714. *fol.* Icones 1311. plantarum, partim novas, partim ex CLUSIO & vett. depictas, moriens reliquit BARRELIER anno 1673. Has, quarum paucae deſcriptiones habebant additas, methodo TOURNEFORTIANA diſpoſuit, & pleraſque modernis nominibus illuſtravit EDITOR. Multum graminum, multas Hiſpanicas, nemini dictas habet, ſed varietates pariter plurimas, tum hortenſes, tum ſpontanearum non ſatis inter ſe collatarum.

CVIII. [RAI. *Topogr.*] JOHN RAY *topographical moral and phyſiological obſervations made in a journy &c. London Martyn* 1673. 8. Pulcherrimo libro ſtirpes rariores Germaniae meridionalis, Italiae, Galliae, Celticae & Narbonenſis, & in primis Genevenſis agri continentur, primo diſperſae per totum opus, tum in unum catalogum ad calcem collectae. Qui hunc ditiſſimum nomenclatorem, ex propriis RAII laboribus unice natum, legerit, nunquam credet BOBARTO aut BLAIRIO, eguiſſe MORISONO RAIUM, ut haberet quod ſcriberet.

CIX. [BOCC. *rar.*] PAULI BOCCONE *icones & deſcriptiones rariorum plantarum Siciliae, Melitae, Galliae, & Italiae. Oxon. in Theatr. Sheldon* 1674. 4. Quinquaginta duas tabulas cum deſcriptionibus edidit MORISONUS, & praefationem addidit, in qua aliquae obſervationes botanicae habentur. Icones mediocres, ſtirpium, plurimae novae, & inter eas nonnullae alpinae.

CX. [MARTENS *Spizb.*] FRIDERICH MARTENS *Spizbergiſche Reiſebeſchreibung gethan im Jahr* 1671. *Hamburg Schulze* 1675. 4. Induſtrius chirurgus, cum per omnem hiſtoriae naturalis ambitum rariora phaenomena obſervaret, plantas non neglexit, & aliquas, cum iconibus deſcripſit, quas omnes etiam alpes alunt.

CXI. [STERBECK] FRANCISCI van STERBECK *Tonneel der Campernoeljen Antverp. Jacobs.* 1675. 4. Viginti annorum opus, ſed hominis pene illiterati (32), plurimos fungos habet, & icones bene multas, ſuas pleraſque, paucas ex CLUSIO. Notis non optimis uſus eſt, ut difficilis ſit intellectu; lamellas a poris non ſatis manifeſte diſtinxit, & eundem fungum cum variis nominibus repetiit. Facile tamen ſuperat in hoc genere priorum labores, candidus caeterum & verax.

CXII. [ZANON.] GIACOMO ZANONI *Iſtoria Botanica Bononia Longhi.* 1675. *fol.* Indicas multas, & Perſicas & Raguſinas ſatis eleganter depinxit, alpinas paucas, quarum duae in Helvetia proveniunt. Poſthumum opus exſpectatiſſimum ſperamus proditurum, quo ſtirpes Italicae tradentur.

CXIII. [DOD. *Mem.*] *Memoires pour ſervir a l'hiſtoire des plantes par* M. DODART (& alios Academicos) *Amſterd. Mortier* 1736. ſed vera editio eſt *Pariſina* 1676. fol. ex prelis Regiis. Totus fere liber pertinet ad examen chemicum ſtirpium, & reagentium cum ſucco commiſſorum phaenomena. Inter ſpecioſiſſimas icones ſubjectas unica ad noſtrum ſcopum facit.

CXIV. [CHABR.] DOMINICI CHABRAEI *ſtirpium icones & ſciagraphia, Genevae Chouet* 1677. fol. ſed epiſtola dedicatoria annum habet 1666. IOHANNIS BAUHINI opus in compendium coegit editor, & hoc ipſo libro liberaliſſimi D. a GRAFENFRIED, qui ſumtus trium voluminum fecerat, rem familiarem adtrivit. Icones excerpſit, adjecit breves deſcriptiones, de ſuo nihil, & errores ita non diminuit, ut eorum numerum etiam auxerit.

CXV. [RAI *Cat. Angl.*] JOHANNIS RAII *Catalogus Plantarum Angliae, & inſularum adjacentium. Londini Clark* 1677. 8. Poſt Cantabrigienſem Floram, quae huic operi inſerta eſt, & priorem anni 1670. editionem anglicae, auctior haec, cum duabus iconibus prodiit, tum locis natalibus fidelibus, & obſervationibus practicis & Botanicis bene multis.

CXVI. [FABER] JOHANNIS MATTHIAE FABER *Strychnomania Aug. Vind.* 1677. 4. Obſervationem habet pluſculorum hominum, quos adſumtae Belladonnae baccae partim necaverant, partim multis malis mulctaverant. Adjecit collectanea, & Solanorum, ſed exſcriptas, icones.

CXVII. [BREYN. *Cent.*] IACOB BREYNII *exoticarum & minus cognitarum ſtirpium Centuria I. Gedan. ſumtibus auctoris* 1678. *fol.* Splendidum opus Indicas plerasque nitide ſculptas continet, paucas Prutenicas & Germanicas, in itinere *Schwalbacenſi* lectas. Nulla alia *Centuria* ſecuta eſt.

CXVIII. [AXT. *de conif.*] IOHANNIS CONRADI AXTII *de arboribus coniferis, Jena Krebs* 1679. 16. Minime malo libello Pini, & duarum Abjetum, characteres, deinde picis fabricandae ratio deſcribuntur: nam reliqua ex aliis habet.

CXIX. (SCHARF) BENJAMIN SCHARF ΑΡΚΕΥΘΟΛΟΓΙΑ *ſ. Juniperi deſcriptio curioſa Francof. & Lipſiae* 1679. 8. Inutilis, ut ſolent conpilati libri: plantam, de qua ſcribit, minime notam habuit, corraſit unice formulas, quas aliquid de Junipero ingrederetur.

CXX. [WAGNER.] IOHANNIS IACOBI WAGNER *hiſt. natur. Helvetiae curioſa. Tiguri Lindinner* 1680. 12. EX BAUHINIS plantarum alpinarum catalogum concinnavit, adſperſis dubiis quibusdam plantis novis: de arborum vero hiſtoria naturali paulo fuſius egit.

CXXI. (MORIS II. *vel* HIST. OXON. II.) ROBERTI MORISON *Plantarum hiſtoriae univerſalis Oxonienſis Tomus II. Oxon. Scheldon* 1680. (Ita SEGUIER, nam exemplar meum praefert annum 1715. & *Tomus I.*) Hunc tomum Auctor ipſe edidit. De methodo BLAIRIUS & alii abunde dixerunt, ea enim pene nulla eſt (33). Icones pleraeque ex aliis deſumtae, neque optimae, deſcriptiones aliae ex I. B. & inventoribus, aliae, & propriarum maxime plantarum, novae & fuſae. Veros errores vix ullos detexit, niſi quando ad genera veriora ſtirpes revocavit, neque fere obſervationes, niſi in capſulis & ſeminibus, cum pauciſſimas plantas in agro ipſe legerit. Id vero habet commodi, quod plures ſtirpes habeat, quam I. B. & icones tradat, quibus RAJI opus deſtituitur. Tomus I. quo arbores continebantur, integre periit.

CXXII. (BREYN. *Prodr. I.*) JACOBI BREYNII *Prodromi rariorum plantarum Prodr. I Gedani ſumtibus Auctoris* 1680. 4. (ſed mea editio eſt a. 1739.) Pleraeque plantae ex Batavorum Botanophilorum hortis ſunt, aliquae Prutenicae.

CXXIII. (MENZEL. *Pug.*) CHRISTIANI MENZELII *pugillus plantarum rariorum.* Exſtat cum *indice plantarum univerſali polyglotto Berlin* 1682. *fol.* Plantas itineris Tirolici, Italici, Baltici, tum Marchiae Brande-

bur-

[32] Ut qui Bollenſes I. B. populum Hungariae faciat, & I. B. PORTAE villam in ſcriptorem PORTAVILLAM mutet.

[33] Neque in claſſibus, exemplo polyſtemonum partim bulboſis immiſtarum, partim leguminoſis, neque in familiis, exemplo Leucoji &c.

burgicae, exoticas demum nominat, & rariores pingit. Plurimae aut varietates ſunt, aut dudum deſcriptae, aut dubiae, aliquae tamen novae & ſingulares.

CXXIV. NEHEMIAS GREW *idea of a philological hiſtory of plants &c. London Rawlins* 1682. *fol.* ſed mihi latina, vicioſa certe translatio, ad manus eſt, quae in E. N. c. proſtat. *Dec.* I. *Ann.* VIII. app. Multa habet ad naturam characteris, ſtamina &c. pertinentia Reliqui tomi fere ad fabricam interiorem pertinent.

CXXV. (ETTMÜLL.) MICHAELIS ETTMÜLLER *Schröderi dilucidati Phytologia*: exſtat cum operibus omn. *Francf.* 1688. *fol.* Stirpium officinalium ſatis dives hiſtoria, ad practicam partem pertinet, & propriis & aliorum experimentis congeſta. Obiit a. 1682.

CXXVI. (MUNT. *Brit.*) ABRAHAMI MUNTING *de vera herba Britannica diſſ. adjectum eſt Aloidarium Amſterd. Wolters* 1698. 4. ſed auctor obiit a. 1683. Major pars operis hiſtorica eſt, icones generis Lapathini aliae bonae, aliae ita obſcurae, ut vix fidem inveniant, cum ipſa Britannica vix a quoquam viſa ſit.

CXXVII. (MUNT. *Phytogr.*) ABRAHAMI MUNTING *Phytographia curioſa*: *Denominationes adjecit* FRANCISCUS KIGGELAAR. *Amſterd. de Coup* 1727. Prima editio fuit anui 1696. qua praeterea Belgica lingua ſcriptae obſervationes de cultu continentur. Icones ſolas excerpſit KIGGELAARIUS, & pinacem ſynonymorum addidit, omiſſo *texta* Belgico. Harum plantarum pleraeque exoticae ſunt, aliquae fictitiae, paucae alpinae, neque abſque erroneis ſynonymis: Splendidum caeterum opus, & icones ſpecioſa magnitudine.

CXXVIII. (SUTHERL.) JAMES SUTHERLAND *Hortus medicus Edinburgenſis Edinburgh. Anderſon's heir* 1683. 8. Copioſus & ſatis fidelis, exoticis dives, tum varietatibus flore albo: Scotiae proprias ad miraculum paucas habet.

CXXIX. (COMM. *Ind.*) I. COMMELINI *Catalogus plantarum indigenarum Hollandiae Praemittitur* LAMBERTI BIDLOO *diſſ. de re herbaria. Amſterdam Boom* 1683. 12. Breve, ſed utile opuſculum, ſtirpes continet 776. cum non paucis nondum deſcriptis, ex muſcorum & apetalarum genere.

CXXX. (SCHELH.) GUNTHERI CHRISTOPH. SCHELHAMMER *Catalogus plantarum horti domeſtici Helmſtädt Hamm.* 1684. 4. Plantae paucae, ſed obſervationes aliquae non inutiles.

CXXXI. (SIBB.) ROBERTI SIBBALD *Scotia illuſtrata. Edinburg. Kniblo* 1684. *fol.* Pars Botanica Prodromi hiſtoriae naturalis Scotiae ſive P. II. L. I. continet plantas indigenas, paucas, neque fere proprias ullas, cum nonnullis obſervationibus de uſu earum plantarum medico & domeſtico: Icones paucae ſunt, & rudes.

CXXXI*. (BOCC. *Obſerv.*) PAOLO BOCCONE *oſſervazioni naturali. Bologna Manoleſſi* 1684. 12. Stirpes habet itineris in alpes ditionis Venetae ſuſcepti, vires bene multas, neque ſemper fidiſſimas, iconem etiam *Bupleuri* in Corſica lecti. Sed fere omnia in poſterioribus operibus repetuntur.

CXXXII. (FRANK.) G. FRANKEN de FRANKENAU *flora Francica.* Prodiit a. 1685. ſed editio mea eſt anni 1716. Nomenclator eſt univerſalis, ex malorum nominum repetitione natus, neque quidquam habet, quod uſui eſſe poſſit.

CXXXIII. (TRIUMPH. *Obſerv.*) I. BAPTISTAE TRIUMPHETTI *obſervationes de ortu & vegetatione plantarum. Rom. Hercules* 1685. 4. *maj.* Habet obſervationes aliquas, quas obpoſuit MALPIGHIO, & quibus demonſtravit, neque in ſolo ſemine vim ſtirpem propagandi latere, neque aerem adeo neceſſario ad germinationem requiri. Verum ad nos facit catalogus ſtirpium alpinarum, quas a fratre LAELIO habuit: tum icones & deſcriptiones plantarum rariorum, quarum tamen aliquae non ſunt niſi varietates.

CXXXIV. (MAGN. *Bot.*) PETRI MAGNOL *Botanicum Monſpelienſe cum appendice. Monſpelii Pech.* 1686. 8. Pulcherrima flora inter omnes, quae unius ſunt civitatis, & ſtirpium raritate excellit, & numero, cum ſint omnino 1354. atque tamen paucos aut muſcos aut fungos recenſeat. Multas addidit LOBELII I. B. & CHERLERI inventis, multas curatius definivit. Icones edidit pluſculas, ſed parum artificioſas.

CXXXV. (MALPIGH.) MARCELLI MALPIGHII *Anatome plantarum P. I. & P. altera*, quae exſtant in operibus omnibus editis *Londini* 1686. *fol.* apud *Scott.* Plurimae hic habentur icones & obſervationes, quae ad characteres faciunt. Tubas enim & ſtamina primus cum GREWIO in dignitatem conſtituit, figurasque florum fideliter, & abſque praejudicio methodi propoſuit, tunc integras aliquas plantas ex genere minimarum.

CXXXVI. (*H. L. B.*) PAULI HERMAN. *Catalogus horti academici Lugduno Batavi. Leid. Bouteſtein* 1687. 8. *maj.* Ditiſſimo horto multae etiam rariores alpinae, & aliae continentur, ab HERMANNO ad veriora genera ex fructus natura relatae.

CXXXVII. (KNAUTH. *Hal.*) CHRISTOPHORI KNAUTH *Enumeratio plantarum circa Halam naſcentium. Lipſiae Lankiſch.* 1687. 8. Ex primis ordine MORISONIANA plantas ſuas diſpoſuit, methodum arborum qualemcunque ſupplevit, ex fructu deſumtam. Plantae non paucae elegantes, & mihi quidem paradoxae.

CXXXVIII. (RAJ. *Cat. Angl. App.*) JOHANNIS RAJI *faſciculus ſtirpium Britannicarum poſt editum Cat. Angl. obſervatarum Londin. Faithorne* 1688. 8. Paucae, ſed rariores, Wallicae, tum ex fungorum & muſcorum genere ſtirpes, RAJO ab amicis miſſae.

CXXXIX. BREYNE *Prodr. II.* Prodiit a. 1689. ſed mihi ſola editio anni 1739. ad manus eſt, quam tabulis, notis, icone Auctoris & propriis diſſertationibus auctorem edidit JO. PHILIPPUS BREYNE I. F. Etiam hoc tomo aliquae ſtirpes rariores Germanicae continentur.

CXL. (SCHOL. BOT.) S. W. *Schola Botanica ſ. catalogus plantarum, quas in horto Pariſino demonſtrat* TOURNEFORTIUS &c. *Amſterd. Wetſtein* 1689. 12. Rude initium ſuae methodi hic propoſuit, plantarum immenſam copiam, ſi vere adfuerint, dubiae enim, & falſae, BAUHINIANAE miſtae ſunt, maxime vero multas, & novas Pyrenaeas. Editorem catalogi ajunt SHERARDUM fuiſſe.

CXLI. (COMM. *Hort.*) IOANNIS COMMELINI *Catalogi plantarum horti medici Amſtelaedamenſis Pars I. Amſtelaed. Ooſaen* 1689. 8. Ordo Alphabeticus: ſed ſingulo generi character RAIANUS ſubjectus eſt.

CXLII. (FLOR. BAT.) *Florae Lugduno Batavae flores ſ. ſtirpes a.* 1689. *demonſtratae* a P. HERMANNO: edidit LOTHARIUS ZUMBACH. *Leidae Haaring* 1690. 8. Pretium libro facit, quod methodi HERMANNIANAE a fructu deſumtae, & MORISONIANA multa comtioris, hoc unum ſpecimen ſit: nam & claſſium definitiones adſunt, & ipſae familiae ſpecieſque per ſuas claſſes diſponuntur.

CXLIII. RIVIN. *Introd. in rem. herb.* Prima editio eſt a. 1690. *fol. typis Fleiſcheri* ſed cito tertiam 1720. Methodum ſuam proponit, totam artificialem, omnis naturalis nexus contemtricem, ſimplicem caeterum, & *acutam.* Claſſes etiam, quas nunquam perfecit, adumbrat.

CXLIV. (RIVIN. *Irreg. Mon.*) AUGUSTI QUIRINI RIVINI *Ordo plantarum flore monopetalo irregulari* IBID. ann. eod. Cum maximo ardore in bonas artes ferretur AUCTOR, ſuo ſumtu & pictorem & ſculpto-

rem aluit, iconeſque dedit omnes novas, magnificas, quibus fere id vicii eſt, quod ſolas ſummitates plantae, hinc folia imperfectiora, neque omnis generis exhibeant. Stirpes ipſae vulgares fere ſunt, tum hortenſes, tum ſpontaneae. Characteres nimis breves, artificiales, nomina nova, breviſſima, abſque ſynonymis. Caeterum hoc tomo continentur, Verticillatae, & adfines vaſculiferae, tum aliquae ex bulboſis, ex Dipſaceis & Aſperifoliis excerptae, omittit autem Verbaſcum, Blattariam, tum minutas illas & raras, Plantaginellam, Dortmanniam, Ageratum &c.

CXLV. (RIV. *Irr. Tetrap.*) EIUSDEM *ordo plantarum, quae ſunt flore irregulari tetrapetalo* IB. 1691. ead. *forma.* Pleraeque papilionaceae ſunt, reliquae paſſim congeſtae, ex ſiliculoſis, aliisque, tum Tithymalis, quorum flos neque petalodes eſt, neque naturaliter irregularis.

CXLVI. (RUDBECK *not. plant.*) OLAI RUDBECK *de fundamentali plantarum notitia acquirenda Aug. Vind. Kroniger* 1691. 12. Diſſertatione inaugurali & juvenili inpetu defendit methodum Praeceptoris ſui HERMANNI, & omnibus praefert.

CXLVII. (RAI *hiſt.*) IOHANNIS RAII *hiſtoria plantarum generalis. London Smith & Walford*, 1693. fol. 2. vol. (ſed prodierunt etiam a. 1686. & 1688. quamtum video ex ſcriptorum contemporaneorum citationibus.) Poſtquam triginta fere annis, ab edito catalogo Cantabrigienſi, itineribus propriis, amicorum collatis operis, lectione bonorum ſcriptorum profecerat, mortuo maxime MORISONO, ad hoc vaſtum opus acceſſit, quo IOHANNEM BAUHINUM in conpendium redegit, & plantas nuper inventas, tum exoticas, tum difficiliores indigenas addidit. Ordinem & methodum nihil moror, opere ipſo nihil concinnius, & ſapientius proſtat. Deſcriptiones ex inventoribus, aut I. B. aut propriae. Practicas & mechanicas utilitates ex adverſariis bene multas habet. Ignotas ſibi plantas aſteriſco diſtinguit, optimo exemplo, quod TOURNEFORTIO debuerat placuiſſe.

CXLVIII. [RAI. *Syll.*] EIUSDEM *Sylloge ſtirpium extra Britanniam naſcentum*; Ib. apud eoſdem 1694. 8. Priori catalogo, dicto ad CVIII. in hoc opere addidit ex CLUSIO, COLUMNA, BAUHINIS aliiſque, tantum ſtirpium, ut Florae Europeae nomenclatorem fere exhibeat; niſi quod difficiliores ſcriptores THALIUM, CAESALPINUM, LOBELIUM vix adtigerit. Adjectae SHERARDI ſtirpes Genevenſes, tum GRISLEII, & aliorum catalogi peculiares plantarum Luſitaniacarum, Pyrenaicarum &c.

CIL. (RIVIN. *Epiſt.*) D. A. Q. R. ad IOHANNEM RAIUM *Epiſtola. Lipſiae Fleiſcher* 1694. 4. Arbores cum plantis conjungendas eſſe demonſtrat, varia contra claſſes naturales Liliacearum, aſperifoliarum, objicit, & tandem fatetur „floris diviſionem in ſegmenta plura vel pauciora genera legitima non ſeparare, exemplo Gentianae, Rubiae, Gallii &c. Adeo, etiam ipſa praejudicia, ſuperat efficacia naturalis adfinitatis.

CL. (HOFM. *Maur.*) MAURICI HOFMANNI *Catalogus plantarum M. Mauriciani. Altdorf Meyer* 1694. 4. Ad floram Germanicam pertinet.

CLI. [BROM.] OLAI BROMEL *Chloris Gothica ſ. catal. plant. circa Gotheburgum. Gotheburg Rahm.* 1694. 8. Plantae, ut in ſeptentrione, paucae, inter eas vero aliquae nondum dictae. Nomina Rudbekiana, ſynonyma copioſa.

CLII. [CAMER. *de ſex. pl.*] RUDOLPHI JACOBI CAMERARII *de ſexu plantarum epiſtola. Tubing. Rommej.* 1694. 8. Inter pauca elegans opuſculum, eruditione varia, dictione amoena, & propriis experimentis ſe commendat. In Moro nempe, Mayzo & Mercuriali, expertus eſt, ſtaminibus deletis, ſemina ad frugem non perveniſſe: etſi aliter, contra ſententiam in Cannabe evenerit. De numero ſtaminum ita agit, ut rudimenta methodi LINNAEANAE fere delineet.

CLIII. [HERM. *Parad.*] PAULI HERMANI *Paradiſus Batavus. Leid. Elzevier* 1698. 4. Magnifici operis, quod debemus fidei Ill. SHERARDI, minima pars ad nos ſpectat; cum fere toto libro Indicae & exoticae depingantur. Caeterum vix alibi pulchriores, & magis fidas delineationes videris. Obiit a. 1695.

CLIV. [PLUKN. *Alm.*] *Almageſtum Botanicum ſ. Phytographiae Pluknetianae Onomaſticon Londin. ſumtibus Auct.* 1696. 4. *maj.* Tabulae in folio ſunt 250. LEONARDUS PLUKNET in conquirendas ex omni orbe ſtirpes incredibilem laborem, & nummorum vim magnam effudit, & novarum aliquot millia edidit, earumque plurimas depictas exhibuit, non optime, cum ad ſicca ſpecimina ſint elaboratae. Ad noſtrum ſcopum plurimae pertinent, ex noſtris & wallicis alpibus lectae, aut rariores etiam campeſtrium.

CLIV*. [ZWINGER.] THEODORI ZWINGERS *Theatrum Botanicum. Baſel Bertſche* 1696. *folio.* Icones epitomae CAMERARIANAE, primo in VERZASCHAE herbarium transierunt, deinde in hoc opus, auctius aliis ex Prodromo C. B. ex TABERNAEMONTANO & aliunde petitis, tum ſpecierum numero, deſcriptionibusque medicis.

CLV. [H. R. M.] PETRI MAGNOL *hortus regius Monspelienſis. Monspel. Pech.* 1697. 8. Primus, ni fallor, novam methodum & nomina TOURNEFORTIANA amplexus eſt, hoc libello, alphabetice tamen diſpoſito. Plantas alpinas multas habet, aliquas etiam noſtrates, & nitide depingit.

CLVI. BOCCONE *Muſ. di Fis.*] PAOLO, ora SILVIO BOCCONE „*Muſeo di Fiſica e d'Eſperienze. Venet. Zuccato* 1697. 4. Hoc volumine phyſica fere, ſed plantae etiam continentur, ex fungorum genere, tum aliae Corſicanae &c. de viribus multa, ſaepe tamen ex ſolo auditu, & I. B. TRIUMPHETTI iter botanicum per agrum Romanum factum. Icones hujus tomi exiliſſimae ſunt, & pene inutiles.

CLVII. (BOCC. *Muſ. di Piant.*) EIUSDEM *Muſeo di Piante rare della Sicilia, Malta, Corſica, Italia, Piemonte e Germania. Venez. Zuccato* 1697. 4. Hoc volumen pene totum Botanicum eſt, magnumque novarum plantarum numerum continet, quarum icones vel a BARRELERIO, ſed plerumque citato, acceptas, vel a ſe ipſo expreſſas 131. tabulis proponit. Earum varia ars eſt, fideles ſaepe, aliquando rudes, deſcriptiones breves. Alpinarum non dictarum, vel certe neglectarum, plurimas primus ita delineavit, ut adgnoſcerentur. Gramina & muſcos vix adtigit.

CLVIII. (TOURN. *aut. de Par.*) PITTON TOURNEFORT *hiſtoire des plantes qui naiſſent aux environs de Paris. Paris* 1698. *de l'imprimerie royale* 12. Elegantiſſimo libello demonſtravit Auctor, quantus fuerit in lectione librorum & collatione deſcriptionum: Id quod mireris, multa hic correxit, & varietates expunxit, quas in magno opere revocavit. Vires & analyſis ab Academiae Scientiarum membris factas ubique addit. Verum practicae parti operis non multum tribuebat BOERHAAVIUS „Praxin enim exercuiſſe negabat TOURNEFORTIUM, aut propriis uſum experimentis.

CLIX. [HIST. OXON. III.] ROBERT MORISON *hiſtoriae generalis plantarum* Tom. III. Edidit IACOBUS BOBART. *Oxon. Sheldon-Th.* 1699. fol. maj. [editio mea praefert annum 1715.] Hanc partem operis priori praefero, plurimas enim ſtirpes, tum exoticas, tum Anglicas ex RAII & PLUKNETII operibus hic inſeruit BOBARTUS; icones etiam graminum elegantiſſimae & unicae hoc tomo habentur, & magna vis muſcorum, cum iconibus non optimis, ſed quibus carere nequeas.

CLX.

CLX. (RIVIN. *Irreg. Pentap.*) A. Q. RIVINI *Ordo plantarum quae ſunt flore pentapetalo irregulari. Lipſ. 1699. fol. maj.* Hoc volumine umbelliferae habentur, tum ſubjecta farrago Geraniorum flore difformi: Pirolarum &c. DILLENII non repeto obſervationes de Geranio ROBERTIANO &c. ſed in Pirolis varietates mire multiplicavit, & in univerſum ex hortis magis, quam ex agro & ipſa quaſi natura, ſtirpes habuit RIVINUS.

CLXI. (*Mem. de l'Acad.*) *Memoires de l'Academie Royale des Sciences &c.* editionis Belgicae 12. forma Ab inſtauratione Academiae, quae 1699. facta eſt, ad 1737. continui quotannis tomi prodierunt, inter quos ad rem noſtram maxime faciunt 1705. 1707. 1718. 1719. 1720. 1721. 1722. primi duo TOURNEFORTII novis generibus, & plantis CHOMELII, hi VAILLANTIANIS claſſibus conpoſitarum conſpicui. Ante inſtaurationem prodierunt volumina a. 1692. 1693.

CLXII. (I. R. H.) JOSEPHI PITTON DE TOURNEFORT *Inſtitutiones rei herbariae Lugd.* 1719. 4. 3. *vol.* ſed prior editio Pariſiis prodiit 1700. corollarium vero anno 1703. Meae editioni aliquas ad hiſtoriam botanices acceſſiones addidit ANT. DE JUSSIEU. Notiſſimus Pinax, fere ab omnibus receptus, ad LINNAEI uſque tempora ſolus nomina plantis ubique dedit. De methodo non hic loquendi locus eſt: genera certe naturalia, etiam invita methodo ſua, ubique captavit, ſpecies in generibus artificioſe diſpoſuit, varietates, etſi non diſtinxerit, veris plantis ſubjecit, pyrenaicas plurimas novas addidit, characteres numeroſiſſimos nitide pinxit, nomina concinna invenit, ſuasque laudes omnino meruit. Liceat monuiſſe, non bene in ſua genera tranſtuliſſe numeroſas plantas c. BAUHINI, ſibi non perſpectas, ſaepe falſas (34), ut omnino omnem criticam Botanicam ſepoſuiſſe videatur, deinde generum definitiones ita malas dediſſe, ut pene nullae ſint. Ex *itinere Orientali Lugdun.* 1717. edito, aliqua etiam excitavi.

CLXIII. (VOLC. *Flor.*) JOHANNIS GEORGII VOLCKAMER *flora Noribergenſis. Norib. Michael* 1700. 4. Pleraeque plantae exoticae ſunt, neque tamen deſunt, cum locis natalibus, ſtirpes ſuburbanae, & aliquae etiam rarae, aut alpinae. Characteres generum commodi, &, quod ad ſemina pertinet, fere novi.

CLXIV. (AMMAN *Char.*) PAULI AMMAN *Character plantarum naturalis, auctior editus a* DANIELE NEBELIO *Francf. a Sande* 1700. 12. AMMANNI labor prodierat *Lipſiae* 1685. ex ſolo fere MORISONO conpilatus, cujus characteres genericos excerpſerat: & ex ejusdem obſervationibus paſſim veterum ſtirpes in propria genere revocaverat: ad eos NEBELIVS Hermannianos addit & Tournefortianos characteres.

CLXV. (FRANCI *Veron.*) JOHANNIS FRANCI *Veronica theizans. Coburg.* 1700. 12. ſed prioris editionis dedicatio annum habet 1694. Nimius in laudibus herbulam facit Panaceam. cui ſufficit vulnerariam eſſe.

CLXVI. Ab hoc anno ad 1720. cito *Transactionum compendium* editum opera A. MOTTE, *apud Innys.* 1720. 2. vol.

CLXVII. (PLUKN. *Mantiſſ.*) LEONHARDI PLUKNET *Mantiſſa Almageſti Botanici plantarum noviſſime detectarum ſupra mille. Londin apud Auct.* 1700. 4. *maj.* Addita poſt articulos, & inter lineas Almageſti inſerenda, exotica pleraque, quibus Auctor inprimis delectatus eſt.

CLXVIII. [FRANC. *trif.*] JACOBI FRANCI *hiſtoria trifolii fibrini. Francfort.* 1701. 8. Totus practicus et, uti ſolent, ob nimias laudes ſuſpectus.

CLXVIII*. (PETIV. *Muſ.*) JOHANNIS PETIVER *Muſei Centuriae X. London.* 8. 1695-1703. Mille rariora animalia, aut ſtirpes peculiares, hic nominantur: inter eas autem aliquot muſcorum genera, & nonnullae aliae indigenae.

CLXIX. [TRIUMPH. *Vind.*] JOHANNIS BAPTISTAE TRIUMPHETTI *Vindiciarum veritatis pars prior Rom. de Rubeis* 1703. 4. *maj.* Contra obſervationes de ortu & generatione vegg. MALPIGHIUS in poſthumis ſe tutatus erat; reſpondet TRIUMPHETTUS, in colendis plantis facile peritior, idem philoſophandi genere, & experiendi ſubtilitate aeque inferior. Utilibus tamen experimentis, contra cotyledonum cum Placenta analogiam, contra foliorum ad gemmam perficiendam neceſſitatem, & contra ſtirpis in ſemine delineationem pugnat.

CLXX. (RAI *Meth.*) JOHANNIS RAII *Methodus plantarum emendata & aucta. Accedit methodus Graminum &c. Londin. Smith & Walford.* 1703. 8. Cum ipſe in florum figuris & ſeminum conceptaculis examinandis non plurimum laborem poſuiſſet, uſus nunc TOURNEFORTII, tum PRESTONI, HERMANNI, & HOTTONI obſervationibus, additis ſuis ab habitu deſumtis notis, characteres novos, claſſesque quantum potuit naturales confecit. Graminum ordinem non perinde elaboravit (35).

CLXXI. (RAI *hiſt.* III.) EJUSDEM *hiſtoriae plantarum tom. III. f. ſupplementum: Londin. Smith & Walford* 1704. *folio.* Huic tomo inprimis muſci plurimi adjecti ſunt, quibus prior editio parcius erat inſtructa: tum Bocconianae plantae, aliaque recentiorum inventa. Plurimi praeterea catalogi aliorum inſerti, ſed Indicarum & Orientalium plantarum.

CLXXII. EIUSDEM *philoſophical letters . . . with thoſe of F. Willughby . . . published by* W. DERHAM. *London Innys* 1718. 8. Poſt mortem RAII, quae a. 1704. accidit, commercium ejus epiſtolicum cum LISTERO, HULSIO, SLOANEO & aliis, editum eſt, quo plurima continentur, quae ad locos natales, vires & homonymias plantarum pertinent, & integrae PLUKNETI, PETIVERI, PRESTONI quaſi diſſertationes.

CLXXIII. [PLUKNET *Amalth.*] LEONHARDI PLUKNET *Amaltheum Botanicum ſtirpes novas tradens* 1200. *Londin.* 1705. *fol.* Etiam hoc opere, cui ſexcentae icones additae ſunt, fere nihil niſi exoticae rariores continentur.

CLXXIV. [PLUM. *filic.*] CHARLES PLUMIER *traité des fougéres d'Amerique. Paris de l'imp. Roy.* 1705. *fol.* In poſtremis magnifici operis tabulis plantae capillares officinarum, & aliquae ex fungorum genere delineantur.

CLXXV. (DALE.) SAMUEL DALE *Pharmacologiæ cum Supplemento. Bremae* 1713. 8. ſed editio Londinenſis eſt a. 1705. Plantae officinarum apprime plures, quam officinae noſtrae habent, RAIANA methodo diſpoſitae: vires ex aliis in compendium contractae.

CLXXVI. (TOURN. *Mat. med.*) PITTON. de TOURNEFORT *Traité de la matiere medicale, par* BESNIER. *Paris Houry* 1717. 8. ſed Auctor obiit a. 1708. Deſcriptiones habet fuſas, quas non alibi inter TOURNEFORTII opera habemus, vires etiam & praeparationes

[34] Utinam in ſpeciebus id obſervaſſet, quod in generibus ad ſuperſtitionem uſque cavit: ibi enim Stellariam, Alſinaſtrum, Lenticulariam, Limnopeucen, & quot non alias plantas omiſit, deſcriptas in flora Pariſina, unice, quia aliquid in charactere ſibi nondum perſpectum erat.

[35] Cum v. g. inter monanthia gramina plurima numeraverit, quae omnino polyantha ſunt.

tiones vulgares. Libro tertio fere eadem, ſed alio ordine, & plantis aliquot aucta repetuntur.

CLXXVII. [SCHEUCHZ. *It.* & in graminibus 1. I. SCHEUCHZ.] JOHANNIS IACOBI SCHEUCHZERI *Itinera alpina tria. London Clement* 1708. 4. In I. & II. itinere magna vis ſtirpium alpinarum recenſetur, & icones adduntur non paucae. Verum alteram fere editionem cito 1723. dictam inferius.

CLXXVIII. (KÖNIG.) EMANUELIS KÖNIG *regnum vegetabile quadripurtitum. Baſil. Konig* 1708. 4. Citatur fere pars IV. qua vires plantarum variis ex libris conpilatae continentur. Secundo vero de methodis agit, & totas fere inſtitutiones TOURNEFORTIANAS mutato ordine repetit.

CLXXIX. (PETIV. *Gazoph.*) JACOBI PETIVER. *Gazophylacium naturae & artis Decades V. London* 1702. ad 1709. 8. cum tabb. in *fol.* Pauciſſimae icones ad rem noſtram pertinent, eaeque fateor, ex rudiſſimis ſunt. Reliquis libris PETIVERI, quos omnes proprio ſumtu edidit, illibenter careo, maxime *iconibus ſtirpium Britannicarum*, & *Concordia graminum & muſcorum*, cum varietatum, aut ſubtilium certe differentiarum, non alibi major copia iconibus definiatur.

CLXXX. (MURALT, *Parad.*) JOHANNIS de MURALTO *phyſicae ſpecialis P. Quarta ſ. helvetiae Paradiſus. Tigur. Geſner* 1710. 8. Vide Praef.

CLXXXI. (PETIT *Lettr.*) *Lettres d'un Medecin du Roi a ſes Amis. Namur Albert* 1710. 4. In epiſtola III. elegantiſſimi opuſculi Chryſoſplenii duae ſpecies ſeparantur, depinguntur Lamii, Filicis, Jacobaeae ſpecies, & characteres Acori Glaucisque & Ari paluſtris proponuntur. Sed major hujus viri fuit laus in Anatomicis.

CLXXXII. (HEUCHER I. II. III.) JOHANNIS HENRICI HEUCHER *index plantarum horti medici Wittebergenſis. Witteb. Gerdes* 1711. 4. II. EJUSD. *novi proventus horti Witteb.* ib. 1711. III. EJUSDEM *novi proventus &c.* ib. *Meiſel.* 1713. Prima parte methodus RIVINIANA generibus & ſpeciebus illuſtratur. In reliquis obſervationes varias habet, duasque icones; Lapathi & Hieracii Myophori, de quibus aliorum eſto judicium.

CLXXXIII. (MEYENB.) HENRICI JULII MEYENBERG *flora Einbeccenſis. Gottingae Woyken* 1712. 8.

CLXXXIV. (TIT. & TIT. *It.*) ANTONII TITAE *catalogus plantarum horti Mauroceni. Patav. Semin.* 1713. 8. In horto veteres ſequitur, neque videtur de TOURNEFORTIO inaudiviſſe: addit autem iter in alpes Vettias Venetorum, quo multae pulchrae ſtirpes, & non paucae novae recenſentur, ſed breviſſime, ut difficulter de ipſis definiatur.

CLXXXV. (MARSIGLI *de Fung.*) LUDOVICI FERDINANDI MARSILII *diſſ. de generatione fungorum . . cum reſponſione* LANCISII &c. *Rom. Gonzaga* 1714. *fol.* Plus ſplendoris in hoc opere eſt, quam botanicae utilitatis, cum neque ſemina fungorum viderit, adeo facilia demonſtratu, neque icones fere ad ſuas ſpecies poſſint referri.

CLXXXVI. (LEMERY) NICOLAS LEMERY *Dictionaire des Drogues ſimples. Paris* 1714. 4. ſed mea editio eſt *Roter. Hofbout.* 1727. 4. cum 25. tabulis aeneis. Stirpium non paucae deſcriptiones, habet & icones, ſed iſtae rudiores ſunt. In viribus breviſſimus eſt.

CLXXXVII. (ZORN) BARTHOLOMAEI ZORN *Botanologia Medica. Germanice. Berlin. Papen* 1714. 4. Non alibi copioſior exſtat virium conpilatio, ex ipſa mole & numero citationum fere inutilis.

CLXXXVIII. (CHOMEL) I. B. CHOMEL *abregé de l'hiſtoire des plantes uſuelles. deux Tomes Paris* 1712. & 1715. ſed mea editio eſt *Amſterdami* 1736. 12. Botanicus non obſcurus, qui in Arvernorum montibus ſtirpes legit rariores; neque propriis experimentis deſtitutus, ut omnino inter meliores auctores Botanices Medicae recenſeri mereatur.

CLXXXIX. (MAGN. *Char.*) PETRI MAGNOL *novus Character plantarum . . a filio editus. Monſpel. Pech* 1720. 4. poſthumum opus, auctor enim diem ſuum obiit a. 1715. Etſi methodum minime probem, & in characteribus multa deſiderentur, utile tamen opuſculum reddunt numeroſae florum deſcriptiones, ad naturam factae, tum paſſim adſperſae emendationes operis TOURNEFORTIANI. L. II. de arboribus valde inperfectus eſt. Audio filium, poſtquam ediderat librum, poenitentia ductum, redemiſſe exemplaria & deleviſſe, quod famae patris non reſponderent.

CXC. (GARID.) PIERRE GARIDEL *Hiſtoire des plantes qui naiſſent aux environs d'Aix. Aix. David* 1715. *fol.* Nitidiſſimus liber, iconibus elegantibus ornatus, recenſet fere ſtirpes MAGNOLIANAS, paucis additis: neque enim ſolide hanc artem doctum fuiſſe auctorem facile demonſtratur (36). De viribus medicis & hiſtoria ſtirpium lemmata addidit non injucunda.

CXCI. (KNAUT *Meth.*) CHRISTIANI KNAUT *Methodus plantarum genuina. Hall. Sellius* 1716. 8. Non alius ſyſtematis auctor longius receſſit a natura, cum ipſa v. g. Gallia tripetalon & tetrapetalon totis claſſibus removeat. Methodus a RIVINIANA parum differt: inde apetalas pariter fere negligit. Obſervationes habet proprias, ſed non ubique fideles: ſtirpes autem contemplatur fere vulgatiores, uti RIVINUS.

CXCII. (JOHREN.) M. D. JOHRENII *vademecum Botanicum. Francf. ad Oderam Conradi* 1717. 8. Floram Francofurtenſem ſatis tenuem, methodo TOURNEFORTIANA diſponit, additis characteribus ex I. R. H. In praef. aliquas, minime inutiles, GUNDELSHEIMERI in plantis rarioribus aquaticis obſervationibus adjicit.

CXCIII. (REHFELD) ABRAHAMI REHFELD *Hodegus botanicus menſtruus. Hall. Orphanotroph.* 1717. 8. Flora Halenſis, ſed intermiſtis hortenſibus plantis. Ordo & nomina taedioſiſſima, & nullo modo ad ſuas plantas revocanda.

CXCIV. (VRATISL.) *Samlung von Natur und Medicin-Geſchichten. Breslau.* 1717-1726. *XXXVIII. Verſuche* 4. KANOLDUS Collector, Practica, Meteorologica, Mechanica inventa ex publicis *novellis* & quibuſcunque ſociis commercii literatis conpilavit: intercedunt autem ſtirpium etiam icones, & de viribus plantarum experimenta.

CXCV. (BLAIR. *Obſ.*) PATRICK BLAIR *miſcellaneous obſervations in Phyſics, Anatomy, Surgery, and Botany. London Meair* 1718. 8. Ad botanicen pertinet icon & verus character Acetoſae Ebracenſis &c. & pauca alia ex itinere Wallico.

CXCVI. [FRANCK de *Cuſc.*] JOHANN FRANCKE *erhöhtes Flachsſeidenkraut. Ulm.* 1718. *Schumacher.* 8. Unice practicus libellus, & ſenis jamjam repueraſcentis.

CXCVII. [RUPP. *flor. Jen.*] HENRICI BERNHARDI RUPPII *flora Jenenſis. Edidit* IO. HENR. SCHÜTTE *Francf. & Lipſ.* [Jenae] *Bailliar* 1718. 8. verum perpetuo ditiorem aliquanto cito editionem a. 1726. 8. ibidem inpreſſam. Auctori nihil ad botanicen augendam defuit, praeter mores, & dignitatem. Indefeſſo labore integris aeſtatibus percurrebat agros ruſticorum, caſis vilibuſque alimentis & omni ſorditiei adſuetus. Hinc non alius plures Germaniae indigenas plantas detexit. Sed *Jenenſis florae* nomen an-

[36] Ita icone 46. pingitur Aſtrantia. & nomen additur *Hellebori nigri fl. globoſo ſ. Trollii.*

anguſtius eſt, quidquid enim noverat in hunc libellum conſtipavit, plantas ex itinere Batavo, ex Miſnia, Haſſia, Rhenanis provinciis congeſtas, hortenſes denique. Synonyma plerumque bona, & fideles plantae, quae quaerentem non deſtituant. Icones malae. In minimis parum valuit. Methodus RIVINIANA.

CXCVIII. [DILL. *Gieſſ.*] IOHANNIS IACOBI DILLENII *catalogus plantarum circa Gieſſam naſcentium . . cum praef. de plantarum methodis ... & fungorum & muſcorum recenſione methodica. Francfort a Sande* 1718. 8. Hoc primum libro inclaruit princeps Botanicorum: ſtirpes exiguas & reconditas bene multas habet, non paucas a ſe ipſo detectas, muſcos innumerabiles, quos primus in genera, per characteres definita, conſtituit, fungos plurimos, varietates adhuc in utroque genere aliquas. De methodis ſolidiſſime judicat, pronior tamen in RAIUM, quam puto, nunc eſt.

CXCVIII*. EIUSD. *App.* In hoc catalogus habetur plantarum itineris Rhenani; deinde ſpecies novae, aut certe inſignes varietates, aut denique firmius conſtitutae: tum genera ſua, & TOURNEFORTIANA, iconibus propria manu ſculptis declarata: tandem *Reſponſio* acerbior contra RIVINUM, qui in dignitate conſtitutus juvenem, ſed plantarum non paulo peritionem, contemſerat inprovidus.

CIC. [RIPA] LUDOVICI A RIPA *hiſtoriae univerſalis plantarum propoſitum. . . Patav. Conzatti* 1718. 4. Cum cathedra botanica Patavii vacaret, aemulatio hos tres, qui ſequuntur, libros genuit, ſed hunc valde inparem rivalibus, ex I. B. & vett. exſcriptum, qui Philologiae aliquid, peritiae Botanicae nihil haberet.

CC. (PONT. *comp. tab.*) IULII PONTEDERAE *compendium tabularum botanicarum. Patavii typis Seminarii* 1718. 4. *maj.* Plus laborum adferebat PONTEDERA, ſtirpes in alpibus, in Baldo, & agro Veneto a ſe ipſo collectas; ſed ardor inveniendi fecit, ut non alio libro plus varietatum habeatur, ſaepe minutiſſimarum: tabulae ipſae, quas promittebat, nunquam prodierunt.

CCI. [SCHEUCHZ. *Meth.*] JOHANNIS SCHEUCHZER *methodus graminum & adſinium. Tigur. Bodmer.* 1719. 8. &

CCII. [SCHEUCHZ. *Agroſt.* vel I. SCHEUCHZ.] EIUSDEM *Agroſtographia. Tigur. Bodmer.* 1719. 4. De hoc opere alibi dixi: quo nihil perfectius adhuc prodiit. Gramina pleraque Helvetica ſunt, exotica tamen, & Indica non pauca PETIVERIUS & alii ſubpeditaverunt. Cerealia, Typham, & quaedam alia graminum genera, non optime, praetermiſit. Icones characterum, teſtor expertus, fideliſſimae ſunt, nam de plantarum figuris facile judicium eſt. Prius opuſculum hujus eſt quaſi nomenclator.

CCIII. [MONTI.] IOSEPHI MONTI *Catalogi ſtirpium agri Bononienſis prodromus. Bonon. Piſani* 1719. 4. Agroſtographia eſt, quae eodem tempore cum SCHEUCHZERIANA prodiit. Etſi non inelegans opuſculum, in feraciſſima pulchrarum ſtirpium Italia natum ſit, breve tamen eſt, & quaſi nomenclator, neque vel dimidium ſtirpium numerum continet, neque characteres diſtinctivos, neque genera ſatis definita, neque profundiores & difficiliores partitiones.

CCIV. [HELWING *Pulſ.*] GEORGII ANDREAE HELWING *florae Campana ſ. Pulſatilla. Lipſiae Titius* 1719. 4. Etſi plus juſto delectetur varietatibus, & ſuarum ſtirpium non majorem partem ipſe viderit, habet tamen proprias aliquas & icones & deſcriptione, ſpecierum aliis in terris nondum viſarum.

CCV. (RIVIN. *Introd.*) A. Q. RIVIN *Introd. gener. ad rem herbar. Ed. III. Accedit reſponſio ad objectiones* DILLENII. *Lipſ. Winzer* 1720. 12. De Introductione dixi; reſponſionem acerbam & immaturam ira extudit.

CCV*. Ab anno 1720. ad hunc diem uſque ipſas cito *Transactiones*, volumina nempe XXX-XL.

CCVI. [PONTED. *Anth.* & PONT. *Diſſ.*] JULII PONTEDERAE *Anthologiae L. III.* & *Diſſertationes XI. Patav. typis ſeminarii* 1720. 4. *maj.* Priori opere plurima minutiora in methodo perſequitur, & ſtirpium bene multarum characteres tradit pingitque, etiam novarum: ſed plerumque evidenter varietates ſunt. In ſexum plantarum immerito iniquior eſt, neque in minimis plantarum partibus ſatis induſtriae poſuit. In Diſſ. novam methodum molitus eſt plantarum flore conpoſito, in qua multas Cinarocephalarum inter radiatas defert, Scabioſas, puto non bene, in corymbiferas inſerit &c. Multas tamen novas, etiam hic, in characteribus obſervationes proponit. Dictio duri quid habet & ampullati.

CCVII. [BOERH. *I. & II.*] HERMANNI BOERHAAVE *Index alter plantarum horti Lugduno Batavi. Leid. ſumtibus Auctoris* 1720. 4. Poſt ſpecimen editum a. 1710. 8. hoc catalogo hortorum omnium, quotquot fuerunt, ditiſſimi divitias declarat: characteres addit naturales, maxime quos ipſe, nulla praetermiſſa particula, elaboravit, ordinem novum, Hermanniani adfinem, ſed paſſim emendatum, icones rariorum.

CCVIII. [RUDBECK] OLAI RUDBEK *index plantarum itineris Laponici a.* 1695. facti. Exſtat in *Actis Suecicis* 1720. *Trim. IV. p.* 95. In exiguo numero, multas raras ſtirpes & novas habet, icones duas, ex quibus diſcas fatum dolere, quod Campos Elyſios deſtruxit.

CCIX. IOH. IACOBUS KLEINKNECHT *ſch. de Scordio Edidit* IOH. FRANCUS *Ulm* 1720. 8. Non incommode ſcriptum, certe practico.

CCX. [BUCHWALD.] IOHANNIS DE BUCHWALD *ſpecimen Medico-Practico-Botanicum, Hafn. Weiland* 1720. 4. *maj.* Index eſt quadrilinguis ſtirpium officinalium, cum ſiccis ſtirpibus adglutinatis, & virium conpendio. Multa practica ex proprio experimento habet; in Botanicis rudis, ut craſſiſſimos commiſerit errores (37).

CCXI. (BLAIR. *Eſſ.*) PATRICK BLAIR *botanical Eſſays. London Innys* 1720. 8. Maxima pars ad fabricam ſtirpium ſubtiliorem pertinet: qua pollinis maſculi ad impraegnationem uſum defendit, plantulas tamen ipſas continere negat, contra MORLANDUM, & deſcenſum ſucci defendit. In III. tamen ſpecimine hiſtoriam methodorum perſequitur, naturalem tuetur, & RAIUM deprimit: in I. de partibus plantae, nodi a calyce diſtinctione &c. utiliter diſputat.

CCXII. [BUXBAUM. *Hal.*] IOHANNIS CHRISTIANI BUXBAUM *Enumeratio plantarum ... agri Halenſis accuratior. Hal. Renger* 1721. 8. Flora minime contemnenda, ſive numerum plantarum, ſive ſynonyma ſpectes, ſive minimas, in quibus aliquot novae ſunt, cum paucis iconibus.

CCXIII. [DUVERN.] IOH. GEORGII DUVERNOI *deſignatio plantarum circa arcem Tubingenſem florentium. Tubing. Pflik* 1722. Paucae ſunt, ex ipſa natura anguſtiſſimi loci natalis: aliquae tamen rariores, & non ubique notae. Deſcriptiones breves ſubjecit, & characteres TOURNEFORTIANOS.

CCXIV. [VAILL. *Bot.*] SEBASTIEN VAILLANT *Botanicon Pariſienſe. Leide & Amſterdam* 1727. *fol.*

Auctor,

[37] v. g. pro Mercuriali poſuit ſpeciem ſylvaticam.

Auctor, cum a. 1722. moreretur, ſchedas confuſas, & oppignoratas apud pictorem icones reliquit, & fama eſt, conſtituiſſe viros, quos VAILLANTII aſperior indoles irritaverat, ſupprimere ſcripta famamque aemuli. BOERHAAVIUS amici, etiam mortui, miſertus, icones redemit, chartas ordinavit, quantum per ſummas occupationes potuit, opusque periturum oblivioni eripuit. Magna vis adeſt obſervationum, tum in characteribus, tum in ſynonymis, icones, quantum ars fere poteſt, pulcherrimae, maxime muſcorum, quos ex his ſolis fere figuris didici: ſed multae non intellectae latent abſque explicatione, aliae repetuntur, & ipſe ſermo frequentiſſimis viciis foedatur, ut omnino emendatiorem mereatur editionem. Caeterum VAILLANTII Pinax plantarum flore conpoſito, generibus ex intimo charactere definitis, ſtirpibus nullis niſi ab Auctore examini ſubjectis, tum aquaticarum & Ranunculorum hiſtoria habentur in *Act. Acad. Pariſ.* 1718-1722.

CCXV. (TILL.) MICHAELIS ANGELI TILLII *hortus Piſanus Florentiae, Tartini & Franchi* 1723. *fol.* Plantas Michelianas per Italiam & Germaniae partem lectas plurimas continet. Sed fateor, ſemper miror, quoties video, pene omnes ex ordine TOURNEFORTII ſtirpes, quas aliquando certo novi fictitias eſſe, in hoc horto quaſi cultas recenſeri. Icones ſunt exoticarum. Adjecit PONTEDERA epiſtolam, de diverſitate ſexus in Acetoſis &c.

CCXVI. (SCHEUCHZ. *It.*) JOH. JACOBI SCHEUCHZERI *novem itinera per alpinas regiones facta. Leidae van der Aa* 1723. 4. 2. *vol.* Hac fere editione utor, qua priora repetuntur, iidsem repetitis iconibus. In quatuor aliis itineribus ſtirpes etiam continentnr, in ſexto vero rariſſimae. Plerarumque breves characteres, ſynonymiae, fere ſemper verae, aliquando etiam non bonae icones.

CCXVII. (BLAIR *Phar.*) PATRICK BLAIR *Pharmaco-Botanologia. Decad. I. ad VII.* London *Strahan.* 1723. ad 1728. 8. Alphabetico ordine digeſtae, deſinunt in Hedera, ita tamen, ut congeneres, etiam extra ordinem, praecipuas ſequantur. Deſcriptiones adjectae ſunt, viriumque recenſiones, nonnunquam ex propriis experimentis; fuſa inprimis Croci hiſtoria.

CCXVIII. (RAJ. *Syn. III.*) JOHANNIS RAJI *Synopſis methodica ſtirpium Britannicarum. Editio III. quingentis plantis auctior. London Innys* 1724. 8. Poſt *catalogi* duas editiones duasque *Synopſeos* (1690. 1696.) quinquaginta quatuor poſt primam editionem annis, conjunctis tot doctorum virorum laboribus, perfectior prodiit haec Flora, omnium hactenus ditiſſima. Editor DILLENIUS omnia PETIVERI, BUDDLE, SLOANEI aliorumque & propria ſua inventa ſuis inſeruit locis, rariorum icones adjecit, muſcos fungosque ditavit, & in ſuum ordinem digeſſit, methodum etiam paſſim emendavit. Non alius liber utilior prodiit, dignorque claſſici nomine, ob numerum fidemque ſtirpium. Sed fateor, ſuppreſſas vellem bene multas varietates, quas toleravit EDITOR, forte ne animos inventorum offenderet.

CCXIX. [GEMEINH.] IOH. CASPARI GEMEINHART *Catal. plantarum circa Laubam naſcentium. Budiſſae Richter* 1724. 8. Ordine claſſium utitur RIVINIANO, ſed claſſium familias alphabetice diſponit, admiſcuit hortenſes, plantam novam nullam, dubias & paradoxas habet pluſculas; Muſcos & fungos omnino praetermiſit.

CCXX. CHRISTOPHORI CONRADI SICELII *Diatribe de Belladonna. Jena Cröker* 1724. 8. Obſervationem ſuam, tum aliorum de efficacia deleteria hujus plantae proponit.

CCXXI. [WIPACH.] DAVID WIPACHER *flora Lipſienſis. Lipſ. ſumt. auct.* 1726. 8. Methodus RIVINI eſt, nomina mala, minimae nullae, nullae novae, ſed rarae aliquae.

CCXXII. RICHARD BRADLEY *hiſtory of ſuccuculent plants. London Mears* 1717 - 1727. 4. in mea editione. Plantas, quae ſiccae conſervari nequeunt, cum vivis coloribus ſculptas auctor edidit. Figurae bonae, & deſcriptiones; dictio barbara, indigena unica.

CCXXIII. [BOERH. *Hiſt.*] HERMANNI BOERHAAVE *hiſtoria plantarum. Rom. apud Gonzagam* 1727. 8. 2. *vol.* Codicem ſatis verboſum, ſed mendoſiſſimum, praelectionum PRAECEPTORIS, in horto inter demonſtrandum exceptarum, nactus avarus bibliopola, adeo turpem edidit, ut juſtiſſima indignatione movear, quoties TANTI VIRI nomen tot faedis erroribus praepoſitum video. Interim latent in turpiſſima confuſione ditiſſimi characteres, & magna vis obſervationum practicarum, quae facile me movebunt, ut ex meo codice hunc olim edam emendatum.

CCXXIV. [MART. *Cant.*] *Methodus plantarum circa Cantabrigiam naſcentium. Londin. Reily* 1727. 12. IOHANNES MARTYN ſpecies RAIANI catalogi in Boerhaavianum ordinem diſpoſuit, characteres addidit, generum nomina aliqua conſtituit, maxime in graminibus.

CCXXV. [ROB. *ic.* vel IC. REG.] Cum ſucceſſive prodeant pulcherrimae iconum, ad eum annum eas recenſere viſum eſt, quo ANT. de JUSSIEU earum hiſtoriam dedit in *Actis Gallicis.* Nihil pulchrius aut verius eſſe poteſt, cum autographa Regio juſſu, immenſo precio picta, a ſummis artificibus ſculpantur. Inter eas non paucae ſunt noſtrates. Unum volumen Baſileae exſtat in *Bibl. publ.* unde indicem excerpſi. Eumdem habet SEGUIER p. 160. ſed abſque numeris.

CCXXVI. Hoc etiam anno incipit epocha *Actorum Petropolitanorum*, quorum Tomus I. a. 1728. octavus a. 1741. prodiit. His actis multa continentur ad fungos, ad nova genera ſeptentrionalium ſtirpium pertinentia, BUXBAUMI primum, deinde AMMANI.

CCXXVII. [LEOP.] JOHANN DIETRICH LEOPOLD *Deliciae ſylveſtres florae Ulmenſis. Ulm Wohler* 1728. 8. Minime mala flora, in calidiori Germaniae parte, & tamen montana: ordo alphabeticus, obſervationes tamen nullas, plantas minimas paucas habet, neque varietatum & repetitarum ſtirpium vicium ubique evitavit.

CCXXVIII. [KRAM.] JOHANN GEORG HENR. KRAMER *Tentamen botanicum ſ. methodus Tourneſortio Riviniana. Dreſdae Harpeter* 1728. 8. Ordo tabularis, praeterea in menſes disjectus, ut nemo legere poſſit, obſervationes vix ullae, muſci Dilleniani, nova genera a nemine recepta.

CCXXIX. [LIND.] FRANC. BALTHASAR A LINDERN *Tournefortius Alſaticus. Argentor. Stein* 1728. 8. Nomina TOURNEFORTIANA, deſcriptione quaſi appendice aucta, cum TABERNAEMONTANIANIS: ordo menſtruus & alphabeticus: plantae rarae multae, aliquae novae cum iconibus, loca natalia non addita.

CCXXX. [BUXB. *Cent.*] I. C. BUXBAUM (38) *plantarum minus cognitarum Centuria I. Petrop. Acad.* 1728. 4. *maj.* Non ſolum ex oriente, quem juſſu *Petri M.* adierat, ſed Europaeas etiam, maxime muſcos, fungos, & Lichenes deſcribit breviſſime, & obſcurius depingit. Altera Centuria a 1728. tertia 1729. quarta 1733. quinta cum appendice prodiit a. 1740.

CCXXXI. (MICHEL) PETRI ANTONII MICHE-

(38) Nomen SEGUIER ſcribit BUXBAUS, ex ignoratione, ut ſolet, linguae Germanicae.

LI *Nova plantarum genera. Florent. Paperini* 1729. *fol. minori.* Opus incomparabile, numero novarum ſtirpium, quas ad 1400. aeſtimat Auctor, difficultate, cum pene omnes ſint ex minimarum genere, ſubtilitate obſervationum, cum fungorum & Lichenum flores & ſemen, Marſilearum & adfinium intimam fabricam &c. primus docuerit, iconum microſcopii ope factarum elegantia. Continet autem *Cryptogramiam* LINNAEI, exceptis fere muſcis, graminibus adfines, & genera quaedam ſtirpium floriferarum. Deſiderarem tamen minorem varietatum numerum, habet enim infinitas, tum minus ſyſtematicum ingenium, ex quo factum eſt, ut paſſim flores & ſemina viderit, ubi nonniſi gemmae ſunt, aut nihil eſt.

CCXXXII. (ERNDL.) CHRISTIANI HENRICI ERNDTEL *Warſavia Phyſice illuſtrata . . acceſſit Viridarium. Dreſdae Zimmermans-Erben* 1730. 4. Excuſarem in practico homine paucitatem ſtirpium, neque vicio verterem, quod in nova regione nihil quidquam addiderit rei herbariae. Sed intolerabile eſt plagium, quo fungos omnes ex M. HOFMANNI *Deliciis Altorfinis* exſcripſit, neque erubuit addere, Warſaviae lectos, & Warſavienſium fungorum minimam partem eſſe.

CCXXXIII. (MERIAN.) SIBILLAE GRAAF *nee* MERIAN *Hiſtoire des inſectes de l'Europe. Amſterdam Bernard fol. max.* 1730. ſed prior editio exſtat belgice ſcripta. Pene ducentae ſtirpium icones cum inſectis conjunctae ſunt, aliquae obſcurae, multae bonae, & nonnullae rarae. Nomina adjecta ſaepe falſa.

CCXXXIV. (CHOMEL. *Suppl.*) I. B. CHOMEL *Supplement a l'abregé de l'hiſtoire des plantes uſuelles. Amſterd. Comp.* 1736. 12. ſed prior editio eſt Pariſina 1730. Obſervationes ex GARIDELLO & aliis: accedit nomenclator latine ſcriptus.

CCXXXV. (HEISTER.) LAURENTII HEISTER *Catalogus plantarum Horti Acad. Juliae* 1730. 1731. 1732. 1733. Quatuor annis continuis cultiſſimi horti plantas enumeravit, & ubique genera aliquot nova ſtirpium addidit, quibus fere is in univerſum ſcopus fuit, ut diminueret majora genera, obruta ſpecierum copia.

CCXXXVI. Hoc anno 1731. incepit, & continuatur hactenus, *Commercium literarium Phyſico-Technicum Norimbergenſe*, quo multae, in primis TREWII elegantes obſervationes, aliquae etiam meae continentur.

CCXXXVII. (BOECLER I. II. III.) PAULI HERMANNI *Cynoſura materiae medicae ab* HENNINGERO *edita, diffuſius explanata a* JOHANNE BOECLERO *cum continuatione I. & II. Argentor. Beck* 4. *III. vol. annis* 1728. 1731. Codex ex HERMANNI ore exceptus primum prodiit: hnnc in immenſum auxit BOECLERUS, characteribus ſtirpium, nominibus Tournefortianis, conpoſitionibus officinalibus, magno catalogo virtutum; & in tertio volumine, ſtirpium minus receptarum numero, aut nuper ex Indiis adlatarum.

CCXXXVIII. (GEOFROI) STEPHANI FRANCISCI GEOFROI *Materia medica. Paris Saillant* 1741. 8. tribus vol. ſed auctor obiit a. 1731. Dignum opus perituum eripuit ANT. de JUSSIEU, & paſſim characteres exoticis LINNAEANOS addidit. Tomo II. Vegetabilia exotica continentur, tertio indigenae ſtirpes, ad Melilotum uſque, reliquae ſchedae non videntur abſolutae fuiſſe. Ubique deſcriptae habentur ſtirpes, & annalyſis quinque librarum cujuſque, tum magna vis practicorum adverſariorum, quibus Auctor paſſim ſua experimenta adſperſerat.

CCXXXIX. JOH. PHILIPPI BREYNII *hiſtoria Cocci radicum. Gedan. apud Auctorem* 1731. 4. *maj.* Iconem continet Knawel perennis, & hiſtoriam inſecti, cujus metamorphoſis eſt, quod coccum polonicum vocant.

CCXL. (DILL. *Eith.*) IOHANNIS IACOBI DILLENII *hortus Elthamenſis Jacobi Sherard. London ſumtt. auctoris* 1732. *fol. max.* Plantas rariores aut novas 437. in tabulis 326. propria manu ſculptis ita deſcriptas & depictas dedit, ut omni numero abſoletum opus praeſtiterit. Paucae plantae alpinae admiſtae ſunt, ſed multa genera occaſione data accuratius definivit.

CCXL.* (CHOMEL *Dict.*) NOEL CHOMEL *Dictionaire oeconomique : avec le ſupplement. Amſterdam* 1732. & 1740. prodiit vero *Lugduni* 1732. *folio.* Inter plurima, quae ad vitam ruſticam faciunt, ſtirpium etiam cultus & medicae virtutes habentur.

CCXLI. (ALLEYNE) IAMES ALLEYNE *an Engliſh diſpenſatory in four parts. London Aſtley* 1733. 8. Inſeruit brevem catalogum ſtirpium officinalium, Boerhaaviano ordine diſpoſitum, in quo vires plantarum breviter, vere, & abſque ſolita adulatione recenſet.

CCXLII. (BURGGR.) JOHANNIS PHILIPPI BURGGRAV *fil. Lexicon medicum. Francof. Stok.* 1733. *fol.* Solae literae A & B prodierunt. Plantas officinales ex I. B. deſcriptas, cum virium uberrima enumeratione habet.

CCXLIII. (HECKER.) JOHANNIS JULII HECKER *Einleitung in die botanic. Halle Wayſenhaus* 1734. 8. ob ſtirpium officinalium catalogum, & methodum RIVINIANAM in tabulis expoſitam.

CCXLIV. (ZANICH.) GIOVAN GIROLAMO ZANICHELLI *Iſtoria delle Piante de' lidi Veneti: Accreſciuta da . . . figliolo* GIAN IACOBO. *Venet. Bortoli* 1735. *fol.* Poſthumum opus patris, exſtincti anno 1729. filius auctum edidit. Icones 311. mediocres, ſed ex proprio tamen labore natae; deſcriptiones breves, vires & hiſtoria ſaepiſſime ex T. flora Pariſina, novi vix quidquam, neque minimarum copia, neque ſtirpium numerus, qualem exſpectares.

CCXLV. (WALTHER.) AUGUSTINI FRIDERICI WALTHER *deſignatio plantarum horti ſui. Lipſiae Gleditſch* 1735. 8. *maj.* In ditiſſimo horto, per tres ex cultu diverſas claſſes alphabetice deſcripto, etiam rariores Germanici ſoli ſtirpes habet, numeris BOERHAAVIANIS, & nominibus ſaepe novis deſignatas, deinde inter icones, unam etiam alpinam.

CCXLVI. CAROLI LINNAEI *ſyſtema naturae. Holmiae Kieſewetter* 1740. 8. ſed prior editio prodiit a. 1735. *fol. maj.* Totam fere naturam in genera & ſpecies diſtribuit, Botanica etiam tabula, claſſes & genera primum proponit, quae fuſius habemus in *Generibus.*

CCXLVII. (SIEGESB. *flor.*) IOHANNIS GEORG SIEGESBECK *Primitiae florae Petropolitanae. Riga Frölich* 1736. 4. Multa nomina generum nova, quae receptis ſibi aptiora viderentur, fabricatus, multa genera naturalia in ſubalternas familias diſtinxit: ſtirpes novas Sibiricas aliquas primus nominavit.

CCXLVIII. CAROLI LINNAEI *Muſa Cliffortiana florens Hartecampi. Leidae* 1736. 4. Praeter nitidiſſimam iconem Muſae, pertinet ad nos conſtituta claſſis *Spathacea*, ex ſolo naturali habitu, nulla habita ratione florum, conſtituta, quae Liliacearum aliquas, deinde monocotyledones varii generis complectitur. An tanta dignitas vaginae, adeo frequentis in Liliaceis, Narciſſo &c. ut, avulſae a ſodalibus trilocularibus, in apetalas & pruniferas Palmas immigrent Irides?

CCIL. GOTTFRID HENRICH BURGHARD *Reiſe auf den Zotenberg. Breslau* 1736. 8. Catalogum ſtirpium continet, ſed minime ſcriptum a Botanico.

CCL. (MILL.) PHILIP MILLER's *Gardeners Dictionary, London for the Author* 1737. *folio cum app.* Cultum plantarum & hortenſes varietates in primis tradit, vineaeque fuſiſſimam hiſtoriam, & phyſica

plurima, ſed multas etiam rariores Angliae alpiumque indigenas recenſet. Nomina fere BOERHAAVII ſequitur.

CCLI. (LUDWIG.) CHRISTIANI GOTTLIEB LUDEWIG *Definitiones plantarum. Lipſ. Gleditſch* 1737. 8. *maj.* BOERHAAVIANOS & alios meliores characteres in ordinem RIVINIANUM diſponit, amans tamen naturae, & generum artificialium oſor. Apetalas, expunctas a RIVINO, ſeorſim conſervavit.

CCLII. (MÖHRING.) PAULI HENRICI GERARDI MÖHRING *Primae lineae horti privati. Oldenburg Gotjen* 1737. 8. Praeter rariores paluſtres & ſeptentrionales plantas, quas horto inſeruit, in patria lectas Friſia, genera etiam conſtituit aliqua.

CCLIII. (LINN. *Lapon.*) CAROLI LINNAEI *flora Lapponica. Amſterd. Schouten* 1737. 8. *maj.* Indefeſſus auctor ultimam orbis terrarum ſolitudinem ſolus ſubiit, & omnium commodorum vitae humanae expers, aeſtate anni 1732. maximam partem paluſtris & alpinae Laponiae percurrit, ſtirpes ibi legit paucas, 536. ſi fungos conputaveris, raras tamen & novas, quot fere ullus alius ſimilium ſcriptorum, obſervationes autem etiam plures. Videas, & volupe eſt videre, declinantem ubique a rigore legum ſuarum artificialium, & ad naturalia genera redeuntem.

CCLIV. (LINN. *Char.*) CAROLI LINNAEI *genera plantarum, eorumque characteres naturales. Lugd. Bat. Wiſchoff* 1737. 8. *maj.* cum *Corollario, ibid. eod. anno inpreſſo.* Non adtinet laudes hic repetere, quas huic ſcripto alibi inpertii (*39*). Characteres hiulcos TOURNEFORTII, laxos RAII, nimis partiales RIVINI, non ſemper fideles MAGNOLII, ita uberrimos, ita ex ipſa natura erutos reddidit, ut perinde cuivis ſyſtemati condiendo fidi ſint duces futuri. Expertus loquor, quanti ſit laboris colligere id, quod in ſpeciebus commune, & ab aliis ejusdem tribus familiis diverſum eſt. In Corollario multa addidit, aliquos errores correxit.

CCLV. (LINN. *Cliff.*) CAROLI LINNAEI *hortus Cliffortianus. Amſterd.* 1737. *fol.* Munificentia GEORGII CLIFFORT ſplendidum hoc opus orbi donatum eſt, donatum ajo, cum & ſumtibus ejus prodierit, & fere omnibus Botanicis dono ſit miſſum. Nitidiſſimae ſunt icones ſtirpium, & rariſſimarum incredibilis in horto privato numerus eſt; ſed id vulgo utiliſſimum, quod methodum LINNAEANAM in actum quaſis deducat, ſpeciesque eorum generum enumeret, quorum ſpecies pauci homines propria arte eruiſſent.

CCLVI. JOHANNIS GEORGII SIEGESBECK *botanoſophiae verioris Sciagraphia. Petropol. Academ.* 1737. 4. *maj.* In 1. parte opuſculi RIVINIANAM methodum contra DILL. & RAIUM defendit. In altera in LINNAEUM invehitur, quam vereor, ut ubique intellexerit, iratus, ut videtur, quod alphabeticos ſcriptores heterodoxos vocaverit.

CCLVII. (WEINM. I.) JOHANN WILHELM WEINMANN *Phytanthozaiconographiae Tom. I. Ratisbonae Lenz* 1737. *fol. Explicationes viresque medicas adjecit* JOHANNES GEORGIUS NICOLAUS DIETRICHS. Hoc magnifico opero, quod precio omnia alia Botanica ſcripta ſuperabit, coloribus vivis, tabulis fere 1000. exprimuntur aliquot millenae ſtirpium ſpecies. Dudum obſervatum eſt „ multas plantas ad icones auctorum fingi, auctori non viſas: „ in floribus & minutiis minimam curam poſitam eſſe „ varietatibus ultra omnem modum indulſiſſe auctorem ut Anthophilis fere ſcripſerit „ plantas diverſiſſimas miſcuiſſe „ ſpecierum infinitum numerum, maxime ex vulgatioribus, ubique introduxiſſe, quas nemo, neque ipſe commentator intellexit.

CCLVIII. (EHRH.) BALTHASAR EHRHART *Zugabe zu Lonicers Kräuterbuch. Ulm. Bartholomaei* 1737. *fol.* Practica continet & ad civilem uſum facientia, minime inutilia.

CCLVIII*. (IT. HERCYN.) ALBERTI HALLER *Iter hercynicum anni* 1738. *Gotting.* 1738. 4. & exſtat cum *Helvetico* a. 1740.

CCLIX. [BLAKW.] ELISABETH BLACKWELL *curious Herbal. London Nourſe* 1739. 2. *vol. fol.* Novas & fideles icones officinalium, & ſaepe rariorum, 500. continet, in plerisque exemplaribus vivis coloribus ornatas, ſermone brevi, quo vires continentur, pariter aeri inſculpto.

CCLX. (AMMAN. *Ruth.*) JOHANNIS AMMAN *icones & deſcriptiones ſtirpium rariorum Ruthenicarum Petrop. Acad.* 1739. Stirpes ab *Heinzelmanno, Meſſerſchmidio, & Gmelino* in Sibiria lectas novas, aut omnes, aut plurimas, 285. continet, quarum multae depictae adjiciuntur. Inter has plantas pluſculas alpinas, ni fallor, detexi.

CCLXI. (GRONOV.) JOHANNIS FRED. GRONOVII *flora virginica exhibens plantas a* JOHANNE CLAYTONO *lectas. Leidae Haak* 1739. 8. *maj.* Novas plerumque, aliquando tamen a noſtratibus non diverſas, plantas Virginicas, obſcure a CLAYTONO deſcriptas, additis characteribus LINNAEANA methodo diſpoſuit Editor.

CCLXII. (ROYEN.) ADRIANI van ROYEN *Florae Leidenſis prodromus. Leid. Luchtman* 1740. 8. Genera & nomina recepit LINNAEI, methodo differt, claſſes enim naturales, quam plurimas potuit, conſervavit, quibus nova nomina, unica voce conſtantia fecit. Stirpium, cum excluſae ſint varietates, maximus numerus eſt, rariſſimas plures aut novas primus ſuis ſedibus conſtituit, & nominibus definivit, ex methodo LINNAEANA paratis.

CCLXIII. [FABREG.] MATTHIEU FABREGOU *deſcription des plantes qui naiſſent autour de Paris. Par. Giſſey* 1740. 6. *vol.* 12. *maj.* prima vero volumina videntur a. 1734. prodiiſſe. Nihil hoc ſcriptore audacius, quoties meliores increpat, aut definitiones arbitrarias, a ſe ipſo propoſitas, obtrudit dudum mortuis. Nihil confuſius in plantarum ſynonymis, in ſpeciebus definiendis: Duriſſima fronte TOURNEFORTIUM exſcribit & VAILLANTIUM, nominibus ſubinde, ſed ridicule mutatis. Deinde, quod deteſtor, maximum numerum ſtirpium certiſſime exoticarum immiſcet pariſinis, &, ne quid deſit, typographi infinita vicia omnia corrumpunt.

CCLXIV. (WEINM. *T.* 276. *ad* 525.) Eſt *Phytanthozaiconographiae Tomus II.* qui prodiit a. 1740. ſtudio junioris D. DIETERICHS, & iconibus melioribus, & ſermone doctiore.

CCLXV. (GLEDITSCH) IOHANNIS GOTTLIEB GLEDITSCH *Conſideratio epicriſeos Siegesbeckianae. Berlin Haude* 1740. 8. LINNAEANUM ſyſtema tuetur contra objectiones libri dicti ad CCLVI. defendit ſeminum & ſtaminum dignitatem.

CCLXVI. IOHANNIS FRANCISCI SEGUIER *Bibliotheca Botanica, acceſſit* OVIDII MONTALBANI *Bibliothea Botanicca Hagae Neaulme* 1740. 4. *maj.* Uberrima, ex bibliotheſis Pariſinis & Sloanenſi, ex catalogis, ex diariis collecta, alphabetico ordine, medicis tamen, & ruſticis ad peculiares claſſes rejectis. Judiciorum nihil, & in ſeptentrionalibus nominibus non rara menda.

CCLXVII. (IT. HELV.) ALBERTI HALLER *Iter Helveticum. Gottingae* 1740. 4.

CCLXVIII. IOHANNIS GEORGII SIEGESBEK *vaniloquentiae Gleditſchianae ſpecimen Petrop. Academ.* 1741.

[39] *In diario Gottingenſi „ Abriſſ von gelehrten Sachen III. Stück.*

1741. *maj.* Argumento a ſterilitate multorum ſeminum, a reparatione per ſtolones &c. contra LINNAEI defenſorem urget: meliora forte dicturus, niſi iratus fuiſſet.

Reliquos aut Botanicos, qui indigenas non adtigerunt, aut Practicos, qui vires obiter tradiderunt, omittere viſum eſt.

DISSERTATIONES ACADEMICAE

ET

ALIAE SCHEDAE MINORES QUIBUS USUS SUM.

Mezger de Elleboro *R. R. I. Camerar.* Tubing. 1684.
R. I. Camerarius de plantis vernis *R. E. Camer.* ib. 1687.
G. W. Wedel de radice amara Homeri. Jen. 1692.
Frid. Hofmann de infuſo Veronicae. *R. Sattler* Hall. 1694.
G. W. Wedel de corchoro Theophraſti. Jen. 1695.
Ejuſd. de pane dyrrhachino. ib 1700.
Dan. Scheffer de chamomilla. Argentor. 1700.
R. I. Camerarius de ſcordio. Tubing. 1700. *R. Rohr.*
I. I. Bayer de viſco. Altdorf. 1706. *R. Hornung.*
I. A. Slevogt de urtica. Jen. 1707. *R. Drechsler.*
Ol. Rudbeck de hedera. Upſal. 1707. *R. Ludeen.*
R. I. Camerar. de lolio temulento. Tubing. 1710. *R. Seeger.*
G. W. Wedel de oenanthe. Jen. 1717.
I. A. Wedel de ſcordio. ib. 1710.
R. I. Camerar. de cervaria nigra & pini conis. Tubing. 1712. *R. Camerarius.*
G. W. Wedel de Centaurio minori. Jen. 1713. *R. Kilian.*
Lang. de millefolio. Altorf. 1714.
I. A. Slevogt de lino cathartico. Jen. 1713.
G. H. Siegesbeck de rorella. *Pr. Brendel.* Witteberg 1716.
I. A. Wedel de ſcordio. *R. Wygand.* Jen. 1716.
R. I. Camerarius de ulmaria. *R. Rick.* Tubing. 1717.
Ehinger de lupulo. Altorf. 1718.
Henninger de viola martia purpurea. Argentor. 1718. *R. Wuſtenfeld.*
Forſter de Ariſtolochia. Altorf. 1718.
G. VV. VVedel de Colchico. Jen. 1718.
Ejuſd. de allio. ib. 1718. *R. Eimhard.*
I. A. VVedel de calamo aromatico. *R. Betiken* ib. 1718.
Ejuſd. de Helenio. ib. 1719. *R. Beck.*
Ejuſd. de vincetoxico ib. 1719. *R. Wolf.*
de la Marche de vero uſu arnicae. Hall. 1719. *Pr. Alberti.*
Petſche de millefolio. *Pr. F. Hofman.* ib. 1719.
I. I. Bayer de artemiſia. *R. Hermann* Altorf. 1720.
I. A. Slevogt de gentiana. Jen. 1720. *R. VVeber.*
C. L. VVilhelmi de colchico. *Lipſ.* 1721.
G. VV. VVedel de polypodio. Jen. 1721. *R. Loew.*
VV. B. Nebel. de plantis dorſiferis. Heidelberg. 1721.
D. Faber de bellide minori. ib. 1721.
Wolleb de helleboro nigro. Baſil 1721. R. *Schobinger.*
B. Staehelini ſpecimen anat. botanicum. *R. Eod.* Baſ. 1721.
Ejusdem aliud ſpecimen. 1724. R. *Divernoj.*
Brukman de fungo hypoxylo digitato. Helmſt. 1725.
Hertius de pimpinella ſaxifraga. R, *Hilchen* Gieſſ. 1726.
Brukman de lapide violaceo ſylvae Hercyniae. Wolfenbüttel. 1727.
Ejuſd. de frutice Coſzodrewina Brunſv. 1727.
Ejuſd. de arbore Limbowe-Drewo 1727,
Caſp. Boſe de motibus plantarum ſenſus aemulis. Lipſ. 1728. R. *Boſe.*
B. Staehelin ſpecimen Anat. Bot. 1731. R. *Rippel.*
Chr. Liſchwiz de virgis aureis. Lipſ. 1731. R. *Tettelbach.*
I. Chr. Hermann. de foeniculo. Argent. 1732.
Ant. Birr. de demonſtrat. anatomica. Baſil. 1732.
Stantke de valerianis officinalibus. Pr. *Alberti* Hall. 1732.
Laur. Heiſter de foliorum utilitate, in conſtituendis generibus plantarum Helmſt. 1732. R. *E. F. Heiſter L. F.*
Joh. Boecler de uſu neglectorum ſimplicum circa Arg. naſcentium. Argentor. 1733.
Koronzay de erroribus ex ignoratione botanices ortis Hall. 1733. Pr. *Alberti.*
Tilemann. de ſambuco. Groning. 1733.
Bachov. de Helleboro nigro. Altorf. 1733.
Spies de valerianis. R. *Biſmark* Helmſt. 1734.
I. H. Schulze de Perſicaria acida Jungerm. *R. Mücke* Hall. 1735.
Brüch de decocto Juniperi. Argent. 1736.
Heder de Hedera terreſtri. Altorf. 1736.
Haller de methodico ſtudio botanices. Gotting. 1736.
Ejuſd. de veronicis alpinis ſpec. I. & II. ib. 1737.
Ejuſd. de pedicularibus. ib. 1737 R. *Richers*
H. Senkenberg de Lilio convallium. ib. 1737.
Sachs de Ulmo. Argentor. 1738.
VV. B. Nebel de acmella palatina. R. *Blankenhorn* Heidelb. 1739.
Alberti de Belladonna. R. *Oettinger* Hall. 1739.
I. H. Schulz de Chamaemelo. R. *Herzog* ib. 1739.
Ejuſd. de Aſaro. *R. Heinz* 1739.
Ernſting de Phellandrio. Brunſvic. 1739,
Milhau de Carvi. Argentor. 1740.
C. G. Ludwig de minuendis ſpeciebus plantarum. Lipſ. 1740.
Alb. Ritter iter in Bructerum M. Helmſtad 1740.
Laur. Heiſter Animadverſionss in methodum Linnaeanam. Helmſt. 1741. R. *Goeckel.*
Ejuſd. de nominum mutatione noxia a. & l. eodem. *R. Sandhagen.*

I. PLANTAE FLORE STAMINIBVS ET PETALIS DESTITVTAE SEMINE SOLO DONATAE.

Conferva D. 9
Byſſus D. 8
Mucilago M. 5
Botrytis M 2
Aſpergillus M 4
Lycogala M 3
Mucor M 5
Embolus 3
Clathroidaſtrum M 1
Sphaerocephalos 6
An Clathroides M 4
Buxbaumia 1
Lycoperdon M 7
Lycoperdoides M 1
Geaſter M 1
Carpobolus M 1
Lycoperdaſtrum M 1
Tuber M 3
Clavaria T 1
Coralloides T 7
Fuccinia M 2
Variae, ignotae, 6
Cyathoides M. 2
Peziza D. 29
Boletus M 5
Phallus M 1
Polyporus M 5
Agarico Polyporus 17
Agarico Suillus 1
Suillus M 11
Erinaceus M 5
Echinagaricus 3
Merulius 2
Agarico Merulius 1
Fungus M 112
Agarico fungus 7
Fungoidaſter M 4
Agaricus 15

II. PLANTAE STAMINIBVS VERIS ET PETALIS DESTITVTAE. FLORE ALIQVO ET SEMINE DONATAE.

I. Staminibus omnino nullis.

Linkia M 3
Lichen T 160
Lichen Agaricus M 13

II. Staminum analogis corpusculis praeditae. MVSCI.

I. FOLIIS A CAVLE DIVERSIS.

Lycopodium D 3
Lycopodioides D 1
Selago D 1
Selaginoides D 1
Fontinalis D 1
Sphagnum D 8
Hypnum D 38
Polytrichum D 7
Bryum D 47
Mnium D 1
Jungermannia M 17
Muſcoides M 3

II. FOLIIS A CAVLE NON DIVERSIS.

Marſilea M 7
Lunularia M 1
Hepatica M 1
Marchantia M 2
Anthoceros M 2
Riccia M 1
Lenticularia M 3

Pilularia V 1
* Chara V

III. EPIPHYLLOSPERMAE.

Oſmunda T 1
Ophioglosſum T 1
Struthiopteris 1
Filix Pteris, L. 2
Acroſtichum L 1
Aſplenium L 8
Polypodium L 16
Equiſetum T 7

III. PLANTAE PETALIS DESTITVTAE SEMINE FLORE ET VERIS STAMINIBVS DONATAE.

I. I. STAMINIBVS COALITIS A FRVCTV REMOTIS. CONIFERAE.

Ephedra T 1
Taxus T 1
Juniperus T 1
Abies T 2
Larix T
Pinus T 4

II. I. STAMINIBVS A FRVCTV REMOTIS IVLIFERAE.

Salix T 22
Populus T 3
Alnus T 3
Betula T 2
Carpinus T 1
Quercus T 1
Corylus T 1
Caſtanea T 1
Fagus T 1
Xanthium T 1

III. II. NON IVLIFERAE ISOSTEMONES.

† Rhamnoides T 1
† Empetrum T 1
Viſcum T 1
Buxus T 2
Rhamnus T 2
Frangula T 2
Tamnus T 1
Hedera T 1
Vitis T 1
Lupulus T 1
Fraxinus T 1
Vlmus T 1
Lapatum T 14
† Fagopyrum T 2
Atriplex T 1
Chenopodium T 7
† Blitum L 1
Amaranthus T 1
Parietaria T 1
Vrtica T 2
† Biſtorta T 2
† Perſicaria T 5
† Polygonum T 1
Herniaria T 1
Camphorata T 2
Theſium L 1
Perchepier RAI. 1

IV. MEIOSTEMONES.

Alchimilla. RAI. 3
* Blitum

V. DIPLOSTEMONES.

Knawel RAI 2
Paſſerina RVPP. 1
† Thymelaea T 4
Chyſoſplenium T 1
* Rhamnoides. n. III.

VI. POLYSTEMONES.

Tithymalus T 14
Mercurialis T 2
Aſarum T 1
† Ariſtolochia T 1
* Empetrum. n. III.

VII. AQVATICAE VARIAE.

† Chara V 4
Limnopeuce V. 1
Zanichellia M 1
† Stellaria V 3
† Potamogeton T 11
† Pentapteris 2
Ceratophyllum L 2

VIII. TRISTEMONES FLORE plerumque BIFOLIO. GRAMINA.

I. Folliculo biglumi.

I. Calyce nullo.

I. Locuſta uniflora. Nardus. L. 1.
II. - - Quadriflora, Aegilops. 1.
III. - - Triflora. Hordeum, L. 2.

II. Calyce uniglumi.

I. Locuſta uniflora.
I. Ariſta ex glumae dorſo Iſchaemon. 1.
II. - ex baſi Alopecurus, L. 1.
II. Locuſta multiflora Lolium. L. 6.

III. Calyce biglumi.

I. Mutico.
I. Locuſta plerumque non pappoſa.
I. Folliculo ariſtato ex apice glumae. L.
I. - ſpicata Triticum L. 10
II. - - - paniculata. Feſtuca. L. 11.
II. Folliculo mutico.
I. Locuſta multiflora. Poa Briza Melica. L. 30.
II. - - uniflora.
I. - - graciliſſima Agroſtis. 7.
II. - - Obeſa Milium. L. 2.
II. Locuſta pappoſiſſima Arundo. L. 6.
I. Locuſta plerumque non pappoſa.
I. Folliculo ariſtato.
II. Ex dorſo glumae.
I. Ariſta flexa.
I. Locuſta uniflora 3.
II. - - - multiflora. Avena. 16.
II. Ariſta recta Bromus. L.
I. Locuſta multiflora. 8.
II. - - - uniflora. 2.
II. Calyce ariſtato.
I. Folliculo ariſtato.
I. Locuſta uniflora.
I. Paniculata. Feſtuca junceo folio. 1.
II. Spicata. Anthoxanthon. 1.
II. Locuſta multiflora. Gramen gl. variis. 1.
II. Folliculo mutico. Typhoides. 6.

IV. Calyce multiplici

Gr. criſtatum. 1.

II. Folliculo triglumi

Panicum. L. 3.

IX. GRAMINIBVS ADFINES.

I. TRISTEMONES VNIGLVMES

Cyperoides. T. 39.
Vlva. 2.
Carex Rupp. 13.
Cyperus. M. 2.
Scirpus. M. 9.
Linagroſtis. T. 3.

II. HEXASTEMONES SEXGLVMES.

Schoenus. L. 1.
Mariscus. 1.
Juncus. T. 20.
Scheuchzeria. L. 1.
Triglochin. RVPP. 1.
Acorus. L. 1.

III. TRISTEMONES TRIGLVMES.

Sparganium. T. 2.
Typha. T. 3.

† Arum. 1.

IV. PLAN-

IV. PLANTAE SEMINE, FLORE, STAMINIBVS ET PETALIS DONATAE.

I. MONOCOTYLEDONES.

I. TVBA DESTITVTAE, ORCHIDEAE.

Orchis. T. 29.
Helleborine. T. 8.
Calceolus. T. 1.
Epipactis. 1.
Ophris T. Nidus avis. T. 2.
Limodorum. T. 1.

II. TVBA PRAEDITAE. LILIACEAE.

I. FRVCTV SVB FLORE TRISTEMONE.

Gladiolus. T. 1.
Iris. T. 4.
Crocus. T. 2.

II. HEXASTEMONE.

Colchicum. T. 3.
Leucojum. L. 1.
Narciſſus. T. 2.

II. FRVCTV INTRA FLOREM.

I. MONOPETALVM.

Muſcari. B. 3.
Polygonatum. T. Convallaria. L. 5.
Unifolium. D. 1.

II. HEXAPETALVM.

I. SOLITARIVM.

Lilium. T. 1.
Fritillaria. T. 1.
Hemerocallis. L. 2.
Anthericum. L. 1.
Phalangium. 5.
Ornithogalum. 5.

II. CONGLOMERATVM.

Porrum, 4.
Cepa. 3.
Allium, 5.

II, DICOTYLEDONES PETALODEAE.

I. POLYSTEMONES.

I. PLERVMQVE MVLTISILIQVAE.

Veratrum, T. 1.
Butomus, T. 1.
† Damaſonium, V. 1.
Sagittaria, L. 1.
† Hydrocharis, L. 1.
† Nymphaea, T. 2.
† Papaver. T. 3.
† Glaucium, T. 1.
† Chelidonium, T. 1.
† Chriſtophoriana, T. 1.
† Filipendula 3,
† Thalictrum, T. 7.
Aquilegia, T, 3.
Paeonia, T. 2.
† Fraxinella, T. 1.
Aconitum, T. 3.
Delphinium, T. 2.
Reſeda, T. 1.
Luteola, T. 1.
† Parnaſſia, T. 1.
† Nigella, T. 1.
Helleborus. T. 3.
Populago, T. 1.

II. GYMNOPOLYSPERMAE.

I. PETALIS CIRCA OVARIVM ORTIS.

Adonis BOERH 2.
Trinitas 1.
Ficaria D. 1.
Ranunculus, L. 19.
Anemone, L. 11.
Clematis, T. 2.
* Sagitta.
* Filipendula.
* Thalictrum.

II. PETALIS EX CALYCE ORTIS,

Dryas, L. 1.
Caryophyllata, T. 5.
Potentilla, L. 13.
† Sibbaldia, L. 1.
Fragaria, T. 1.
Rubus, T. 4.

II. POLYSTEMONES POMIFERAE.

I. VMBILICATAE.

Ribes, L. 4.
Roſa, T. 8.
Sorbus, T. 1.
Pirus, L. 2.
Meſpilus, L. 3.
Crataegus, L. 4.

II. NON VMBILICATAE.

Prunus, T. 1.
Ceraſus. T. 2.
Padus, L. 1.

III. POLYSTEMONES MVLTILOCVLARES.

Tilia, T. 2.
Helianthemum, T. 5.
Hypericum, T. 6.

* Hydrocharis.
* Nymphaea.
* Papaver.
* Nigella.
* Reſeda.
* Luteola.
* Chelidonium.
* Glaucium.
* Chriſtophoriana.
* Portulaca.
* Pimpinellae, ſp.

IV. POLYSTEMONES STAMINIBVS COALITIS.

Malva, L. 5.

DICOTYLEDONES PETALODEAE.

II. DIPLOSTEMONES.

Oxys, T. 1.
Geranium, T. 15.
† Linum, T. 4.
† Rorella. R. 2. Ros ſolis, T.
Viſcago, D. 4.
Silene, L. ſp. 2.
Lychnis, 5.
Saponaria, L. 8,
Tunica, D. 9.
Myoſotis, T. 6.
Alſine, T. 20.
† Polygonifolia, D. 1
Cherleria, 1,
† Portulaca, T. 1.
Sedum, L. 19.
Saxifragia, T. 18.
Salicaria, T. 2.
† Peplis. L. 1.
Agrimonia, T. 1.
Epilobium, D. 8.
Onagra, T. 1,
Ruta. T. 1.
Hypopitys, D. 1.
Moschatellina, T. 1.
Paris, L. 1.
Oxycoccus, T. 1.
Vaccinium, L. 3.
Arbutus, L. 2.
Andromeda, L. 1.
† Azalea, L. ſp. 1
Ledum, 2
Erica, L. 2.
Tamariſcus, T. 1.
Pirola, T. 4.
† Acer, T. 3.

* Thymelaea.
* Ariſtolochia.
* Potamogeton.
* Pentapteris.
* Damaſonium.
* Fraxinella.

DICOTYLEDONES PETALODEAE

III. ISOSTEMONES.

I. PLACENTIFERAE.

I. VASCULIFERAE.

Staphylodendron, T. 1.
Evonymus, T. 2.
Berberis. T. 1.

II. FLORE FRVCTVI INNATO GYMNODISPERMAE.

I. PENTAPETALAE VMBELLIFERAE.

I. OBSCVRIORI VMBELLA.

Hydrocotyle. T. 1.

I, MANIFESTA.

I. ABSQVE PLACENTA COMMVNI.

I. SEMINIBV GIBBIS STRIATIS.

I. INVOLVCRO NVLLO.

I. PETALIS AEQVALIBVS.

Foeniculum, T. 1.
Meum, T. 1.
Apium, T. 1,

I. PETALIS INAEQVALIBVS.

Podagraria, D. 1.
Carum, L. 1.
Tragoſelinum, T. 5.

II. INVOLVCRO ALTERO VEL VTROQVE PRAEDITAE.

I. PETALIS INAEQVALIBVS.

Seſeli, L. 2.
Oenanthe, L. 2.
Phellandrium, T. 1.
Ethuſa L. 1.
Cicuta, R. 1.

II. PETALIS AEQVALIBVS.

Liguſticum, L. 1.
Sium T. 5.
Bupleurum, T. 10.

II. SEMINIBVS GIBBIS ALATIS.

I. ALIS QVATVOR ET PLVRIBVS.

Aſtrantia, T. 2.
Laſerpitium, L. 3.

II. ALIS.

II. ALIS DVABVS.

Peucedanum, L. 3.
Selinum, L. 5.
Angelica, L. 1.
Imperatoria L. 1

III. SEMINIBVS PLANIS.

I. ALATIS.

Paſtinaca T. 1
Spondylium T. 2
Tordylium?

IV. SEMINIBVS ASPERIS.

Caucalis T. 3
Sanicula T. 1.

V. SEMINIBVS GIBBIS HIRSVTIS.

Daucus 1
Libanotis 2.

VI. SEMINIBVS ROSTRATIS.

Chaerophyllum T. 2
Myrrhis T. 4
Scandix T. 1

VMBELLIFERAE.

II. PLACENTA COMMVNI PRAEDITAE.

Eryngium T. 2

ISOSTEMONES

I. FLORE FRVCTVI INNATO.

II. DIPETALO.

Circaea T. 2

III. TETRAPETALOIDE.

Sherardia T. 1
Aſperula 2
Rubeola 2
Galium T. 10.
Rubia T. 1
Cornus T. 1

IV. QVINQVEFIDO.

Opulus T. 1
Caprifolium T. 1
Sambucus T. 3
Viburnum T. 1

ISOSTEMONES.

III. FLORE CIRCA FRVCTVM POSITO.

I. VNICVM. VASCVLAREM.

I. QVADRIFIDO.

Aquifolium T. 1
Tribuloides T. 1
Cuſcuta T. 1
† Pimpinella T. 2
Plantago L. 5

II. QVINQVEFIDO plerumque.

Gentiana L. 16
Lyſimachia L. 3
Anagallis L. 2
Primula L. 7.
Aretia 6
Hottonia BOERH. 1
Menoanthes T. 1.
Soldanella T. 1
Convovulus T. 2
Stramonium T. 1
Polemonium T. 1
Campanula T. 17
Jaſione L. 1
Rapunculus T. 6
Cyclamen T. 3
Viola T. 12
Impatiens R. 1

IV. ISOSTEMONES CVCVRBITACEAE.

Bryonia T. 1

V. ISOSTEMONES SOLANACEAE.

Solanum T. 2
Alkekengi T. 1
Belladonna T. 1
Verbaſcum L. 4
Hyoſcyamus T. 1

VI. ISOSTEMONES ASPERIFOLIAE.

Echium T. 2
Symphytum T. 2
Cerinthe T. 1
Pulmonaria T. 2
Lithoſpermum L. 3
Scorpiurus, MART. 2
Heliotropium T. 1
Cynogloſſum T. 1
Aſperugo T. 1
Lycopſis L. 1
Bugloſſum L. 1
Borrago T. 1

VII. ISOSTEMONES DICARPAE.

Aſclepias T. 1
Pervinca T. 1

* Sibbaldia
* Ribes
* Linum
* Parnaſſia
* Rorella
* Corrigiola
* Peplis
* Azalea
* Allines ſp.
* Sedi ſp.
* Hedera
* Vitis
* Rhamnus

DICOTYLEDONES PETALODEAE.

IV. MEIOSTEMONES.

Liguſtrum T. 1
Veronica T. 18
* Stellaria

DICOTYLEDONES PETALODEAE.

V. STAMINIBVS AD PETALA SESQVIALTERIS. TETRAPETALAE CRVCIATAE.

I. SILIQVA BREVIORI.

I. VNILOCVLARES.

Iſatis T. 1
Myagrum 3

II. BILOCVLARES.

I. SEPTO VALVIS PARALLELO.

Alyſſum 3
Draba D. 4
Clypeola L. 2.
Lunaria T. 1

II. SEPTO AD VALVAS NORMALI.

Biſcutella, LINN. 2
Coronopus 1
Iberis D. 2
Naſturtium 6
Lepidium 6

II. SILIQVA LONGIORI.

Siſymbrium 15
Eruca 1
Sinapi T. 3
Raphanus L. 1
Dentaria T. 3
Cardamine T. 7
Turritis L. 2
Arabis L. 5
Leucojum T. 2
Heſperis L. 3

DICOTYLEDONES PETALODEAE.

VI. STAMINIBVS AD PETALA DVPLIS SESQVITERTIIS. PAPILIONACEAE.

I. BILOCVLARES SEPTO DIVISAE.

Aſtragalus T. 2

II. VNILOCVLARES.

I. DECASTEMONES.

Aſtragaloides T. 1
Vulneraria T. 2
Dorycnium T. 1
Lotus T. 3
Ornithopodium T. 1
Ferrum equinum T. 1
Coronilla T. 5
Colutea T. 1
Securidaca T. 1
Galega T. 1
Hedyſarum T. 1
Onobrychis T. 1
Medica T. 4
Trifolium T. 14.
Melilotus T. 2
Anonis T. 6
Cytiſus T. 3
Geniſta L. 4
Lathyrus L. 10
Aphaca T. 1
Vicia T. 10
Lens T. 1
Ervum T. 1
Orobus T. 4

II. STAMINIBVS PAUCIORIBUS.

Fumaria T. 3
Polygala T. 2.
Polygaloides T. 1

DICOTYLEDONES PETALODEAE.

VII. FLORE MONOPETALO STAMINIBVS QVATVOR INAE. QVALIBVS.

I. VNILOCVLARI CAPSVLA.

Montia M.
Linnaea, L. 1
Limoſella LIND. 1
Tozzia M. 1
Orobanche T. 3
Squamaria R. 1
Pinguicula T. 2
Lentibularia R. 1

II. CAPSVLA BILOCVLARI.

Antirrhinum L. 9
Digitalis T. 3
Gratiola L. 1
Scrophularia T. 4
Pedicularis 9
Alectorolophus 2
Staehelinia 1
Melampyrum T. 5
Odontites R. 3
Euphraſia R. 2
Ageratum T. 1

III. SE-

III. SEMINIBVS QVATVOR NVDIS.

I. LABIO SVPERIORI NVLLO.

Chamaedrys, 6
Bugula, 3

II. EODEM TRIFIDO.

Caſſida, T. 1

III. EODEM INTEGRO VEL CERTE SEGMENTIS NON DIVERGENTIBVS.

Brunella T. 4
Salvia L. 2
Cardiaca T. 2
Lamium T. 3
Stachys R. 4
Galeopſis L. 4
Betonica, 3

IV. EODEM MANIFESTE BIFIDO ET DIVARICATO.

Sideritis T. 2
Ballote T. 1
Marrubium T. 1
Cattaria T. 2
Meliſſa T. 1
Calamintha L. 3
Chamaeclema B. 2
Clinopodium T. 3
Thymus L. 3
Origanum T. 1
Mentha R. 4
Pulegium R. 2
Lycopus T. 1
Verbena T. 1

DICOTYLEDONES PETALODEAE.

VIII. FLORIBVS VNI SEMINI INSIDENTIBVS CONGREGATIS.

I. PLACENTA ET CALYCE COMMVNI NVLLIS.

Valeriana T. 7
Valerianella T. 2

II. PLACENTA ET CALYCE COMMVNI PRAEDITAE.

I. STAMINIBVS LIBERIS.

Globularia T. 3
Aſterocephalus V. 1
Scabioſa V. 4
Succiſa V. 2
Dipſacus L. 2

II. STAMINIBVS QUINQUE COALESCENTIBVS.

I. FLOSCVLIS OMNIBVS FISTVLOSIS.

I. CAPITATAE.

I. FLOSCVLIS OMNIBVS ANDROGYNIS.

I. SQVAMIS CALYCIS SIMPLICIBVS.

I. PLACENTA ALVEOLATA.

Onopordon V. 1

II. PLACENTA PILOSA.

Lappa T. 3.
Carduus V. 6
Cirſium V. 15

II. SQUAMIS CALYCIS RAMOSIS.

Silybum V. 1
Atractylis V. 1
Carlina T. 2

II. FLOSCVLIS IN AMBITV STERILIBVS.

I. SQUAMIS CALYCIS SIMPLICIBVS.

Rhaponticum V. 4

II. IISDEM RAMOSIS AUT PINNATIS.

Calcitrapa V. 1
Cyanus 5

I. FLOSCVLIS OMNIBVS FISTVLOSIS.

II. CORYMBIFERAE.

I. SEMINE NVDO.

Tanacetum L. 2
Artemiſia L. 6

II. SEMINE CORONATO.

I. PLACENTA NUDA.

Gnaphalium L. 13
Chryſocome L. 1
Conyza L. 1
Eupatorium V. 1
Cacalia V. 1
Petaſites 6

II. PLACENTA SQUAMIS DISTINCTA.

Xeranthemum V. 1
Bidens T. 2

II. FLOSCVLIS IN CENTRO FISTVLOSIS IN AMBITV PLANIS. RADIATAE.

I. SEMINE NON PAPPOSO.

I. PLACENTA SQUAMIFERA.

Buphthalmum L. 3
Achillea V. 10
Chamaemelum V. 2

II. PLACENTA NVDA.

Matricaria 3
Pyrethrum 3
Caltha T. 1
Bellis T. 1

II. SEMINE PAPPOSO.

Bellidaſtrum M. 1
Erigiron L. 4
After L. 10
Solidago L. 2
Senecio L. 14
Arnica MOEHR. 2
Doronicum 1

III. FLOSCVLIS OMNIBVS PLANIS.

I. PLACENTA NVDA.

I. SEMINE PAPPO CORONATO.

Taraxacum 8
Hieracium V. 26
Hieracioides V. 5
Picris L. 2
Sonchus V. 4
Prenanthes L. 2
Chondrilla V. 1
Lactuca V. 4
Scorzonera L. 3
Tragopogon T. 1

II. SEMINE NVDO.

Lampſana T. 1

II. PLACENTA SQVAMIS DISTINCTA.

I. SEMINE PAPPO CORONATO.

Hypochoeris V. 2

II. SEMINE NVDO.

Cichorium T. 1

Notam † appoſui, ubicunque ex Analogia in aliquam claſſem planta relata eſt, quae titulo gentis non reſpondet. Cum ſigno vero * easdem ad eam Claſſem ſubdidi, ad quam pertinerent, niſi alibi ab analogia retinerentur. Caeterum T. deſignat TOVRNEFORTIVM, M. MICHELIVM, D. DILLENIVM, L. LINNAEVM, R. RIVINVM.

AD TABULAS IV. PRIORES VISUM EST ADDERE EXPLICATIONES.

T. I. f. 1. *Embolus nigerrimus, villo albo adſperſus :* cum altera icone lente vitrea aucta.

f. 2. *Sphaerocephalos niger cortice albiſſimo* : Adjectae ſunt icones aucta magnitudine, cortice integro, & effracto, cum conſpicua medulla nigra, & vacuo, medulla elapſa.

f. 3. *Sphaerocephalos niger villo ochroleuco.* Icon prior ochroleucos habet, cortice dejecto, tum nativa magnitudine, tum aucta. Icon altera juniores nigros, cortice integro, & ſemireſecto.

f. 3. *Sphaerocephalos ruber :* cum icone aucta integra, ſemilacero, & lacero omnino vacuoque cortice.

f. 5. An *Clathroides piriforme ceſpitoſum purpureum.* In icone aucta integrae habentur capſulae, & aliae lacerae quae villum pulverulentum effundunt.

f. 6. An *Clathroides purpureum pediculo donatum.* Habentur ſphaerulae integrae, tum aliae teſtis ſemilaceris, reticulo ſeminudo, tum teſtis inanibus, & tandem reticulo nudo, quale frequenter reperitur.

f. 7. An *Clathroides flavoſcens pediculo carens.* Inter aucta ſpecimina ova alia integra, alia teſta lacera, alia villo ſe ex ovo effundente.

f. 8. *Peziza conica nigra.* In cortice orientes villoſi tumores : deinde adultiores, clauſi tamen villoſo involucro, tum perfecta Peziza, levi facie denudata, tandem eadem diſciſſa, ut pulpa tremula adpareat.

In T. II.

f. 1---7. Icones ſingulae cum altero ſpecimine modice aucto : atque ita in ſeqq. tabulis obſervavi.

Ic. 8. *Lichen Agaricus cruſtaceus nigerrimus, foliis innaſcens*, primo integer, deinde apertus, & diſſectus, ut hinc cortex adpareat, niger, ſphaerulis diſſectis diſtinctus, inde pulpa cum ſphaerularum nidis.

Ic. 9. *Lichen Agaricus diſciformis, punctatus, nigricans.* Primum in cortice erumpentes bullae, tum integra planta, punctis diſtincta, denique eadem diſſecta, ſphaerulis per medium reſectis, in nigra pulpa nidulantibus : haec ad lentem.

Ic. 10. *Lichen Agaricus fragi facie*, primo ceſpes, deinde planta auctior, tandem eadem aperta, ut pulpa interior adpareat, & cortex, in quo ſphaerulae nidulantur.

T. III.

f. 1. *Selaginoides* naturali mole, tum auctum, tandem validiori lente ſpectatum, cum bivalvibus capſulis.

f. 3. *Sphagnum acaulon maximum foliis in centro ciliaribus :* Maturum naturali mole, tum ceſpitoſum, tum ſingulare : aucta vero icon alia junioris, alia maturi ſpeciminis.

T. IV.

f. 2. *Bryum alpinum crinium criſporum ſimile capſula barbata* naturali magnitudine, tum modice, tum inſigniſſime auctum.

f. 8. Habentur ſpecimina *Bryi alternantis calyptra variegata & ſcyphulis folioſis*, alia capitulo onuſta, integro, calyptrato, & bifido ; alia abſque capitulo, roſa foliorum terminata, quae pro pulverulento capitulo habita eſt : tum naturalia, tum inſigniter aucta.

Reliqua facilia puto.

PLAN-

PLANTAE APETALAE STAMINIBUS CONSPICUIS DESTITUTAE.

MARINAE.

HELVETIA tota mediterranea eſt, & hac claſſe ſtirpium omnino deſtituitur: Lapideas equidem frequentiſſime legimus, etiam in altiſſimis montibus repertas fuiſſe. Ego ipſe in *M. Hubel* ditionis *Solodurenſis Fucum marinum* aliquem integrum, cum veſiculis ſuis in lapideam naturam conuerſum, vidi, & SCHEVCHZERVS major magnam vim adfinium experimentorum congerit in *Herbario Diluviano* ubique. Sed non placet has plantas adnumerare noſtratibus, ne *Filices* Indicas T. X. f. 3. &c. & alias exoticas ſtirpes immiſceamus Europaeis & Helveticis.

SIMPLICISSIMAE SIMILARES SEMINE CONSPICUO DESTITUTAE.

Hae in ea nota univerſae conveniunt, quod viſibili flore omnino deſtituantur, & ſemen unice, neque omnes, oſtendant, deinde, quod nulla in iis ſit foliorum a caule diſtinctio.

CONFERVA.

CONFERVA DILL. *Synopſ.* RAI. III. p. 58. LINNAEI *char. nat.* n. 804.
ULVA DILL. l. c. p. 62. LINNAEI l. c. n. 803.
BYSSI MICHELI *nov. gen. p.* 210. ſpecies nonnullae.

Eo nomine trado plantas in aqua naſcentes, quae totae fiunt filamentis in longitudinem protenſis, absque partium conſpicuo diſcrimine. Quae latiuſculae ſunt, & foliorum ſimiliores, *Ulvae* dicuntur DILLENIO. Quae filorum gracilem teretitudinem exprimunt, *Confervae* DILLENIO, & *Byſſi* MICHELIO. Quae filamenta nodis, aut coloris varietate diſtincta habent, ea proprie Confervae eſſe videntur MICHELIO. Conjunxi omnes, quod latitudo taeniae per gradus intermedios degeneret in anguſtiam fili ſimilem, nodi vero ſaepe a ſola exſiccatione naſcantur, ut in n. 5. A Byſſo aegre diſtinguo. Longitudo filamenti & locus natalis ſola ſuperſunt, & ſufficere poſſunt in plantis, quibus nulla eſt partium diſtinctio.

ORD. I.

CONFERVAE LATIORES ET MARSILEIS ADFINES.

1. CONFERVA planifolia, dichotoma.
Lactuca aquatica tenuifolia ſegmentis bifidis PETIVER. *Muſ.* n. 253.
Hepatica paluſtris dichotoma ſegmentis anguſtioribus VAILLANT. *Bot. Pariſ.* p. 98. T. XIX. f. 5.
(Sed noſtrae paulo longiora ſunt foliola, & anguſtiora.)
Ulva paluſtris furcata anguſtioribus & firmioribus ſegmentis DILLEN. l. c. p. 65. n. 9.

Longa taeniola ad rectos angulos ramos emittit ſimiles. Simillima eſt *Marſileae arboreae globuligerae:* an eadem? an alia ſpecies *Marſileae?* quae in aquis fere ſteriles ſunt. STAEHELINVS ſub finem *Iulii* in ſtagnis *Fridlingenſibus.*

2. CONFERVA latifolia pinguis, extremis ramis palmatis.
Conferva gelatinoſa cornua Damae repreſentans DILLEN. l. c. n. 17.
Fucus fontanus pinguis corniculatus viridis VAILL. T. X. f. 3.

Viridiſſima, pinguis & lubrica eſt, nigris conſperſa punctulis. Ramulorum fines dilatati in duo, vel tria cornua finduntur. Latitudo ultra lineam eſt. Ex aqua extracta in maſſam informem collabitur. STAEHELINVS in lateribus alveorum ligneorum balnei *Schauenburg.*
Huic valde adfines ſunt *Ricciae* MICHELI, in quibus fabricam ſeminalem vidit.

ORDO II.

CONFERVAE NODOSAE.

3. CONFERVA fontana nodoſa ſpermatis ranarum inſtar lubrica major & fuſca DILLEN. l. c. p. 64. n. 26.
Corallina pinguis ramoſa viridis VAILL. p. 40. T. VII. f. 6. non optime.
Conferva geniculata lubrica major DILL. E. N. C. *Cent.* V. VI. *App.* p. 60. T. XIII. f. 3. (ubi ſpinulae pro punctulis pinguntur.) *Cat. Gieſſ.* p. 199.
Alga fontalis foliis geniculatis craſſioribus teneriobusve ſive Alga geniculata major & minor RVPP. flor. Jen. p. 308. non autem ſynonyma.

Ramoſa eſt, & frequente ceſpite lapillos alveosque obtegit, apprehenſu difficillima. Tota fit globulis luridi coloris, graciliori filo conjunctis. Eae ſphaerulae ad lentem vitream, adparent diſtinctae punctis nigris, uti in priori ſpecie n. 2.
Amat fontes puriſſimos. Prope Bernam in aquaeductibus praedii *Loraine*dicti. (In rivo, qui rotas agit fabricae chartaceae prope *Weenden.*)
An diverſa eſt *Conferva marina nodoſa, lubrica, ramoſiſſima & elegantiſſime rubens* DILLENII ib. n. 25. T. 2. f. 3? Icon certe ſimillima eſt, neque color ruber in noſtra infrequens.
Non differt *Conferva fontalis geniculata lubrica minor.* DILLEN. E. N. C. l. c. p. 61. f. 4. *Cat. Gieſſ.* p. 200.

4. CONFERVA filis longiſſimis planis, nodis frequentiſſimis transverſis diſtincta.
Conferva geniculata minima noſtras PLVKN. *Almag.* p. 133. & T. LXXXIV. f. 9. (icon minoris ſpeciminis) *Hiſt. Oxon.* III. p. 644. *Sect.* XV. T. IV. f. 4. (bona icon majoris) RAI. *Hiſt. plant. Suppl.* p. 30. *Cat. Gieſ.* p. 199.
Conferva paluſtris ſeu filum marinum RAI. in *Synopſ.* I. II. & DILLEN. in III. p. 60. n. 16.
Alga ſubluteo & capillaceo folio I. R. H.

Duriuſcula & marinarum Confervarum ſimilior eſt, fila longa, intricata; capilli tenuitate, pallentia, frequentibus & transverſis eminentibus lineolis interſecantur, quae obſcuriori colore ſunt. Non videntur ramoſa eſſe.
STAEHELINVS in paluſtribus circa Baſileam.

5. CONFERVA filis ramoſis frequentiſſime radicatis.
Conferva paluſtris Bombycina DILLEN. *Synopſ.* III. p. 60. n. 18. Et, fide DILLENII
Muſcus aquaticus bombycinus tenuiſſimis filamentis LOESEL. *flor. Pruſſ.* p. 173. ic. 55. in qua tamen neque radiculae, neque rugae adparent.

Vaſtos in aquis ſtagnantibus glomeres efficit. Filamenta teneriora, viridiſſima, varie intricata, edunt ramulos frequentiſſimos. Eorum alii breviſſimi ſunt, & quaſi radiculae; alii caulium ſimiles & ipſi ramoſi. In exſiccata plantula noduli adparent, ſed confuſius, & videntur eſſe radicum retractarum reliquiae.
STAEHELINVS Baſileae legit. Gottingae in urbis foſſis abunde.

ORDO III.

CONFERVAE FOLIIS SIMPLICISSIMIS.

6. CONFERVA filis longiſſimis & ſimpliciſſimis.
Conferva Plinii LOBEL. Icon. II. p. 257. LVGD. p. 1022. 1023. RAII ubique & in *Synopſ.* III. p. 58.
Alga viridis capillaceo folio C. B. P. I. R. H. &c.
An *Byſſus paluſtris confervoides non ramoſa viridis ſericum referens filamentis longis tenuiſſimis* MICHEL. p. 210. n. 3. T. 89. f. 7.? Videtur omnino.
An huc potius referendus eſt *Muſcus aquaticus bombycinus tenuiſſimis filamentis* LOESEL. p. 173. & *ic.* 55.? Non repugnat.

Vul-

Vulgatiſſima in rivis pigrioribus, alveis fontium, & aquis ſtagnantibus, modo in cruſtam collecta, modo fluento obtemperans, & in longum capillitium educta.

Tota fit filis glabris, ſimpliciſſimis, teretibus, in aequabiles cylindros porrectis, ſature virentibus, in quibus nullas partes licet diſtinguere.

Inpoſita partibus laeſis, & oſſibus etiam fractis, & recentata adſperſa aqua, quoties inaruerat, mirabili celeritate fracta oſſa conferruminat. PLINIVS *hiſt. mund.* L. 27. c. IX. GARIDEL *hiſt. des plantes autour d'Aix* p. 15. 16.

Ejus videtur varietas, cujus iconem miſit STAEHELINVS, filis intortis in ſpeciem plicae capillorum muliebrium.

7. CONFERVA filis ſimplicibus, intricatis, ramoſis.

Alga bombycina C. BAVHINI in *Prodr.* p. 155. ob reticularem habitum.
Muſcus aquaticus bombycinus retiformis LOESEL. l. c. & *ic.* 54. quae rete exprimit.
Conferva reticulata RAII *Hiſt. Plant.* II. p. 1852. BOBART. *Hiſt. Oxon.* I. c. f. 4. VAILL. p. 40. DILLEN. in *Syn.* RAI. p. 59. n. 10. *Cat. Gieſ.* p. 199. E. N. C. p. 60.
Conferva reticulata criſpa PLVKNET. *Almageſt.* p. 113. & T. XXIV. f. 2. quae ſimilis eſt *Loeſelianae.*

Superficiei aquae innatat, & in magnas maculas confluit, laete viridis, mollis & tenerrima. Intricatur in areolas frequentiſſimas, vel integra etiam pelle Lenticulam & Gramina aquatica involvit. A Conferva 5. differt teneritudine, filis non rugoſis, neque frequentiſſime ut in illa, radicatis, habitu reticulari. Baſileae & Gottingae in aquis ſtagnantibus verno tempore abunde.

8. CONFERVA fontalis ramoſiſſima glomeratim congeſta DILLENII in *Synopſ.* RAIAN. III. p. 59. n. 8.

Conferva viridis capillacea brevioribus ſetis ramoſior Hiſt. Oxon. III. p. 644.
Conferva minor ramoſa Hiſt. Oxon. ib. Sect. XV. T. 4. f. 2. VAILL. p. 40.

Ad pellis murinae ſimilitudinem intricata cum luto ſe ſuſtinet, & fit brevibus filamentis, valde ramoſis, denſiſſime ſtipatis, ſature virentibus. Ambigit inter Confervas & Byſſos.

Ad ligneos alveos fontium circa Bernam abunde.

9. CONFERVA filis breviſſimis non ramoſis.

An *Byſſus aquatica tenuiſſima atrovirens pellem murinam referens, breviſſimis & ſimplicibus filamentis* MICHELI p. 211. & T. 89. f. XI? Non recedit.

Haec planta circa tophi globos ſe ordinat, fibris convergentibus ex ſphaerae ambitu ad centrum interius glebarum. Eadem in puriſſimis fontibus lapides & muſcos cute laete virente obducit. Ambigit inter *Confervas* & *Byſſos*, a Conferva octava diverſa filamentis brevibus non ramoſis.

Circa Bernam frequens naſcitur: in rivo, qui per prata *Eymatten* fluit; in fonte & rivo *der Haſenbrunn* &c.

CONFERVAE aliae terreſtres, quarum una a DILLENIO recenſetur, n. 7. p. 59. *Synopſeos* RAIANAE, dicentur poſt *Coralloides*, cum Confervae nomen plantis aquaticis relinquere malin.

Alga vero *fontalis trichodes*, ſingulare certe plantae imitamentum, dudum obſervante CARGILLO, non vera planta eſt, ſed radicum a fluento promotarum progenies. Ex ligneo ſtipite, pollicis ſaepe craſſitie, rami, deinde ramuli, tandem caudae equinae ſimiles plicae proveniunt, teretes omnes, ramoſae, ligni ſimiles, quae per centenos & ultra paſſus protenſae pulcerrimos ſaepe aquae ductus corrumpunt, & diffringunt. Bernae, ubi frequens vicium eſt, vocant *Strangen.* (Origo plerumque Populus STAEHEL.)

BYSSUS.

RVPPII *flor. Jen.* p. 300. DILLENII p. 57. pleraeque ſpec.

BYSSI MICHELI, praeter *Confervas* aliquas.

BYSSI LINNAEI praeter *Aſpergillos*, *Botrytin*, & *Lichenis* ſpecies.

A *Confervis* loco natali fere diſtinguitur: A *Mucore* &c. vita perenni, & capitulorum defectu. Non repugnaverim, ſi quis *Confervis* junxerit, ſecutus MICHELIVM.

1. BYSSUS terreſtris viridis herbacea & molliſſima, filamentis ramoſis, & non ramoſis MICHEL. p. 211. & T. 89. f. 5.
Byſſus tenerrima viridis velutum referens. DILLENII *Synopſ.* RAI. p. 57. n. 1.

Argilloſam terram late obtegit, ibi fere pallidior & minus ramoſa. In corticibus arborum pulcherrime viret. Ad muros etiam & in ſcobibus a defluxa calce relictis adnaſcitur, laetior hyeme, & locis udis, & ſaturi coloris. Nudo oculo videtur ſubaſpera, non villoſa, ſed ſubtilior cruſta. Lente vitrea admota adparent filamenta, quae aliquando ramoſa, arbuſcularum ſimilia ſunt, hyberno tempore foliis nudarum, alias ſimplicia videntur, nam difficile eſt judicium.

2. BYSSUS ſericea fulva perelegans tenuiſſima, rimis terrae innaſcens & glebas circumveſtiens. MICHEL. p. 211. n. VI. T. 90. f. 4.

Mollis & elegans planta late tegebat excavatam ſuperficiem exeſae rupis & ſabuloſam terram perreptabat undique. Color ſpadiceus elegans erat, mollities lanae, & ſimiles filorum tenerrimorum criſpi cincinni.
In adſcenſu per *Oſtermanniger groſsholz* prope *Bernam*, menſe *Januario.*

3. BYSSUS petraea nigerrima RICHARDSON apud DILLENIVM in *Syn.* RAI. p. 57. n. 8.
An *Byſſus minima ſaxatilis nigra ramoſiſſima, viticulis nudis* MICHELII p. 212. n. 20. T. 90. f. 5.? Videtur.

In ſaxis ſubalpinis inveni prope *Interlachen* media hyeme. Alias per Alpes viſa eſt muſcis inſtrata. Elegans, aterrima, ſerici villoſi ſimillima, filamentis diſtinctis, erectis, dimidiae lineae longitudine.

4. BYSSUS minima ſaxatilis aurea, inodora, filamentis partim ſimplicibus, partim ramoſis MICHELI p. 210. n. 4. T. 89. f. 2.
Muſcus croceus ſaxigena holoſericum referens ſive *byſſus petraea.* LLWHOYD apud RAI. *hiſt. Plant.* III. p. 30. PLVKNET. p. 257.
Byſſus petraea crocea, &
Byſſus petraea caneſcens. RUPP. *flor. Jenenſ.* p. 300. Illa junior, haec vetuſta.
Byſſus aureus Derbienſis humifuſus. PETIVER. *Gazophylac. Dec.* I. n. 122. T. 15. f. 3. DILLEN. in RAI. *Syn.* III. p. 56. n. 6.

In rupibus humectis frequens circa *Bernam*. In lapicidina ſupra *Wabern* prope *Bernam*. Pili erecti, longi, inter *Byſſos*, arcte adgeſti, ceſpites faciunt, uti ſolet *Muſcus vulgatiſſimus villoſus*, aurantii coloris. Per aetatem paulatim in cinereum degenerat.

5. BYSSUS major ſpeluncis & cellis vinariis innaſcens latiſſima, primum alba, deinde aurea, poſtea fulva, filamentis craſſioribus & aureis, fiſſilibus. MICHELI p. 211. n. 9. T. 90. f. 1.
An *Byſſus arborea barbata fulvi coloris.* DILLEN. *Syn.* RAI. p. 57. n. 9.? Icon PLUCKNETIANA noſtrae *Byſſo* non convenit, neque BOCCONIANA, quae ſpeciem *Agarici* potius exprimit, quam dicemus alibi.

Baſileae STAEHELINUS; ego in ſubterraneis cuniculis fodinarum ſylvae Hercyniae.

Lanu-

Lanugo longiſſima inter *Byſſos*, uncialis mollis, & goſſypii ſimilis, nullis, uti *Mucor*, capitulis predita. Recens alba eſt, per maturitatem atra fit.
In aceto deſtillato ſolvitur, & in ſphaerulas cinereas abit STAEH.

6. BYSSUS pulverulenta flava lignis adnaſcens. DILLEN. *Synopſ.* III. p. 56. n. 4.
An *Lichen cruſtaceus arboribus adnaſcens tenuiſſimus pulverulentus aureus colore elegantiſſimo & immutabili.* MICHELI p. 100. n. 69.

Frequens ad arbores & aſſeres, qui hyemales pluvias uberius inbiberunt, & latiſſimas cruſtas efficit.
Dubia eſt inter *Byſſos* & *Lichenes*, acervos informis pollinis magis referens, quam vera fila. Huc retuli, ſubjunctam *Byſſis*, ob adfinitatem cum *Byſſo* 3. & 8.

7. BYSSUS purpurea delicatiſſima arborum corticibus adnaſcens breviſſimis & tenuiſſimis filamentis. MICHELI p. 211. n. 12.

Ex lignis emortuis prodit, efficitque ceſpites denſos, qui in latos etiam tractus confunduntur. Fila ejus aliqua, ſed exigua & brevisſima ſunt, & oculo inermi vix diſtinguuntur. Color miniatus.

8. BYSSUS pulverulenta violacea lignis adnaſcens. DILLEN. *Syn.* III. p. 56. f. 3.?
An *Lichen cruſtaceus tenuiſſimus pulverulentus ruber arboribus adnaſcens.* MICHEL. p. 100. n. 73.

In Quercuum & Fagorum corticibus abunde. Glomeres cinnabarini, corticem ornant, ſed fila vix diſtinguuntur, ut omnino ambigat inter *Byſſos* & *Lichenes*. Ab iſtis tamen differt colore variabili, & in exſiccatione pereunte.

MUCILAGO.

MUCILAGINIS MICHELI ſpecies aliquae.

Quinque genera Situs conveniunt teneritate, brevi vita, loco natali in corporibus vegetabilibus & animalibus putreſcentibus. *Mucilagines* ſenſu proprio voco plantulas, quae vita brevi differunt a *Byſſo*, a *Mucore*, *Lycogala*, *Aſpergillo*, & *Botryt* vero defectu capitulorum ſeminiferorum. MICHELIUM invitus defero, motus ſumma difficultate notarum characteriſticarum, quas tribuit *Mucilagini*.

1. MUCILAGO cruſtacea alba MICHELI p. 216. T. 96. f. 2.
β. *Mucilago alba, ramoſa, radices arborum fibroſas ſimulans.* MICHEL. l. c. n. 3. T. 96. f. 3.
γ. *Agaricum luteum radicibus arborum fibroſis ſimile, inter humum & ligna, vel lapides innaſcens.* MICHEL. p. 125. n. 19.

Haec plantula humectis locis, exeunte autumno, frequens eſt, atque terram, radices arborum, quisquilias omnis generis, vivos denique muſcos obnubit. Plerumque cruſtam efficit aequabilem, ex filis ſimplicibus in ceſpitem congeſtis. Sed alias reticuli ſimilis & areolis diſtincta, ſemiputridos cortices obducit. Denique protrahitur per terrae humectas glebas, & marceſcentia folia, ſimilis nervoſo folii ſceleto, aut aridae arbuſculae; & ea ipſa facies plantae ſaepe in luteum colorem degenerat. Satis autem certo novi, has diverſas facies eiusdem omnino plantae diuerſas tantum aetates diſtinguere.

2. MUCILAGO alba pulverulenta, ramoſiſſima.

Aliquoties legi virgultis aridis adnatam. Singularis eſt, & ſui forte generis. Tota planta ovuni fere refert, elliptica, convexa. Tota fit laminis albis, intricatis, ramoſis, laciniatis, adeo friabilibus ſimulque fugacibus, ut in pollinem diffiari poſſint. Matura in nigrum pollinem reſolvitur.

3. MUCILAGO flava, ramoſiſſima, mollis.
Spongia fugax, mollis, flava, & amoena in pulvere coriario naſcens. MARCHANT. *Memoir. de l'Acad. des Scienc.* 1727. p. 472. ſeqq.

Saepe videram Bernae & alibi. Nuper elegantem fabricam perſpexi. In trunco putreſcentis arboris enaſcebatur ceſpes arbuſcularum, in apice laciniatarum, bifidarum, trifidarum, intricatiſſimarum, flavarum, adeo mollium, ut ſponte ſua inſtar butyri diffluerent. Sibi vero relictae, intra noctem ſiccatae, contractae, ſpongiae ovalis ſpeciem induerunt, quae breviſſimo tempore in nigrum pollinem diſſoluta eſt, ſimillimum ſpeciei 2.

4. MUCILAGO pulverulenta, coralloides, cinerea.

In cortice & ligno non ſemel vidi.
Cum n. 2. multa communia habet, pulverulenta eſt, cinerea, ceſpitoſa; ſed nihil laminarum, aut roſularum habet, diſtinctis fit fruticulis, modo ſimplicibus, modo ramoſis, nunquam ultra quartam unciae partem longis. Ambigit inter Mucilagines, & Coralloides.

5. MUCILAGO aeſtiva, rufeſcens, hemiſphaeroidea, corticibus arborum innaſcens. MICHEL. p. 216. T. 96. f. 1.

Suſpicor eſſe initia Lichenagarici fragiformis. In virgultis frequens eſt.

BOTRYTIS.

MICHELI p. 212.

A *Mucilagine* differt, quod, praeter fila, particulas ſui diſſimiles, & procul dubio ſeminales proferat. Ab *Aſpergillo*, quod fructus loco agmen globulorum in racemum congeſtum pediculo ſuſtineat.

1. BOTRYTIS comata, griſea, caule ſimplici, crasſiori, ſeminibus rotundis. MICHEL. n. 1. T. 91. f. 1.
Videtur depingi a MALPIGHIO *de plant. in aliis veget.* T. XXV. f. 108. lit. L. M. N.

Ex plantulis ſub prelo humeſcentibus & quisquiliis variis abunde.
Alia filamenta ſimplicia, alia nihilo majora, organica tamen ſunt, & ex apice proferunt tres quatuorve racemos acinorum, qui ex aeruginoſo vireſcunt.

2. BOTRYTIS non ramoſa, ſeminibus rotundis. MICHEL. n. 2. T. 91. f. 2.
Byſſus filamentoſa, fugax, alba, putreſcentibus innaſcens. LINN. *flor. Lapon.* n. 533.

Facies eſt *Mucilaginis* 1. fabrica Botrytis.

ASPERGILLUS.

MICHELI p. 212.

A *Botryte*, & *Mucore*, atque *Lycogala* differt, quod ſemina proferat ſimilia filamentis, in unum conjuncta pediculum, ſive ea filamenta inſtar radiorum ſphaerae conveniant, ſive truncum communem habeant, uti rami arbuſculae. Fateor has plantulas mihi minus cognitas eſſe, ſi quidem a Trichoſphaeris ſatis certo diverſae ſunt.

1. ASPERGILLUS capitatus ochroleucus.

Sub initia brumae in cortice querno inveni. Tenera plantula mollis & fugax, gerebat capitulum pro portione pediculi magnum, ejusdem coloris, compoſitum ex villis in unum centrum a ſphaerae ambitu convenientibus.

2. ASPERGILLVS albus pediculo articulato.

3. ASPERGILLUS capite cylindrico cinereo.

4. ASPERGILLUS ramoſiſſimus in globulos terminatus.

Nomina trium plantarum ſibi obſervatarum mecum communicavit STAEHELINVS.

LYCO-

LYCOGALA.

MICHEL. p. 215.

Brevitate vitae & rotunditate capituli cum Mucore convenit, differt, quod capitulum habeat humore plenum.

1. LYCOGALA globoſum, granis piſi magnitudine, aeris recocti colore MICHEL. p. 216. n. 2. T. 95. f. 2.

J. GESNERVS miſit, veſiculas Lycoperdis adfines, ex albo luteolas (poſtquam exaruerunt) ſeſſiles, unico cortice factas.

2. LYCOGALA pediculatum flaveſcens.

An *Fungus Virginianus ex ſtercore equino, capillaceus, capitulo rorido nigro puncto in ſummitate notato* BANISTER apud PLUKNET. *Almag. Bot.* p. 164. T. XVI. f. 7. RAI. *Syn.* III. p. 13. n. 13. Convenit filorum longitudo.

Brevius in cavernis ligni putridi, longiſſimum vero in oſſibus humanis non ſatis repurgatis reperi. In his uncialis longitudo erat filorum, color argenteus, flavo viciatus. Sphaerulae aqueae primo pellucent, deinde flaveſunt. Tota planta molliſſima eſt, tactu ſolo diffluit, tumque globuli aquulam effundunt, atque de ceſpite capitatorum fungulorum lana quaedam reticulata flava ſupereſt.

3. LYCOGALA pediculatum niveum.

Autumnali tempore in ligno putrido. Pediculus firmulus, fuſcus, capitulum exacte ſphaericum, lactei coloris, in cremorem adtactum diffluxit. Vacua teſta ſpadicea fit.

MUCOR.

MICHELI p. 215.

& *MUCILAGINIS* ſpecies non paucae.

A prioribus generibus facile diſtinguitur. Capitatus eſt, ſed aqueo humore deſtituitur.

ORDO I.

MUCORES CAULIFERI.

1. MUCOR vulgaris, capitulo lucido, per maturitatem nigro, capitulo griſeo. MICHEL. p. 215. T. 95. f. 1.

Mucedo capitulo diaphano, deinde viridi, & poſtremo nigro MALPIGH. *de plant. in al. veget.* T. XXV. f. 108. lit. P. Q.

An *Fungus bombycinus murini coloris in fimo felino tenuiſſimis capillis* PLUKNET. p. 164. RAI. *Syn.* III. p. 13. n. 16.

Mucor granulis filamentoſis fugacibus, putreſcentibus innatus LINN. *flor. Lapon.* n. 534.

Ubique in pane, & plantis, cum uvido ſitu putreſcentibus.

Setae cylindricae, ut in *Lycogala* 2. 3. pariterque cavae, glaucae, lineam altae: gerunt capitula ſimpliciſſima, levia, rotunda, glauca, poſtea obſcure aeruginoſa. Ceſpites denſi.

2. MUCOR albiſſimus, capitulo ovali.

Ceſpitoſe provenit ex tumore adroſi pruni. Cortex diſtinctus, medullam continebat, quae fracto cortice exprimeretur. Firmior erat congeneribus.

3. MUCOR albus minimus MICHEL. p. 215. n. 2. T. 95. f. 1.

In humida Peziza vidi.

Stylum

Styli minimi, indolis mucilagineae, nivei, gerebant capitula nitida, glabra, concolora.

ORDO II.

MUCORES ACAULI.

4. MUCOR globoſus lactis coagulati candorem & ſubſtantiam aemulans MICHEL. T. 95. f. 3.

Iconem miſit STAEHELINUS, acervum globulorum ſeſſilium albiſſimorum. Talem, cum nuper viderem in foliis putridis, putavi propiorem eſſe *Mucilagini minimae cruſtaceae albae capſulis grani panici magnitudine & forma, denſe poſitis* MICHEL. p. 216. n. 7. T. 96. f. 6.

5. MUCOR globoſus flavus.

In ſtirpibus, quae, dum exſiccantur, adgeſtae madeſcunt, frequens vicium. Tomentum flavum eſt, in quo ſeſſiles globuli concolores nidulantur.

EMBOLUS.

Ita a ſimilitudine cylindri, quo aqua ex ſiphone expellitur, plantulam voco, molliſſimam, quae clavam ſucculentam, cylindricam, iu tenuiſſimo pediculo profert. Hac ipſa figura differt a Fungoidaſtro, a Mucore praeterea, quod cortice deſtituatur, & in nuda carne ſemina villi ſpecie educat.

1. EMBOLUS carneus, per maturitatem niger.

In arborum corticibus & ad terram, autumnali tempore.

Plantula breviſſimae vitae, quae intra unicam horam naſcitur & perit. Pediculus tenerrimus albus ſphaeram carneam geſtat: ea citiſſime in typham mutatur, ſucculentam, tuberculis minimis exaſperatam. Typha vero intra breviſſimum tempus una cum capillari pediculo nigra fit, & polline fuſco obducitur, eſtque in eo ſtadio *Lycoperdon ſpurium arboreum barbatum* BUXBAUM *plant. Hal.* p. 204.

2. EMBOLUS nigerrimus, villo albo adſperſus.

In ligno putrido.

Figura, quae prioris, nempe Typhae. Sed totus niger eſt, paulo firmior, neque adeo brevis vitae, tuberculis albis, ſubtili villo nihilo craſſioribus, adſperſa. Utrique eadem eſt altitudo. Icon exſtat T. I. f. 1.

3. An EMBOLUS albiſſimus.

An *Mucilago minima clavae effigie, lacteum candorem ſimulans pediculo donata* MICHEL. p. 216. n. 4. T. 96. f. 4.

Olim legi in ligno putrido clavam flocculentam niveam, in pediculo concolore; ſed lente, fateor, non admota.

CLATHROIDASTRUM.

MICHELI p. 214. T. 94.

Embolo ſimile mollitie & figura, differt fabrica. Longa enim typhula fit capillitio reticulari longe tenerrimo, cujus areolae totae polline replentur, atque eo avolante nudae manent, inanibus, & pellucentibus ſpatiolis. Medium ſeptulo ſeparatur.

1. CLATHROIDASTRUM obſolete purpureum. *Majus* an *minus* MICHELII? quis dixerit?

In ligno putreſcente.

Pe-

Pediculi, uti in Embolo, nigri, tenerrimi, ſesquilineares. Typhae trium linearum, magneſiae ſordido colore. Recentes ſolidae & pulverulentae ſunt, uti Embolus, ſed intra breviſſimum tempus pulvis excutitur, & nudum reticulum cum ſeptulo ſupereſt.

SPHAEROCEPHALOS.

Gracilis pediculus ſphaeram erectam geſtat, cortice continuo clauſam, interius vero plenam ſpongioſo & filamentoſo glomere.

A *Mucore* vita perenni & duritie differt, à *Clathroide* vero, quod capillicium in reticulum non reſolvatur.

1. SPHAEROCEPHALUS totus niger maximus.

Fungoidaſter parvus, ex ſpadiceo rufeſcens, capitulo villoſo, pene fornicato, fungis ſemiputridis innaſcens, ſemine ſtellato MICHEL. p. 200. T. 82. f. 1.

In ligno putrido.

Altitudo pediculi ad quatuor lineas, quantam non alia ſpecies adtingit. Capitulum latum ad dimidiam lineam. Pediculus niger, cortex niger, & medulla, quae cortice abrupto tota undique hirta adparet.

2. SPHAEROCEPHALUS niger cortice albiſſimo. T. I. f. 2.

In ligno putreſcente non rarus.

Pediculus & cortex nigri, capitulum nigrum, carbonaria medulla plenum, cortice villoſo albiſſimo: quare a pellucente atrore glaucum videtur.

3. SPHAEROCEPHALUS niger, villo ochroleuco. T. I. f. 3.

Fungus pileatus minimus pediculo tenui capillaceo RICHARDSON apud RAIUM. *Syn.* III. p. 12. n. 12.

In corticibus rimoſis arborum, ſudibus & aſſeribus putreſcentibus, longe vulgatiſſimus.

Pediculus niger eſt, duas lineas altus, capitulum extus nigrum. Id medium finditur, & delapſa parte ſuperiori, adparet medulla villoſa, ochroleuca, tuncque figuras *Aſpergillorum* MICHELII refert. Quando cortex dirumpi cepit, neque nudavit totam medullam, tunc ex nigro & flaveſcente varius videtur. Decuſſa ſphaerula, pediculus in diſcum dilatatus ſupereſt. Vidi bicipitem, tricipitem.

4. SPHAEROCEPHALUS flavus.

Rarior eſt. In cortice abietis vidi, totius gentis minimum, capitulo undique villoſo.

An ob eo differt *Aſpergillus aureus capitatus, capitulo aureo, ſeminibus ſubrotundis.* MICH. p. 212. n. 2?

5. SPHAEROCEPHALUS rufus. T. I. f. 4.

Spicie 2. major eſt, deinde teſtam habet interiori ſpongioſae medullae concolorem. Caetera ſimilis, pediculo etiam nigro.

6. SPHAEROCEPHALOS minimus ruber.

In cortice arboris erat expanſio cruſtacea, alba, quaſi byſſina, villoſa. In ea frequentes ſtyli breves. Capitula ſphaerica, rubella, quaſi rorida, elegantiſſima. A. 1735. Bernae vidi. An potius *Aſpergillus?*

An *CLATHROIDES.*

MICHELI p. 214. T. 94.

Tribus ſpeciebus MICHELI reſpondentes plantulas habeo, ſed duriores, perennes, membrana validiori clauſas, neque funginas, neque *Clathroidaſtro* congeneres. Meo ergo *Clathroidi* character eſt, intra propriam membranam, variae figurae,

continere capillicium ſubtiliſſimum, perenne tamen, quod rupta membrana exſilit, & pulverem in areolis ſuis adſervatum late diſpergit.

1. An CLATHROIDES, pyri forme, ceſpitoſum, purpureum. T. I. f. 5.
An *Clathroides purpureum pediculo carens* MICHELI p. 214. T. 94. f. 2.

In ligno putrido non rarum, tum in interiori parte corticis emarcidi, ſub vetuſtis arborum truncis.
Agminatim naſcitur, pediculo breviſſimo; Cortex fuſcus eſt, & iridis coloribus nitet, fine ventricoſo, media parte anguſtiori. Ea dirupta, emergit capillicium ex aurantio purpureum, polline concolore plenum, & eo delapſo ima pars teſtae cava & inanis ſupereſt.

2. An CLATHROIDES, purpureum pediculo donatum. MICHELI p. 214. T. 94. f. 2. T. noſtr. 1. f. 6.

Elegantiſſimam plantam ſaepe in putreſcente ligno vidi.
Prima facies eſt perfecte *Sphaerocephali*, gracili pediculo, laete cinnabarina ſphaera. Sed rupto cortice emergit elegans capillicium, & in ovi ſpeciem ſe explicat, cortici concalor, & concolorem pulverem ſpargit. Delapſo capillicio ſupereſt inanis, & hemiſphaerica teſta in pediculo: Dimidia vero & ſuperior pars teſtae, ſupremo capillicio adhaeret, ſpeciem puncti referens.

3. An CLATHROIDES, flaveſcens pediculo carens T. 1. f. 7.

Reliquis vulgatius eſt, atque ante aliquot annos *Bernae* viſum, in ſylva, qua itur ad villam honeſtiſſimi viri *Gruneri*, dictam *Merklingen*.
Pediculo deſtituitur, & minimo *Lycoperdo* ſimile eſt, lata baſi, ſed latiori ſuperiori ampulla. Cortex & omnia pulchre lutea. Rupto cortice capillicium concolor erumpit. In eo a. 1735. elaſticum motum vidi, quo fila, quaſi animata repebant, atque ſpargebant pollinem ſimillimum anulis perforatis. Dimidiae teſtae creberrime inanes reperiuntur.

4. An CLATHROIDES longiſſimum luteum?

Plantam ſemel vidi, teſtam vero nunquam. Erat capillicium unciale, cylindricum, inteſtinulo ſimile, denſiſſime intricatum cum ſui ſimilibus.
In ligno putrido.

BUXBAUMIA.

Character fere CLATHROIDIS, planta ambigens inter id genus plantarum & *Clavarias*. Teſtam habet *Clathroidis* MICHELIANI, & ſpongioſum reticulum. Sed vita perennis & natura durior eſt, atque reticulum in vacuas areolas non reſolvitur.

1. BUXBAUMIA.
Muſcus capillaceus aphyllos capitulo craſſo bivalvi. BUXBAUM *Centur. Plant. II.* p. 8. T. IV. f. 2.

In ſylva *Bremgarten*, proxime praedium *Drakau*, ad ſiniſtrum & adclive viae latus, nec alibi.
Bulbus durus ſpadiceus, radiculas veras dimittit cincinnatas. Ipſe, cinctus foliaceo quaſi involucro, emittit durum, purpureum, pediculum trium quatuorve linearum. Huic inſidet capſula viridis, altera parte ventricoſior, caeterum ex ovi figura paulo acutior, trium linearum longitudine. Teſta capſulae firma eſt, corticis ad inſtar: Intus nuclei loco ſpongia, qualem in *Clathroide* pingit MICHELI, viridiſſima, reticularis fabricae. Sicca capſula delabitur, & orbiculare veſtigium relinquit. Modeſtia BUXBAUMII fecit, ut deſtinatum nomen plantae rariſſimae inponere non ſuſtinuerit. Ego vero, eo confidentior, novae plantae inpono nomen peregrinatoris Botanici, cui praeter copioſum certe catalogum *plantarum circa Halam naſcentium*, & *quinque centurias plantarum* vario-

rariorum in Oriente atque Rusſia lectarum, multas etiam obſervationes per *Acta Petropolitana* ſparſas debemus.

Tubera teſticulorum forma majora PLUMIER *Fouger d'Amer.* T. 168. lit. N. N. perfecte hanc plantam exprimunt, cum nomine diverſiſſimo.

LYCOPERDON.

MICHEL. p. 217.

LYCOPERDI TOURN. & LINNAEI ſpecies aliquae.

Pulpa in pollinem reſolvitur, uti in *Lycoperdaſtro*, & per apicem plantae effunditur. Cortices vero duo ſunt, ut in *Geaſtro*, vel tres, quorum duo raro ſeparari poſſunt.

ORDO I.

LYCOPERDA ACAULA.

1. LYCOPERDON epidendron miniatum pulverem fundens BUXBAUM *pl. circa Hal.* p. 203.

Fungus non veſcus XXXI. LOESEL. p. 96.
Boviſta miniata piſi majoris magnitudine DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 197.
An *Lycoperdaſtrum autumnale flaveſcens cortice tenuiore levi, pulpa ſordide purpurea* MICHEL. p. 220. Conſentiunt colores.
An *Lycoperdon ſphaericum, luteum, parvum, non aſperum* MICHELI p. 219. n. 17. An utrumque.
Lycoperdon ſanguineum ſphaericum I. R. H. RUPP. p. 304. BUXBAUM *Cent.* V. T. 29. f. 2.
Qui *Fungus ſanguineus ſphaericus* BOCCONE *Muſ. di Fiſ.* p. 304. *ic.*

Frequens ad ligna & aſſeres putreſcentes toto anno.
Junior planta ſphaerica eſt, terrei obſcuri coloris, firma, plenisſima. Cortices duo ſunt, levis uterque, & intra cortices pollen aurorae colore, in planta immatura. Per aetatem pulpa miniata fit, cortex vero flavus, aut purpureus. Pollen aurantius eſt, uti pulpa.

2. LYCOPERDON leve ſesſile.

An *Lycoperdon cepae facie* VAILL. p. 123. T. XVI. f. 6.
An *Lycoperdon eſculentum, obſcurum, caſtaneae formam ſimulans* MICHEL. p. 219. n. 14?

Frequens in ſylvis, ceſpitoſum.
Sesſile, in transverſum latius, recens albisſimum, per aetatem fuſcum, ſemper vero levisſimum. Primum involucrum eſt epidermis alba; alterum cutis alba calloſa, facile ſeparabilis; tertius cortex levior, e flavo ſubfucus, aegre ſeparabilis ab alba medulla, quae per aetatem flaveſcit.

3. LYCOPERDON ſemiorbiculare J. R. H.

Fungus niger calycis figuram referens C. BAUHINI &c.
Fungus calycis forma magnus ex genere crepitus lupi MENZEL. *Pugill. plant. rarior.* T. 6.
Fungus lupi crepitus dictus in ſummitate ſolum pulverulentus RAI. *Syn.* III. p. 26. n. 3.

JOANNES GESNERUS invenit Tiguri.
Pars inferior, quae in pollinem non reſolvitur, in hac ſpecie magna eſt pro portione pollinis: inde nomen RAII. Cutis levis ex glauco nigricat. Magnitudo nucis, figura orbicularis. Haec ex ſicco.

*4. LYCOPERDON racemoſum.

Fungus ollularius vel botryoides ſimarius I. BAUHINI III. p. 848. quem ad Rheni ripam juxta ſimetum reperit Baſileae.
Fungus pulverulentus ſ. orbicularis botryoides ſive racemoſus PLUKNET. p. 163. & RAII. III. p. 20.
An forte *Lycoperdoides tuberoſum flaveſcens multiplex* MICHELI p. 219. n. 3?

Plantae non viſae characterem non definio.
JOHANNES BAUHINUS magnitudinem formamque Mali fungo ſuo tribuit, ſubſtantiam lubricam & mollem, apicem perforatum.

5. LYCOPERDON capitatum aſperum.

α An *Lycoperdon cepae facie* VAILL. T. XVI. f. 5. 6. p. 123.
Lycoperdon globoſum niveum baſi latiori & ſeſſili I. R. H.
Lycoperdon ovatum transverſim poſitum. I. R. H.
β *Lycoperdon verrucoſum ſphaericum* I. R. H.
γ *Fungus lupinus cucurbitinus cervice longa ſcabra griſea* BOCCONE *Muſ. di Fiſ.* p. 306. n. 1.
Lycoperdon excipuli Chymici forma I. R. H. VAILL. p. 122. T. XII. f. 15.
δ *Lycoperdon minimum verrucoſum* I. R. H. VAILL. T. XII. f. 16. p. 123.
ε *Lycoperdon pyriforme verrucoſum* VAILL. T. XVI. f. 4. p. 123.
ϛ *Lycoperdon album totum aculeatum altiori baſi donatum* MICHELI p. 217. T. 97. f. 1.
Lycoperdon vulgare VAILL. p. 122.
ζ *Fungus carnoſus niveus, globoſus, adamantinus in montibus Feltrinis* BOCC. l. c. 306.
Lycoperdon niveum ſphaericum ſuperficie in areolas adamantis inſtar diſſectas diſtributa I. R. H. VAILL. l. c.

Haec planta miris modis variat, & pro diverſiſſimis ſpeciebus ab Auctoribus habita eſt. Junior ſeſſile ovum, & per transverſum longius eſt, terrei coloris, piloſo plerumque cortice externo, ut α. vel verrucoſo, uti in β. Deinde educitur paulatim & pedunculo fulcitur, ſed capitulum modicae latitudinis clavatum habitum exprimit. Tunc vero maturior ſolet corticem habere aſperum variis modis, eminentiis maxime pyramidalibus majoribus, quas minores quaſi aculei intercedunt. Huc pertinent plantae γ. δ. & aliae non paucae, neque enim vacat omnia ſynonyma conquirere. Porro adulta pediculum habet craſſum, caput vero pomi ſimilitudine, neque minus. Id ipſum denuo vel glabrum eſt, aut modice certe pulverulentum, dum junius; vel polline tegitur ordinato in maculas, quae modice eminent, & ſtellae figura ſunt, uti in varietate ε.; vel denique pyramidalibus etiam aculeis exaſperatur, multangulis, caducis, aut ſolis, ut in ζ. aut miſtis cum variis minoribus eminentiis, uti in ϛ. Color ubique albus eſt, cinereus vel terreus: Matura planta penitus denuo calveſcit, & levis fit, & pollinem ſpargit obſcure virideſcentem, quo Chirurgi utuntur in Germania. Verum ex quo certioribus praeſidiis haemorrhagiis occurritur, obſoleſcit inbelle, neque ſatis tutum medicamenti genus. Commendat tamen ad Haemorrhoides nimias CRATO. *Conſ.* L. V. n. 25.

6. LYCOPERDON alpinum maximum cortice lacero I. R. H.

Fungorum pernicioſorum gen. XXVI. ſpecies III. CLUSII CCLXXXVIII.
Fungus non veſcus XII. LOESEL. p. 90.
Fungus maximus KOENIG *regn. vegetab.* p. 149. &c.

In macilentis pratis alpinis autumno.
Capitis infantilis magnitudine reperitur. An ſatis diverſus a priori?

ORDO II.

LYCOPERDA CAULIFERA.

7. LYCOPERDON petiolo longiſſimo, capitulo globoſo glabro, ore cylindraceo integerrimo. LINN. *Hort. Cliff.* p. 479.

Lycoperdon Pariſienſe minimum pediculo donatum I. R. H. T. 331. EF. VAILL. p. 122. MICHELI p. 217. &c.
Boviſta parva cylindracea pediculo donata DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 197.
Fungus Pariſienſis minor pediculo donatus HIST. OXON. III. 642.

In colle, quem ſequimur a *Rohthaus* euntes ad paludoſa prata *Michelfeldenſia.* Gottingae paſſim.
Pediculus albus, levis, uncialis, tenuis. Capitulum rotundum, mediam papillam educit, quae orbiculari oſculo, & terminato propria eminentia, aperitur. Idem album eſt.

LYCOPERDOIDES.

MICHEL. p. 219.

Cortex, ut in *Lycoperdaſtro* unicus, pulpa vero in nitidas cellulas diſtribuitur, quarum quaevis glebulam continet, ex inplicitis filamentis factam.

1. LYCOPERDOIDES atrum, pulpa flava & cellulis fimbriatis.
Boletus ramoſus coralloides foetidus REAUMUR *Mem. de l'Acad.* 1713. p. 92. huic adfinis videtur.

STAEHELINUS pulcherrimae plantae icomen miſit, lectae Baſileae. Figura totius plantae fere ollam refert, inferius ventricoſam. Cortex exterior nigerrimus; interior vero aurantius, ſquamoſus pingitur. Pulpa flava. In ea cellulae rotundae, cinctae ornamento denticulato. Cellula ſingula pluſcula rotunda nigricantia ſemina continet.

GEASTER.

MICHELI p. 220.

Lanugo pulverulenta, ut in *Lycoperdaſtro*, ſed cortices duo. Eorum, qui interior eſt, oſculo dentato per apicem hiat. Exterior vero revolvitur, & in radios pluſculos diſſilit, qui explicati ſtellam referunt.

*1. GEASTER major umbilico ſeu oſculo ſtellato MICHEL. l. c. n. 4. T. 100. f. 4.

STAEHEL. Baſileae invenit.

CARPOBOLUS.

MICHEL. p. 221.

Geaſtro ſimilis eſt duplice cortice, cujus ora dentata fit per aetatem. Interior cortex a fructu ſ. nucleo pellucido liquore ſeparatur, quo exhalato contrahuntur cortices motu elaſtico, & nucleum longe projiciunt.

1. An CARPOBOLUS aureus volva alba fructu obſcuro ſeminibus ſubrotundis albicantibus MICHELI n. 2. T. 101?

In ligno putrido, plantulam reperi, dum per ſylvam ſupra *Kohlholz* verno tempore Lichenes quaero. Foliacea roſula ſicca ad lignum ſeſſilis erat, inciſo apice in tres quatuorve partes. In medio roſulae globulus albus ſedebat, qui aſper & fuſcus per aetatem factus eſt. Exploſionem non vidi.

LYCOPERDASTRUM.

MICHEL. p. 219.

A CLATHROIDE & BUXBAUMIA differt, quod pulpa per maturitatem in copioſum pollinem ſponte reſolvatur.

1. LYCOPERDASTRUM tuberoſum arrhizon, fulvum, cortice duriore craſſo & granulato, medulla ex albo purpuraſcente, ſemine nigro craſſiore. MICHEL. p. 220. T. 99. f. 4.
Tubera cervina C. BAUHINI & aliorum *Hirſchbrunſt Offic.*

In Valeſia abunde provenit, & ad nos deferebatur: ſed obſoletum nunc adportari deſiit. Habebatur pro medicamento *Aphrodiſiaco.*

TUBER.

MICHELII p. 221.

A LYCOPERDASTRO differt non cortice ſolum inaequali & acutas eminentias exigente, ſed pulpa calloſa, rimoſa, in pollinem ſponte non reſoluta. Addit MICHELIUS, in propriis veſiculis terna vel quaterna ſemina contineri.

1. TUBER brumale pulpa obſcura odora MICHEL. p. 221. T. 102.
Tubera MATTH. *Comm. in Dioſcor.* p. 544. & fere omnium auctorum, vid. I. R. H. T. 333.
Lycoperdon ſolidum LINNAEI *Flor. Lapon.* 526.
In ſylvis ſupra celebria vineta *la Cote.*
Notiſſimae ſunt, lobulis diſtentae ſphaerae, intus pulpa reticulata plenae, aliquando peramplae, ut in Hungaria octo libras (BRESLAV. 1725. M. Mart.) in *Pedemontio* quatuordecim unicum tuber pependerit KEYSLER. in *itin.*
Edulia ſunt: odore aphrodiſiaco. Dicuntur ad conpeſcendos motus Hyſtericos valere GARIDEL. Alcalica ſunt & deſtillata aquam, & reliquos liquores dant lixivae naturae.

CLAVARIA.

VAILL. *Bot. Pariſ.* p. 39. MICHEL. p. 208.

Planta funginae ſubſtantiae undique aequabilis, ex pediculo gracili in craſſitiem clavae ſimilem paulatim aucta, a *Coralloide* differt ſimplicitate, & ſumma parte craſſiori, quae in *Coralloide* inminuitur. Conjunxit genus utrumque LINNAEUS, & certum eſt, naſcentes *Coralloidis* ſtirpes *Clavarias* referre. Verum, cum multae *Clavariae* conſtanter figuram retineant, & *Coralloides* adultum ramoſa fabrica ſe facile diſtinguat, malui cum MICHELIO ſentire, qui primus Fungorum genera conſtituit.

1. CLAVARIA major lutea MICHEL. p. 208. T. 87. f. 1.
Fungus clavatus ficum referens BUXBAUM. *enumer. plant. circa Hal. naſc.* p. 102. cum icone.
An *Fungoides clavatum majus* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 189.
Haec reliquis vulgatior menſe Septembri in ſylvis provenit. Figura Pyri vel Ficus, ex gracili baſi paulatim in craſſitiem dilatata, fine obtuſo. Cutis glabra, aut modice rugoſa, colore cervino aut ineleganter luteo, rufo denique & obſcuro, nam varii ſunt in diverſa aetate colores. Caro pallida, humida. funginae ſoliditatis.

2. CLAVARIA major atro rufeſcens criſpa. MICH. l. c. T. 87. f. 2.
Exeunte M. Octobri in ſylvis.
Figura eadem & magnitudo, ſed cutis per longitudinem in rugas collapſa, colore ex ſanguineo nigricante. Caro ſordide rubet.

3. CLAVARIA vermiculata fiſtuloſa candida MICHEL. p. 209. T. 87. f. 13.
STAEHELINUS in pratis circa *Gundeldingen*, & prope ſacellum D. *Jacobi.*
Ceſpitoſa provenit corniculis *Lichenis pyxidati* primam aetatem referentibus, paulatim in acutum mucronem exeuntibus, albiſſimis, apice flavido aut rubello.
An initia *Coralloidis?*

CORALLOIDES.

MICHEL. p. 209.

CORALLOIDES I. R. H. exceptis Lichenibus.

CORALLOFUNGI aliqui VAILL.

FUNGOIDIS DILLENII aliquae ſp.

Differt

Differt a CLAVARIA caule ramoſo, in graciles apices terminato. Juniores non ramoſae eſſe, & *Clavarias* ſimulare ſolent.

1. CORALLOIDES flavum ramoſiſſimum.

Coralloides flavum MICHEL. l. c. n. 1. I. R. H. ic. B. T. 332.
Eſculentorum fungorum genus XIX. ſpecies I. CLUS. *Hiſt. rar. plant.* p. CCLXXIV.
Fungi digitelli lutei TRAG. p. 940.
Fungus ramoſus & Imperati C. BAUHINI n. XXIX.
Fungus ramoſus flavus I. BAUHINI III. p. 837. RAI. *hiſt.* I. p. 103. & *Syn.* III. p. 16.
Fungus veſcus XIX. LOESELII p. 84.
Fungus ramoſus comoſus BARRELIERI ic. 1266.

Radix, ampla, fungina, albida, vel ochroleuca. Inde plures trunci ceſpitoſi, trium unciarum, teretes aut plani, aut conpreſſi adſcendunt. Ramoſi ſunt & trunci, & rami, & ramuli. Diviſio vero fit ad angulos acutiores, ut habitus naſcatur erectior. Ultimi ſurculi breviter, & acute, finduntur in breviſſimos digitos, tres, quatuor, quinque.. Color flavus, cui in caulibus rubor admiſcetur. Alias ex ſimili radice cauliculi breviores, & ex apice tantum diviſi proveniunt, ſed denſiſſimo etiam ceſpite; & haec quidem varietas ab iconibus CLUSII, TOURNEFORTII, & BARRELERII melius exprimitur, eademque videtur eſſe *Fungus ramoſus minor colore ſordide flavicante* RAI. *hiſt.* III. p. 21. *Syn.* III. n. 14. Priori vero varietati convenit icon. BARRELER. 1260. II., cui nomen addit *Coralloides luteum Italicum.* Eam peculiarem ſpeciem facit MICHELI n. 8.

Alia varietas eſt colore rubello, non infrequens.
Fungus coralloides roſeus Italicus BARREL. ic. 1260.
In ſylvis abunde.
Odor & ſapor edulem eſſe indicat.

2. CORALLOIDES minus ramoſa flava longioribus corniculis.

Haec ſpecies, aut varietas, Bernae frequentior eſt in ſylvis *Bremgarten*, *Burg-dorff-hölzlein* &c.

Solitariae plantae non in craſſum ceſpitem connaſcuntur, ſed ex uno cauliculo ramos erigunt ad angulos rectos. Eorum ſurculi in duo longa cornicula ad angulum peracutum dividuntur ultimo. Color flavus vitellinus. Habitus durior.

3. CORALLOIDES flava ramis expanſis obtuſis.

CORALLOIDES *dilute luteum ramis expanſis brevioribus & ramoſioribus in ſummitate bifidis* MICHELI p. 209. n. 7. T. 88. f. 4.
Corallofungus flavus VAILL. p. 41. & T. VIII. f. 4. hanc ſpeciem aut varietatem exprimit.
Fungus parvus luteus ramoſus RAI. *hiſt.* III. p. 21. *Syn.* III. p. 16. n. 15.

In gramineis adclivibus naſcitur Octobri. In vertice M. *Pantigenſis.* STAEHELINUS iconem etiam miſit. Humilis eſt, unciae altitudine: Cauliculi teretes, erecti, ramoſi, ramis divaricatis ad angulos majores ſurculorum, fine fere bifido, obtuſo. Color flavus, aliquando in cervinum degenerat.

4. CORALLOIDES maximum ramoſiſſimum albidum.

α. *Corallofungus candidiſſimus* VAILL. T. VIII. f. 2.
Coralloides lutea, non ramoſa, clava rugoſa BUXBAUM. *Centur.* IV. p. 40. T. LXVI. f. 3.
Clavaria vermiculata non fiſtuloſa candida MICHELI T. 87. f. 12.
& forte *Coralloides parvum criſtatum rugoſum & verrucoſum album* MICHELI p. 210. n. 14. T. 88. f. 6.

β. *Fungi digitelli albo-pallidi* TRAG. p. 940.
Eſculentorum fungorum genus XIX. *Sp.* 3. CLUS. p. CCLXXV.
Digitelli CAESALP. *de plant.* L. XIV. c. 52.
Fungus digitatus major C. BAUHINI ex CAESALP.
Fungus candidus digitatus minor C. BAUHINI ex TRAGO.
Fungus ramoſus albidus I. BAUHIN. III. p. 837. RAI. *Syn.* III. p. 16.
Fungus coralliformis ramis confertis ſingularibus ab uno exortu porrectis colore ex albo palleſcente. HOFMAN. *delic. Sylv. Flor. Altdorf.*
Coralloides albida I. R. H. & T. 332. ic. A. [uti videtur] BUXBAUM. *plant. circa Haf. naſc.* p. 83. &c.
Coralloides albidum MICHELI l. c. n. 2.

Plan-

Plantula figuram per aetatem miris modis mutat, ut ſui videatur diſſimilis. Semper dignoſcitur albido ſebi colore, & ſubſtantia fere cerea, fragili.

Quando primo prodit, Clavae effigie eſt, atque rugis variis criſpata ſuperficie, villo tectae ſubtiliſſimo. Deinde finditur, & unum alterumve ramum emittit. Ad eam aetatem pertinent plantae citatae ad *α*.

Difformis ſemper, rugoſa, in arcus flexa varios, augetur, & ex uno ſtipite in varios ramos finditur. Denique ampliſſimo ceſpite conſpicitur, ramis diffuſis ad magnos angulos, & in breves obtuſosque digitos terminatis, atque lata radice ſebacea terram perreptat. Ita adulta viſa eſt CLUSIO, & eo pertinent nomina dicta ad *β*. Violaceo colore in omnibus aetatibus ludit, ſed debili, & cito elangueſcente, atque haec eſt

Fungorum eſculentor. gen. XIX. *ſpecies* 2. CLUS. l. c. CCLXXV.
Fungus ramoſus corall. purp. BARREL. ic. 1262.
Coralloides dilute purpuraſcens I. R. H. MICHELI l. c. n. 3.

5. CORALLOIDES violaceum ramoſiſſimum minus.
An *Coralloides rufeſcens corniculis tenuoribus bifidis* MICHEL. p. 210. n. 13. T. 88. f. 1. Sed ea figura rariores ramos habet, & minus ramoſos.

Locis umbroſis in ſylvis provenit, forte varietas ſpeciei 4. Violaceo etiam & albo colore ludit. Caulis multo gracilior, planior, ramoſiſſimus, erectus, ramis ad angulos acutiſſimos provenientibus. Fines ramorum extenuati in cornua brevia finduntur.

6. CORALLOIDES violaceum ramis planis palmatis.
Coralloides minor criſtata BUXBAUM. *Centur.* IV. p. 39. T. LXVI. f. 1.
Coralloides ramoſum, ex rufo carneum, platyceron ſ. latis cornubus apicibus brevioribus MICHEL. l. c. n. 12. T. 89. f. 3. quae icon non ſatis bene noſtram exprimit.

D. HUBER in ſylvula prope *Gundeldingen*. Gottingae frequens ſub initium M. Octobris, in orbitis viarum ex terra pronaſcitur.

Caules humiles, unciales, plani, per longitudinem plicati, duriores, quam reliquae ſpecies *Coralloidis*. Rami plani etiam, ramoſi, in denſos ceſpites naſcuntur. Ultimi ramuli terminantur fine lato, leviter digitato, vel obtuſe ſerrato, cum quatuor aut quinque denticulis. Color violaceus, ut ſolet in Fungis, degenerat in cinereum.

Hujus varietas eſt

CORALLOIDES *minimum capillare dilute violaceum* MICHELI p. 210. n. 17.

Gottingae non infrequens. Ceſpites denſi aculeis fiunt longis, conicis, in gracilem finem extenuatis, ſiccis. Color violaceus, in cinereum elanguet per vetuſtatem.

7. CORALLOIDES minimum parum ramoſum ex albo luteum.
Corallofungus Ornithopodioides VAILL. p. 41. T. VIII. f. 4.
Clavaria omnium minima ſordide alba MICHEL. p. 208. n. 13. T. 87. f. 9.
An *Fungus ramoſus minimus coloris aurantii* RAI. *hiſt.* III. p. 21. *Syn.* III. p. 16. n. 16.
An *Coralloides minima ramoſa aurantii coloris* I. R. H. RUPP. p. 303.
An *Coralloides alba minima* BUXBAUM *plant. circa Hal.* p. 87.

In ligno putreſcente humido frequens eſt.

Cornua ex ligno enaſcuntur minima, ſimplicia, acutiſſima, alba, apice flavo. Augentur paullatim, & flaveſcunt, atque finduntur in ramos non multos peracutos.

PUCCINIA.

MICHELI p. 213.

Facies Coralloidis eſt, ſed fabrica ex filis in transverſum poſitis, & in communi centro convenientibus.

Sub

1. An PUCCINIA ramosa omnium minima bifurcata, candidissima, pruinam referens MICHELI l.c. n.2. T. 92. f. 2.?

Sub cortice ligni fagini erumpebant papillulae plerumque solitariae, alias duae tresve junctae, in summo apice quasi depressae, & repellebant corticem. Color chrystallinus. Fabricam aut ramos non distincte vidi.

2. PUCCINIA miniata

STAEH. in Sabina.

PLANTAE CLAVARIAE

ET CORALLOIDI ADFINES DUBIAE.

Has plantas non satis noti characteris interim, dum exquisitius cognoscentur, absque nominibus recenseo.

1. CORALLOIDI adfinis planta cornuta.

Novum genus videtur mereri, quam in ligno putrescente reperi, &, nisi fallor, Lipsia etiam misit LUDWIGIUS. Aliae plantae simplices erant, aliae ramosae, tectae vellere albissimo, longis pilis hirto, truncis ramisque conicis. Sed intus cavus erat truncus, cavique rami, & tubulus oblinebatur peculiari sordide purpurea, levique carne, qualis in Pezizis est.

2. CORALLOIDI adfinis planta subterranea ochroleuca.

In ligno putrescente intexebatur fabricae ligni. Caro sebacea aut paulo firmior. Caules cylindrici, inclinati, ramosi. Rami in papillas obtusas exibant, nihilo tenuiores trunco. Tota plantula vix dimidiae unciae fuit.

3. CORALLOIDI aut PUCCINIAE adfinis ceracea planta.

Ex ligno putrescente emergebant vermiculi cereae substantiae, & coloris cerei, inclinati & congesti in acervulos.

4. TAENIA ex lignis exsudans miniata extremis laminis serratis.

Ex ligno fagino hyeme erepunt laminae planae, fragiles, inflexae, etiam spirales. Fines laminarum rectilinei, non diminuti, argute serrati. STAEHELINVS pro planta habet, ego fere persuadeor esse succum arboris a frigore expressum.

5. Pro PUCCINIA missa a STAEHELINO, & nuper lecta in cortice.

Exterius adparent cespices pene rotundi tuberculorum, quorum nulla certa figura est, ad viginti in orbem positorum. Haec scutula, Agaricorum similia, perforant corticem, atque ex parte interiori cortices demittunt longas, teretes, albasque radiculas.

6. CLAVARIAE adfinis & *Agarico* minima crustacea coccinea.

Per putrescentia folia, & terram putridam, sub initia hyemis, maculas vidi pulcerrimi coloris coccinei. Lente vitrea admota vidi, uniformem crustam esse coloris carnei. Ex ea vero, tanquam funguli, prorepunt & eriguntur clavae pulcherrimi coloris, vel ovorum forma, vel pirorum, quorum angustior basis ex terra provenit.

CYATHOIDES.

MICHEL. p. 222.

PEZIZA LINNAEI n. 812.

1. CYATHOIDES villosum fuscum.

Fungi non veſci XLI. icon inferior LOESELII n. 16.
Fungillus minimus ſeminifer I. SCHROECK. E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* IX. *Obſ.* 207.
Fungus campaniformis niger parvus multa ſemina plana in ſe continens MERRET. *Pin. rer. Brit.* p. 41. PLUKNET. p. 193. non vero icon T. 184. f. 9.
An *Fungus σπερματιας calyculatus* BOCC. *Muſ. di Fis* p. 301. f. 1.? Certe villus admodum longus pingitur.
Fungus ſeminifer externe hirſutus interne ſtriatus DOODY apud RAI. *Syn.* III. p. 20. n. 22.
Fungoides infundibuliforme ſemine foetum interne ſtriatum, externe hirſutum VAILL. p. 57. T. XI. f. 4. 5. optime.
Fungoides ſylvaticum hirſutum & fuſcum RUPP. p. 303.
Cyathoides cyathiforme obſcurum, externe hirſutum, interne plumbeum glabrum & ſtriatum MICHEL. p. 222. T. 101. f. 2.

In ſylvis ſupra *Pantigen,* (Gottingae in valle obſcura cis *Pleß* &c.) & alibi in muſcis naſci amat ad terram, locis obſcuris. Cupula coni reſecti ſimilis eſt, ſurſum dilatata, extus villoſa fuſca, intus albidior, ſulcata & lineata. In ima cupula ex graciliſſimis pedunculis ovata convexa ſemina pendent, quae medio foramine perforantur. Naſcitur ceſpitoſe ex radice alba, ramoſa, magna, & junius *Lycoperdi aſperi* faciem refert.

2. CYATHOIDES cinereum ſubhirſutum.
Fungus minimus ἀνονυμος CLUS *hiſt.* p. CCLXXXVII.
Fungus pyxioides ſeminifer LOESEL. p. 98. *ic.* 16. & ex eo ERNDL. *Virid. Warſov.* p. 50.
Fungi calyciformes ſeminiferi MENZEL. *pugill. plant. rar.* T. VI. MARSIGLI *de fung.* p. 17. 20. T. I. f. 1. ad 6.
Fuugus pyxioides parvus fungulorum foetura multis quaſi ſeminibus praegnans cineritii coloris PLUKNET. *Almag.* p. 163.
& *Fungus campaniformis niger parvus multa ſemina plana in ſe continens* PLUKNET. icon. T. 184. icon. 9. non vero nomen.
Fungoides infundibuli forma ſemine foetum VAILLANT. p. 56. T. XI. fig. 6. 7.
Icon. I. T. XXIX. *Act. Petrop.* V. 4. huc pertinet, neutiquam vero nomen.
Cyathoides cyathiforme cinereum & veluti ſericeum MICHEL. p. 222. T. 101. f. 1.

In aſſeribus & ſudibus, lignisque aridis abunde. Junior plantula globus eſt fulvus & villoſus, cum Lycoperdi aliqua ſimilitudine. Paulatim ſecedit villoſa membrana ſuperius, & relinquit concavitatem glabram, in qua ſemina, aut lenticulae certe, ex oblongo pediculo retinentur. An ſemen? An junior planta? Viviparam certe plantam eſſe, & junius Cyathoides ſubnaſci ex adulti cavitate, nihilo obſcurius vidi, quam nova ex imo *Lichene pyxidato* renaſci acetabula. Et ſemen ſatum a VALISNERIO (apud MARSIGLIUM l. c.) & CAMERARIO (E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* VII. *Obſ.* CXI.) novas plantas non exhibuit.

PEZIZA.

DILLENII *Cat. Gieſſ.* p. 194.
FUNGOIDES MICHELI p. 204.
& *FUNGOIDASTRI* MICHELI aliqui.

Convenit cum *Agaricorum* claſſe uniformi, & cum *Fungoidaſtro,* ſubſtantia carnoſa, fragili. Differt, quod perpetuo cava ſit, oris undique mediam foveam terminantibus. Aliae notae MICHELI nimis ſubtiles ſunt. Villos certe externos, quos pro ſeminibus tradit, plurimae plantae habent ſimillimos, etiam Agarici gelatinoſi, *Coralloides*, & *Boletus.*

ORDO I.

PEZIZAE SESSILES ABSQUE PEDICULO.

1. PEZIZA purpurea variabilis.

Inter *Agaricum* & *Pezizam* ambigit. In lignis putridis non infrequens.
Subſtantia gelatinoſa eſt. Color ſature purpureus, ſed pubes breviſſima alba adſpergitur

gitur aegre visibilis. Figura incerta. Aliquando lata crusta Agarico simillima super resecta ligna expanditur. Alias informis pediculus cupulam gerit excavatam. Alias acetabulum renis aut auriculae figura est, sed aliqua parte deficit. Saepe tamen integri & sessiles scyphi sunt.

2. PEZIZA intus miniata acetabulis ellipticis inperfectis.

Fungus scarlatinus calyce amplo ex absinthio marino post olei Chemici extractionem projecto &c. MERRET. *Pin. rer. Brit.* p. 22.
Fungor pernicioſorum gen. XXIV. *ſpec. ſecunda* CLUS. CCLXXXVII.
Peziza miniata major Cat. Gieſſ. p. 194. *Synopſ.* III. p. 17. n. 3. an diuerſa eſt?
Fungi Pezizae ſpecies oris non commiſſis ſaturo mali aurantii colore RAI. *hiſt.* I. p. 106.
Fungus membranaceus ſeu coriaceus acetabuli modo concavus colore intus coccineo ſeu kermeſino ſaturo Syn. RAI. III. p. 18. n. 5.
Fungoides coccineum acetabuli forma I. R. H. MICHEL. p. 207. n. 13.

Ad orbitas & in terra argillacea, ſub initium brumae, quando Fungorum tempus elapſum eſt, cum tota Fungoidum familia; non infrequens. Subſtantia cerea fragilis. Figura varia. Solet fere acetabula ſive conchas efficere in transverſum oblongas, & plerumque hilo exciſas, rariſſime integras.

3. PEZIZA purpurea acetabulo imperfecto.

Fungus auricularis miniatus HOFM. *flor. Altd.*
Fungus non veſcus XVII. LOESEL. p. 92.
An *Fungoides auriculam Judae referens, intus rufeſcens, extus candicans & farinoſum* VAILL. p. 57. T. XI. f. 8.?

Iconem miſit STAEH.

Ex pediculo ſemicavo in ſpeciem auriculae bruti animalis expanditur. Color utrinque purpureus obſoletior pingitur, cum transverſis rugis palleſcentibus.

4. PEZIZA ſordide alba acetabulis ellipticis inperfectis.

Fungi Pezizae Plinii COLUMN. *Ecphraſ. plant. rarior.* I. p. 335. RAI. *Syn.* III. p. 17. n. 1.
Fungoides anguloſum acetabuli forma I. R. H. MICHEL. p. 206. n. 3.

Similibus locis, ad terram, ad orbitas viarumque cavarum adclivia latera. Simillima priori, fere colore differt, qui intus albidus, extus magis umbrinus eſt. Figura etiam magis variat, ut non certus ſim *Pezizas*, quas nunc dico 4. & 5., diverſas eſſe. Pilo ſericeo ſubtiliſſimo tegitur. In hac planta aliquoties magna cum voluptate vidi motum elaſticum, atque alterno ſuccuſſu pollinem ſubtilem ad aliquot unciarum altitudinem in aërem propelli, adeo valide, ut fumum adſcendere putares: longe certe efficaciori motu, quam in ulla nota planta hactenus videram.

5. PEZIZA ſordide alba acetabulo variabili.

Fungoides fuſcum majus BUXBAUM. *Act. Petropol.* Tom. IV. p. 283. T. XXIX. f. 1. ſive 6.
An *Peziza ſubfuſca major* DILL. *Cat. Gieß.* p. 194. & *Syn.* III. p. 17. n. 2.? Videtur.
Fungoides fuſcum acetabuli forma externe ramificatum, ſive Fungoides maximum pyxidatum VAILL. p. 57. T. XIII. f. 1. MICHELI. p. 205.
Fungus tenuis cerae flavae ſimilis ventricoſum mortarium referens, Romanus BOCC. l. c. ad p. 300.
Fungoides ſcutellatum majus cerae flavae colore MICHELI. p 206. n. 1. deinde n. 2. & denuo.
Fungoides maximum vaſis fuſorii forma p. 207. n. 7. T. 86. f. 1.
Fungoides luteſcens ollam referens BUXBAUM. l. c. f. 2. ſive 7.

Procul dubio eſt prioris varietas. In utroque enim pubes ſericea, color, cerea frugilitas, habitus ſeſſilis conveniunt. Sed clauſum huic acetabulum eſt figurae variae. Vidi vaſis conici, ſed latiſſimi, ſimilem, prope *Bernam* in via a *Wabern* ad lapicidinam *M. Gurten.*
Alias modii ſimilem difformiter cylindricam, ut BOCCONE pingit.
Alias glandis cupulae ſimilem, ſive vaſis, ex quo Thea potitatur, quae MICHELII icon eſt.
Alias acetabulum planum, ſed perfectum.
Alias cochleae domunculam exprimere viſa eſt.
Color albus, cinereus, fulvus, flavus, fuliginoſus, ex rufo fuſcus, ſemper ſemipellucidus.

6. PEZIZA hemiſphaerica intus alba extus hirſuta & ſpadicea.
Fungoides ſcutellatum interne album, externe obſcurum & ſubhirſutum MICHEL. p. 206. n. 8. T. 86. f. 4.

Non infrequens in ſylvis.
Figura hemiſphaerica, magnitudo cupulae glandis. Extus obſcurum vel ſpadiceo-luteum villis longiuſculis: intus glabrum eſt albidumque, cum violaceo tenui colore. Caro duriuſcula.

7. PEZIZA acetabulo hemiſphaerico, hirſuta, nivea.
An *Fungoides ſcutellatum album foris hirſutum* MICHELI. p. 206. n. 9. Videtur.

Exigua, vix ſemuncialis diametri. Figura cava, minus conſtans. Caro dura. Villoſa eſt undique & alba.

8. PEZIZA diſciformis ciliaris coccinea.
Fungoides coccineum lentiforme oris piloſis MICHELI. p. 207. n. 22. T. 86. f. 19.
Fungoides, quod fungus minimus ſcutellatus coloris aurantii VAILL. p. 57. T. XIII. f. 13. 14.

In orbitis viarum naſci amat autumno: tum in ligno putrido.
Orbicularis eſt, plana aut leviter omnino excavata. Junior extus pilis fuſcis tota villoſa eſt, adultior pilos, nigros, robuſtos, in ambitum tamquam radios expandit. Color plerumque coccineus, aliquando fuſco, aut flavo vitiatur.

9. PEZIZA diſciformis miniata planior.
Peziza lutea minima verna DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 195.
Peziza lenticularis parva miniata DILLEN. *Syn.* III. p. 18. n. 6.
An *Fungi, qui in vinaceis naſcuntur* MARSIGLI *de gener. fung.* p. 18. n. 26. f. VII.
An *Fungoides coccineum minimum oris non piloſis* MICHEL. p. 207. n. 27.
An potius *Fungoides minimum ſcutellatum aureum externe polline concolori aſperſum* MICHEL. l. c. n. 24. Videtur.

Primo vere in terra argillacea.
Satis ſimilis priori. An varietas? Certe VAILLANTIUS iconem dedit pro junioribus ſpeciminibus ejusdem Pezizae. Diſcus aurantius planus, aut leviter excavatus. Circulus extremus dilutioris coloris flavus eſt. Tenerrima caro.

10. PEZIZA e flavo rufa, gelatinoſa, difformis.
Noſtoch granuloſus coccineus arboribus innaſcens VAILL. p. 144.

In corticibus arborum non frequens.
Difformior eſt, carnis tamen indole convenit. Tubercula ſunt pene ſeſſilia, colore mali armeniaci, ſucculenta, tremula.

11. PEZIZA acetabulo parum cavo glauco.

Verno tempore in ligno putreſcente.
Acetabula vix lente majora ſunt, concava, licet per aetatem explanentur, glauci coloris, aut lapidis fiſſilis, ora pellucente Achatis colore, media parte nigriore & obſcura.

12. PEZIZA nivea minima anularis.

In cortice querno paſſim ſtigmata adparebant, cincta anulo tumente albiſſimo. Vera eſt Peziza ſimilis iis, quae ſequuntur. Fabrica ſiccior, pene calcaria.

13. PEZIZA nivea, minima, hemiſphaerica.
Fungoides minimum ſcutellatum niveum MICHEL. p. 207. n. 20.

In ligno putrido longe exiliſſimae cupulae leves, cereae, aciculae capite nihilo majores, ſeſſiles, profunde excavatae. Vulgares ſunt.

14. PEZIZA acetabuli forma carnea perexigua.
An *Fungoides coccineum minimum oris non piloſis* MICHEL. p. 207. n. 29?

In cortice putreſcente ex alpibus retuli.

Scyphuli



f. 1.



f. 2.



f. 3.



f. 3.



f. 4.

f. 5.



f. 6.



f. 7.



f. 8.

C. S. Rollinus Med. C. delin.

P. D. Heuman sc. Acad. Götting. Sculptor. 1740.

Scyphuli anulares concinni, oris tumentibus, cavitate manifesta, sessiles, coloris carnei, agminatim proveniunt. Vix majores sunt capite aciculae.

15. PEZIZA acetabuli forma obscura perexigua.

An *Fungoides spadiceum membranaceum omnium minimum* MICHEL. p. 207. n. 29.

In ligno putrescente.

Acetabula sessilia, vel brevissimo etiam pediculo nixa, gelatinosa, modice cava, spadiceo-nigra. Magnitudo quae prioris.

16. PEZIZA acetabuli forma nigra perexigua extus hirsuta.

In ligno querno putrescente.

Acetabula sesilia, pulla, cava, orificio modico, alias plana, extus hirsutula. Nihilo major specie 12. aut 13.

Exstant in saxis & corticibus arborum *Pezizae* durioris substantiae; sed eas, licet nullam crustam comitem habeant, ob summam adfinitatem cum *Lichenibus*, cum iisdem recensebo. Ambigunt certe inter *Pezizas* & *Lichenes*, & in ordine naturali utrumque genus conjungunt.

ORDO II.

PEZIZAE, QUARUM ACETABULA PEDICULIS INSIDENT.

17. PEZIZA conica intus obscure miniata.

Fungoides cespitosum infundibuli forma fulvum radici nigra tuberosa perenni MICHELI. p. 205. n. 5. T. 86. f. 10. Longior est nostra, caeterum similis.

A STAEHELINO missa icon.

Infundibulo simillima est. Extus sature rubet, intus crocea, cum obscuro rubore.

18. PEZIZA conica nigra. T. I. f. 8.

Bernae & *Gottingae* ad arbores, & in cavis, & umbrosis semitis. Pediculi genus aliquod habet, rugosum & breve. Inde dilatatur in coni speciem, & primo plana terminatur superficie, sed paulatim nascitur fovea, donec imus etiam conus cavus sit. Pediculus fuscus est, conus carbonis atrorem habet. Prima facies hirsuta est, similis Lycoperdi; caro interior a cortice diversa, reticulata, gelatinosa. Ambigit inter Pezizas & Lycoperda.

19. PEZIZA conica labro reflexo.

Fungoides nigricans majus Cornucopiae forma VAILL. p. 57. T. XIII. f. 22. optime.

Sub Quercu in sylva *die Hard* STAEH. Plusculae simul plantae oriebantur, & ipsae paulatim in tubae speciem dilatatae; sed margo supremus replicatus, tumido labro, vasculi orificium claudebat. Color pediculi terreus, cum aliquo rubore. Reflexum labrum umbrinum.

20. PEZIZA conica ore lacero.

Fungoides tubulosum laciniatum fuscum BUXBAUM. *plant. Halens.* p. 130. cum icone.
An *Peziza tubae Fallopianae aemula Cat. Giess.* p. 194. *Syn.* III. p. 20. n. 17.
Agaricus tubae Fallopianae iustar laciniatus I. R. H.
Fungus tubae Fallopianae aemulus RAI. *hist.* III. p. 24.
Fungus membranaceus albo cinereus cavus infundibuli expansione sinuosa Tubae extremum sive florem Daturae repraesentans HOFM. *flor. Altd.*

In terra arida medio Septembre legi *Gottingae.* STAEH. versus *Arlesheim.*

Membranaceae & pene terreae, ob siccitatem, tubae ex terra erigebantur, in cespites congestae. Extus albus calcarius color, intus fuliginosus. Figura conica, orificium lacerum, difformiter multifidum.

21. PEZIZA pediculata, hemisphaerica, ore dentato.

Fungoides glandis cupulam referens margine dentato VAILL. p. 57. T. XI. f. 1. 2. 3.

Fungoides pyri inverſi forma ore lacero & velut coronato ex albo griſeo MICHELI. p. 207. n. 1. T. 86. f. 2.

In ſylvis *Gottingae.*

Caro cerea fragilis. Pediculus brevis, calyx plusquam hemiſphaericus, ore paulum contracto. Totus margo oſtii acute ſerratus. Color ſpadiceus dilutus ſive ſordide albidus. Intus albet.

22. PEZIZA petiolo rugoſo acetabulo hemiſphaerico.

An *Fungus non veſcus* XXXVII. LOESEL. p. 98. Omnino videtur.
An *Fungoides infundibuliformè, griſeum, externe coſtis ſeu venis ramoſis & invicem inplexis munitum* MICHEL. p. 205. n. 2. Videtur.
An *Peziza acetabuliformis ſubfuſca* DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 194. *Syn.* III. p. 19. n. 12.
An huc potius *Fungoides* VAILLANTII citatum ad n. 5. Non putaverim.

Frequens ex ligno putrido, vel ex terra naſcitur toto anno, etiam in alpibus lecta.
Pediculus uncialis craſſus, rugoſus & quaſi ramoſus. Calyx non multo major pediculo, craſſa carne, hemiſphaerice cavus; exterius ſubtiliter villoſus, aut ſubaſper eſt. Color albicat, cum admiſto ſpadiceo colore, aliquando niveus.
Caro cerea, ut priori.

23. PEZIZA petiolo terete, acetabulo extus aſpero, variabili.

An *Fungoides fuſcum pediculo longiori donatum* BUXBAUM. l. c. p. 282. T. XXIX. f. 3. Videtur.

Adfinis priori, colore albido, vel terreo, exteriori facie granulis adſperſa (*chagriné.*)
Sed pediculus tenuis gerit acetabulum peramplum, & frequenter ita parum cavum, ut fere planum ſit. Caro cerea fragilis.

24. PEZIZA petiolo gracili, acetabulo conico, flaveſcens.

Fungoides griſeum infundibuli forma pendulum pediculo donatum MICHELI. p. 205. n. 10. T. 86. f. 13. quae icon planta noſtra eſt paulo minor.
An *Peziza arborea minima arthrodico acetabulo leviter exarato brevi petiolo metam inverſam ſive turbinem referens coloris obſolete flavi* DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 195. Videtur.
An *Fungoides ſylvaticum minus & tenerius pediculo donatum* RUPP. p. 304.? Videtur.

Ex cortice virgultorum ſiccorum frequens provenit.
Pediculus gracilis, alias in adulto aliquot linearum, alias breviſſimus in juniori planta. Acetabulum infundibuli forma patulum, conicum. Totus tenuis eſt, tenaciori tamen carne. Color albidus, cervinus, flavus.

25. PEZIZA petiolo gracili, acetabulo conico, viridiſſima.

In ligno querno, neque alibi, frequens naſcitur.
Omnia ſimilia *Pezizae* 24. ſed color vividiſſime viridis. Videtur varietas eſſe prioris, nam lignum quernum viridem colorem facile induit. Sed pulcherrima planta proprium nomen meretur.

PEZIZA, cuius iconem miſit STAEHELINUS, nata in Carlinae marceſcente placenta, ſolo etiam colore fuſco a n. 24. diverſa videtur.

26. PEZIZA petiolo breviſſimo acetabulo planiori aureo.

An *Peziza lutea parva marginibus levibus* DILL. *Syn.* III. p. 18. n. 8.? Non repugnat.
An *Fungoides ſcutellatum patulum minimum aureum externe ſubhirſutum* MICHELI. p. 207. n. 25.? Videtur.

In ligno putreſcente magnos ceſpites efficit.
Petioli breves, gerunt ſcyphulos planiores, parum excavatos, latos, extus alias hirſitos, alias glabros, aureos. Vidi ceſpites magnos in unam cruſtam *Lichenis* ſimilem confluxiſſe.

27. PEZIZA petiolo brevi, tota nivea.

Fungoides minimum pyxidatum album externe hirſutum pediculo donatum MICHEL. p. 205. n. 12. T. 86. f. 15.

In virgultis ſiccis non infrequens.

Ju-

Junior in globum piloſum collecta ſimulat *Sphaerocephalum album*, tota hirſutula. Adultior villum decutit. Paulatim ſubnaſcitur petiolus brevis, glaber, tremulus, funginus. Scyphus in transverſum lateſcit, non profundus. Tota planta nivea eſt, firmula, exquiſite cerea.

28. PEZIZA petiolata minima, nivea, levis, acetabulo conico.

An *Fungoides minimum infundibuliforme pediculo incurvo donatum* MICHELI p. 205. n. 14. Non repugnat: noſtra enim frequenter procumbit. An etiam, dum junius eſt, & pene acaulon, fuerit n. 20. p. 207. MICHELII?

In lignis putridis media hyeme.

Prioris ſimilis eſt, tenerior, aquoſa. Tota plantula cyathos, ex quibus homines lautiores bibere ſolent, petiolatos, perfecte aemulatur, pediculo & conico ſcyphulo. Tota vix unquam lineae diametrum adtingit. Vidi plana fuiſſe capitula. A n. 27. differt tenuitate fragili, figura.

29. PEZIZA petiolata minima carnea extus hirſuta.

Fungoides minimum cernuum coccineum totum pediculo donatum MICHEL. p. 205. n. 11. T. 86. f. 12.

In cortice putreſcente primo vere.

Similis *Pezizae* 27. etiam hirſuta, tota tamen minor. Scyphus potius hemiſpaericus, quam conicus, color carneus elegans: tota etiam minor eſt, modicae aciculae capite non major.

BOLETUS.

MICHELI p. 203.

& *FUNGOIDIS* ordo primus MICHELI p. 204.

MERULIUS BOERHAAVII *Ind. alt. hort. Lugd. Bat.* p. 13.

MORCHELLA DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 188.

PHALLI ſpecies LINNAEI.

BOLETI characterem facio, carnem ceream, fragilem, tremulam, capitulum rimoſum, foveis difforme. A Peziza differt capitulo nunquam cavo, ſed convexo, variis modis. Convenit vero fungoſae carnis habitu, & a BOLETO ad *Fungoides* transitus in methodo naturali videtur fieri per PEZIZAM 22. & 23. A *Fungorum* ordine primo pileo non petaſato, ab *Agaricorum* ordine, ſubtus venoſo, pileolo a pediculo diſtincto differt.

1. BOLETUS petiolo rugoſo, pileolo planiori.

An *Fungoides fungiforme pullum, criſpum, & varie complicatum, pediculo tenuiori non fiſtuloſo.* MICHELI p. 204. n. 7. T. 86. f. 9. Videtur

Fungus autumnalis velut apex flaminis MENZEL. *pugill. rar.* T. 6.

Boletus mitram Pontificis referens pullus RUPP. p. 302.

& *Boletus mitram Pontificis referens albicans.* id. ib.

Gottingae non infrequens, in ſylva *Heimholz* autumnali tempore.

Petiolus ſimplex, rugoſus, gracilis, aliquot unciarum. Capitulum ejusdem cereae fabricae, variabile. Alias ſimplex eſt & planum; alias in longam convexitatem faſtigiatum, alias bicolle, epiſcopalis mitrae non diſſimile. Color albidus eſt. A Peziza n. 23. non videtur ſatis evidenter differre.

2. BOLETUS petiolo rugoſo, pileolo latisſimo laciniato.

Fungoides fungiforme, criſpum, laciniatum & varie conplicatum, pediculo craſſo ſtriato ramoſo & fiſtuloſo MICHELI p. 204. T. 86. f. 7. egregie. Pleraeque forte ſpecies MICHELII ibi recenſitae huc pertinent.

Fungus pro capitulo laminas aliquot laciniatas folia querna imitantes emittens RAI. *hiſt. plant.* III. p. 25.

An *Fungus non veſcus* XVIII. LOESEL. p. 92.?

STAEHELINUS in ſylva *die Hard*, & circa *Gundeldingen*. In ſylvae *Heimholz* umbroſis humidis.

Caro

Caro cerea & color prioris Boleti, & brevis villus, quasi serici tonsi. Sed pediculus alias conicus & sulcatus, alias latissimus, difformis, quasi ex coalescentibus fungis factus, perforatus, rugosus, planus. Pileus est lamina ampla, expansa, lacerata, variae figurae, semper planior tamen pediculo, continua, neque perforata. Aliquando pediculi difformes absque pileo palmati finiuntur, similes *Coralloidis* albi. Ad terram frequenter fuliginosus est.

3. BOLETUS petiolo rugoso, pileolo celluloso ovali.

Tuber TRAG. p. 939.
Fungorum esculentorum genus I. CLUS. *Hist. plant. rar.* p. CCLXIII.
Boletus esculentus rugosus albicans quasi fuligine infectus I. R. H. & T. 329. lit. A. MICHEL. 202. & T. 85. f. 2.
Fungus pyramidalis & in metam adsurgens quadruplex MENZEL. l. c. T. 6. Icones ejus huic varietati propiores videntur.

In sylvis abunde M. Majo. In colle *Rugen* prope *Interlachen.*
Hujus speciei figura constantior est. Pediculus latus, planus, cavus, rugosus. Capitulum conicum, obtusum, latum & breve. A pilei ortu laminae elevatae ad apicem adscendunt, deviae & undulatae. Harum intervalla perambulant rugae transversae humiliores, quae juga majora conjungunt. Caro cerea, uti & priorum. Color recentissimae plantae ochroleucus, ut in plerisque Pezizis, facile vero in fuliginosum degenerat. Odor idem, fatuus in recente & ingratus. Villis tenuibus undique pubescit, qui facile absterguntur.
Ob saporis gratiam colligitur, & in culinas recipitur. Priores species nihilo deteriores esse putaverim.

4. BOLETUS petiolo rugoso pileolo celluloso conico.

Fungorum esculentorum I. *gen. species* IIII. CLUS l. c.
Boletus esculentus in metam fastigiatus I. R. H. MICHEL. l. c. n. 4.

In *Helvetia* frequens.
A Boleto 3. differt capitulo graciliori in longum conum acutumque educto. Meram esse vatietatem suspicor, eademque mea sententia est de omnibus CLUSII & MICHELII speciebus.

5. BOLETUS esculentus rugosus fulvus I. R. H. MICHELI p. 203. n. 3.

Iconem misit STAEHELINUS.
Varietas prioris, ni fallor.

PHALLUS.

MICHELI p. 201.

A BOLETO mediocriter differt, conjunctus ideo cum eo genere a LINNAEO. Pediculus cylindricus, pro ratione pilei crassissimus; pileus glandis penis similis, volva ex qua pileus prodit, discrimen efficiunt.

*1. PHALLUS . . . an Hadriani Junii MICHELI p. 202. n. 4.

HUBERUS ad marginem sylvae *die Hardt* prope Basileam.
Non determino, cum neque iconem, neque plantam viderim.

FUNGI & AGARICI.

Tota gens fungorum petasatorum in eo charactere conveniunt, ut duae partes in iis distinguantur. Harum alia ex terra provenit, & gracilior est, ea certe in sede, ubi alteram partem sustinet; alia terrae non continua est, neque radices agit, & latior est ea parte prioris, cui insidet. Hanc *pileum* vocant. Genera secundaria constituit MICHELI ex fabrica pilei. Novi magnum certe in Botanicis auctorem LINNAEUM, hanc definitionem rejicere, & Agaricos conjungere Fungis, quod dentur species inter utrumque genus intermediae, &

& Agarici multi molles, Fungi vero aliqui duri ſint & lignoſi. Verum ne genus, inter omnia jam aliunde maxima ratione ampliſſimum, oneremus altera centuria ſpecierum, poterunt, me judice, Agarici a Fungis hactenus diſtingui, quod nullam habeant diſtinctionem duarum partium, quarum altera radicatur perpetuo, altera nunquam. Agarici enim omnes continuo, in omnibus partibus ſuis, ex radice protuſione quadam augentur, ut nulla eorum pars ſit, quae non aliquando radix fuerit. Deinde, Agaricorum omnium communis eſt ratio, ut pediculus ille radicalis eamdem cum reliqua planta fabricam habeat, poroſus ſit in Agarico-Polyporis, lamellatus in Agarico-Fungis &c. In Fungis vero pediculus perpetuo ſimplex eſt, & poris, laminis, aculeis, tubulis, conſtanter deſtituitur.

POLYPORUS.

MICHEL. p. 129.

BOLETI DILLENII & LINNAEI aliqui.

POLYPORUS eſt *Fungi petaſati* ſpecies, cujus pileus ſuperius integer, inferius vero poris aut cellulis exſculptus eſt, cum continua ejus ſubſtantia ſit, neque poſſit in duo ſtrata divelli.

1. POLYPORUS ampliſſimus albidus, alveolis quadrangulis.

In ſylva *Pleſſenſi* prope *Gottingam.*
Radix ſucculenta, producta in pediculum craſſum, ſex unciarum altitudine, umbrinum. Petaſus ampliſſimus, dodrantali diametro, carne tenera, planus, ochroleucus, vel ſordide ex albo flaveſcens. Pilei facies inferior fit alveolis quadratis, quos terminant eminentia juga dentata. Ea facies albida eſt.

2. POLYPORUS alveolatus niveus.

In ſylvis M. *Gurten* rarius.
Pediculus brevis, ut fere ſeſſilis videatur. Petaſus convexus, craſſus, triunciali diametro: inferior facies alveolata. Totus niveus eſt, per putredinem vero in atramentum reſolvitur.

3. POLYPORUS ſuperne albus, alveolis & brevi pediculo terrei coloris.
An *Polyporus Alpinus cinereus, pileolo ſuperna parte lacero & veluti teſſellato, inferne inſtar favi ample perforato* MICHELI p. 130. T. 71. f. 2. Non recedit.

In ſylva retro villam inter *Gundeldingenſes* remotiſſimam STAEH.
Proximus priori videtur in icone. Pileolus brevis, umbrinis lineis pictus. Petaſus ex albo viridis convexus, ſex unciarum diametro. Inferius alveoli magni, difformes, quadrati fere, colore umbrino.

4. POLYPORUS lignoſus & ceſpitoſus infundibulum imitans, ſuperne nigricans, inferne cum pediculo albus, areolis carbonariis innaſcens MICHEL. p. 131. T. 70. f. 6. bene.

Ad putreſcentia ligna in adſcenſu M. *Bructeri.*
Ligneus fere & immarceſcibilis eſt, ceſpitoſe provenit. Figura tota infundibuli formis. Extus albidus eſt, poris frequentibus, qui breviſſimis laminis terminantur. Intus excavatur, depictus lineis concentricis, colore ſature fulvo, qui per aetatem in nigrum degenerat.

5. POLYPORUS exiguus, coriaceus, fulvus, pileolo concavo, ac in medio non nihil umbilicato MICHEL. p. 130. T. 70. f. 9.

In ſylva *Sedelbach*, quae uno milliari Germanico *Berna* diſtat.
Radix bulboſa craſſa. Stylus fuſcus, craſſus, unciae altitudine. Pileus planus aut depreſſus, fuſcus, orbicularis. Pori ſubtus creberrimi.

AGARICO-POLYPORUS.

AGARICORUM MICHELII ordines 2. 3. 4. & 5.

BOLETI LINNAEI ſpecies acaulae.

In ea re LINNAEUM omnino ſequi viſum eſt, ut Fungos fabrica convenientes conjunctim etiam tradamus, ſive petiolati fuerint, ſive ſeſſiles. Nova nomina nolui imponere, neque repugno, ſi quis ea mutaverit, quae interim praefixi, quaeque ordinis potius definitiones, quam nomina ſunt.

1. Fungus anguloſus pediculo exiguo C. BAUHINI. DILLENII in *Synopſ.* RAIAN. p. 11. n. 5.
Fungorum eſculentorum genus V. CLUSII p. CCLXV.
Boletus arboreus fuſcus inferne albus. DILLENII *Cat. Gieſſ.* p. 189.
STAEHEL. in ſylva *die Hard.*
Mihi nondum notus eſt, videtur vero ambigere inter *Fungos Polyporos*, & *Agaricos* ejusdem fabricae.

2. AGARICO-POLYPORUS pediculatus, cervinus, poris tenuiſſimis albis.
An *Agaricum ſquamoſum, durum, totum album, ſuperficialiter in filamenta tenuiſſima ſerici inſtar veluti ſciſſum, inferne argutiſſime & varie perforatum* MICHEL. p. 120. n. 16.

Ad arborum truncos non infrequens.
Siccus eſt & immarceſcibilis. Pediculi genus habet, hilo centrali inſertum; verum ad Agaricos pertinere demonſtratur, quod pediculus poris non deſtituatur. Pori tenuiſſimi albi, per aetatem lutei. Ambitus totus ex orbiculari reniformis. Planus eſt, ſuperne levis, cervinus, vel ex cervino & luteo ſtriatim varius.

3. AGARICO-POLYPORUS albus, pulpa farinoſa, ſubtus tubuloſus fuſcus.
Agaricum igniarium Agarici officinalis facie &c. MICHELI p. 118. n. 1. non autem ſynonyma; neque enim noſter in fomitem videtur parari poſſe.
Fungus non veſcus XXXVI. LOESEL. p. 97.
Agaricus officinali ſimilis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 192. *Syn.* RAI. p. 23. n. 11.
Fungus arboreus albidus maximus ſeu Agaricus ſpurius RAI. *hiſt.* III. p. 22.

In ceraſis non infrequens. Paulo ultra *Muri* ad viam.
Semicirculari projectione eminet ex arboribus. Superius convexus eſt, glaber, albusque. Sub cute multum farinoſae medullae eſt, albiſſimae, parum amarae, parum foetidae. Deinde tubuli incipiunt, laminis facti ſubfuſcis, qui in poros terminantur ſatis exiguos, fuſcos. Ampliſſimus eſt, & per aetatem difformis.

4. AGARICO-POLYPORVS verſicoloribus lineis varius, poris albis tenuiſſimis.
MICHELI p. 119. n. 11? Non repugnat.
Icon B. apud TOURNEF. T. 330. hunc refert.
An *Agaricus imbricatus laciniatus major* BUXBAUM. *Cent.* V. p. 1. T. 1?

Ad arbores frequens in *Germania* & *Helvetia.*
Projectio ſemi elliptica eſt. Superne convexus eſt, coloribus per concentricas lineas variantibus, pulchris. Colores alii absque nitore, alii cum ſplendore gummeo. Vidi primum circulum, ſive intimum, ochroleucum fuiſſe, alterum pallentem, tertium flavum quaſi gummi oblitum, quartum ex flavo rufum etiam ſplendentem, quintum pullum, ſextum ſubcoerulum. Hi colores per aetatem in nigrum & fuſcum fere degenerant. Sub cute ſuperior caro duriuſcula, & ſpongioſa eſt, deinde inter hirſutas lamellas tubuli ſequuntur, poris terminati tenuiſſimis. Subtus albus eſt, & in ſenio fuſcus, totus durus & fere inmarceſcibilis.

5. AGARICO-POLYPORUS ſpadiceus poris albis tenuiſſimis.
An *Agaricus prorſus igniarius Carpini* DILL. *Cat. Gieſs.* p. 193. *Syn.* III. 192. n. 15.?

An

An *Fungus arboreus maximus fuſcus ſubtus planus* DOODY apud RAIUM III. p. 22?
Agaricum 2. 3. vel 4. MICHELI p. 118. unum vel omnia.
Icon A. apud TOURNEFORT. T. 330. hunc refert.

Priori ſimilis, & ipſe vulgaris ad arbores. Junior hirſutus eſt, circulis aliis nigricantibus, aliis ochroleucis, vel dilutius etiam & ſaturatius fulvis, ſericies. Adultus totus ſpadiceus ſuperne vel umbrinus, & levis, inferne albus, tenuiſſimis poris, planusque. Succum fundit purpureum, durus tamen & tenax. Vidi ex inſecti alicujus culpa poros degeneraſſe in ampullas fuſcas, perforatas, uberis muliebris ſimiles, quae gummoſum ſuccum plorarent.

6. AGARICO-POLYPORUS fulvus poris tenuiſſimis.

Agaricum ſquamoſum Ilicibus Lauris & Oxyacanthae plerumque adnaſcens &c. MICHELI p. 118. n. 6.
An *Agaricus poroſus coloris ſature aurantii* DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 192?
An *Agaricus prorſus croceus* BUXBAUM. *Cent.* V. T. 3? Non credo.

In cavis arboribus non infrequens.
Figura priorum & durities. Colore differt. Superior facies convexa leonina, fulva. Similis ſpongioſa caro. Idem etiam color tubulorum, qui ex laminis facti, tenuiſſimi ipſi, ſubtiliſimis poris terminantur, concoloribus, fulvis. Agarico n. 5. valde ſimilis eſt, & forte idem.

7. AGARICO-POLYPORUS totus albus hirſutus poris latioribus.

Agaricus villoſus & prorſus candidus DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 193. *Salignus*, an *faginus*, nemo dixerit.
Agaricus villoſus & poroſus candidus ſalignus BUXBAUM. *Cent.* V. T. V.

Frequens ad arbores.
Semielliptica projectio, margine acuto. Convexa facies villoſa. Superior pars carnis alba ſpongioſa, dura. Inferior laminis fit, quae tubulos multangulares efficiunt, terminatos poris multilateris, difformibus, variis, majoribus. Superne & inferne albus eſt, ut tamen ſuperne ochroleucus & flaveſcens ſaepe reperiatur.

8. AGARICO-POLYPORUS ſpadiceus poris fulvis anguloſis latioribus.

In caudicibus arborum.
Saepe exſudat gummi ſpadiceum, quo pori obſtruuntur. Lamellae terminatae poris magnis, difformibus, anguloſis. Haec a 5. maxima diverſitas eſt.

9. AGARICUS ſive Fungus Laricis C. BAUHINI I. R. H. MICHELI p. 119. n. 1.
Agaricus fere omnium Auctorum.

Ex *Valeſia* in officinas noſtras adfertur, nunquam mihi in ſylvis larignis viſus, ob itinerum Alpinorum neceſſariam celeritatem.
Pulpa exſiccata vim habet purgantem. Receptus eſt in vetuſtiores compoſitiones officinales. Solus nunquam exhibetur. Noſtro ſeculo fere obſoletus eſt. Copia enim pollinis leviſſimi faſtidioſa eſt, & ipſa familia plantae ſuſpicionem movet indolis venenatae. Extractum tamen cum aqua & ſale tartari paratum commode alvum ducit BOULDUC *Hiſt. de l'Acad.* 1714. p. 37.

10. AGARICO-POLYPORUS ceſpitoſus, ſiccus, verſicolor, hirſutus, poris laceris albicantibus.

Fungorum pernicioſorum genus V. CLUS. p. CCLXXVII.
Fungus holoſericeus iridiformis quaſi, colorum alternatione variegatus HOFM. *flor. Altd.*
Agaricus varii coloris ſquamoſus I. R. H. RAI. *Synopſ.* III. p. 24. n. 10. &c:
Agaricum ſquamoſum ſuperne ſericeum & verſicolor, inferne album, foraminulis brevibus denſiſſimis anguſtiſſimis & quaſi pentagonis MICHEL. p. 119. n. 11.
An ab eo differt *Agaricus villoſus & poroſus ſubſtantiae coriaceae* DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 193. *Syn.* III. p. 24. n. 17.?

Pulchra planta perquam vulgaris eſt ad ſiccos arborum truncos.

Solent vero ſquamae multiplici ordine congeri, & ſibi invicem incumbere, minores prioribus, vix ultra tres, quatuorve uncias longae. Facies ſuperior villo perpetuo hirſuta eſt, ſed color diverſus eſt. Viridis quidem color perpetuus adeſt, & ſaepe ſolus. Alias lineae parallelae undatim intercedunt, luteae, rubrae, ſpadiceae, ex coeruleo plumbeae. Inferior facies in juniori planta alba, poris anguloſis, in vetuſta fuſco vitiatur, aut cervina fit, aut xerampelina, & detritis tubulis laminae nudae remanent, uti in *Erinaceis.* Semper ſiccior eſt, & coriaceus.

11. AGARICO-POLYPORUS mollis, ceſpitoſus, foliaceus, ſpadiceus, poris albidis.

Florum faſciculus STERBECK. p. 269. n. 130. T. XXIIX. A.

An *Fungus foliatus major carnoſior dendroides criſtatus* BARRELIER. ic. 1268?

Fungus major carnoſior dendroides criſtatus BOCCONE p. 302.? Nam quem citat MICHELI, ex ramo arboris natum, nimis exiguus videtur.

Agaricum ſquamoſum, ceſpitoſum, eſculentum, criſtatum & laciniatum, ſuperne obſcurum, inferne album, foraminulis breviſſimis, rotundis, exiguis, MICHELI p. 119. n. 13.

STAEHELINUS in ſylva *die Hardt* & circa *Münchenſtein.* Ego ad radices quercuum in ſylva haud longe a *Bovenden* diſtante.

Elegantiſſima planta confertim naſcitur in ceſpites, ſeſquipedales, denſiſſimos, ſimiles ornamentis foliaceis, quibus inſignia decorari ſolent. Tota fit ramoſis, multifidis, eleganter inciſis ſquamis, imbricatim ſibi incumbentibus. Superius glabrae ſunt, nitentes, ſpadiceae. Inferius alba ſubſtantia eſt, in juniori planta ſimplex, paulatim pori ſubnaſcuntur, & tubuli atque laminae conſpicuae fiunt; tunc vero ſuperne nigricat, inferne terreo colore eſt. Caro ſucculenta, mollis, qualis Fungorum fere lamellatorum eſt.

12. AGARICO-POLYPORUS maximus, ſaepe digitatus, flavus, laminis breviſſimis.

Fungus caſearius ex Campenhout STERBECK. p. 170. n. 79. T. 12. lit. A.

Fungus ramoſus major, aureus, nulla membrana ſuperne tectus DILL. RAI. *Syn.* III. p. 22. n. 5.

In arboribus excavatis. STAEH. ad juglandem.

Vaſtus eſt ad duorum pedum diametrum & ultra. Projectiones alias ſemiellipticae favorum ſimiles, alias digitatae & laciniatae. Utraque ſuperficies fere ſimilis, ſuperior tamen aurantio colore tinctior eſt, inferior pulchre flava, eademque punctata. Pori non profundi, cum lamellae vix dimidiae lineae longitudine ſint. Caro tota cucurbitacea eſt, & facile putreſcit.

13. AGARICO-POLYPORUS ceſpitoſus, ſquamoſus, albus.

Ad truncum arboris.

Squamae longae, ſed parum latae, ceſpitoſae proveniunt. Superne hirſutae ſunt, & ex albo in fuſcum languent. Inferne pori tenues & albi. Foetet.

14. AGARICO-POLYPORUS cruſtaceus favi ſimilis.

An *Agaricum cruſtaceum album tenuioris ſubſtantiae varie perforatum* MICHEL. p. 121. n. 24.?

Cruſta erat albiſſima, mucilaginis facie; ſed poris magnis ad favi modum ſuperne perforabatur. In putridiſſimo ligno.

15. AGARICO-POLYPORUS cruſtaceus purpureus.

Lignis reſectis, in ipſa ſectione uvidis, hyeme pertinaciter adhaeret. STAEHELINUS etiam iconem miſit.

Cruſta late obducit lignum, multiformis, plana. Facies, qua ex ligno provenit, ſimplex. Superne purpureus eſt, poris ſubtilibus, qui tubulos terminant, ex breviſſimis laminis factos. Alias albicat limbo purpureo. An initium alterius ſpeciei?

16. AGARICO POLYPORUS cruſtaceus, undoſus, albus.

An *Corallofungus argenteus omenti forma* VAILLANT. p. 41. T. VIII. f. 1. Noſter certe omenti ſimillimus eſt.

Agaricum ſquamoſum criſpum ſuperne album & lanuginoſum, inferne primum ejusdem coloris, deinde rufeſcit, tenuiſſime eleganter & varie perforatum MICHELI p. 120. n. 7.

Ele-

Elegans cruſta late obducit corticem putreſcentem, in juga plicaſque pulchre criſpas paſſim revoluta. Exterior facies poroſa. Color albus, ſed juga flaveſcunt. An initium alterius Agarici?

17. AGARICO-POLYPORUS difformis farinoſus albus.
Agaricum terreſtre medullam panis referens MICHELI p. 121. T. 63. f. 2.

Brumali tempore in ſylva *Bremgarten*. Cruſta difformis late lignum putreſcens obducit. Extus poroſa eſt, laminis ita inclinatis, ut tubuli ſuperne adpareant. Color albus, flavido tinctus. Odor dulcis, edulis. Videtur initium alterius Agarici, forte *Agarico-Polypori* 6.

AGARICO-SUILLUS.

AGARICORUM Ordo I. MICHELI.

Ab *Agarico-Polyporo* differt, medulla ſuperiori a parte inferiori tubuloſa facile ſecedente.

1. AGARICO-SUILLUS mollis ruberrimus.
Fungus non veſcus IX. LOESEL. p. 90.
Linguae in caudicibus Caſtanearum CAESALP. p. 619.
Agaricus poroſus rubens carnoſus hepatis facie DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 192. *Synopſ.* III. p. 23. n. 12.
Agaricum eſculentum caſtaneis adnaſcens latiſſimum hepatis facie, ſuperne ex rubro ferrugineum, interne ſanguineum, ſubtus ochroleucum MICHEL. p. 117. T. 60.

STAEHELINUS ad truncos ſalicum circa *Neuhaus* & *Münchenſtein*. Ad radices quercuum, & in cavis arboribus circa Gottingam frequens.
Longe pulcherrimus *Agaricorum* in craſſos lobos ſuperne & inferne gibbos dividitur, ea nota hepati utrumque ſimilis. Totus ſucculentus eſt, mollis, ſucco rubro plenus. Cutis ſuperior ſature rubra, ſtriata, tegit ſubſtantiam purpuream, cujus fibrae in lineas rectas extenduntur. Ea facile ſeparatur ab altera ſubſtantia tubuloſa, cujus cylindruli oſculis terminantur, tumente ora circumdatis. Tota roſei amoeni coloris eſt, extremi vero tubuli pallent.

SUILLUS.

MICHELI p. 126.

A *Polyporo* differt ſubſtantia ſuperiori ſpongioſa ſeparabili ab altera, quae ſuccedit, tubuloſa.

1. SUILLUS fulvus inferne ex flavo vireſcens.
Suillus eſculentus craſſus ſuperne fulvus, inferne initio albidus, deinde ex flavo ſubvireſcens, pediculo ventricoſo, & ſupernae parti pilei concolore MICHEL. p. 127.
Fungus poroſus craſſus RAI. & DILL. *Syn.* III. p. 11. n. 2.
Boletus magnus Julii M. DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 188.
An *Fungus poroſus* VAILL. p. 59. n. 7.? Non recedit.
Fungus veſcus XIV. LOESEL. p. 83.
β. *Fungus poroſus medius ſuperficie ſordide alba tuberculis caſtaneis variegata* VAILL. p. 59. n. 6.

In ſylvis toto autumno ubique frequens.
Varia diverſis temporibus fabrica eſt. Pediculus juniori bulboſus, adulto longior, & gracilior, modo terreus, modo ex ſanguineo varius. Pileolus plerumque figura coni truncati, ſuperne fulvus, aut leoninus, aut terreus, vel glaber, vel eleganter reticulatus bicolor (β). Facies inferior in juniori flava cum virore, adultiori terrea & inelegantior. Semper vero molliſſima caro eſt, pori laceri, ampli, pediculus abſque anulo.

2. SUILLUS anulatus terreus inferne flaveſcens.
An *Suillus eſculentus ſuperne pulchre fulvus, inferne citrinus & ſubtiliſſime perforatus, pediculo concolore* MICHEL. p. 128. n. 9. T. 68. f. 1.
Boletus luteus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 18. T. 10. n. 1.

An *Fungus poroſus magnus & craſſus, coloris caſtanei, nunc liquidioris nunc magis ſordidi* VAILL. p. 59. n. 7.
Fungus poroſus autumnalis viſcidus BUXBAUM. *Cent.* V. T. XIV.

Satis ſimilis priori, mollitie, poris magnis, tempore naſcendi, amplitudine. Color ſuperne leoninus, terreus aut fuſcus. Inferius luteus eſt abſque virore, aut ochroleucus. Pediculus gracilis terrei fere coloris. Caro tritu coeruleſcit. Anulatus eſt, qua nota & poris flavis a *Suillo 1.* differt.

3. SUILLUS totus leonini coloris.

An *Fungus prorſus eſculentus ſuperne obſcure flaveſcens, viſcidus, inferne lutens* BUXBAUM. *pl. circa Hal. naſc.* p. 128.
Fungus poroſus pediculo ovali, pileoli ſuperficie ſplendide crocea VAILL. p. 60. Omnino.
An *Fungorum eſculentorum gen.* XVI. *ſp.* II. CLUS. p. CCLXXII.?
Fungus veſcus XV. LOESEL. p. 83.

Menſe Auguſto in ſylvis.
Pediculus craſſus, bulboſus, aut purpureus ineleganter, aut certe venis rubentibus varius. Caro tritu coeruleſcit. Pileus ſuperne leoninus, inferius cinnamomeus, aut colore pulveris ſternutatorii Hiſpanici. Pori mediocres. Lamellae ſubluteae. Moles maxima in tota gente.

4. SUILLUS totus terreus.

Ad vias in Germania & Helvetia.
Pediculus conicus, ſuperne anguſtior, pallens, villis fuſcis notatus. Pileus pulvinatus, ſordide terreus, mollis. Foramina magna lacera & anguloſa, in facie inferiori concolore, cujus media pars depreſſior eſt.

5. SUILLUS villoſus cervinus inferne albidus.

An *Suillus parvus craſſus pediculo & ſuperna parte pilei fulvis ſericea perbrevique lanugine infectis, inferne vero ochroleuca* MICHEL. p. 128. n. 12. T. 68. f. 2. Color & villoſus pileus accedunt.
An *Fungus poroſus pediculo ovali, pileoli ſuperficie ſordidiſſime alba* VAILLANT. p. 60. n. 8.?
Fungus poroſus tenuis coriaceus BUXBAUM. *Cent.* V. T. XV. f. 1.

Verno tempore reperi *Bernae* & *Gottingae*. STAEH. ex ſylva *die Hardt.*
Color terreus in pediculo tenui. Pileus plerumque villoſus, planus, ſuperne terreus; inferius albus aut ochroleucus. Pori hexagoni magni. Siccior eſt prioribus, neque putreſcit.

6. SUILLUS ſpadiceus, inferne pallidus.

Fungus tertius bufonis STERBECK. p. 183. n. 18.
An *Suillus eſculentus craſſus, viſcidus, ſuperne obſcurus, inferne ſubluteus, pediculo brevi tenui, concolore, punctis & lituris rubris notato* MICHELI p. 128. n. 69. f. 1?
Fungus poroſus pediculo ovali pileoli ſuperficie caſtanea VAILL. p. 60.
Fungor. eſculentor. gen. XVI. *ſpec.* I. CLUS. p. CCLXXII. Videtur.
Fungus poroſus magnus craſſus I. B. III. p. 333. Certe colores conſentiunt.

STAEHELINVS ex ſylva *die Hardt.* Gottingae frequens.
Pediculus bulboſus, craſſiſſimus, brevis, colore terreo, umbrinis venis varius. Pileus convexus, campanulatus, craſſus, ſuperne flavus, terreus, denique ſpadiceus nitens. Caro alba, tubuli vero, cum poris, qui ſubtiliſſimi ſunt, ochroleuci.

7. SUILLUS miniatus, inferne ochroleucus.

Suillus eſculentus craſſus, ſuperne ex rubro ferrugineus, inferne albidus, pediculo concolore, rimoſo vel ſtriato MICHEL. p. 127. & forte, qui proxime ſequitur, ex aureo fulvus
Fungus poroſus magnus craſſus, tuberculis minimis exaſperatus, colore aurantii exſiccati VAILLANT. p. 59. n. 3.
An *Fungor. eſculentor. gen.* XVI. *ſp.* 3. CLUS. p. CCLXXII.
Fungus veſcus XVII. *gen.* I. LOESEL. p. 84.
Fungus aurantius pediculo longo STERBECK. p. 119. T. XVI. f. A. & forte plures alii.

Non rarus in ſylvis, ineunte autumno. STAEH. ex M. *Crenzach.* Junior Phallum, ſed aptiſ-

aptiſſime, refert. Pediculus terrei coloris, vel ochroleucus, vel fulvus, villoſus, ſaepe rimis transverſis fiſſus. Pileus ex ampliſſimis, ſuperne rufus, miniatus, violaceus denique. Pori magni, laceri, conſtanter ochroleuci. Caro mollis. Non putreſcit, & edulis eſt.

8. SUILLUS terreus inferne aurantius.

STAEH. ex M. *Muteto*. *Gottingae* etiam vidi.
Pediculus bulboſus, craſſus, purpureus, reticulata ſuperficie. Pileus ampliſſimus, convexus, terrei, aut ſpadicei coloris. Pori obliqui, laceri, ſubtiliſſimi, aurantii, in centro miniati; Caro mollis alba.

9. SUILLUS purpureus inferne flavus.

Panis bufonis magnus STERBECK. p. 136. n. 23.
An *Suillus craſſus ſuperne purpureus, inferne ex aureo fulvus, pediculo tumido ſubrubente* MICHELI p. 129. Differt colore pediculi.
An potius *Suillus eſculentus craſſus ſuperne ſordide rubens vel ex rubro ferrugineus, inferne dilute luteus* MICHEL. p. 127.
Fungus poroſus medius ſordide purpuraſcens VAILL. l. c. n. 5.
An *Fungor. pernicioſor. gen.* XIX. *ſp.* VII. CLUS. p. CCLXXXIII.?

Pulchrum fungum STAEHELINUS legit in M. *Crenzach*. *Gottingae* etiam vidi, ſed minus elegantem.
Pediculus bulboſus, craſſus, totus cum carne flavus. Pilus ſanguinei coloris. Pori & tota cavo dilute flava.

10. SUILLUS roſeus, inferne flavus, poris ampliſſimis.

Gottingae Auguſto menſe.
Ex minoribus, duas uncias altus, gracili cylindrico pediculo, pileolo plano, roſeo colore toto tincto, inferiori parte tumente, carne flava, latiſſimis foraminibus & inaequalibus, uti in Sp. 4.

11. SUILLUS albidus inferne violaceus.

STAEHELINUS in M. *Crenzach*.
Pediculus bulboſus, craſſus, terreus. Pileolus ſuperne albus, cum levi cinereo colore admiſto. Inferne violaceus eſt. Caro alba, tubuli terrei. Eſt ex minimis.
De *Suillis* monendum eſt, etſi omnes Fungi variabiles ſunt, Suillos tamen coloribus etiam magis incerte ludere, ut ne has quidem ſpecies vere diverſas eſſe, auſim adfirmare.

ERINACEUS.

DILLENII *Cat. Gieſſ.* p. 188. & MICHELI p. 132.

HYDNA LINNAEI n. 807.

A *Fungo* & *Suillo* differt, inferiore parte pilei frequentibus aculeis, aut anguſtis papillis acutis aſpera.

1. ERINACEUS eſculentus albus craſſus MICHELI p. 132. T. 72. f. 2.
Fungus pene candidus prona parte erinaceus I. B. III. p. 828. RAI. *hiſt.* I. p. 108. *Synopſ.* III. p. 11. n. 6. MORIS. III. p. 637. BUXBAUM. ERNDL. &c.

β. Varietas fuſca & ſquamoſa.

Fungus erinaceus major, atrocinereus, ad petaſi fere amplitudinem adcedens, prona parte ſquamatus HOFMAN. *flor. Altd.* & ex eo, non citato, ERNDL. p. 50.
Erinaceus maximus umbraculo ampliſſimo obſcuro & nigricante RUPP. p. 301.
Hydna cauleſcens pileo imbricatim tuberculato LINN. *flor. Lapon.* n. 523.
Fungus non veſcus I. LOESEL. p. 87.

In ſylva *Murienſi* prope Bernam. STAEH. in ſylva *die Hardt*.
Amplus eſt, & totus albicat, pene aequaliter. Pediculus craſſus eſt; caput multiforme,

forme, eminentibus criſtis aliquando varium, non nunquam fuligin oſum. Aculei breves, albidi. Saepe plures connaſcuntur.

2. ERINACEUS eſculentus pallide luteus MICHELI p. 132. T. 72. f. 3.
Erinaceus coloris pallide lutei DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 188. & T. I.
Fungus pulvinatus buxei fere coloris HOFMAN. *delic. Altdorf.*
Fungus erinaceus VAILL. p. 58.

In ſylvis reliquis frequentior.
Pediculus albidus & terreus. Petaſi ſuperficies ſuperna rufa, vaccino diluto colore, aculei concolores, vel pallidiores.

3. ERINACEUS parvus hirſutus, ex fuſco fulvus, pileolo ſemiorbiculari, pediculo tenuiore MICHEL. p. 132. T. 72. f. 8.
Excepto colore idem videtur *Fungus erinaceus parvus pediculo longiore auriſcalpium referens buxei coloris* &c. BUXBAUM. *circa Hal.* p. 129. cum icone.
Hydna cauleſcens pileo dimidiato LINN. *flor. Lap. n.* 524.
Fungus erinaceus parvus in conis abietinis naſcens BUXBAUM. *Centur.* I. T. LVII. f. 1.

In via cava, qua a villa *Luzern* adſcenditur in ſylvam *Sedelbach*, verno tempore.
Siccus totus eſt. Imus pediculus bulboſus, ſtylus gracilis duas uncias altus, inſertus inciſioni reniformis pileoli nigerrimi, glabri. Aculei paulo pallidiores.

4. ERINACEUS infundibulum imitans, coriaceus, colore ex fulvo ferrugineo, pileolo deſuper veluti ſericeo, & pluribus ſtriis circularibus excavato. MICHEL. p. 132. T. 72. f. 4.
Fungus campanulus lignoſus STERBECK. p. 258. n. 123. T. 27. lit. I.

In ſylva prope *Lengeler*.
Ligneus eſt, & inmarceſcibilis. Prima facies Clavariae erat. Deinde *Lichen-Agarico* palmato primo ſimilis, tandem in infundibulum conſtantius formabatur. Pediculus levis, teres, cervinus. Pars exterior infundibuli hirta fuit papillis, deinde veris aculeis, conicis, cavis, perforatis: haec omnia cervina. Pars interior infundibuli ruditer hirſuta, ſquamoſa, circulis concentricis varia fuit ex cinnameo, cervino & nigricante colore. Ceſpitoſe naſcitur.

5. ERINACEUS albus papillaris.

In ſylvula *Murienſi*.
Pediculus albus, ſeſcuncem altus. Pileolus hemiſphaericus, ſpadiceus ſplendens. Loco laminarum papillae albae eminentes. Lac copioſum fundit. Annon morbus forte Fungi alicujus? Semel vidi, & dudum.

ECHIN-AGARICUS.

ORDO AGARICORUM VI. MICHELI p. 122.

Ab *Erinaceo* differt, quod acaulis ſit.

1. ECHIN-AGARICUS gelatinoſus cryſtallinus.
An *Agaricum ſquamoſum villoſum ſuperne album, inferne griſeum, folliculis ſeu denticulis tenuiſſimis* MICHELI p. 122. n. 6. T. 64. f. 5? Non recedit.
Fungus erinaceus candidus ſubſtantia gelatinae HOFMAN. *flor. Altd.* Omnino.
Fungus non veſcus XIX. LOESEL. p. 96.

Ad ſtipites exſiccatos frequens eſt. Habitus auriculae Judae, ſuperna pars & pediculus villis copioſis obſita. Inferior denticulos triangulares copioſos emittit. Totus tremulus, molliſſimus, glaciei fere colore, ſemipellucidus.

2. ECHIN-AGARICUS ochroleucus barbatus.
Agaricus barbatus flaveſcens BUXBAUM. *Cent.* V. T. LVI. f. 1. Non recedit.
Agaricus cinereus & ſericeus PLUMIER. *fouger. d'Amer.* p. 145. T. 169. A. figuram noſtri exprimit.
An *Fungus non veſcus* XI. LOESEL. p. 90.? Non recedit.

Circa

Circa *Gleichen.* STAEHELINUS ad truncos arborum circa *Mönchenſtein.*
Ex ligno projicitur ungulae ſimilitudine, & plures ſquamarum more ſibi incumbunt. Superne vaccino colore diluto vel ochroleucus eſt, & villoſus. Caro alba ſolidiuſcula. Inferne laminas longas, pendulas, ſeſcuncis longitudine emittit, albas, apice recurvo flavo.

3. ECHIN-AGARICUS laminis ramoſis denticulatis albidis.
An Cornu cervi calcinatum STERBECK. p. 255. T. XXVII. f. G.? Videtur.
Fungus muſcoſus albus villis pallentibus rufuſormis BOCCONE *Muſ. di Fiſ.* ic. ad p. 303.
Agaricus multifidus aut villoſus I. R. H.
Agaricum eſculentum ceſpitoſum album, multifidum & denticulatum, denticulis aſperis. MICHEL. p. 122. n. 2. T. 64. f. 2.

STAEHELINUS in M. *Muteto* lecti iconem miſit.
Pulchra planta ex altero latere convexa eſt, figura patellae humanae, ſed longe major. Ab altero latere commune punctum habet, ex quo laminae undulatae, & ramoſae, in omnem ambitum diſtribuuntur. Ab eis laminis, cum manifeſta branchiarum ſimilitudine, aculei copioſiſſimi deſcendunt denticulatim. Tota planta ſordide albida eſt.

MERULIUS.

Eo nomine I. BAUHINUS & BOERHAAVIUS *Boletum* intellexerunt. Nos vero eodem nomine, quod poſt MICHELIUM vacat, deſignamus Fungos, quibus loco laminarum venae ramoſae ſunt, cum carne fungi continuae, ſubtus repentes, ſive *Fungorum* ordinem V. VAILLANTII p. 60.

1. MERULIUS flavus oris contortis & laceris.
Fungorum eſculentorum genus XIV. *ſpec.* 2. CLUS. p. CCLXXI. HOFMAN. &c.
Fungus anguloſus & veluti in lacinias diſſectus C. BAUHINI I. R. H. VAILLANT. p. 60. T. XI. f. 14. 15. (pulcerrime) &c.
Fungus veſcus VI. LOESEL. p. 80. an & III. ejusd. p. 87?
Fungus eſculentus acris colore vitellino &c. MICHEL. p. 144. n. 2.

In pinetis aliiſque ſylvis frequens.
Junior pediculo, & pileo, regulari eſt, depreſſo modice & orbiculari. Adultior finditur, fiſſaeque orae contrahuntur, criſpantur varie & difformiter. Semper flavus eſt, & venis ſubtus ramoſis. Odor recentis, qui prunorum fere, ſapor ex optimis, neque putreſcit, ſed firmatur ipſa aetate.

2. MERULIUS violaceus.

Semel reperi; & dubito, annon forte ſit varietas prioris ſpeciei. Simillimus enim erat, colore ſolo purpuroviolaceo diverſus, neque nulla aderant veſtigia coloris flavi.

AGARICO-MERULIUS.

A MERULIO differt, uti omnes Agarici a Fungis congeneribus. Alii Agarici, ex auricularum gente, juga etiam habent ſubtus eminentia, ſed non perpetua, neque per totum fungi ambitum continua, quae potius pro plicis haberi poſſunt.

1. AGARICO-MERULIUS albus ſubtus croceus.
An *Agaricus villoſus lamellis ſinuoſis & invicem inplicatis* DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 24. n. 19.

Ad ligna. STAEHELINUS etiam iconem miſit.
Tremulus eſt, & molliſſimus, ſuperne albus & villoſus, convexus. Inferne laminae ſunt intricatae variis modis, ut pene ſpacia intercipiant, colore croceo.

FUNGUS.

MICHELI p. 133.

AGARICI caulescentes LINNAEI.

A *Suillo*, *Polyporo*, *Merulio* differunt laminis rectilineis, quae ex inferiori facie pilei descendunt. Ex iis ipsis laminis semina proveniunt, uti in Fungis 35. 73. 50. 93. & 107. evidentissime vidi, quae ex planta natura instar pollinis decutiuntur, & sata proveniunt. Vide de fungis satis provenientibus MICHELII experimenta, tum GLEDITSCHII *contra* SIEGESBECK p. LVIII. Ordinem desumo a colore, & laminarum quidem, cum in pileo colores sint magis mutabiles. Anuli, quibus utitur MICHELIUS, fugaces sunt, & incerti, & pauci omnino fungi villoso illo anulo destituuntur, quo pediculus nascentis plantae cum ambitu petasi conjungitur. Strias etiam saepissime video subnasci per aetatem, quando adtenuata in ora petasi caro laminas pellucere patitur. Cespitose nasci, id demum incertissimum est, & plerisque fungis contingit. Haec ergo omnia ad species definiendas commoda sunt, classes determinare non possunt. Ad constituendas itaque classes solo utar colore, ad species eadem nota, cum reliquarum notarum conplexu conjuncta. Non evitabo varietates omnes, indicabo tamen, quas ad suas species reducere licuit.

CLASS. I.

FUNGI LAMELLIS ALBIS.

GENS I.

PILEO ETIAM CANDIDO.

1. FUNGUS piperatus albus, crassus, lacteo succo turgens MICHELI p. 141.
   Fungi piperis sapore lacteo liquore CORD. *Dioscor.* p. 68. b.
   Fungus orbicularis vel fungorum tertium genus TRAG. p. 940.
   Fungus vescus IX. LOESEL. p. 82. & forte X. ejusd. ib.
   Fungus albus acris C. BAUHINI &c. VAILL. p. 59. &
   Fungus lacteus maximus infundibuli forma ejusd. ib.
   β. *Fungus vescus* XI. LOESEL. p. 82. sp. 2. (varietas succo croceo.)

Vulgatissimus per sylvas toto autumno.
Ad magnam molem increscit. Junior totus niveus est, capitulo pulvinato, sed in centro depressiori. Idem per aetatem conicus fit, vertice deorsum posito, & aquam pluviam in infundibulo continet, tuncque viscido succo oblinitur, & colorem mutat, ut superne ochroleucos, & cervinus, & rufus reperiatur. Lac fundit album, quod mora croceum fit, acre & pene causticum, ut acrem indolem etiam exsiccatum retineat, LISTER. apud LOWTHORP. II. p. 624. Id cum syrupo dialtheae datum, ad calculum laudatur, LOESELIUS l. c.

2. FUNGUS albus infundibuli forma, non lactescens.
   Fungus infundibuli forma maximus albus BUXBAUM. Cent. IV. T. I. p. 1.
   An *Fungus non vescus* V. LOESEL. p. 89.

In sylva *Burgdorf-holzlein*. *Gottingae* abunde.
Figura & moles priori convenit. Sed lacte destituitur, totusque siccus est. Lamellae breviores & subinde ramosae sunt, atque undulatis venis conjunctae. Frequenter flavido colore ludit; & nisi moles eximia obstaret, videretur Fungi 27. quaedam varietas esse.

3. FUNGUS esculentus acris albus, pileolo turbinato, ad oras angulato & subtus repando MICHELI p. 143.
   Wit Hasenoor STERBECK. p. 119.
   Fungus albidus infundibuli forma palustris VAILLANT. p. 62.

An

An *Fungus major pediculo longo modice craſſo, lamellis albis creberrimis, ſuperne ad marginem apparentibus?* DILLEN. *Syn.* III. p. 4. n. 18.
Fungus albus perniciosus inſtar fungi lutei Chanterelle dicti ſe contorquens BUXBAUM. *Cent.* IV. p. 21. T. XXXII.

Circa *Gundeldingen* & in ſylva *Bruderholz* STAEH. *Gottingae* non rarus, in ſylva *Heimholz.*

Prioris 2. non diſſimilis. Totus albus eſt; ſuperna tamen pars pilei in cinereum, inferior in ochroleucum ſaepe degenerat. Pileus planus eſt, & in centro cavus, per aetatem etiam infundibuli forma, & ad oram per aliquod ſpacium ſtriatus. Pediculus brevis, ſaepe obliquus. Laminae ſaepe ramoſae, & intermediis rugis conjunctae, ut pene ambigat inter Fungum & *Merulium.* Ambitus etiam petaſi finditur, revolvitur & criſpatur, uti in *Merulio.* Sed veras tamen lamellas habet, & ſaepe integras. Lacte deſtituitur. Varietas ejus, vaccino colore ſuperius tincta, an fuerit

Amanita major rufeſcens aut ſubfulva pediculo brevi, lamellis crebris albicantibus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 87?

4. FUNGUS parvus albus ſubtus lamellis toroſis MICHEL. p. 146. n. 18. & forte non pauci ejus ordinis alii.
Fungus albus tenax STERBECK. p. 178. n. 9.

In ſylva *Heimholz* prope *Gottingam.*
Pediculus modo fartus, modo cavus, biuncialis. Pileolus planus, campanulatus aut umbraculi forma; laminae craſſae, pauciores, quam in aliis adfinibus fungis. Nihil ſtriarum. Color vigenti undique albus, per aetatem pileus rufus, murinus, aut cinereus, aut aquoſe pellucidus fit. Sicca caro, neque viſcida, neque lacteſcens, firmula, edulis.

5. FUNGUS albus laminis tenerioribus, ſaepe viſcidus.
Fungus totus albus VAILLANT. p. 65. n. 34.
An & *Fungus mediae magnitudinis totus albus* VAILL. p. 63. n. 17?
β. *Fungus nemoroſus viſcidus lacteo candore fulgens* MICHELI p. 145. n. 15. & plures alii.
Fungus colore lacteo VAILLANT. p. 64. n. 28.
& *Fungus capite expanſo viſcoſus* VAILL. p. 70. n. 60.

In ſylvis ubique.
Pediculus gracilis, uti in 4. ſaepe planus, ſulco diviſus. Pileolus primo campanulae forma, deinde pulvinatus centro depreſſo, tandem planus. Lamellae tenerae plurimae. Junior totus albus eſt, cum ſplendore niveo, & glaber (α). Paulo adultior glutine tenaci oblinitur (β). Deinde incipit caput medium flaveſcere, & color aquoſus ſuper totum pileum ſe diffundit. Tunc etiam proxime ad oram breves ſtriae adparent. In ea aetate lamellae ochroleucae fiunt, pileuſque primo flavus, deinde obſcure puniceus eſt, ſemper tener & fragilis, & lacte deſtitutus. Vix unquam pileus ultra 2. uncias latus eſt. Varietas hujus fungi ceſpitoſa, quam ex una radice multis capitibus provenire vidi prope *Bernam*, eſt

γ. *Fungus albidus ſplendens ex uno pediculo multiplex* I. R. H. VAILLANT. p. 64. n. 26.
Fungi albi lucentes ex uno principio plures ad radices arborum I. BAUHINI III. p. 834. I. R. H. RAI. &c.
An *Fungus Alpinus parvus candidus, viſcidus, ex uno pede multiplex, pediculo cylindrico* MICHEL. p. 190. n. 4?
Fungus non veſcus XXIV. LOESEL. p. 94.

Venenatam indolem exemplo confirmat IOHANNES BAUHINUS.

6. FUNGUS albus viſcidus pediculo longo BUXBAUM. *Cent.* IV. T. XXX. f. 2.

Iconem miſit STAEH. An a priori, n. 5., ſatis diverſus?

7. FUNGUS parvus pediculo tenui, longo, firmo, lento, pileolo in medio faſtigiato, ſtriis exterius apparentibus RAI. *hiſt.* I. p. 98. I. R. H. BOERHAAV. *Ind. Alt.* p. 12.

Fungus parvus gracillimus totus albus pileolo conico a media ſui parte usque ad oras ſtriato pediculo biunciali praetenui MICHEL. p. 170. n. 3.
Amanita parva utrinque ſtriata pediculo tenui, firmo, longo, lento, pileolo in medio faſtigiato DILLEN. *Cat. Gieſſ. p.* 183.

In ſylva iſthmi *die Enge*, ad orientem ſolem obverſa.
Longiſſimus pediculus ad quatuor uncias, idemque firmus & durus. Pileolus conicus, leniter ſtriatus. Laminae breves. Omnia alba. A Fungo Epipterygio VAILLANTII differt duritie, & colore.

8. FUNGUS minimus, totus albus, pileolo hemiſphaerico utrimque ſtriato, lamellis rarioribus MICHEL. p. 166. n. 3. T. 80. f. 11.
Fungus minimus albus umbilicatus ſtriatus VAILL. p. 71. n. 6.
Fungus parvus candidiſſimus lamellatus pediculo longo gracili RAI. *Synopſ.* III. p. 9. n. 46. BUXBAUM *Cent.* IV. p. 21. T. XXXII. f. 3.

Ex folio fagino putrido in ſylva *Heimholz.*
Ex media quaſi Byſſo ſtellata pediculus albus, gracilis, ſeſcuncem altus, gerit capitulum pulvinatum, latum, totum ſtriatum. Laminae & tota planta albae ſunt. Totus tremulus & delicatus eſt.

9. FUNGUS campanulatus ſubhirſutus albidus.
Fungus gracillimus, Androſacen, vel Acetabulum marinum ſimulans, primum totus albus, & farina ubivis reſperſus, poſtea capitulo utraque parte griſeo, ac tandem lamellis ob vetuſtatem nigricantibus, pediculo fiſtuloſo ſemper albo, radice ſtellata MICHELI p. 166. n. 3. T. 79. f. 6.
Fungus minor tenerrimus farina reſperſus, pileolo ſuperne cinereo, lamellis ſubtus tenuiſſimis, creberrimis, nigris RAI. *Synopſ.* III. p. 9. n. 47. (adultior) VAILLANT. p. 72. n. 11.
Fungus exiguus albicans capitulo ſtriato BUXBAUM. *Cent.* II. p. 46. T. L. f. 5.

Bernae & *Gottingae* inter muſcos variis locis. STAEH. etiam iconem miſit.
Stylus cavus, debilis, pellucens, albus, plerumque incurvus, ad terram hirſutus. Pileus campanulatus, totus ſtriatus, praeter medium umbonem, farina conſperſus, ſubtiliter hirſutus, albus, vel ochroleucus, per maturitatem cinereus & umbrinus. Multa habet communia cum *Fungo* 109.

10. FUNGUS minimus albus, pileolo hemiſphaerico in arborum caudicibus MICHELI p. 146. n. 34. T. 74. f. 7.
Fungus minimus candidus absque lamellis RAI. *Syn.* III. p. 12. n. 11. Videtur.
An *Fungus parvus albus ex conis abietis dejectis naſcens* BUXBAUM. *Cent.* I. T. LVII. f. 2. Non recedit.

Ad ligna arida per ſylvas.
Brevis & tenerrimus, vix uncialis. Seta tremula, fuſca vel alba. Pileolus vix trium linearum diametro, laminae vix niſi venae ſunt. Omnia alba, vel ochroleuca.

11. FUNGUS minimus candidus pileolo hemiſphaerico MICHELI p. 146. n. 33. T. 80. f. 10.
Funguli exigui vix lenticulae magnitudinem ſuperantes, partium tamen integritate vel maximis pares HOFMAN. l. c.
Fungus minimo candido absque lamellis ſimilis RAI. *Syn.* III. p. 12. *ad* n. 11.

In foliis faginis uti n. 10. a quo tamen manifeſto differt teneritate, colore magis argenteo, pileo planiſſimo, ſeta tenerrima. Omnium fungorum verorum minimus eſt.

12. FUNGUS exiguus albus, pileolo convexo, pediculo violaceo.

Gottingae.
Pediculus violaceus uncialis, firmulus. Pileus ex planitie in umbonem faſtigiatus, cum lamellis teneris. Haec alba ſunt. An ſatis diverſus a Fungo 89?

13. FUNGUS pileolo candicante, lamellis paucis, pediculo fuſco ſplendente VAILLANT. p. 69. n. 58. T. XI. f. 21. 22. 23. MICHELI p. 168. n. 5.

Fungus

Fungus caule nigro, capillari, Androſaces capitulo BOCCONE *Muſ. di Piante* p. 143. T. 108.
Fungus minimus adianthi aurei pediculis, an Mithridaticus Menzelii SHERARD apud RAI. *Hiſt.* III. p. 19. *Syn.* III. n. 49. BUXBAUM. *plant. Hal.* p. 124. &c.
Amanita minima muſcoſa DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 182.

In foliis abiegnis putridis, & virgultis aridis.
Ex bulbillo exiguo prodit ſtylus ex fuſco niger, capillaris, unciam altus. Pileus hemiſphaericus, tenuiſſimus, albus, media parte depreſſiori, tota reliqua parte ſtriata, laminis breviſſimis. Vidi ſemiuncialis diametri, menſe Octobri.

14. FUNGUS bulboſus, campeſtris, eſculentus, totus albus, pediculo peranguſto anulo cincto MICHEL. p. 170. n. 1?

A ſequente fungo diverſiſſimus eſt.
Eſt ex amplioribus, non infrequens. Pediculus bulboſus fartus. Anulus conſtans. Pileolus pulvinatus. Omnia alba. Diameter 3. & ultra unciarum, & altitudo eadem.

15. FUNGUS minimus albus, pileolo leviter faſtigiato, pediculo cylindrico tenuiori, anulato, fiſtuloſo. MICHELI p. 171. n. 10. T. 78. f. 7. (Fungus MICHELI a noſtro differt ſola figura pilei, quae in illo magis conica eſt.)
STAEHELINUS loco umbroſo ad ſtabulum. Ego ex ſylvis.
Caro coriacea, ſicca. Pediculus gracilis conſpicuae altitudinis, ad 4. uncias & ſemipedem. Sub laminis anulus latus & conſtans. Pileus pene planus, in centro umbilicatus, ibique lamellarum ſecedentium ſquamis ſaepe varius. Lamellae trium ordinum, breves. Omnia alba, ſed laminae per aetatem cinereae fiunt.
Tres alios anulatos, qui juniores toti albi ſunt, vide ad numeros 29. 43. & 109.

FUNGI LAMELLIS ALBIS.

GENS. II.

PILEO CERVINO, ET CONGENERUM COLORUM INELEGANTIUM.

16. FUNGUS pileo hemiſphaerico, cervino, lamellis albis ramoſis.
An *Fungus eſculentus albus pileolo plano viſcidus lamellis criſpis* MICHEL. p. 145. n. 2.

Gottingae inveni, miſit etiam iconem STAEHELINUS.
Pediculus craſſus bulboſus, albus. Pileus amplus, pulvinatus, coriaceus, cervinus, ochroleucus, ſpadiceus. Laminae albae, aliquando in cervino pallentes, ramoſae & criſpae, undulata linea a centro protenſae ad ambitum.

17. FUNGUS infundibuliformis cervinus, lamellis albis.
In ſylvis non rarus.
Pediculus gracilis, altus ad quatuor uncias. Pileolus plerumque infundibuli forma, coloris diluti, vaccini, aut rupicaprini corii. Lamellae albae, nonnunquam rufeſcunt. Rugae potius quam ſtriae in pileolo. Caro ſicca & fragilis.

18. FUNGUS pileolo ſubluteo, pulvinato, criſpo & veluti puſtulato, lamellis cum pediculo albis MICHELI p. 152. n. 2.

Pediculus modo villoſus, modo glaber, modo coloris leonini, modo albus, gracilis, triuncialis. Pileolus modice pulvinatus, alias umbonatus, ſemper leonini coloris, ſemper etiam tuberculis quibuſdam, in ordines juxta rugas quaſdam diſpoſitis, conſperſus, uti *Lycoperdon vulgare* ſolet. Laminae plurimae albae, vel ochroleucae.

19. FUNGUS viſcidus pileolo umbilicato flaveſcente lamellis albis.
An *Fungus parvus capitulo conico, deſuper luteo, & limacino glutine admodum ſplendens, lamellis & fiſtuloſo pediculo albis* MICHELI p. 152. n. 7? An alius adfinium?

In fagetis ſylviſque minime infrequens.

Adfinis eſt priori, rugis circa centrum pileoli, coloribus, ſtatura. Differt teneritudine, quae in ipſo ſumma eſt, & viſcido ſucco, quo centrum pilei frequenter oblinitur. Color inconſtans eſt, in imo pediculo ſaepe ſpadiceus, ſuperius in ochroleucum expalleſcit. Pileolus in centro tinctior, flavus vel leoninus, ora pallente cervina, alba. Lamellae albae in cervinas degenerant. Caeterum Fungi 17. 18. 19. ſibi proximi ſunt.

20. FUNGUS pileo campanulato rufo, lamellis albidis, tenerior.
An *Fungus colore caſtaneo, margine per maturitatem introrſum convoluto?* VAILL. p. 68. n. 50.

In ſylvis, elegans, ſed variabilis. STAEHELINUS iconem miſit *aus dem Bruderholz.*
Alias ſolitarius naſcitur, tuncque major eſt, alias ceſpitoſus. Semper adgnoſcitur carne fragili, tenera, ſucculenta. Integerrimus pediculo eſt ſpadiceo, vel rufo, pileo campanulato, amplo, vaccino, laminis albis. Deinde vidi pulchram ejus varietatem, cui & pediculus terrei coloris, & pileolus multo polline adſperſus erat, in pileo vero pollen ordine concinno areolas deſcribebat quadrangulares. Alias lacer eſt pileus, ſquamis abſcedentibus aſper. Maturior totus magneſiae colore, vel ſordide ſanguineus fit, tuncque lamellae ochroleucae, carneae, atque ſanguineae demum apparent. In ceſpitoſo pediculi rugoſi & difformes ſunt, colores omnes obſcuri.
Alios huic claſſi adfines, ſed in origine totos albos, vide ad n. 1. 2. 3. 4. 5. 9.

FUNGI LAMELLIS ALBIS.

GENS III.

PILEO FLAVO.

21. FUNGUS orbicularis exalbidus pratenſis C. BAUHINI, BOERHAAVII &c.
Fungorum eſculentorum genus III. CLUS. p. CCLXIIII. VOLC.
Fungi divi Georgii, coloris exalbidi cum pauca flavitie, eſculenti, pratenſes I. BAUHINI III. p. 824. RAI. I. p. 88.
Fungi divi Georgii PARKINSON. *Theatr.* p. 1317. CHABR. p. 581. &c.
Fungus croceus magnus STERBECK. *p.* 63. n. 32. T. 11. fig. E. Fungus autem S. Georgii apud eumdem diverſiſſimus eſt.

In ſylva *Bremgarten* prope Bernam. STAEHELINUS etiam iconem miſit ex ſylva *die Hardt.*
Pediculus firmus, ſolidus, villo laneo adſperſus, albus. Pileus latus, orbicularis, pulvinatus, albus, ora aurea ſtriata & lanuginoſa. Lamellae albae. Tota caro firma, ſicca. Per aetatem totus fungus in colorem ex flavo pulcre rubentem degenerat.

22. FUNGUS pileo convexo, flavo, pulvinato, lamellis albis.
Fungus luteus lamellis & pediculo albis BUXBAUM. *Cent.* V. T. 45. f. 2.

In ſylvis circa *Gottingam.*
Pediculus albus, cum flavore, contortus, ſtriatus. Pileus alias hemiſphaericus, alias difformis, convexus, centro pulchre flavo, oris albentibus. Laminae tenerae albiſſimae. Totus fragilis & tener eſt. Pileus per aetatem degenerat in colorem leoninum, cum umbrino ſtriatim alternantem, tuncque laminae flavo colore diluto tinguntur.

23. FUNGUS viſcidus, ſtriatus, ſordide luteus, albis lamellis.

In ſylvis non rarus.
Prima origo eſt craſſum tuber, ſordide luteum, viſcidiſſimum. Id expanſum demonſtrat pediculum, fartum, craſſum, album, tuncque pileolus explicatur in lenem convexitatem, ſemper viſcidus, ſordidi coloris, oris late ſtriatis. Lamellae albae viciantur ſpadiceo putredinoſo colore.

24. FUNGUS minimus aurantius mammillaris VAILL. p. 76. n. 64. (extra locum) T. XI. f. 19. 19. 20.

Exiguus

Exiguus fungulus inter muſcos naſcitur.
Stylus tremulus, tener, una cum lamellis albus. Pileus luteus, circa pediculum replicatus, uti clavi ſolent, quibus orichalcea ſunt capita. Caro nulla.

FUNGI LAMELLIS ALBIS.

GENS IV.

PILEO RUBRO.

25. FUNGUS anulo fugaci, albus, ſquamis in medio pileolo rubris.

An *Fungus minimus, pileolo in medio papillato, undique atro ruſeſcente, cute lacera, velut ſquamoſa, lamellis albis, pediculo vix fiſtuloſo & anulato, medii coloris* MICHEL. p. 176. n. 3. T. 78. f. 8? Non recedit.

Gottingae ſaepe vidi. STAEHELINUS etiam iconem miſit.
Pediculus ſubrubellus gracilis. Anulus ſub pileo anguſtus, fugax, membraneus. Pileus primo conicus, per maturitatem adcurate explanatur. Albus eſt, ad oras per aetatem ſtriatus, rubris ſquamis circa centrum eleganter congeſtis. Laminae albae. Non magnus eſt, & vix ultra duas uncias expanditur. Carnis parum habet.

26. FUNGUS pileo ſanguineo verrucoſo, lamellis albis, anulo fugaci, pediculo bulboſo.

Fungorum pernicioſorum genus XII. CLUS. *ſpec.* 4. p. CCLXXX. cum icone.
Fungus non veſcus II. LOESELII p. 88. (qui anulum etiam vidit.)
Fungus muſcarius TRAG. p. 941. CORD. in *Dioſc.* p. 68. b. HOFM. *flor. Altd.*
Fungi venenati muſcarii ſpecies IIII. I. BAUHINI III. p. 841.
Mel muſcarum venenoſum STERBECK. p. 214. n. 63. T. XXII. lit. A. & procul dubio etiam n. 64.
Agaricus cauleſcens petiolo albo ad baſin globoſo, pileo ſanguineo, verrucis & lamellis albis LINN. *Lap.* 515. nomen optimum.
An *Fungus pileolo deſuper ſature rubro, & ad laccae colorem accedente, ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo palmari, cylindrico & anulato* MICHEL. p. 186? Videtur.

Bulbus eximiae craſſitiei. Pediculus paulatim ex bulbo enaſcitur, cinctus anulo membraneo, fugaci, ſemper albus. Pileus primo campanulatus, tandem planiſſimus, ruberrimus, crebris verrucis albis varius, per oram ſtriatus. Laminae tenues, frequentiſſimae, albae. Acriter faetet, & a muſcis amatur. Ampliſſimus eſt, diametri pedalis aliquando, pediculo procero. Funeſtum ejus venenum ſex Lithuani experti ſunt. LOESEL.

27. FUNGUS ſubtus niveus, brevi petiolo, pileo ad oras rugoſo, varii coloris.

Var. *α*. ſive ex roſeo varia.
An *Fungus eſculentus albus & ſubpurpureus varius, lamellis prorſus albis* MICHEL. p. 153.
An *Fungus major rubeſcens pediculo brevi craſſo lamellis crebris albentibus* RAI. *Syn.* III. p. 4. n. 16.

Hic Gottingae frequentior, & inter omnes fungos maxime variabilis.
Pediculus non bulboſus, humilis, albus. Pileus pulvinatus, in media parte depreſſior, ad oram rugoſus, & ſtriatus, alias totus pulchre ruber, alias ex albo & roſeo varius. Laminae rariores, craſſae, albae, in ſenio flaveſcunt; rugis vero intermediis conjunguntur. Hic idem fungus reperitur *α*.) albus cum modico rubore; *β*) pileo ſanguineo; *γ*.) pileo xerampelino ſive obſcure ex fuſco rubente; *δ*) pileo liveſcente violaceo; *ε*) pileo cinereo; *ϛ*) pileo aut laete, aut aeruginoſe, viridi, glutinoſo; *ζ*.) pileo cum ſordida rubedine flavo; *η*.) pileo ſtraminei coloris, lamellis concoloribus; *ϑ*.) pileo aurantio lamellis luteis; *ι*.) pileo purpureo lamellis luteis. Eumdem ſemper eſſe ex variis notis adgnoſcitur, ambitu rugoſo pilei, ſtriis, laminis & pediculo albis, carne fragili, & tenera, &c. Inde nata ſynonyma, procul dubio plurima. Ecce aliqua.

β. *Fungus piperatus non lacteſcens coloris braſilici* VAILLANT. 63.
Fungus purpureus tener lamellis albis BUXBAUM. *Cent.* V. T. 47.
Fungi forte plerique p. 155. MICHELII.

Fun-

Fungus umbilicoſus ruber STERBECK. p. 216. n. 66. T. 22. lit. F.

γ. *Fungus piperatus non lacteſcens* VAILL. p. 62. n. 11. ubi adparet eum varietates eodem, quo nos, modo ad unam ſpeciem reduxiſſe.

δ. *Fungus magnus albus, pileolo lato, prona parte dilute coeruleo* VAILL. p. 67. n. 47.

Fungus viſcidus ſuperne ferrugineus, inferne albus, pediculo ſupernae parti pileoli concolore MICH. p. 154.

ε. *Fungus pileo magno orbiculari ſublivido, lamellis albis, pediculo brevi bulbiformi* RAI. *Syn.* III. p. 7. n. 13.

An *Fungus pileolo cucullato viſcido, intenſe viridi, & quaſi vernigine oblito, inferne lamellis & pediculo albis* MICHEL. p. 152. ubi tamen ſtriae deſunt.

ς. *Fungus viridis capitulo umbilicato* BUXBAUM. *Cent.* V. T. 47. f. 2.

Omnes videtur conplexus eſſe LOESELIUS nomine *Fungi veſci* VII. p. 81.

28. FUNGUS exiguus, vertice pilei, & imo gracili pediculo, violaceis, caeteris partibus albis.

Elegans. Pediculus duarum unciarum gracilis; inferne violaceus, ſuperne albus. Pileus campanulatus, ſuperne violaceus, farina conſperſus, quae digitis poteſt detergi. Lamellae albae vel ochroleucae. Ex minimis eſt. Caro ſicca, non putreſcit.

FUNGI LAMELLIS ALBIS.

GENS V.

PILEO VIRIDI.

29. FUNGUS viridis ora ſtriata, pediculo anulato & lamellis albis.

An *Fungus medius pileo muco aeruginei coloris obducto* DILL. *Syn.* III. p. 6. n. 30.

An *Fungus e volva erumpens, pileolo ſuperna parte viridi & ſplendente, lamellis & cylindrico pediculo albis* MICHELI p. 182? Sed in eo neque anulum, neque ſtrias admittit.

An *Fungus magnus viridis* DILLEN. *Synopſ.* III. p. 2. qui *Fungorum eſculentor. gen.* XIII. *ſp.* I. CLUS. p. CCLXIX. Non repugnat.

Fuſcus non veſcus VI. LOESEL. p. 89.

Iconem miſit STAEH. *Bernae* etiam vidi & *Gottingae.*

Multa habet ſimilia cum varietate ε. *Fungi* 27. Diverſus tamen videtur, ob pediculum in origine bulboſum, proceriorem, ſurſim adtenuatum, qui in omnibus varietatibus *Fungi* 27. humilis & craſſulus eſt, deinde ob anulum fugacem, album, quo pediculus ornatur. Aliquando totus albet.

FUNGI LAMELLIS ALBIS.

GENS VI.

PILEO CINEREO, MURINO, SPADICEO.

30. FUNGUS eſculentus farinam recenter molitam ſuaviter redolens, pileolo ſuperna parte griſeo, inferne lamellis anguſtiſſimis, ſimul & pedunculo albis. MICHEL. p. 150. n. 2.

Fungorum eſculentorum genus XI. CLUS. p. CCLXIX,

Fungi laceri ſylveſtres, eſculenti, ſubfuſci coloris, inferne candicantes I. B. III. p. 831.

Fungus pileolo plano ſubfuſco oris laceris C. BAUHINI p.

In alnetis M. *Gurten*: quae ſola Alno Alpina fiunt.

Pediculus albus brevis. craſſus, pollicis diametro, non multo altior. Pileus latus, in medio ſaepe depreſſior, ora frequenter laciniata, cute ſuperne glabra & griſea, cum aliquo ſplendore. Laminae albae, tenues, confertae, aliquando ſubcinereae. Odor recentis fungi farinaceus, maturior faetet.

31. FUNGUS eſculentus, pileolo deſuper cinereo aut murino & in filamenta quaſi lacerato, inferne candido, & tenuiſſime lamellato, pediculo plerumque etiam candido MICH. p. 155. n. 11.

An

An *Amanita pileo plano orbiculari fuſco cinereo pediculo & lamellis albis* DILL. Cat. Gieſſ. p. 180?
An *Fungus*, quem VAILLANT. deſcribit n. 57.? quae deſcriptio titulo non videtur reſpondere.
An *Fungus non veſcus* IV. LOESEL. p. 86.? Non recedit.

Bernae ad viam in Iſthmum *die Enge* ad lignum, *Gottingae* aliquoties.
Amat faſciculatim naſci. Pediculus albus, ſolidus, craſſulus. Pileus orbicularis, latus, planus, e cinereo murinus, centro obſcuriori, villo ſericeo ornatus, qui concinno ordine a centro ad ambitum diſponitur. Villus fere nigricat ex murino. Lamellae albiſſimae. Caro fere nulla. Ora ſaepe lacera & difformis.

32. FUNGUS eſculentus, pileolo ſuperne e griſeo plumbeo, & veluti ſquamoſo, lamellis ſimul cum breviori & habitiori pediculo albis MICHELI p. 155. n. 9. & forte plures ejusdem ordinis.
An *Fungus ſuperficie murini coloris lamellis albicantibus* RAI. *Syn.* III. p. 5. n. 21. BUXBAUM. *Cent.* IV. p. 8. T. 12. f. 2?
Fungus pileolo conico maculato VAILLANT. p. 63. n. 19.
STAEHELINUS circa *Riehen* & *Crenzach*. *Gottingae* non infrequens.
Pediculus albus, fiſtuloſus, modicae & digitalis craſſitiei. Pileus contractior, hemiſphaericus, aut conicus valde dilatatus, murinus, primo glaber, deinde villo nigro, non reclinato, ſed erecto & pene criſpo varius. Laminae albae per aetatem rubent. A Fungo 31. differt figura pilei, villis criſpis, pediculo fiſtuloſo. Non adfirmaverim tamen vere diverſos eſſe.

33. FUNGUS pileolo hemiſphaerico murino, ſubtus albus, & rubore vario ludens.
Fungus eſculentus, deſuper plerumque griſeus, interdum vero in aliqua parte cereo colore perfuſus, inferne lamellis & pediculo albis MICHELI p. 150. n. 4.
An *Fungus ſuperficie murini coloris lamellis albicantibus* BUXBAUM. *Cent.* IV. p. 8. T. XII. f. 2.?

In ſylva *Bremgarten*. Gottingae etiam frequens eſt.
A ſuperiori 32. modice differt. Pedunculus ſiccus, ſolidus, albus, ſulcatus, ſurſum anguſtior. Pileus hemiſphaericus, murini coloris, aliquando virgatus, non villoſus tamen, oris rubentibus. Lamellae albae, aliquando cervinae, aut ſubrubellae. Caro ſicca, & firma.

34. FUNGUS major tener murini coloris lamellis albis BUXBAUM. *Cent.* IV. p. 12. T. XVIII.
An *Fungus ſuperficie murini coloris lamellis albicantibus* RAI. *Synopſ.* III. p. 5.?

Frequens eſt, quem fere cum n. 27. confudi; cum tamen differat putredinoſa indole, & veris in ora ſtriis, quae in n. 27. non niſi rugae ſunt.
Pileus planus eſt, aut medius depreſſus, ora ſtriata. Color pulchre murinus, cum ſplendore violaceo, pediculus altus, lamellae albae. Tota planta tenera eſt, ut citiſſime putreſcat, cum immani foetore.

35. FUNGUS viſcidus, papillaris, ſtriatus, terreus, ſubtus albus.
Fungus clypeatus in medio protuberans VAILL. p. 69. n. 53.
An *Amanita orbicularis verna paluſtris, ex livido fuſca, pileo leviter umbilicato* DILL. Cat. Gieſſ. p. 187.
An *Agaricus cauleſcens petiolo longo cylindraceo albo, pileo hemiſphaerico ſordido, umbilico prominente, lamellis albis* LINN. *flor. Lappon.* n. 507.

Bernae & *Gottingae* in ſylvis vulgatiſſimus.
Totus ſucculentus & tener. Radix bulboſa, longiſſimo unco terminata. Pediculus modo albus, modo cinereus, modo ſpadiceus, ſemper procerus. Pileus plerumque oris circa depreſſum pileum elevatis, umbone eminente & papillari, totus, excepta papilla, ſtriatus, ſaepe viſcido glutine oblitus, carne pene deſtitutus, colore cinereo, terreo vel ſpadiceo. Saepe oblongus potius, quam orbicularis eſt. Laminae niveae, pollinem album fundunt, & per aetatem ochroleucae fiunt.

36. FUNGUS procero pediculo & pileo plano umbrinis, ſubtus albus.

An *Fungus major tener murini coloris lamellis albis* BUXBAUM. p. 12. T. XVIII. Pediculus noſtro longior eſt.

An *Fungus pileolo deſuper fulvo ſpadiceo, centro umbilicato & levi?* MICHELI p. 169. n. 1.

An *Fungus tetri coloris longiſſime radicatus major?* BUXBAUM. *Plant. Hal.* p. 122. Non repugnat.

STAEHELINUS iconem miſit. Radix incurva, caudata. Stylus procerus ad dimidium pedem. Pileus planus, hac omnia ſature umbrina. Lamellae breves, albae. Caro, ut in 35., nulla: Ab eo vix differt.

37. FUNGUS procerus, papillaris, terreus, ſtriatus, ſubtus albus.

Gottingae vidi.

A 35. & 36. diverſus eſt. Pediculus etiam fiſtuloſus, procerus, ſuperne grumoſus. Centrum pileoli in papillam elevatur, oris ſtriatis, laceris. Pediculus circulo cuidam lamellarum albarum inſeritur, ſordide terreus, pileo concolor.

38. FUNGUS campanulatus, ex terreo murinus, ſubtus albus.

An *Fungus ſuperficie murini coloris lamellis albicantibus* RAI. *Synopſ.* III. p. 5. n. 21.?

An *Fungus campanulatus pileolo obſcuro, vertice laevi, reliqua parte ſtriato, ſubtus lamellis, ac fiſtuloſo, ac cylindrico, pediculo albis* MICHELI p. 168.

An *Agaricus cauleſcens petiolo anguſto albo, pileo convexo fuſco, umbilico prominente, lamellis niveis* LINN. *flor. Lapon.* n. 509.

In hortis exeunte M. Novembri, adeoque ex poſtremis hujus gentis. Pediculus conpreſſus, & media quaſi linea fiſſus, cavus, cinereus, vel murinus, vel dilute caſtaneus. Pileolus modo parabolicus, modo oris circa excavatam ſuperficiem elevatis, media etiam papilla eminente, ſtriatus, ſed ſtriis non a laminarum pellucente ordine natis, cum ipſa pellis pilei plicata ſit. Lamellae criſpae ſaepe, & rugis mediis conjunctae, albae vel terreae. Totus ſuccolentus eſt.

39. FUNGUS ex conico in planum, ex ochroleuco in murinum variabilis, ſubtus albus, aut roſeus.

Fungus clypeatus in medio protuberans VAILL. p. 68. n. 53. Convenit varietati flocculentae.

Fungus ſoboliferus fugax, pileolo galericulato, obſcuro, vertice levi, reliqua parte ſubtiliſſime ſtriato, lamellis murinis, pediculo albo fiſtuloſo MICHELI p. 195. T. 79. f. 4. Pilei icon convenit varietati villoſae.

Vulgaris eſt, ſed maxime variabilis. Junior pene totus albus eſt, pileo conico, plicatili, extus cervino. Adultior aperit conum, & expandit, tuncque media papilla eminet in pileo pene plano, & lamellae, ipſeque etiam pileus, roſeo aut diluto magneſino colore tinguntur. Maturiori pediculus flaveſcit, vel cinereus fit, pileus papilla flavida conſpicuus eſt, reliqua parte ſtriatus, & murinus, ipſae etiam laminae murini aut umbrini coloris fiunt. Semper fiſtuloſo & alto pediculo eſt, totus tener & faſciculoſus. Aliam etiam varietatem vidi, caetera ſimilem, ſed totam flocculentam.

40. FUNGUS minimus finetarius, pileolo undique & utrinque ſtriato, cinereo aut murino, pediculo languinoſo & fiſtuloſo albo. MICH. p, 167. T. 75. f. 6.

Amanita parva utrinque ſtriata, pileo coniformi murini coloris, lamellis & pediculo albis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 183.

Fungus fuſcus lamellis albis ex muſco terreſtri naſcens BUXBAUM, l. c. p. 18. T. XXIIX. f. 2. Valde accedit, vti non minus ſimilis eſt

Fungus paſcuorum minimus capitulo in metam faſtigiato BUXBAUM. l. c. p. 10. T. XV. f. 3.

An *Agaricus cauleſcens, petiolo longo, pileolo conico cinereo, lamellis albis* LINN. *flor. Lap.* n. 507?

An *Fungus multiplex obtuſe conicus colore griſeo murino* VAILL. p. 71. n. 7. T. XII. f. 1. 2. Icon certe valde adcedit.

An *Fungus capitulo conico pallido cinericio centro fuſco*, p. 65. n. 33.?

An *Fungus faſciculoſus pileo orbiculari luteſcente, pediculo fuſco tenerrimo villoſo, lamellis ex flavo candicantibus* DILL. *Syn.* III. p. 9. n. 51?

Ubique in gramineis.

Alias

Alias ſolitarius, alias faſciculoſus provenit. Pediculi ſemper graciles, fiſtuloſi, uti Taraxaco, fragiles; colore vero ludunt, albo, cinereo, murino, terreo, & ad terram aliquando villoſi ſunt. Pileus exiguus conicus, murinus, vel umbrinus, totus, praeter umbonem, ſtriatus, pene abſque carne, ſaepe viſcoſus. Laminae albae, aut modice terreae. An ſatis differt a 39. & 107?

Fuugus Epipterygios VAILL. p. 69. n. 35. videtur varietas glutinoſa, pediculo flavo, quam vidi eodem loco naſcentem.

41. FUNGUS pileolo conico longiſſimo, ſpadiceo, ſubtus albus.

An *Fungus pileolo obſcuro, exſtinctorii forma, cute lacera, & veluti filamentoſa, ſubtus lamellis & cylindrico pediculo albis* MICHELII p. 154. n. 10. Sed noſtrum nondum cute lacera vidi.

Gottingae.

Imus pediculus bulboſus, cinereus & albicans. Pileus conicus longus, ſature umbrinus aut ſpadiceus. Lamellae albae. Firmulus eſt, & a ſuperioribus manifeſto differt. Pileus ſemiunciam longus, & paulo minus latus eſt.

42. FUNGUS capitulo minimo, pediculo longiſſimo, murinus

Fungus parvus capitulo conico, in cellis vinariis proveniens BUXBAUM *Cent.* IV. T. XIII. f. 1. bon ic.

Ex ligno putrido.

Oritur incurvo tenero ſtylo, farto tamen, capitulo minimo, parabolico, ad pediculum adtracto. Prima origo alba eſt, qui color in laminis & pediculo manet, in pileo vero in murinum mutatur. Pediculus, quando maximus, ſemiuncialis eſt.

43. FUNGUS hemiſphaericus, ſpadiceus, ſubtus albus, anulo fugaci.

An *Fungus pulvinato pileolo caſtanei coloris, inferne lamellis albis, pediculo tumido, ſupernae parti pileoli concolore, ac anulo fugaci ornato* MICHEL. p. 179? Omnino

An *Fungus ſpadiceus minor lamellis albis* BUXBAUM *Centur.* IV. T. V. f. 1? Icon refert noſtrnm, quando anulum dejecit.

Gottingae medio Novembri.

Pediculus albus humilis. Pileolus hemiſphaericus, in juniori planta ſordide ex cinereo albidus, adultus caſtanearum colore; in pediculo anulus albus fugax. Laminae albiſſimae.

44. FUNGUS pileo plano, ad oras ſtriato, ſordido, verrucoſo, ſubtus albus, anulatus.

Fungus phalloides VAILL. p. 74. n. 4. & forte etiam n. 5. ibidem.

An *Agaricus cauleſcens, petiolo ad baſin craſſiuſculo, pileo convexo, cinereo, verrucis & lamellis albis* LINN. *flor. Lapon.* n. 512.

Fungus ochroleucus maculatus pediculo intra terram globoſo BUXBAUM. *plant. Hal.* p. 123? Videtur.

An *Fungus bulboſus eſculentus, e volva erumpens, pileolo deſuper ſpadiceo, & ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo anulato, concolore, imam partem verſus craſſeſcente, radice bulboſa* MICHELI p. 189. Deeſt omnino verrucarum obſervatio.

Fungi albi venenati viſcidi I. BAUHINI III. p. 826. (ex icone) STERBECK. p 206. n. 51. T. 20. lit. K.

& denuo *Fungus pernicioſus inverſus puſtulatus* STERBECK p. 211. n. 58. T. 21. lit. D.

Fungus fuſcus pediculo bulboſo, capitulo albis puſtulis notato BUXBAUM. *Cent.* V. T. 48. f. 1.

STAEHELINUS ex M. *Mönchenſtein.* Circa *Gottingam* etiam legi.

Bulbus albus conſpicuus. Pediculus albus aut cinereus, fiſtuloſus, procerus. Pileus junior ſphaericus eſt, tuncque late anulo albo ad pediculum nectitur, adultus vero explicatur in amplam planitiem. Color ſordidus, ex terreo ſpadiceus, maculis albis frequentibus perpetuo varius, ad oram per tertiam partem latitudinis ſtriatus, ſaepe viſcidus. Laminae & conſtans membranaceus anulus albae, per maturitatem cinereae.

45. FUNGUS ceſpitoſus, pileo procumbente lurido, pediculo bulboſo, lamellis albis.

An *Fungus parvus obeſus, ex uno pede multiplex, ſuperne fuſco nigricans, inferne cum brevi, ac ventricoſo, pediculo albus* MICHELI p. 192. n. 2. An potius n. 4. ib.?

An *Fungus non veſcus* XXV. LOESEL. p. 91? Non recedit.

Gottingae aliquoties in ſylvis.
Faſciculatim naſcitur, & plures ſaepe in unum connaſcuntur. Pediculi bulboſi, craſſiſſimi, lateraliter inſerti, medio modo inter Fungos, & Agaricos, luridi. Pilei inaequales, convexi, luridi, pene nigri, viſcidi, procumbentes. Lamellae albae aut ochroleucae.
Hactenus Fungos albis lamellis recenſui, in quibus is color diuturnior eſt. Nam plerique omnino Fungi in prima aetate albis ſunt lamellis, multi vero cito eum colorem deponunt. Quare lamellas etiam albas invenies in Fungis 81. 89. 107. &c.

CLASSIS II.

FUNGI LAMELLIS OCHROLEUCIS, CERVINIS, ALIORUMQUE COLORUM INTER ALBUM ET FLAVUM.

GENS I.

PILEO ETIAM OCHROLEUCO, VEL ADFINIUM COLORUM.

46. FUNGUS obſolete albidus, pileo leniter excavato, lacte roſeo.

An *Fungus parvus ſucco lacteo & acri exuberans, ſuperne e ſpadiceo griſeus, ſubtus cum fiſtuloſo pediculo albus* MICH. p. 142? Sed noſtro pediculus fartus eſt.
Fungus lacteſcens praegnantiſſimus VAILL. p. 61. n. 9.

Non infrequens in ſylvis.
Pediculus brevis, craſſulus. Pileus orbicularis, in medio centro perpetuo depreſſus, ſuperne cinereus ex ochroleuco; lamellae frequentes; tota caro ſucculenta tenera. Firmulus videtur, ſed lac copioſum fundit, quod erubeſcit intra pauciſſimum tempus.

47. FUNGUS alpinus cervinus, obtuſe conicus.

In ſylvoſis ſubalpinis inter *Scheidek* & mapalia *Schwarzwald*. *Gottingae* nuper in ſylvis.
Pediculus biuncialis. Pileus obtuſe conicus, longus: omnia colore cervino.

48. FUNGUS obſolete ochreus, pileo hemiſphaerico.

STAEHELINUS in M. *Münchenſtein*.
Pediculus craſſus & brevis. Pileus amplus, hemiſphaericus, tenuis, ut videtur, & rugoſus. Haec omnia & lamellae colore cervino aequabili.

49. FUNGUS cervinus lamellis extus apparentibus.

In ericetis *Gumlingenſibus*, ubi Torfam effodiunt.
Pediculus albidus, tener, uncialis. Pileus planiſſimus. Lamellae extus apparentes, quod in Fungis ſenioribus frequens eſt, duplicis ordinis. Haec omnia aequabiliter cervina.

50. FUNGUS anulatus, pileo umbonato villoſo, & lamellis, ochroleucis.

Fungorum eſculentorum genus XVIII. CLUS. p. CCLXXIV. [convenit in omnibus notis excepto colore, qui in noſtro ſimplex eſt.]
An *Fungus pileolo lato micis furfuraceis adſperſo* VAILLANT. p. 74. n. 2? Videtur.
An *Fungus bulboſus eſculentus, medius, pileo fornicato* &c. MICHEL. p. 177. n. 4. (ordo certe convenit.)

In Pinaſtreto *Dælhœlzlein* prope Bernam & alibi in ſylvis frequens, mutabili forma.
Juniori pediculus bulboſus, fartus, ſubrubellus: pileus cervinus, vel fulvus, pulchre

chre villoſus. In adultiori aetate anulus in ſpadiceo pediculo conſpicuus eſt, ſquamae villoſi pilei conſtantes adſunt, & circa oras pilei ſtriae adparent, tuncque concolor ochroleucus eſt, & pediculus ad ſemipedem erigitur, aut altius. Senior anulum retinet, ſed villum, neque tamen ſemper, dejicit: Pileo leonino eſt, aut olivae colore, lamellis ſpadiceis, & per ambitum pileus in ſpadiceum colorem deliqueſcit. Totus etiam ſpadiceus & villoſus viſus eſt. Pollen ſeminalis albicat. Aliquando media ex pileo papilla eminet.

51. FUNGUS ceſpitoſus, anulatus, villoſus, rufus.

Fungus craſſis oris introflexis BUXBAUM *Cent.* IV. T. XXVI. Conveniret, ſi anulum haberet.

An *Fungus eſculentus, ex uno pede multiplex, pileolo deſuper e flavo ſubobſcuro, inferne albo, pediculo longo, cylindrico, anulato, & aeneo colore tincto* MICHELI p. 198.

An potius *Fungus eſculentus, pileolo in medio veluti hirſuto, & flaveſcente, reliqua parte ex atro rufeſcente, inferne colore non diſſimili, ſed valde diluto, pediculo craſſiore, obſcuro, inter pileolum & praetenuem anulum ſtriato* MICHELI p. 177.

Dubito an diverſus ſit a n. 50. Bernae ad ambalacra *in der Enge.* STAEHELINVS ex ſylva *die Hardt.*

Naſcitur ceſpitoſe. Pediculi cavi, anulati, firmi, ſubrubelli. Pileus ampliſſimus, ſordido fulvo colore, quem ſpadiceus etiam ingreditur, totus longis pilis villoſus. Lamellae primo coloris cervini, deinde ſordide rufae.

GENS II.

PILEIS ALIORUM COLORUM OBSOLETORUM.

52. FUNGUS cinereus, laminis terreis, pediculo atro.

Totus tener eſt. Stylus niger procerus. Capitulum obſcure cinerei & terrei coloris, ad oras ſtriatum. Laminae leniſſime terreae ex albo. Confer cum Fungo 36., a quo differre videtur ſtriis, colore.

53. FUNGUS hemiſphaericus, umbrinus, lamellis ſordide & dilute rubentibus.

An *Fungus parvus pileolo complanato, obſcuro, & tenuiſſime corrugato* &c. MICHELI p. 163? Colores adcedunt, ſed dubito.

In ſylva uliginoſa prope *Worlauffen.*

Pediculus albus, brevis, fartus. Pileus hemiſphaericus, obſolete umbrinus. Lamellae ex albo leniter rubellae. Adfinis eſt Fungo 33.

54. FUNGUS ſiccus, albidus, lamellis ochroleucis.

In ſylvis Gottingae.

Pediculus brevis albus, alias ochroleucus. Pileus ſimilis Fungo 1. & 46. orbicularis, in medio depreſſus, albidus vel ochroleucus. Laminae paucae, flaveſcentes, craſſae.

55. FUNGUS ſiccus, ex albo ſubcinereus, lamellis ſordide rubellis.

Fungus noſtras pediculo brevi in pileolum didymum abeunte VAILLANT. p. 62. n. 12.

An *Fungus eſculentus, farinam recenter molitam redolens, pileolo deſuper cinereo, inferne carneo, pediculo longiore & craſſiore albo* MICH. p. 160? Videtur.

In ſylvis.

Pediculus brevis albus, vel cervinus, fartus. Pileolus plerumque ambitu multiformi, albus, ſubcinereus, vel tinctus colore ſub ſpadiceo, non ſtriatus. Lamellae cervinae, vel cum terreo colore ſubrubellae. Saepe gemellus eſt. Caro ſicca & firma.

Lamellae albae frequenter in obſoletos colores degenerant, uti in Fungis 1. 5. 9. 16. 17. 18. 19. 20. 30. 32. 33. 39. 40. 44. 45.

PLANTAE APETALAE STAMINIBVS

CLASSIS III.

LAMELLIS FLAVIS.

GENS I.

PILEO CONCOLORE.

56. FUNGUS flaveſcens, viſcidus, oris ſtriatis.
Fuugus parvus, lubricus, aureus, lamellis raris amplioribus, pediculo craſſiore MICHEL. p. 147. n. 6. & forte plures alii.
Et *Fungus luteus pileolo hemiſphaerico, & a medio ad periſpheriam ſtriato, pediculo altiori fiſtuloſo, ſeſquilineam craſſo* MICHEL. p. 170.
An *Fungus aureus capitulo in conum abeunte* VAILL. p. 67. n. 49. Omnino videtur.
Et denuo *Fungus gelatinoſus colore aurantio* VAILL. p. 72. n. 8. T. XII. f. 8. 9.
Fungus paſcuorum exiguus luteſcens BUXBAUM. *Cent.* IV. T. XXIIX. f. 3. Non recedit.
& *Amanita coniferinis viſcida, lutea* DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 185.
STAEHELINUS *Gundeldingae.* Paſſim in ſylvis, etiam in *Hercynicis.*
Pediculus fiſtuloſus, ſaepe conpreſſus. Capitulum obtuſe conicum, aut planum, coloris ſulfurei. Lamellae rarae ex albo pallentes. Totus fungus viſcidus eſt, tener & ſucculentus. Adultior oram habet ſtriatam. Color aliquando intenſior, & flavus, & in umbone aurantius.

57. FUNGUS luteus, & ad praſinum nonnihil tendens, pileolo craſſo MICHELI p. 147. n. 2.
Fungus durus citrini coloris BUXBAUM *Cent.* IV. p. 7. T. X. (noſtro paulo major.)

Bernae, Baſileae, Gottingae, in gramineis.
Pediculus fiſtuloſus, latus. Capitulum exiguum, modice convexum, lamellae paucae, craſſae. Totus colore flavo, cum aliquo virore, ſiccus eſt, neque lubricus, firmiore carne.

58. FUNGUS aurantius, pileo hemiſphaerico.
Fungus totus per maturitatem coloris aurantii VAILL. p. 64. n. 20? Videtur.
Fungus ex luteo rufeſcens, cute ſupernae pileoli partis lacera, veluti ſquamoſa MICHELI p. 147. n. 8.
An *Fungus parvus parvi galeri formam experiméns rnfus* C. BAUHINI & RAII *Syn.* III. p. 7. n. 35? Non recedit.

In gramineis extra ſylvas.
Multa habet prioris: Siccus etiam eſt, & lamellis craſſis, colore aurantio aut pomi armeniaci. Sed pileus magis hemiſphaericus eſt, ejuſque cutis deſquamatur, & in cervinum colorem expalleſcit.
Hi Fungi cum aliis, viridi & corallino colore variantibus, multa communia habent, & nihil forte veri diſcriminis. Confer Fungos 66. 67. 68.

59. FUNGUS pileolo ſtriato, tenuiſſimo, luteus.
Icon MICHELI T. 74. f. 8. hunc exprimit, ſed color recedit.
In ligno putrido, ad ſtagnum ſylvae *Sedelbach.*
Ceſpitoſus eſt. Stylus uncialis, ſaepe incurvus. Pileus umbraculi ſimilis, absque carne ſtriatus. Omnia lutea.

60. FUNGUS pileo plano aurantius, ſubtus flavus.
An *Fungus glutine flavo limacino ſplendens* VAILLANT. p. 62. n. 14? Non recedit.
An *Fungi plures ex uno pede a prunorum radicibus enati* VAILL. p. 71. n. 5?
An *Fungus viſcidus ſordide luteus* BUXBAUM. *Cent.* IV. p. 6. T. IX? Videtur.

In ſylvis non infrequens.
Pediculus fiſtuloſus cum pube leonini coloris. Pileus orbicularis planus, ſaepe viſcidus, aurantius, colore ad cinnamomeum tendente, cum lamellis lucide flavis.

61. FUNGUS pileo plano, ex flavo cinnamomeus.

Frequens in ſylvis. Pe-

Pediculus fartus albus, craſſus. Pileus amplus, convexus, leoninus, aurantius aut flavus. Lamellae flavae, pene cinnameae. Siccus eſt; an ſatis diverſus a Fungo 94?

62. FUNGUS ſericeus, nitens, flavus.

An *Fungus pileolo deſuper lacero, & veluti filamentoſo, fulvi pallescentisque coloris, lamellis & ſubſtantia buxeis, pediculo fiſtuloſo, ſupernae parti pileoli concolore* MICHEL. p. 158. T. 74. f. 2.?

An *Fungus major aureus pernicioſus* BUXBAUM. l. c. T. XXXIII.?

Pediculus flaveſcens cum virore, & lamellae concolores. Pileus planus, aut leniter convexus, ſaepe ejusdem coloris, alias fulvus, perpetuo ſubtili ſericeo lucente villo pubeſcens, ex qua nota facile dignoſcitur. Anulo araneoſo junior pileolus ad pediculum revincitur. In ſylvis ubique naſcitur.

63. FUNGUS viſcidus ex albo flavus, pileolo conico, pediculo gracili.

An *Fungus albus cum luteola parte in ſummitate capituli viſco nitente reſplendens* I. B. III. p. 847.

An *Fungus colore homogeneo pallido, pileolo & pediculo glutine obducto* VAILL. n. 56.

An *Fungus galericulatus, lubricus, pileolo, & pediculo luteis, lamellis albis* MICH. p. 152. n. 4.

An potius *Fungus minimus, pileolo hemiſphaerico, utrinque & undique ſtriato* &c. MICH. p. 167. 75. f. 7.

Ex putridis foliis Faginis.

Stylus altus, gracilis. Pileus conicus, excepto vertice ſtriatus, ex albo flavus, aut totus flavus. Lamellae pallentes ſtramineae. Viſcidus & tener eſt, praeter colorem ſimilis Fungo 7.

64. FUNGUS pileolo conico leoninus.

An *Fungus parvus, fulvus, pileolo in obtuſum conum faſtigiato, & a media ſui parte uſque ad oras ſubtiliſſime ſtriato, pediculo altiori, lineam lato, & fiſtuloſo* MICHEL. p. 170. Noſter minor eſt.

Ex lignis, arboribus, & terra.

Exiguus, gracili pediculo, pileo hemiſphaerico conico aut parabolico. Totus cervinus eſt, dum junior, deinde flavo-fulvus vel leonini coloris, & ſiccus. Ora ſtriata. Vix unciam altus eſt. Per aetatem aquoſe deliqueſcit, & ſpadiceus fit, dum medius umbo colorem retinet.

65. FUNGUS planus orbicularis aureus C. BAUH. I. R. H. MICHEL. p. 186. T. 77. f. 1.
Fungorum eſculentorum genus XVII. CLUS. p. CCLXXII.

STAEHELINUS circa *Münchenſtein.*

Volva ampla valde conſpicua juniorem fungum totum involvit. Ex ea prodit pediculus craſſus, anulatus, gerens capitulum hemiſphaericum aut pulvinatum, ad oras ſtriatum. Sapor optimus.

LAMELLIS FLAVIS.

GENS II.

PILEIS RUBRIS.

66. FUNGUS pileolo planiori, ſupra miniatus, inferne flavus.

An *Fungus parvus pileolo hemiſphaerico deſuper coccineo, inferne lamellis aureis* &c. MICHELI p. 159.

An potius *Fungus parvus pileo conico aureo, & coccineo vario, lamellis pallidis, pediculo ſtriato, atque intorto, fiſtuloſo, & ſupernae pileoli parti concolore* MICHEL. p. 183. Accedit maxime iconi a STAEHELINO miſſae.

Un autre tout jaune d'or VAILL. p. 68. ad n. 49.

An *Fungus non veſcus* III. LOESEL. p. 88.

In gramineis montanis circa *Bernam* & *Gottingam.*

Pediculus latus, craſſus, fiſtuloſus, flavus vel corallini coloris. Pileus planus, in adultis ſpeciminibus ſtriatus, miniatus vel corallinus, per aetatem expalleſcit. Laminae flavae. Mollis eſt, & ſaepe viſcido ſucco obducitur.

FUN-

67. FUNGUS pileo obtuſe conico, coccineus, ora lamellarum flava.
An *Fungi faſciculoſi colore carneo & luteo mixto* STERBECK. p. 237.
An *Amanita paluſtris ſanguinei coloris* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 180.
An *Fungus pileolo hemiſphaerico croceo, inferne lamellis & pediculo rubris* MICHELI p. 159
An *Fungus alpinus totus ſature coccineus ſive kermeſinus, pileolo hemiſphaerico* MICHEL. p. 150? Videtur.
An *Fungus parvus coccineus* VAILL. p. 66. n. 38? Non repugnat.
Varietas vetuſtior poteſt eſſe *Fungus haemorrhoidalis purpureus, minimus viſcidus* RAI. *Syn.* III. p. 7.

Prope *Bernam* in ſylva *Dælhœlzlein.* Gottingae non infrequens. STAEHELINUS etiam iconem miſit.
Pediculus firmus, croceus vel corallinus, vel ſanguineus ſaturus, cavus. Pileolus plerumque obtuſe conicus, pulcherrime coccineus, ut tamen per aetatem in ſtramineum & in obſolete rubrum degeneret. Lamellae totae coccineae, deinde ora flava, tandem degenerantes in luteum. Ex ſpecioſiſſimis eſt, utut exiguus, neque facile tribus unciis altior.

GENS III.

PILEO VIRENTE.

68. FUNGUS pileolo conico ex miniato & viridi varius.

In graminoſis aridis locis, ante quercetum, prope *Lengeler.*
Pediculus fiſtuloſus, ſed firmulus, ima parte croceus, ſuperne viridiſſimus. Pileolus ex viridi & miniato varius, conicus. Lamellae ex flavo miniatae. An ſatis diverſus à 58?

69. FUNGUS parvus totus viridis, & ad aureum non nihil tendens, limacino glutine oblitus, pileolo exſtinctorii forma, pediculo fiſtuloſo MICHELI p. 150.
Fungus cono primo obtuſo, poſtea plano, pediculo & pileolo glutine obducto VAILL. p. 70. n. 61.

STAEHEL. circa *Gundeldingen.* Ego *Gottingae* in ſylvis.
Pediculus cavus, incurvus, inferne flavus, ſuperne pulcherrime viridis. Pileus parabolicus, ſuperne flavus, ova laetiſſime viridi. Lamellae virides, ora flava. Totus gelatinoſus eſt, qua nota & mollitie a priori 68. differt.

70. FUNGUS pileolo planiori viridi, lamellis ſtramineis.
An *Fungus parvus pileo pulvinato, vireſcente, lamellis & pediculo albis* MICHEL. p. 152.
An *Fungus mediae magnitudinis, pileolo ſuperne e rufo flavicante, lamellis ſubtus ſordide viridibus* VAILL. p. 71. n. 3. RAI. *Syn.* III. n. 57.?

Autumno menſe in ſylvis circa *Gottingam* aliquoties.
Pediculus fiſtuloſus, tener, triuncialis, viridis. Pileus planus a centro ad ambitum ſtriatus, totus ſature virens, qualis ex *Rhamni* baccis color obtinetur. Lamellae ex albo pallide ſtramineae, ſola mora in pulchrum viridem colorem abeunt.

71. FUNGUS major ſordide virens, ſubtus luteus.
Fungus veſcus XXVII. LOESEL. p. 86. Non recedit.

STAEHELINUS iconem miſit.
Statura priores multum ſuperat. Pediculus craſſus, fartus, flaveſcens, ſuperius craſſior. Pileolus pulvinatus, ineleganter ubique viridis. Lamellae obſolete flavae.

GENS IV.

PILEO OBSOLETORUM COLORUM.

72. FUNGUS pileo convexo caſtaneo, lamellis luteis.
An *Fungus ſpadiceus arvenſis* BUXBAUM. *Cent.* IV. T. VIII. f. 1. Non recedit.

STAEH. in pratis circa *Moenchenſtein.*
Pediculus duarum unciarum altitudine, terrei coloris. Pileus terreus, amplus, orbicularis. Lamellae flavae.
Similium colorum alium miſit STAEH. umbrino capitulo, ceſpitoſum, pcdiculo flavo. Sed de fungo non viſo vix licet pronunciare.

CLASSIS IV.

LAMELLIS RUBRIS.

GENS I.

PILEO IPSO RUBRO.

73 FUNGUS pernicioſus, lateritio colore varians, ſuccum acrem & croceum fundens, pediculo breviore MICHEL. p. 141.
Amanita lateritii coloris, croceo ſuceo turgens DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 179. Fungus vero ibi excitatus HOFMANNI, eſt *Merulius* noſter I.
Fungus veſcus II. LOESEL. p. 179.

In ſylvula, quae cis molas chartaceas eſt, prope *Bernam.* STAEH. ex ſylva *Bruderholz.*
Eſt ex ampliſſimis, ſemipedali diametro & ultra. Pediculus craſſus. Pileus hemiſphaericus, totus miniatus, per aetatem ex viridi & miniato varius. Lamellae miniatae. Succus copioſus ejusdem coloris. Pollen ſeminalis viridis copioſus.

74 FUNUS ſiccior, pulvinatus, rufus, lamellis rarioribus.
An *Fungus parvus eſculentus, odoratus, coriaceus, rufus, lamellis inter ſe longe diſtantibus* MICHEL. p. 148. n. 3? Non repugnat.
Fungus multiplex ſordide carneus VAILL. p. 66. n. 36. Non recedit.

In ſylvis ubique frequens.
Pediculus cavus, firmulus, uti tota planta. Pileus hemiſphaericus vel pulvinatus, non ſtriatus, per aetatem flocculis concoloribus villoſus. Lamellae rarae, craſſae. Omnia colore rufo, qui modo roſeo propior eſt, modo vaccino, per aetatem vero expalleſcit. Aliquando ceſpitoſus provenit. Valde ſimilis eſt *Amethyſtino* n. 86. & forte non ſatis diverſus.

75 FUNGUS ſiccus vaccini coloris.
An *Fungus eſculentus, infundibuli forma, farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo laete rufeſcente, lamellis & pediculo albicantibus* MICH. p. 153.? Probabile videtnr.
An *Fungus pileo margine per maturitatem ſurſum repando* VAILL. p. 64. n. 21? Non recedit.

STAEH. ex ſylva *Bruderholz. Gottingae* non infrequens.
Sicca caro & firma. Pediculus brevis, craſſus, albus. Pileus hemiſphaericus vaccinus, aliquando difformis, alias planus, vel excavatus. Laminae omnium craſſimae, vaccinae, ora aliquando alba. Cutis ſaepe ſeparabilis. Adfinitatem habet cum n. 53. 54. & 55. Aliquando Agarici ſimilis eſt, breviſſimo pediculo, pene ſeſſilis.

76. FUNGUS procerus, pediculo villoſo, totus rufus.

In pinaſtretis *M. Gurten*, nec alibi viſus eſt.
Pediculus longus & gracilis, ad terram multo villo hirſutus. Pileolus hemiſphaericus, tener, ora ſtriata, carne parciſſima. Lamellae latae. Totus lateritii coloris eſt.

77. FUNGUS ex albo & lateritio varius, pulvinatus, ſubtus rufus.

In ſylvis M. Septembri.
Pediculus fartus, albus, triuncialis, gracilis. Pileus pulvinatus ochroleucus, ſed magnis maculis lateritii coloris varius, triunciali diametro. Lamellae ex roſeo colore lateritiae. Tener eſt & ſucculentus.

78 FUNGUS exiguus, conicus, ſtriatus, dilute rubellus.

An *Fungus parvus, totus rufescens, tenerrimus, pileolo campanulato, utrinque & undique striato, pediculo tenuiori fistuloso* MICHELI p. 166? Non recedit.
An *Fungus pileolo albo centro rufescente* VAILL. p. 65. n. 31.

In sylvis *Gottingae*.
Pediculus longus gracilis, castanei pene coloris, in adulto sordide sanguineus. Pileus conicus, totus striatus, colore ex cinereo sordide rubente. Lamellae cum obsolete rubore albidae.

79. FUNGUS tener, campaniformis, obsolete ruber.
Fungus multiplex campaniformis colore castaneo VAILL. p. 73. n. 14. T. XII. f 3. 4. Videtnr.
An *Fungus minimus, capitulo conico, rufescens, lamellis subtus paucis* RAI. *Syn.* III. p. 9. n. 44. Qui est
Amanita exigua sanguinei coloris DILL. *Cat. Gieff.* p. 187? Non recedit.

Fasciculatim nascitur. Styli triunciales, teneri. Pileoli campanulati, striati, exigui. Haec satute & obsolete rubra. Lamellae pallidiores, fere albidae.

80. FUNGUS flavo rufus, in medio depressus, lacte non acri manans.
An *Fungus parvus, lacteum & dulcem succum fundens, pediculo & superna parte pileoli rufescentis coloris, lamellis vero ejusdem, sed paulo remissioris?* MICHELI p. 142. n. 4. Videtur: noster tamen aliquando 4. unciarum diametrum adtingit.

In sylvis non rarus.
Facilis agnitu, ex levitate, carne firmula, lacte dulci, quale in fungis rarum est. Figura pilei concinne in medio depressa, oris rotunde elevatis. Color ubique ex flavo rufus, butyraceus, lamellae pallidiores. Non putrescit, sed coriaceus fit. Edulis est, boni saporis.

GENS II.

PILEO ALBO.

81. FUNGUS campestris, albus superne, inferne rubens 1. BAVHINI III. p. 824. 1. R. H. RAII *Syn.* III. n. 1. MICHELII p. 174. n. 8. VAILLANT. p. 75. n. 7. BUXBAUM *plant. Hall.* p. 119. &c.
Pradellorum tertia species STERBECK. p. 29. T. I. f. c. d. Et procul dubio etiam reliqui ejusdem capitis Fungi.
β *Fungus fimetarius, totus albus, pileolo fornicato, squamoso, pediculo cylindrico, obeso, cujus cutis in cincinnatas & acutas squamas solvitur* MICHELI p. 171. n. 2. Et plures procul dubio ejusdem ordinis.
Fungus totus albus edulis VAILL. p. 75. n. 8.
Fungus esculentns pileo & lamellis albis RAI. *syn.* III. p. 2. n. 2.
γ *Fungus non vescus* XXII. LOESEL. p. 94.

Locis gramineis aridis STAEH. Gottingae similibus locis.
Multiformis est. Primo totus albus est, villosus, ample anulatus, pileo hemisphaerico, lamellis albis (β), vel leviter sublividis. Ea aetate flavor aliquis in pileolo saepe admiscetur, & sola compressione augetur. Pediculus albus, brevis, crassus & fartus est. Paulatim capitulum explanatur, lamellae rubellae fiunt, (α), deinde magnesiae colore, tunc villus paulatim dejicitur, & tandem anulo delapso lamellae aterrimum colorem induunt (γ). Sapor fatuus est, coctus tamen fungus in deliciis habetur, & nomen gentis ducit, peculiariter dictus *Champignon*. Propagari solet ab hortulanis Parisinis ope fimi equini, ea ratione congesti, quam explicat TOURNEFORT. *Mem. de l'Acad. des scienc.* 1707. p. 72. & olim la BROSSE *de la natur. des plant.* p. 171.

82. FUNGUS campanulatus, cervinus, lamellis ruberrimis.
An *Amanita campestris superne, inferne coralliformiter rubens* DILL. *Cat. Gieff.* p. 177.
An *Fungus spadiceus maximus in pascuis & ruderatis proveniens* BUXBAUM. *Cent.* IV. T. VI. Icon non convenit.

STAEH. in pratis circa *Gundeldingen.*
Pediculus craſſus, fiſtuloſus eſſe videtur. Ejus ima pars ſanguinea eſt, ſuperior flava. Pileus longae campanulae forma, flocculentus, cervinus ex terreo. Lamellae ſaturato colore coccineo pulcherrime nitent.

GENS III.

PILEO VIRIDI.

83. FUNGUS ex coeruleo viridis, lamellis coeruleo-roſeis.
An *Fungi toti coerulei* 1. BAUH. III. p. 846.
Fungus parvus, elegans, Cantharidum colorem &c, MICHELI p. 168. Striis differt, colore accedit.
In ſylvis ſub arce *Gleichen* uberrime. Iconem etiam miſit STAEH. Bernae in ſylva inter *Deiſswyl* & *Oſtermundigen.*
Pediculus ex viridi colore & coeruleo miſtus, anulo concolore, non conſtante, cinctus. Pileus pediculo concolor, viridis nempe aeris pulchro colore, ſed in album elanguens per aetatem, totus glutine oblitus, pulvinatus. Lamellae dilute carneae, cum tinctura quadam coloris coerulei. Caro alba.

GENS IV.

FLAVO PILEOLO.

84. FUNGUS luteus, planus, ad oras ſtriatus, lamellis roſeis.
Gottingae reperi.
Pediculus fiſtuloſus flaveſcit. Pileolus pallide flavus, planus, ad oras ſtriatus, glutine obductus. Lamellae craſſiuſculae, rarae, roſei coloris. An varietas albi variabilis n. 5? Non repugno.

GENS V.

PILEO COLORUM OBSCURIORUM.

85. FUNGUS foliaceus vel lamellatus infundibuli forma, fuſco lividus VAILL. p. 73. n. 12. T. XIV. f. 1. 2. 3.
Fungus parvus obſcurus pileolo acetabuli modo cavo, ad oras undulato, ubivis ſericeo nitore praedito MICHELI p. 149. n. 5.
Fungus infundibulum referens, paluſtris, nigricans BUXBAUM *Cent.* IV. T. III. f. 1. et forte etiam f. 2.
In ſylvis & ſcobibus frequens.
Pediculus murinus, fartus, triuncialis. Pileolus exacte orbicularis, centro in ſpeciem infundibuli depreſſo, oris concinne repandis, ſericeo villo obductus, nitet eleganter, colore murino aut ſpadiceo. Lamellae breves, non profundae, primum albidae, deinde rubellae, obſoleti coloris. Diameter ultra uncialem. Aliquando orae rugoſae & quaſi ſtriatae ſunt.

86. FUNGUS pileolo hemiſphaerico obſcuro, ſtriis magnis rubellis picto, laminis obſolete rubellis.
An *Fungus pileolo campanulato deſuper obſcuro, in vertice levi, reliqua parte ſulcato* &c. MICHELI p. 168? Solis differt lamellis griſeis.
Iconem miſit STAEHELINVS, qui circa *Gundeldingen* invenerat,
Pediculus procerus, albus, ſublividus. Pileus hemiſphaericus, murini coloris, ſtriis variis, latis, rubellis, ex ipſo centro ad peripheriam diſtinctus. Inter ſtrias, tum ad verticem pileoli, tum ad oram ſpacia parabolica obſcurius umbrina, Lamellae colore ſingulari ineleganter carneo.

CLASSIS V.

LAMELLIS VIOLACEIS.

GENS I.

PILEO CONCOLORE VIOLACEO.

87. FUNGUS durior, totus amethyſtinus, lamellis craſſioribus.

An *Fungus parvus Amethyſtini coloris, pediculo craſſiori* BUXBAUM. Cat. circa Hal. p. 125.
Fungus minor Amethyſtinus VAILL. p. 67. n. 43.
An *Fungus coeruleus minor pediculo gracili* BUXBAUM. *Cent.* IV. T. XII. f. 1?
An potius *Fungus hirſutus, pediculo craſſo, capitulo parvo, lamellis ſubpurpuraſcentibus* ID. *Cent.* V. *app.* n. 44. Omnino accedit.
An *Fungus pileolo, & pediculo dilutiſſimo purpurei coloris & quaſi rufeſcentis, lamellis vero ſuave purpureis* MICHEL. p. 149. n. 3?
An *Fungus parvus, pileolo rufo ac ſubhirſuto, lamellis dilute putpureis, pediculo intorto fiſtuloſo, & pileoli ſupernae parti concolore* MICHEL. p. 158. n. 2.? Videtur

In ſylvis M. *Pantigenſis* prope *Bernam*, & *Gottingae* frequens.
Totus durus eſt, & ſolidus, & Fungi 74. ſimilis. Pediculus imus craſſior, procerus, fiſtuloſus, ſtriatus. Pileolus non profundus, convexus, exiguus, pro portione pediculi. Lamellae paucae, craſſae. Haec omnia colore pulchre violaceo ſunt, pileus praeterea ſubtili farina adſpergitur, qualis in Prunis eſt. Per aetatem lamellae quidem violaceum colorem diu conſervant, pileus vero, uti omnes etiam aliae violaceae fungi & Coralloidis ſpecies, in albidum elanguet (β).

88. FUNGUS eſculentus bulboſus dilute purpureus MICHELI p. 149. n. 1. T. 49. f. 1.

Fungus totus violaceus exitialis BOCCONE *Muſ. di Fiſica* T. ad p. 301. f. 5.
Fungus major violaceus VAILL. p. 67. n. 45.
Fungus coeruleus major BUXBAUM. *Cent.* IV. T. IX.
Et *Fungus eleganter coeruleus pediculo bulbaſo* Plant. circa Hal. p. 121.
Et *Fungus lividus pediculo bulboſo* BUXBAUM. *Cent.* IV. T. XXII.
β *Amanita pediculo bulbiformi pileo fuſco, lamellis & pediculo obſcure violaceis* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 184.
γ Et *Fungus pileo magno, orbiculari, ſublivido, lamellis albis, pediculo brevi bulbiformi violaceo* DILL. RAI. *Synopſ.* p. 3. n. 13.

Ad ſylvarum margines frequens, *Bernae* & *Gottingae*.
Pediculus primum bulboſus, craſſiſſimus, & in ea aetate pediculus araneoſa lanugine ad ambitum pilei revincitur. Paulatim pediculus erigitur, craſſus ſemper & brevis, geritque pileolum vaſtiſſimum, pedalis fere diametri, convexum. Lamellae frequentes, multorum ordinum. Totus pulchre cyaneus eſt, ſed facile expalleſcit in pallidum, aut fulvum colorem.

89. FUNGUS violaceus pileo latiſſime conico.

An *Fungus dilute purpureus pileolo coniformi, pediculo breviore* BUXBAUM. circa Hal. p. 129. et forte duo proximi, colore diverſi.
An *Amanita parva capite conico, violacei dilutioris coloris* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 181.

STAEH. iconem miſit. *Gottingae* etiam vidi.
Pediculus calami craſſitie. Pileus brevem conum & latum refert, cujus ora ſtriata eſt. Haec omnia cum lamellis violacea ſunt. Sed per aetatem lamellae in terreum colorem ſaepe degenerant, imo vero tota planta ſaepe viſa eſt in colorem album calcarium expalluiſſe.

90. FUNGVS obſcure violacei coloris BUXBAUM Cat. Plant. circa Hal. p. 124.

An *Fungus parvus Amethyſtini coloris* BUXBAUM. *Cent.* IV. T. VIII. f. 2. Nulli noſtrorum ſatis ſimilis eſt.
An *Fungus totus ſubpurpureus per vetuſtatem ad carneum colorem adcedens, pileolo exſtinctorii forma* MICHEL. p. 150. n. 4.

STAEH. iconem miſit.

Statuta,

Statura, quae prioris, trium fere unciarum. Pileus conicus. Omnia fature cyanea, fere obſoleto lapidis fiſſilis colore.

91. FUNGUS tener, dilute violaceus, ora ſtriata.
Fungus dilute carneus vel incarnatus VAILL. p. 67. n. 46,

In ſylvis *Bernae* & *Gottingae* frequens.
Stylus fiſtuloſus, & cum tota planta tener, aquoſus. Pileus tenuiſſimus absque carne, planus, ora conſpicue ſtriata. Lamellae paucae, & diſtantes. In vigente planta omnia violacea, facile vero elanguent, in album, cervinum, terreumque colorem.

GENS II.

PILEO CERVINO.

92. FUNGUS coriacei lentoris, cervinus, lamellis violaceis.

In ſylva *Pleſſenſi Gottingae.*
Ambigit inter Fungos & Agaricos, dura, fungoſa, & perenni carne. Pediculus craſſus & valens, cervinus & ochroleucus. Pileus planus concolor. Lamellae in noſtris ſpeciminibus extro verſae, violaceae, breves.

CLASSIS VI.

LAMELLIS PALMEIS, SORDIDE RUFIS, SPADICEIS, ET ADFINIUM COLORUM OBSOLETORUM.

GENS I.

PILEIS CONCOLORIBUS AUT ADFINIUM COLORUM.

93. FUNGUS lamellis fulvis, pileo convexo terreo, anulo fugaci.
An *Fungus lividus alter, pediculo minus bulboſo* BUXBAUM. *Cent.* IV. T. XXIII? Videtur.
Fungus bulboſus, pileolo complanato, lividofuſco, ad oras dilute violaceo, lamellis fulvis, pediculo ſupernae pilei parti concolore, anulo non durabili ornato MICHEL. p. 187. Videtur.
Fnngus ramoſus maximus, pileolo deſuper griſeo, lamellis & lanuginoſo pediculo albis MICHEL. p. 190. T. 79. f. 1. Non niſi colore recedit.

In ſylvis. Bernae cis *Worlauffen.* STAEH. ex ſylva *die Hardt.*
Alias ex una radice ceſpitoſus naſcitur, alias ſimplex. Junior totus livet, tuncque campanulatus pileolus ad pediculum adnectitur araneoſo anulo, cujus veſtigia flocculenta vix unquam penitus evaneſcunt. Craſſus tunc, & brevis pediculus, paulatim excreſcit, cylindricus, terreus. Pileus explanatur paulatim, atque terreo rufoque colore ludit, medio umbone tinctiori. Lamellae rarae, crasſisſimae, colore cinnamomeo. Totus ſiccus eſt. Pollen ſeminalis coerulens. Vide an ſatis ſit diuerſus a violaceo 88.

94. FUNGUS pileolo fornicato, ſuperne & inferne ex rufo fulvo, pediculo albicante, cylindrico, anulo fugaci cincto MICHEL. p. 179.
An *Amanita dura ex fuſco rubens quercina* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 181. & *Syn.* p. 5. n. 23.

Prioris 93. ſatis ſimilis eſt; diverſisſimus tamen.
Pediculus cylindricus, fartus, cinnamei aut fulvi coloris, per aetatem albidus, anulum habet concolorem, inconſtantem, cujus veſtigia ſuperſunt, concolores & perpetui villi. Pileus aliquando campanulatus, plerumque planior, vel totus cinnameus fulvusque, vel ad terram albidus, centro fulvo, vel totus albens ex terreo. Lamellae ſiccae cinnamomeae. Diameter pilei ad quatuor uncias.

95. FUNGUS hemiſphaericus cervinus, lamellis rufis.
Non ſatis certus diſtinguo. Siccus eſt, pediculo farto, albo, ſuperne dilute violaceo: pileo pene hemiſphaerico cervino, ſplendente, Laminae ſimillimae palmei coloris ſunt.

96. FUNGUS pileo plano cervino, ora ſpadicea ſtriata.
Fungi macerati STERBECK. p. 231. n. 93. T. 25. lit. K.

Cum priori 94. multis notis convenit, ſtatura, ratione partium, colore laminarum. Sed pilei ora ſpadicea, aut obſcure leonina, tota ſtriata eſt. Umbo leoninus, ambitus pallidior. An ſatis diverſus a 94.?

97. FUNGUS pileo conico leonini coloris.
An *Fungus noſtras multiplex, pileolo lato, mammoſo* VAILL. p. 66. n. 37.

STAEHELINUS circa *Gundeldingen.*
Pediculus fartus, trium unciarum altitudine, lineis in gyrum contortis ſtriatus. Pileus obtuſe conicus, baſi valde lata. Haec omnia cum ipſis laminis ex leonino terrea.

98. FUNGUS ex luteo ſpadiceus, pileo exiguo, plano, ad oras ſtriato.

Bernae vidi.
Totus fungus concolor cerae crudae colore. Pediculus ſtriis contortis pictus, uti 97. ſplendens. Pileus valde exiguus, intra unciam nempe ad pediculum triuncialem, medius deprimitur. Ora ob lamellas per tenuem carnem pellucentes ſtriata.

GENS. II.

PILEO DIVERSORUM COLORUM.

99. FUNGUS caſtanei coloris lamellis fulvis.

Gottingae aliquoties.
Exiguus eſt. Pediculus biuncialis villoſus, gracilis, albidus. Laminae colore rufo ſive pallente cinnameo. Pileolus alias ex plano umbonatus, alias pulvinatus, caſtanei coloris, ſicca carne.

100. FUNGUS ex caſtaneo & terreo varius, lamellis fulvis.
An *Fungus pileolo radiato, ſive in tenuiſſimas partes tanquam radios, uſque ad centrum ſe dividens, fulvo, inferne lamellis obſcuris, pediculo craſſiori, albo, fiſtuloſo* MICHEL. p. 161. n. 3.

Pediculus ſordide terreus, gracilis. Lamellae confertae, tenues, fulvi aut terrei, & dilute ſpadicei coloris. Pilei cuticula villoſa quaſi aut lacera, & color ſtriatim varius ex leonino aut terreo, & tinctiori colore ſpadiceo.

101. FUNGUS villoſus, cinereus, lamellis lignei coloris.

In ſylva *Heimholz.*
Firmulus & ſiccus. Pediculus uncialis leniter villoſus. Capitulum albidum, villoſum, papilla eminente, magis murina. Lamellae lignei coloris. Diameter pilei vix ſemiuncialis.

102. FUNGUS villoſus aurantius, lamellis obſcure terreis.
An *Fungus eſculentus, pileolo deſuper paleacei coloris, lamellis atro fulvis, pediculo ſupernae parti pilei concolore, anulo fugaci cincto, radice ferme bulboſa* MICHEL. p. 180.

STAEH. *Binningae* ad ſalices iconem miſit.
Magnus Fungus ex fiſſuris putridae arboris exit. Pediculus incurvus, flavus, humilis, villoſus. Lamellae terrei, ſive ſordide ſpadicei coloris. Pileus amplus, ad quatuor uncias, intenſe flavus, villoſus, latiſſime conicus. Anulus fugax in pediculo pingitur.

CLAS-

CLASSIS VII.

LAMELLIS CINEREIS, MURINIS &c.

103. FUNGUS pileolo hemiſphaerico murinus.

Fungus eſculentus ſature cinereus, vel muris domeſtici coloris, farinam recenter molitam redolens, pediculo craſſiore MICHEL. p. 147. n. 1.

An *Fungus laete fuſco colore* VAILL. p. 64. n. 22. Non recedit.

Bernae & *Gottingae* ſub initia hyemis.

Pediculus brevis, albus, cavus. Pileolus hemiſphaericus, nitente ſericeo villo tectus, cinereus, cum ſpadiceo colore. Lamellae cinereae. Confer cum Fungo 32, a quo fere lamellis differt.

104. FUNGUS pileolo latiſſime conico, murinus.

An *Fungus capitulo mammoſo* VAILL. p. 70. n. 1.

An *Fungus paluſtris fuſcus pileo in medio elevato* BUXBAUM. *Cent.* IV. T. XXIX. Icon accedit.

STAEH. in pratis circa *Gundeldingen*; Gottingae etiam vidi.

Pediculus fiſtuloſus, praealtus, ad ſex uncias, lineis contortis ſtriatus, fiſtuloſus, dilute murini coloris. Pileolus latum conum refert, totus ex terreo murinus, &, ſolo umbone excepto, ſtriatus. Laminae murini coloris.

105. FUNGUS minimus, acaulos fere, griſeus, pileolo fornicato, utrinque ſtriato. MICHEL. p. 166. f. 2.

Exeunte autumno in ligno putreſcente. Pediculus vix uncialis. Capitulum hemiſphaericum, alias ſtriata ora, alias neutiquam. Lamellarum ora ſerrata & albicans. Totus murini coloris eſt.

106. FUNGUS campaniformis, murinus, anulatus.

An *Fungus ſterquilinius, ex albo griſeus, pileolo ſtriato, ac in ſuperficie lacero, vertice nigricante, pediculo cylindrico, albo griſeo, anulo fugaci munito* MICHEL. p. 181. T. 80. f. 3. Figura certe ſimillima eſt.

STAEH. iconem miſit.

Pediculus biuncialis & ultra. Pileus amplus hemiſphaericus, aliquando totus ſquamoſus. Lamellae murinae, non ſine flavo colore miſto. Anulus, ut videtur, conſtans. Vereor, ut ſit ſatis diverſus a Fungo illo multiformi n. 109.

CLASSIS VIII.

LAMELLIS UMBRINIS ET NIGRIS.

107. FUNGUS flavus, anulo fugaci, lamellis ex ſulfureo fuliginoſis.

Fungorum noxiorum gen. 22. ſpec. 2. CLUS. II.

Fungi multi ex uno pede pernicioſi I. BAUHINI 2. *ſpec.* p. 835.

Fungus noſtras, multiplex, pediculo fiſtuloſo VAILL. p. 70. n. 2. Non recedit.

Fungus mediae magnitudinis, pileolo ſuperne e rufo flavicante, lamellis ſubtus ſordide virentibus RAI. *Syn.* III. p. 10. n. 57.

Fungus major ſubluteus lamellis luridis BUXBAUM. *Cent.* IV. T. IV? Videtur.

Toto anno ad ſepes & in hortis frequens.

Faſciculoſus plerumque naſcitur. Pediculi cavi, dum juniores ſunt, ad ambitum campanulati pileoli araneoſa lanugine revinciuntur, ut anulati videantur, floccos etiam perpetuo retinent. Pileoli, dum juniores, campanulati, paulatim expanduntur, & plani fiunt, ora per aetatem ſtriata. Color in iis ſulfureus, centro ſaturatius flavo. Lamellae coloris ſatis peculiaris ex ſulfureo cum virore umbrini: adultae nigricant, & fuliginoſae fiunt. Saepe totus fuſcus & viſcidus eſt.

108. FUNGUS campaniformis murinus, lamellis umbrinis.

An *Fungus ſimetarius, pileolo exſtinctorii forma, leucophaeo, lamellis nigris, pediculo tenuiori, praealto, fiſtuloſo, & ſupernae pileoli parti concolore* MICHEL. p. 157. n. 7.

Fun-

Fungus ſive Amanita parva, vtrinque ſtriata, pileolo coniformi, murini coloris DILL. *Cat. Gieß.*
β. An *Fungus ceſpitoſus, parvus, gracillimus, pileolo campanulato, ex obſcuro fuſco, lamellis nigricantibus, pediculo praetenui, vix lineam craſſo, & ſupernae pileoli parti concolore* MICHELI p. 193.
Fungus multiplex campaniformis colore fuſco VAILL. p. 71. n. 13. T. XII. f. 5. 6.
Fungus digitalis STERBECK. p. 230. n. 92. T. 25. lit. I.
Fungi minores, plurimi ſimul naſcentes, turbinati, exterius cinerei aut ſubfulvi, ſtriis nigricantibus RAI. *Syn.* III. p. 10. n. 53.

In ruderoſis & gramineis ubique frequens.
Duarum ſpecierum videtur, ſed notas diverſitatis evidententes non reperio. Alias [β] nempe ceſpitoſe provenit, tuncque exiguus eſt, vix ad tres uncias, pileolo uncia anguſtiori. Alias [α] ad pedem dimidium erigitur, campanula ampla duas uncias lata, ſolitarius. Pediculus ſemper argute fiſtuloſus, albus, cinereus: pileus campanulatus cinereus, oris velut plicatis. Lamellae primo albae, deinde roſeae, tandem nigerrimae, tuncque pollinem ſpargentes nigrum.

109. FUNGUS tener, papillatus, ſtriatus, griſeus, laminis raris nigerrimis.
Fungor. pernicioſor. gen. III. CLUS. p. CCLXXVII.
Lapis molaris gracilis STERBECK. p. 525. n. 83. T. 21. A.
Fungus mit falzen PANCOV. n. 9.
Fungus parvus pileolo plicatili, cinereus, oris crenatis BUXBAUM. *Cent.* II. T. L. f. 2.
Fungus perpuſillus, pediculo oblongo, pileolo tenui, utrinque ſtriato, ſeu flabelli in modum plicatili RAI. *Syn.* III. p. 8. n. 42. I. R. H. &c.
Fungus parvus gracillimus, pileolo griſeo conplanato, centro nonnihil umbilicato & levi, reliqua parti undique ſtriato, lamellis nigricantibus, pediculo albo, lineam craſſo, fiſtuloſo MICHEL. p. 169. n. 5. et plures forte alii.
Fungus minimus, totus niger, umbilicatus VAILL. p. 66. n. 39.
Fungus parvus fuliginoſus BUXBAUM. *Cent.* V. T. 48. f. 2.

In ruderoſis, agris macilentis, hortis &c.
Totus tener eſt. Pediculus albus, fiſtuloſus. Pileolus junior conplicatae umbellae ſimilis, conicus, profunde ſulcatus. Umbo dilute ſpadiceus, reliqua pars cinerea. Lamellae atrae. Idem adultior explanatur. Totus ſulcatus eſt, praeter umbonem, tenerrimis lamellis nigris inſtar venarum pileum album perreptantibus.

110. FUNGUS farinoſus, lamellis tenuiſſimis, variabilis.
Apud MICHELIUM aliquoties videtur exſtare ut p. 173. n. 2. p. 178. IV. n. 1. & 2.
Fungus Typhoides VAILL. p. 72. n. 9.
Fungus multiplex ovatus cinereus minor id. ib. n. 10.
Fungus albus ovum referens RAI. *Syn.* p. 5. n. 22. BUXBAUM. *Cent.* IV. T. XXVII.
Fungus non veſcus VII. LOESEL. p. 89.
Fungus bombaceus pernicioſus STEREECK. p. 226. n. 84. T. 24. lit. B.

In ruderoſis hortis & agris ſterilibus frequens, valde multiformis.
Amat gregatim naſci. Pediculi albi, villoſi, juniores toti teguntur pileolo longo, & reducto in ovi ſpeciem. Pileus adultior campaniformis eſt, contractus tamen, farinoſa villoſitate tectus, praeter umbonem totus ſtriatus. Lamellae farinoſae tenerrimae, denſiſſime congeſtae. Haec primo alba ſunt, deinde pileus paulatim ſpadiceo, aut terreo colore fuſcatur, lamellae vero in umbrinum degenerant, tandemque in atramentum diffluunt, & pediculus in aliquot partes diffilit, qui prius anulo fugaci cinctus fuerat.

111. FUNGUS pileolo ex fulvo ferrugineo & usque ad centrum in plures partes plerumque ſe dividente, lamellis nigricantibus, pediculo tenujori cylindrico, purpuro violaceo diluto, fiſtuloſo MICHEL. p. 164.
Fungorum pernicioſ. gen. XVI. *ſpec.* III. CLUS. p. CCLXXXII.
An *Fungus clypeatus in medio protuberans* VAILL. p. 68. n. 53. Non recedit.
An *Fungus faſciculoſus pileo orbiculari luteſcente, pediculo purpureo* RAI. *Synopſ.* III. p. 10. n. 52.
Fungi multi ex uno pede clypeiformes, lutei I. BAUHIN. II. p. 836. Icon proxime accedit.

STAEH. in horto reperit, & iconem miſit.
Multiplex eſt, pediculis altis, ut videtur cavis, purpuraſcentibus ex albo. Pileoli elegan-

elegantes, media papilla eminente, per ambitum laceri, toti terrei, aut ſpadicei coloris, praeter umbonem ſtriati. Lamellae nigricantes. An ſatis diverſus a n. 109?

CLASSIS IX.

FUNGI MONSTROSI.

III. FUNGUS ex infundibulo ceſpitoſe proveniens.

Fungus ramoſus parvus albus pileis in tubum velut contractis MICHEL. p. 144. T. 79. f. 3. videtur initium hujus fungi eſſe.

Iconem miſit STAEHELINUS.

Communis origo eſt ſemicanalis ſurſum lateſcens, cujus infundibulum, ſive pars latior, tota plicata eſt. Ex ea undique agminatim enaſcuntur funguli, lato pediculo, capitulo exili, nondum a pediculo diſſoluto. Hac omnia albida. Annon deformatio fuerit fungi alicujus?

Ex adverſariis meis, hos, non plurimos, Fungos proferre viſum eſt. Plures, ſed minus certos, collegeram. Inter hos ipſos, ut pauci ſint, multi non ſatis diſtincti eſſe videntur, multorum etiam nomina minus certa. Et non alia pars Botanices difficilius definitur, cum nulla omnino in multis Fungis nota ſit, quae per aetatem, aut caſus varios non fallat. Scriptores unam plerumque aetatem prae oculis habuerunt, alias ſaepe aliis tradiderunt nominibus.

AGARICO-FUNGUS.

AGARICORUM ORDO VII. MICHELI p. 122.

Hae plantae lamellas ſubtus habent, uti Fungi, ſed ſeſſiles ſunt, & absque pediculo, & protruſione mera augentur, uti Agarici.

1. AGARICO-FUNGUS lamellis craſſiſſimis, rigidis.

Vonkhout STERBECK n. 128. p. 162.

An *Agaricus quernus lamellatus coriaceus villoſus* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 191. & *Syn.* III. p. 25. n. 21. Videtur.

An *Agaricum ſquamoſum Juglandibus adnaſcens, totum album, ſuperne villoſum, lamellis inferne cartilagineis* MICHELI p. 123. n. 15. An potius n. 1. aut n. 5. ejusdem ordinis?

An *Agaricus de S. Clou* VAILL. p. 3. T. I. f. I. II? Videtur.

Agaricus villoſus lamellis ſinuoſis & invicem inplexis BUXBAUM. *Cent.* V. T. IV. f. 1. Omnino:

Ubique ad ſiccas arbores frequens, hujus generis maximus. Projectione ſemielliptica enaſcitur, & multiplici ordine ſquamas ſibi incumbentes refert. Facies ſuperior convexa, hirſuta, colore variat. Albam vidi, ochroleucam, purpuraſcentem, viridem, lineatam. Lamellae conſtantius albae ſunt, durae, fere cartilagineae, non, ut in Fungis, parallelae, ſed ramoſae, in inſulas denuo connatae, variis modis. Siccus totus eſt, & immarceſcibilis.

2. AGARICO-FUNGUS levis, mollis, cervinus, lamellis albis.

Ad corticem lignorum dejectorum.

Unciam latus eſt, pediculi effigiem exigit, ſquamae convexitas levis, cervina, lamellae albae, tenues. Totus mollis eſt.

3. AGARICO-FUNGUS ſuperne villoſus, longus & anguſtus.

An *Fungus parvus arboreus villoſus albus inferne lamellatus* RAI. *Syn.* III. p. 25. n. 22.?

An *Agaricum auriculae vel flabelli forma, ſuperne ſubobſcurum, inferne album & lamellatum* MICHEL. p. 123. T. 65. f. 1: Icon accedit.

Agaricus hirſutus nigricans lamellis luteis BUXBAUM. *Cent.* V. T. 6.

Similibus locis & ipſe majuſculus ad tres uncias eminet. Similes ſquamae ſunt ſemiellipticae, durae, ſuperne villoſae, colore albo, ochroleuco, fulvo. Lamellae pallidiores, fulvae etiam, non cartilagineae, ſed modicae craſſitiei, interrupto tamen ordine, neque inter ſe parallelae. Siccus eſt.

4. AGARICO-FUNGUS lamellis bifidis, pulverulentis.

An *Agaricus parvus lamellatus pectunculi forma elegans* DILL. *Cat. Gieß.* p. 192. *Synopſ.* p. 21. n. 23?

Agaricus imbricatus hirſutus, lamellis violaceis BUXBAUM. *Cent.* V. T. 7. f. 1.

An *Fungus parvus lamellatus pectunculi forma alno adnaſcens* VAILL. p. 70. n. 63. T. X. f. 1?

Non recedit.

Multo minor eſt & ſquamae uncia vix majores. Superna pars albida, in cinereum languet, villoſa tota. Lamellae craſſae, omnes profunde fiſſae, bilabiatae, in ipſa crena pollinem ſeminalem gerunt. Colore ſunt terreo ſubviolaceo.

5. AGARICO-FUNGUS minor, multiplex, ſubaſper.

Synonyma ad priorem [n. 3.] excitata, huic ex aequo conveniunt.

Agaricum ceſpitoſum fulvum cochlearis vel ſpathulae forma hirſutum MICH. p. 123. n. 50. T. 65. f. 5.

Agaricum ceſpitoſum, ſordide luteum, cochlearis vel ſpathulae forma glabrum MICH. l. c. n. 19. T. 65. f. 6.

Fungus arboreus albus durus, lamellis inſtar lapidis haematitis BUXBAUM *Cent.* V. T. X. f. 2. huc videtur pertinere.

Vulgatiſſimus ad ligna ſicca, magis multiplex prioribus, integra aliquando Meſenteria refert. Ambigit inter fungos & hanc gentem, & aliquid pediculorum ſimile habet, huc tamen pertinet, cum id ipſum etiam lamellas habeat, quod pro pediculo eſt. Squamarum facies exterior pulchre rufa, aut cinerea, terrea, alba, villoſa aliquando, alias granulis quibusdam aſpera, alias, & in ſenio maxime, levis. Lamellae colore leonino, aut terreo. Squamae vix uncialibus majores ſunt, ſiccae & perennes.

6. AGARICO-FUNGUS minimus, tener, murini coloris.

Ad terram & ad lignum putreſcens reperi aliquoties, exeunte autumno. Minimus omnium ungue non major, ſuperne villoſus, totus tener, & Fungis nihilo durior. Color undique murinus.

7. AGARICO-FUNGUS minimus, tener, albus.

Agaricus lamellatus minimus albus BUXBAUM *Cent.* V. T. 7. f. 3.

Ad lignum putridum. An prima facies n. 2. aut 3? Albiſſimus erat, ſuperne villoſus, tremulus.

FUNGOIDASTER.

MICHELI p. 200. (nempe ORDO I.)

ELVELAE LINNAEI n. 809. aliquae ſpecies.

Fungum imitatur pediculo, capitulo, carne, differt autem, quod lamellis & venis, & aculeis, & poris deſtituatur. Ab *Aſpergillo* & adfinibus differt, quod expanſione filamentoſa careat; a *Sphaerocephalo* vita brevi, & quod corticem diverſum a medulla non habeat; a *Peziza* quod capite ſit convexo.

1. FUNGOIDASTER parvus gelatinoſus, lubricus, pileolo ſubviridi, oris ſubtus repandis, pediculo aureo fiſtuloſo MICHEL. T. 82. f. 2. p. 201.

Fungus gelatinus flavus VAILL. p. 58. T. XIII. f. 7. 8. 9.

In ſylvis ſaepe reperi, ſimillimum iconi MICHELII, tremulum, debilemque. Stylus flaccidus, fere incurvus. Capitulum convexum circa proprium pediculum reflexum, undulatis oris. Flavus eſt, excepto medio pileolo, cui ſordidus color aliquando admiſcetur.

2. FUNGOIDASTER corallinus gelatinoſus.

Fungus non veſcus 32. aut granuloſus corallinus LOESEL. *flor. Pruſſ.* p. 69.

Inter muſcos in ſylva, quae ducit ad cacumen montis ſupra *Pantigen.*

Pulchra

Pulchra plantula agminatim naſcitur. Pediculus craſſulus, duas lineas altus, gerit ſphaerulam dimidiae lineae latitudine. Gelatinoſus eſt, neque tamen putreſcit. Chartam colore ſuo corallino tingit.

3. FUNGOIDASTER carnei coloris, gelatinoſus.
An *Fungi parvi globoſi, ex ungue equino putreſcente nati* DILL. *ſyn.* III. p. 13. n. 15. T. I. f. 3.

Diverſus a priori. Humilior eſt, colore pallido ex carneo, neque conſtans. Pediculus imus ventricoſus, ſurſum extenuatur.

4. FUNGOIDASTER nigerrimus pene acaulos.

Sphaerula lucida nigra, fungina; vita ceſpitoſa. In aridam flacciditatem cito mutatur.

AGARICUS.

AGARICI ORDO VIII. MICHELI p. 124.

Hoc proprio nomine definio Fungos ſeſſiles, qui neque lamellati, neque poroſi, neque echinati, neque venoſi ſunt, ſed leves undique, & ſimilares. A *Pezizis* differunt ſola figura expanſa, nullas concavitates intercipiente, quae nota in quibusdam ſpeciebus non nimis evidens eſt.

AGARICI DURIORES, CORIACEI.

1. AGARICUS pedis equini facie I. R. H. RAI. *ſynopſ.* III. p. 22. n. 7. ut videtur.

Ex arborum truncis.
Projectio ſuperius declivis, inferne plana, ut pedem equinum referat. Superna facies villoſa, leonini coloris: inferna albida. Caro dura, filamentoſa. Nihil pororum, aut laminarum.

2. AGARICUS terreſtris, ora undulata, albus, inferne violaceus.

Ad terram in ſylva *Heimholz*
Squamae congeſtae, & inplicatae, undulatae, albae cum flavore. Pars inferior violacea, ora flaveſcente. Diameter ad dimidium pedem.

3. AGARICUS ſquamoſus, coriaceus, ſuperne hirſutus, inferne tonſus & variorum colorum.
Lignoſus aureus querci Fungus STERBECK. p. 245. n. 116. Omnino videtur.
Fungus arboreus villoſus, inferne planus RAI. *hiſt. plant.* III. p. 22.
Agaricus villoſus tenuis inferne levis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 193. *Synopſ.* RAI. p. 21. n. 2.
Agaricum ſquamoſum & lichenoſum, membranaceum, ſuperne hirſutum & variegatum, inferne ſubobſcurum, & inſtar ſericei villi nitens MICHELI p. 124. n. 8. & forte etiam n. 7.

Ad ligna emarcida frequens.
Late patentes auriculae varie intortae & duplicatae, longa ſaepe ſerie prodeunt; carne coriacea, fere membranae craſſitie. Facies inferior brevi ſericea pube nitet, & ad ortum conplicatur in venarum ſimilitudinem. Superior plerumque villoſa. Colores mire varii. Ecce aliquas varietates

α. Superne hirſutus, totus flavus.
β. Totus fuſcus.
γ. Superne albicans & hirſutus, inferne carneus.
δ. Superne albicans & hirſutus, inferne purpureus.
ε. Superne hirſutus & albicans, inferne ex violaceo fuſcus.
ϛ. Superne albicans & hirſutus, inferne fuſcus.
ζ. Superne varius, inferne ex violaceo fuſcus.

AGARICI GELATINOSI AUT TREMULI.

4. AGARICUS ſuperne villoſus & verſicolor, inferne corrugatus & violaceus.

Agaricum ſquamoſum & lichenoſum, ſubſtantia gelatinoſa, ſuperne variegatum & villoſum, inferne primum violaceum, poſtea griſeum, & meſenterii inſtar corrugatum MICHELI p. 124. n. 5. T. 66. f. 4.
Agaricus meſentericus violacei coloris DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 194. *Synopſ.* p. 22. n. 4. BUXBAUM *plant. Hal.* p. 9.

STAEH. miſit. *Gottingae* etiam naſcitur.
Squamis ex ligno areſcente ptodit multiplicibus, dimidii pedis diametro, criſpis & intricatis. Superior & convexa facies varia eſt, arcubus concentricis diverſi coloribus picta, quorum alii longiori villo hirſuti ſunt, alii breviſſima ſericea pube nitent. Colores mire varii. Vidi ſucceſſiſſe ſibi viridem, cinereum, nigrum, glaucum, nigerrimum, cinereum, nigricantem, albidum, cinereos varios, albidum, fulvum, album, cinnabarinum. Alias albidus color ſolus adeſt, alias ſpadiceus &c. Inferior facies prope originem ex ligno varie conplicatur in juga, qualia in Pezizis frequentia ſunt, caeterum glabra, colore violaceo vel ſpadiceo, tenerrimo villo, quaſi polline adſperſa. Tota planta tremula eſt, ejusdem fere carnis, quae Pezizarum.

5. AGARICUS auriculae forma, ſericeus, e cinereo viridis.
Fungus ad Sambucum TRAG. p. 941.
Fungor. pernicioſor. gen. I. CLUS. p. CCLXXVI.
Agaricum auriculae forma MICHELI p. 124. n. 1. T. 66. f. 1.
Peziza auriculam referens DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 195. & *Synopſ.* p. 18. n. 9.

Ad vetuſtas arbores, ſambucos maxime, pene ubique. Projectiones criſpae, rugoſae, plicatae, non ſine ſimilitudine auriculae humanae. Facies ſuperior tota villo ex cinereo viridi breviſſimo nitet. Facies inferior obſcurior & levior eſt. Utuntur ad Gargariſmos, ad oculorum catarrhos ſimplices, infuſo hujus fungi, forte non absque periculo. HOFM. *Del. Altd.*

6. AGARICUS ſcuti forma, obſcure flavus, gelatinoſus.

Ad ramos arborum plures & congeſtos vidi. STAEH. etiam iconem miſit.
Pediculi aliquando rudimentum adeſt, alias ſeſſilis eſt. Figura ſcutum refert, orbiculare, convexum, lineis pictum, margine aliquando inciſo, diametri intra unciam. Color ex flavo ſpadiceus. Caro tota gelatinoſa, tremula.

7. AGARICUS molliſſimus, leoninus, ſuperne tuberculoſus.
Agaricum gelatinoſum & ceſpitoſum, infundibulum dimidiatum referens, ſordide aureum MICHEL. p. 124. n. 4.
Fungi Juniperini Martii HOFMAN. *delic. Altd.*
Annon *Agaricus luteus viſcidus mollis* BUXBAUM *Cent.* V. T. 2. f. 2.

Ad juniperos frequens. Supra *Dornach*, in valle *Emmia*, & ſupra *Biennam*, prima aeſtate.
Figura utcunque auriculae. Convexa facies tuberculis aſpera, inferior levis. Color undique leoninus, ſive ſordide aurantius. Caro gelatinoſa, ſed mollis, & pene diffluens.
Horum aquam ad oculorum mala & paralyſin ex arthritide laudant v. g. ETTMÜLLER. BERNIZ. in E. N. C. *Dec.* I. *Append.* ad an. 6. 7.

8. AGARICUS membranaceus, ſinuoſus, ſubſtantiae gelatinae. DILL. *Syn.* III. p. 21. n. 3. BUXBAUM *Plant. Hal.* p. 9.
Fungus Meſentericus STERBECK. p. 259. n. 124.
Noſtoc luteum meſenterii forma VAILL. T. XIV. f. 4. & *flavicans arboribus innaſcens* p. 144. n. 4.
Agaricum gelatinoſum membranaceum, aureum, ſinuatum & criſpum MICH. p. 124. n. 3.

Pulchra planta ad ligna emortua non infrequens eſt.
Radix ex ligno prodeuns colore ſaturiori tincta, & quaſi veriſſimo adipe perfuſa. Inde in plicas exit multiplices, mirabiles, meſenterii ſimiles, ſed copioſiores, & perpetuis jugis & interceptis depreſſionibus alternis ludit. Brevis in eo villus eſt. Caro gelatinoſa, tremula. Color in juniori albus, deinde luteus, porro leoninus & obſcurior.

AGARICI ANOMALI

9. AGARICUS nigricans oris fimbriatis.
Agaricus ſericeus fuſcus VAILL. p. 3. T. I. f. 4.
Agaricus luteus clypeiformis transfixus PLUMIER *Foug. d'Amer.* p. 145. T. 168. eximie ſimilis eſt.
Agaricus poroſus flabellum referens BUXBAUM. Hal. p. 9. Icon etiam accedit.

Legi circum natum ramis fagi junioribus, eosque longo ordine ſequentem. Series ſunt teniarum in arcus, & circulos flexarum, quarum exterior ambitus in lacinias frequentes & graciles finditur, uti ſolent faſciculi ſerici [Quaſten]. Facies convexa tuberculis inaequabilis, inferior villoſa eſt. Color ſpadiceus & pene niger, ſordidus.

10. AGARICUS cruſtaceus, varie laciniatus, albus, ex humo effloreſcens.

Gottingae ad orbitas viarum ſylvae *Heimholz*.
Latis cruſtis humum obducit, quae ipſas etiam terrae rimas ſubeunt. Cruſta varie Lichenis inſtar laciniata, etiam cornua longosque aculeos paſſim erigit. Caro tenax eſt, Lichenibus propior, ad quos eodem jure referri poteſt. Color calcarius. Recens inodorus eſt, per aetatem faetet inſtar humani ſtercoris.

11. AGARICUS laciniis laciniatis, coriaceus, albiſſimus, graminibus circumnaſcus.
Agaricum lichenoſum album eleganter laciniatum brumali tempore inter humum & putrida arboris folia late ſe diffundit & creſcit MICHEL. p. 125. n. 15. T. 66. f. 5.

A priori modice differt. Convenit albo colore, habitu anguſte multifido, lobis erectis & laciniatis, coriacea natura, quae minime in putredinem reſolvitur. Differt, quod non in nuda humo continuus, ſed interruptus circumnaſcatur graminibus, neque exſiccatus tetrum induat faecorem.

12. AGARICUS villoſus, laciniatus, graminibus circumnaſcens.

Plantulis & gramini circumnaſcitur, in lobos informes diviſus, amplus & pedalis. Convexitas loborum villoſa eſt. Color ex albo ſubluteus.

13. AGARICUS ſebaceus, undulatus, lapidis ſtalactitis ſimilitudine.

Eadem ratione graminibus & Prunellae circumnaſcebatur Septembri M., ſed fabrica concinna, tuberculoſa, ſtalactiti lapidi ſimillima. Color ochroleucus, natura mollis, qualis in Pezizis eſt.

14. AGARICUS ſebaceus, undulatus, ex albo ſpadiceus.

In ligno putreſcente reperi olim, & hic Gottingae, cruſtaceas latas expanſiones, figura quaſi ſebi effuſi in juga & grana coacti, & eadem fere ſebi duritie, colore albo, cum ſpadiceo & livido miſto. Faetet acriter.

15. AGARICUS cruſtaceus, reſinoſus, flavus.
An *Agaricum Lichenis facie aureum* MICH. p. 124. n. 11?
Fungus non veſcus XXX. LOESEL. p. 96.

Bernae ad arborum putreſcentium cortices. STAEH. etiam iconem miſit ex ſylva *Bruderholz*.
Similis effuſis lacrumis Galbani, adfinisve gummi, ſed tenax & vegetabilis. Varie contortus eſt, & tuberculoſus, colore aurantio.

PLANTAE APETALAE STAMINIBUS CONSPICUIS DESTITUTAE.

CLASSIS II.

QUIBUS FLORUM ET SEMINUM ANALOGA CORPUSCULA SUNT.

LINKIA.

MICH. p. 126.

NOSTOC TOURNEF. VAILL. GEOFROI *Memoir. de l'Acad. des Scienc. 1708. p. 293.* REAUMUR. *ib. 1722. p. 165. ſeqq.*

Adeo adfinis eſt Lichenibus gelatinoſis, ſive ordini XVI. MICH. ut forte rectius cum ipſis relinquatur. Semina enim, ex analogia, videntur immatura eſſe ſcutula, ut fere ſola ſuperficierum aequalitate differant, cum nihil neque inferius, neque ſuperius, in his plantis reperiatur.

1. LINKIA terreſtris gelatinoſa, membranacea, vulgatiſſima, ex pallido & vireſcente fulva MICH. p. 126. T. 6. 7. f. 1.

Lichen humiditate intumeſcens, ſiccitate evaneſcens MERRET. *pin. rer. brit.* p. 71.
Muſcus fugax membranaceus pinguis MAGNOL. *Bot. Monſp.* p. 180. H. R. M. GAR. &c.
Lichen gelatinoſus fugax major RUPP. p. 299.
Byſſus gelatinoſa fugax terreſtris LINN. *flor. Lapon.* n. 531.

Nihil vulgatius in gramineis, vere autem & autumno magis abundat. Initia intra terram ſaepe reperi, gelatinam viridiſſimam triquetram, hedris excavatis. Tales plurimae junctae latis cruſtis inter muſcos & gramina terrae innatant, plicatis, undulatis, inteſtinorum forma. In plicis ſemina, aut glebulae concolores frequenti ordine reperiuntur, & ſatae proveniunt (REAVMVR.) Siccitate citiſſime in membranam contrahitur, & exareſcit: pluvia, aut infuſione in aquam, ſubito in ſolidum corpus intumeſcit. Ha mutationes tum in gelatinoſis Lichenibus evidentes ſunt, tum in aliis, ſed in Linkia velociſſimae.

Deſtillata dat volatilia principia, & alcalina, ſponteque putreſcit GEOFROI. Poſt fermentationem trimeſtrem deſtillata aqua ſanat dolores articulares BARTHOLUTI apud MARSIGLIUM *de Fung.* p. 104. CNOEFFEL. E. N. C. *Cent.* I. *Obſ.* 67. *App.* p. 184. 185. Anodyna eſt, & vulneraria GEOFROI.

2. LINKIA paluſtris, gelatinoſa, ſaxis adnaſcens, ex obſcuro fulva & concava, veſicam referens MICHELI l. cit. T. 67. f. 2

D. HUBER aquae innatantem reperit, in foſſis inter *Ragaz* & *Sargans.*

3. LINKIA paluſtris inteſtini forma tubuloſa.

Ulva marina tubuloſa inteſtinorum figuram referens DILL. *Syn.* III. p. 62. n. 4.
Fucus tubuloſus inteſtinorum forma I. R. H. VAILL. &c.

Gottingae frequentiſſima verno tempore in foſſis.

Fragilis membrana formatur in excavatam tubuli figuram, variabili diametro, a linea ad multas uncias. Tales tubuli plurimi contexti inteſtinorum volumen referunt, manifeſta cum prioribus LINKIIS adfinitate. Saepe tota criſpatur, & in rugas colligitur.

LICH-

LICHENES.

LICHEN MICHELI *nov. Plant. gen.* p. 73. LINNAEI *Char. nat.* n. 797.

LICHENOIDES DILLENII *Cat. Gieſſ.* p. 201. & *Synopſ.* RAIAN. III. p. 64.

Generis ampliſſimi communem definitionem non reperio. Nota nulla ſubpetit, quam aliquae plantae non excludant. Sunt qui effloreſcente ſemine carent, multi ſcutellis deſtituuntur, multi cauliculos & folia nulla diſtinguunt, duri alii, alii coriacei, alii friabiles, alii gelatinoſi ſunt. In univerſum tamen Lichen a fungino genere partibus floralibus a ſemine diſtinctis, a genere Muſcorum vero differt, quod nulla membranacea capſula flores includat. Inter Lichenes vero non ſatis evidentia ſigna reperio, ex quibus diſtincta genera conſtituam. Ita *pyxidati* Lichenes in *Coralloideos*, ita Pulmonarii hinc quidem in *ſcutatos non cruſtaceos*, inde in *cruſtaceos non ſcutatos* degenerant. Quare, in meo maxime opere, nihil innovandum cenſui, atque, communi conſervato nomine, ordines tantum ex facie externa conſtitui.

ORDO I.

LICHENES CORNICULATI & PYXIDATI.

ORDINES MICHELI VII. VIII. IX. X.

Certiſſimum eſt, plerasque plantas hujus ordinis eſſe diverſas aetates & degenerationes ejusdem Lichenis. Omnibus cruſta foliacea communis eſt, ſicca, fragilis, foliolis rotundis, criſpis, ſquamatim ſaepe ſe contingentibus, nulla caulium evidente diſtinctione. Ex ea cruſta prodeunt cornicula conica, cava, polline plena. Ea alias finduntur in ramoſa cornua, quae generatio incipit *Coralloideorum* Lichenum familiam; alias in apice intumeſcit, excavatur fiſſus mucro, & in infundibulum deprimitur, quem altius labrum circumdat; ita *pyxidati* Lichenes fiunt. Eos porro aetas facit *proliferos*, ſerratos, ramoſos, morbus vero, aut degeneratio aliqua ſucci alibilis, fungis ornat carneis, coccineis, nigris, verrucisve variorum generum. Donec & ipſi jam exſucci findantur, acetabula in ramos fiant, folioſos, aut non folioſos, atque ita ad *Coralloideos* Lichenes oriatur progreſſio. Ex ea, ſaepiſſime iterata, obſervatione per aetates Lichenes meos diſpoſui, non quod ipſa ſpecifica diverſitate, & ſemine, diverſi ſint, ſed quod & facies eos, & communis ſcriptorum botanicorum conſuetudo diſtinguat. Vide tamen nobiscum ſentientem BUXBAUMIUM *Cent. plant. rar.* II. p. 13.

1. LICHEN ex albo ſubcinereus, proboſcideus & corniculatus, minor, ut plurimum non ramoſus MICHEL. o. VII. p. 81. n. 14.

Lichenis *pyxidati* hae primae ſunt origines. Cruſta, qualis in vulgatiſſimo, hinc viridis, inde alba, tenuiter inciſa. Cornicula acuta, linearum 4. & 6. altitudine.

2. LICHEN eleganter ſulfureus, proboſcideus & corniculatus, ut plurimum non ramoſus.

In ſubalpinis verſus *Zweylütſchinen* ad ligna putrida. Colore cruſtae & corniculorum differt a Lichene 1.

3. LICHEN cinereus proboſcideus & corniculatus, ut plurimum non ramoſus MICHEL. p. 81. n. 12.

Lichen tubulatus MERRET. *pin. rer. brit.* p. 72.
Muſcus fiſtuloſus corniculatus BARREL. *Obſ. plant.* 1286. & 1277. f. 1. bene.
Lichen pyxidatus cornu ſimplici RUPP. *flor. Jen.* p. 299. qui varietatem eſſe veriſſime perſpexit
Lichenoides tubuloſum cinereum non ramoſum DILLEN. *Syn.* III. p. 68. n. 27.

Vulgatiſſimus in humo & arborum ſemiputridis truncis. A Lichene 1. magnitudine & aetate diffett. Cornua uncialia, alia clauſo apice, alia fiſſo, & pollinem

nem fundente, alia intumeſcente, in clavae ſpeciem. Solent autem alba eſſe, & molli quaſi farinaceo polline tegi.

4. LICHEN albus, proboſcideus, & corniculatus, plerumque non ramoſus, proboſcidum oris coccineis MICHEL. p. 87. n. 13.

Inter meos Lichenes reperio.
Humilis eſt, intra unciam, cornicula ſaepe bifida, eorumque fiſſus apex incruſtatur fungoſo, & ruberrimo labro.

5. LICHEN corniculatus verrucoſus racemoſus.

In ſylva *Kohlholz*, quae milliari Germanico a *Berna* diſtat.
Eſt degeneratio Lichenis 3. obducti undique verrucis fuſcis, partim ſimplicibus, partim racemoſis.

6. LICHEN corniculatus omnium maximus.

Lichenoidis 27. varietas praelonga in M. Walliae SHER. apud RAI. *Synopſ.* p. 68. Icon vero excitata noſtro longe minor eſt.
Lichen caule ſimplici, apice acuto, aut calyce turbinato terminato LINN. 433. T. XI. f. 5.

In ſubalpinis circa *Interlaken*.
Cornu cavum trium, quatuor & ultra pollicum altitudine. Color obſcure ex flavo viridis. Idem degenerat in ramoſam faciem, & acetabulis ludit proliferis.

7. LICHEN tubuloſus verrucoſus ex obſcuro virore flaveſcens MICHELI p. 81. n. 16. SCHEVCHZER. *It.* II. p. 136. n. 56.

Uti quintus a ſecundo, ita hic Lichen a ſexto differt.

8. LICHEN tubuloſus nivei fere candoris, ramoſus & non ramoſus, apicibus recurvis, acutis MICHELI p. 81. n. 17.
Lichen tubulatus nivei fere candoris ramoſus apicibus recurvis acutis SCHEUCHZ. *It.* II. p. 137. n. 58.

In Alpinis.
A 3. parum differt, ſed rarius in acetabula mutatur. Frequentius finditur, ut ramoſus & palmatus videatur.

9. LICHEN tubuloſus pyxidatus cinereus.
α. *Lichen pyxidatus minor* VAILL. p. 115. T. XXI. f. 6. MICHELI T. 41. non vero nomen.
Muſcus pyxioides ſaxatilis C. B. *Prodr.* p. 152. &c.
β. *Lichen pyxidatus major* I. R. H. T. 325. D. VAILL. l. c. f. 8. MICHELI p. 82. nomen, non autem icon.

Talem habeo, duas uncias altum.
Unius plantae duae varietates, unde unica icon eſt apud veteres CAMERARIUM (p. 783.) LOBELIUM II. 267. PANCOVIUM, MAGNOLIUM, & alios.
Frequens eſt in terra humida, arborum truncis, ſaxisque ipſarum Alpium.
Hoc in ſtadio corniculum (n. 3.) ita expanſum eſt, ut ſupremus apex dilatatus inſtar ſcyphi cavus ſit, ima vero pars cava, & immutabilis maneat. Undique polline albo obducitur. Ora ſuperior integra & levis eſt.

10. LICHEN pyxidatus major verrucoſus.
Muſco fungus pyxidatus muralis major & rugoſior H. OXON. III. p. 632. n. 2. PLUKN. *Amalth.* p. 149.
Lichen pyxidatus major rugoſus PETIV. *Muſ.* n. 12. VAILL. T. XXI. f. 7. non bene.

Inter meos ſatis frequentem reperio.
Acetabula lata ad ſex lineas, intus albicantibus verrucis obſita, quae ita augentur, ut totum lichenem intus, & extus obducant. Cruſta folioſa terrea etiam & decolor & durior eſt.

11. LICHEN tubulatus, albus, ut plurimum non ramoſus, ſcaber, receptaculis florum eleganter rufis, criſpis & confertis MICHEL. p. 83. n. 4.

Muſcus

Muſcus alpinus capitulis verrucoſis rubentibus non deſcriptus WAGNER. p. 281. Aut hic eſt aut prolifer ſimillimus hujus.

Muſcus in ericetis proveniens LOESEL. ic. II. p. 243. huc revocatur a MICHELIO. Verum is omnino *Sphagnum* eſt, cum *Gnaphalio* conparetur in editione Teutonica.

Eſt deformatio minoris varietatis Lichenis 9. Undique nempe circa ſuprema acetabula effloreſcunt agmina verrucarum, ſubrubella, cum aliqua braſſicae cauliflorae ſimilitudine. In iis verrucis lentis ope puncta atrorubra copioſa diſtinguuntur, rudimenta quaſi receptaculorum, ut vocat MICHELIUS, florum, qualia ſunt in Coralloideis Lichenibus.

12. LICHEN pyxidatus, verrucoſus, oris carnoſis tumentibus & fuſcis.
& LICHEN pyxidatus verrucoſus, oris carnoſis tumentibus & rubellis.
Lichen pyxidatus major acetabulo fimbriato & tuberculoſo VAILL. T. XI. f. 11.
Sunt varietates alpinae Lichenis 11.
Huc *Lichen pyxidatus acetabulo fimbriato & tuberculoſo* VAILL. T. XXI. f. 10.

13. LICHEN pyxidatus marginibus ſerratis.
Muſco fungus pyxidatus gracilior & levis calycibus ſerratis PLUKNET. *Amalth.* p. 149.
Lichen non ramoſus acetabulis fimbriatis MICHEL. p. 83. n. 13. T. XLI. f. 5.
Lichenoides tubuloſum & pyxidatum marginibus ſerratis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *Syn.* RAI. III. p. 69. n. 30.

Lichen 9. paulo vetuſtior findit labrum acetabuli, ut undique ad modum ſerrae inciſum ſit. Denticulos ſerrae plerumque coronant globuli, aut ſeſſiles, aut pediculati, ut totus circulus eminentis labri coronam Comitis referat.

14. LICHEN pyxidatus acetabulorum oris coccineis & tumentibus.
Lichen circa Andersbergam &c. THAL. p. 73. capitulis miniati coloris.
Lichen pyxidatus rugoſus prolifer & non prolifer, acetabulorum oris coccineis & tumentibus MICHEL. O. VIII. n. 3. cum 17.

Bernae ad ligna putreſcentia.
Serratus margo, ut in 13. ſed globulorum loco funguli majores, etiam lenticulae aequales, coriacei, laetiſſime cinnabarini, ora acetabuli innaſcuntur.

15. LICHEN tubulatus, pyxidatus, prolifer.
Lichen pyxidatus prolifer I. R. H. VAILL. T. XXI. f. 5.
Lichen caule ſimplici, calyce turbinato, centro ſimpliciter prolifero LINN. *Lap.* 431.

Prima haec varietas levis eſt, & ex 9. naſcitur, uti Lichen nonus ex 1. & 3. Caeterum rarius reperitur, raro enim viviparus fit Lichen prius, quam margines ſerrati ſint. Adſurgit nempe ex aliqua parte tumentis orae acetabuli nova pyxis, matri ſimilis, non ſine ſororibus. Hae ſoboles & ipſae foecundae pariunt nova acetabula, ut ad quartam usque contignationem ſibi inſideant pyxides.

16. LICHEN pyxidatus, prolifer, marginibus ſerratis.
Muſcus pyxioides BARREL. ic. 1278. n. 11.
Muſcofungus pyxidatus calice altero alteri innato, „apicibus nonnunquam coccineis„ MORIS III. p. 632. n. 4. S. XV. T. VII. f. 4.
Lichen pyxidatus ramoſus & prolifer receptaculis florum rufeſcentibus MICHEL. p. 82. T. XLI. f. 7.
Et *Lichen pyxidatus Endiviae folio* &c. p. 82. n. 10. T. XLII. f. P. P.
Et *Lichen pyxidatus ramoſus & prolifer medius* id. n. 8. ut videtur.

Altera varietas & vulgatiſſima, naſcitur ex Lichene 13. uti Lichen 16. ex *nono*. Saepe mira foecunditate luxuriat, tum ſororum numero, tum generationum.

17. LICHEN pyxidatus prolifer acetabulorum oris coccineis & tumentibus.
Muſcus pyxioides labellis ſaturate croceis BOCCON. *Muſ. di Piante* p. 142. T. 104.
Muſcofungus pyxidatus calyce altero alteri innato apicibus nonnunquam coccineis HIST. OX. l. c.
Licben pyxidatus acetabulorum oris coccineis & tumentibus I. R. H. VAILL. T. XXI. f. 4.
Muſcus multiformiter pyxidatus acetabulis coccineis PETIV. n. 73.
Lichen pyxidatus rugoſus, prolifer, & non prolifer, acetabulorum oris coccineis & tumentibus MICHEL. p. 82. n. 3. T. XLI. f. 3.

Lichen pyxidatus prolifer acetabulis rudibus & minus cavis receptaculis florum coccineis MICHEL. *ib.* n. 4.
L. (forte) *pyxidatus acetabulorum oris coccineis non tumentibus* SCHEUCHZ. *It.* II. p. 136.

Paſſim & in Hercynia quidem ſylva alpibusque frequentior. Differt a priori 16. uti Lichen 14. a 13.

18. LICHEN pyxidatus acetabulorum oris fuſcis & tumentibus I. R. H. VAILL. MICH. &c.
Lichen circa Andersbergam THAL. p. 73. capitulis atris.
Lichenoides tubuloſum pyxidatum tuberculis fuſconigris, proliferum DILL. *Syn.* III. p. 69. n. 34.

Solo colore differt a priori 17. Is in juniori pallide carneus eſt, in adulto fuſcus.

19. LICHEN pyxidatus prolifer verrucoſus oris tumentibus & nigris.
Muſcus cornucopioides criſtatus BOCCON. *Muſ. di Piante* T. 107. & T. 8. p. 21.

Totus obducitur verrucis & foliis, fungosque per oras majores educit, congener Licheni 12. ſed major & prolifer.

20. LICHEN pyxidatus teres acetabulis minoribus repandis I. R. H. VAILL. p. 115. MICHELI O. VII. n 2. p. 80. T. XLI. f. 2.

Eſt *pyxidati* adultior & ramoſa aetas.
Cruſta & acetabulorum natura eadem. Sed longiora ſunt, & fere cylindrica, cavitate acetabuli fere deleta, Tum vero labrum dilatatum incipit findi, ramosque minari.

21. LICHEN pyxidatus & corniculatus prolifer SCHEUCHZ. *It. Alp.* I. p. 42. T. V. f. 3.
L. pyxidatus & corniculatus prolifer e viridi obſolete luteſcens MICHEL. p. 80. O. VII. n. 1. T. XLI. f. 1.

Eadem eſt in Lichene n. 6. aetas, quae in vulgatiſſimo efficit Lichenem 20.

22. LICHEN pyxidatus & corniculatus, albidus, minor & gracilior MICHEL. O. VII. n. 7. p. 83.
Muſcus corniculatus TABERN. p. 809. I. B. III. p. 767. PANCOV. ic. 16.
Coralloides cornua cervi referens corniculis brevioribus I. R. H. quem ad diverſiſſimam plantam refert MICHELIUS.
Lichenoides tubuloſum cinereum, minus cruſtaceum minuſque ramoſum DILLEN. *Cat. Gieß.* p. 203. *ſyn.* RAI. III. p. 67. n. 17.

Origo ſimillima corniculato vulgari 3. ſed non omnes plantae in acetabula intumeſcunt, earumque plurimae cornua ſua findunt in duos tresve & breves ramos.

23. LICHEN pyxidatus cinereus, anguſtior & elatior corniculis longioribus MICH. T. XLI. f. 3. O. VII. n. 6. p. 83.
Muſcofungus montanus corniculatus HIST. OX. III. p. 632. n. 1. T. VII. f. 1. VAILL. T. XXVI. f. 7.
Lichenoides tubuloſum cinereum ramoſius & cruſtaceum DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 203. *ſynopſ.* RAI. p. 67. n. 18.

Similis priori 22. & forte idem, ſed durior eſt, longitudine cornuum ſuperat, quae biuncialis eſt, & plurima palmatim in ambitum effert. Ad ſeptentrionale latus ſylvulae *Burgdorf Hölzlein* uberrime.

24. LICHEN tubuloſus & verrucoſus ex obſcuro virore flaveſcens, prolifer.

In *Creux du Vent.* Habet ſe ad Lichenem ſextum, uti Lichen 23. ad Lichenem 3. Ampliſſimus, adeoque & ramis inſigniſſimis palmatus eſt.
Cum per hos Lichenes *Pyxidati* conjungantur *Coralloideis*, valde certe incommode cogimur intermiſcere varietates quasdam & adfinitates Pyxidati, quae continuitatem interrumpunt degenerationum. Nam & ipſae, ſed alia via, derivantur a Pyxidatis, & claſſem Coralloideorum inchoant.

25. LICHEN minimus cruſta pyxidati vulgaris, capitulo fungiformi, nigro, ſaepe ramoſo.

Lichen minimus terreſtris, foliis perexiguis, receptaculum florum fuſcis MICHEL. p. 84. O. X. n. 5. T. 42. f. 2.

In ſylva *der Sedelbach*, fere milliaris Germanici diſtantia a Berna.
Loco acetabulorum, ex cruſta glauca, ſimillima expanſioni Lichenis vulgatiſſimi, prodeunt cauliculi breviſſimi quatuor linearum altitudine, alias ſimplices, alias ramoſi, ſed breviſſimis ramulis. Extremas partes cauliculorum terminant magnae fungoſae nigraeque ſpongiolae.

26. LICHEN minimus, cruſta pyxidati vulgaris, corniculo breviſſime ramoſo, terminato fungulis rufis omnium minimis.

In eadem ſylva, in via cooperta, ubi *Lunularia* provenit, ducente ad ſtagnum.
Expanſio cruſtacea a vulgari non differt, ſed cornicula albiſſima projiciunt ramulos acutiſſimos, linea breviores, terminatos rubro florum receptaculo, ad lentem viſibili. Eſt prima, & minima, origo Coralloideorum Lichenum.

27. LICHEN minimus, cruſta tota verrucoſa, cauliculis in fungulos fuſcos terminatis, latioribus, indiviſis.

Verſus *Zweylütſchinen* M. Februario in dejectis lignis.
Cruſta penitus verrucoſa, qualis eſt in *botryoide* SCHEVCHZERI, ut vix agnoſcas vere ramoſum & folioſum eſſe. Cauliculi corniculis latiores, neque tamen pyxidati, verrucoſi, non ramoſi, in fungulos terminantur. A 28. & 29. differt cauliculis craſſis, non ramoſis.

28. LICHEN minimus, cruſta tota verrucoſa, cauliculis ramoſis, in fungulos fuſcos terminatis.

Ligno putrido innaſcebatur, in ſylvula, quae ducit ad *Mercklingen*.
Tota cruſta terrei coloris & verrucoſa, uti 27. Craſſuli cauliculi alti 2. & 4. lineas, & ipſi verrucoſi, palmati, quovis breviſſimo ramulo terminato in conſpicuum, ſature fuſcum, fungulum.

29. LICHEN minimus, cruſta verrucoſa, cauliculis ramoſis, in fungulos fuſcos terminatis.

An *Lichen minimus terreſtris, foliis perexiguis, receptaculis florum rufeſcentibus* MICHEL. O.X. n. 4. T. 42. f. 21? Certe proximus eſt.

In arboribus dejectis vallis *Grindelvvaldenſis* M. Februario.
Cruſta partim ſimilis expanſioni pyxidati Lichenis, partim verrucis obſita. Cauliculi trium quatuorve linearum, albi, leves, palmati, fiſſi in aliquot latos ramos, terminatos magnis fungulis, primo obſolete rubellis, deinde fuſcis. A Lichene 25. differt verrucis, cauliculo magis ramoſo; a 27. cruſta minus verrucoſa, cauliculis levibus & niveis.

ORDO II.

LICHENES CORALLOIDEI. ORD. MICHELI VI.

His cruſta priorum eſt, ramoſus habitus teresque. Plerique florum loco ornantur convexis fungoſis excreſcentiis ramulos ultimos terminantibus.

30. LICHEN pyxidatus ramoſus acetabulis fimbriatis I. R. H. MICHEL. p. 81. O. VII. n. 10.

Muſcofungus gracilior ramoſus calycibus ſerratis HIST. OX. III. p. 632. S. XV. T. 7. f. 6.
Lichenoides pyxidatum cinereum elatius ramulis pyxidatim deſinentibus DILLEN. & *ſynopſ.* RAIAN. p. 69. n. 32.
Huc etiam videtur pertinere *L. pyxidatus & corniculatus ramoſus Alpinus ex fuſco cinereus, pyxidulis crenatis* MICHEL. O. VII. n. 9, T. XLI. f. 5.

In ſubalpinis circa *Interlachen*.
Hic Lichen eſt pyxidatorum proliferorum ultimus, primus vero Coralloideorum. Cruſta lichenis pyxidati eſt, acetabula etiam educit, ſed informia, & co-

ronata apicibus in rubro fuſcos fungulos terminatis. Verum & ex acetabulis, & ex caule praeter acetabula, adſcendunt alii cauliculi ramoſi, Coralloidum ſimiles, quorum ultimi fines ſimiliter ad acutiſſimos angulos finduntur in breviſſimos ſurculos, fungoſis, convexis, tuberculis fuſcis terminatos. Totus albus eſt, & farina conſpergitur.

31. LICHEN coralloides tubuloſus, cinereus, minor, parum ramoſus, receptaculis florum coccineis MICHEL. O. VI. n. 15. p. 80.
Muſcus coralloides apicibus coccineis RAI. *Catal. ſtirp. Brit.* p. 297. *hiſt.* 1. p. 113. PLUKN. &c.
Liebenoides coralliforme apicibus coccineis DILLEN. RAI. *ſynopſ.* p, 68. n. 24.
Lichen caule inordinato ramoſo, ramis in calyces turbinatos margine carnoſos deſinentibus LINN. *Lapon.* n. 436.

I. GESNERUS miſit.
Accedit Coralloidi duriori n. 32, ſed minus ramoſus eſt, ſimplicior, & colore tuberculorum conſpicuo.

32. LICHEN Coralloides tubuloſus, major, montanus, e cinereo viridi rufeſcens; caulibus recurvis, nonnihil folioſis, inordinate diſpoſitis, receptaculis florum craſſioribus rufeſcentibus MICHEL. O. VI. n. 10. T. XL. f. 5.
Muſcofungus corniculatus major cinereus ramulis latioribus, & fere verrucoſis HIST. OX. III. p. 633. n. 8.
Lichenoides tubuloſum ramoſum, rigidius, majus & craſſius, cinereofuſcum DILLEN. *Cat. Gieß.* p. 203. *ſynopſ.* RAI. p. 67. n. 16. & in *Muſcor. hiſtor.* T. XVI. f. 25.

Circa *Bernam* non infrequens.
Expanſio cruſtacea vulgaris pyxidati. Similia foliola ſparſim adhaerent cauliculis. Ii, creberrimi, in fruticem congeruntur, altitudine 3. & quatuor unciarum, dichotomi. Ex ultimis vero ſurculis plures confertos educunt apices, quibus inſident tubercula dilute carnea, deinde fuſca, fere dimidiam lineam lata, quando matura. Tota planta aſperior eſt reliquis, fragilior, & multo fuſco colore tingitur.

33. LICHEN Coralloides tubuloſus, fuſcus, durior & minor. Icon MICHELI T. XL. lit. D. hunc exprimit.

I. GESNERVS miſit. Uncia humilior eſt. Cruſta lichenis vulgaris, ad ramos etiam aliqua. Ramuli in acutiſſima cornicula diviſi. Forte non ſatis diverſus a 32.

34. LICHEN Coralloides tubuloſus, medius, e cinereo viridans, ramulis erectis, non nihil folioſis, extremitatibus apertis & palmatis, receptaculis florum rufeſcentibus exiguis MICHEL. p. 8. O. VI. n. 12. T. XL. f. 4.

Circa Bernam, in ſylva *Sedelbach.* Interlaci.
Congener eſt 32. duritie ſimilis, & ſtatura & colore. Cruſta folioſa ad caules etiam frequentior eſt. Rami extremi finduntur in multa cornicula, plana, aliquot lineas longa, divergentia, terminata fungulis, dilute rubellis, per maturitatem vero nigris.

35. LICHEN coralloides tubuloſus, alpinus, viridis, minus ramoſus, extremis ramis palmatis.

In M. *Gotthardo* legi.
Durus eſt, & humilis, vix duarum unciarum. Cruſta ad caules omnino nulla. Ramuli ultimi finduntur in digitulos explanatos, quibus modo unum, modo duo inſident tubercula fungoſa, e ſphaericis conpreſſa, minutiſſima, ſpadicea.

36. LICHEN coralloides tubuloſus alpinus, major & durior, ex cinereo vireſcens, cauliculis primariis non nihil conpreſſis, ab imo ad ſummum in ramulorum apicibus receptaculis florum rufis & perexiguis ornatis MICHEL. p. 80. Ord. VI. p. 9.

I. GESNER miſit, in alpibus lectum.
Facies penitus ſingularis eſt. Cauliculi ochroleuci, conpreſſi, ad ſesquilineam lati.

lati. Ramos edunt adeo frequentes, ut inter ramum & ramum cauliculus vix per duas lineas nudus ſit. Horum apices finduntur in ramulos breviſſimos, quibus vix viſibilia receptacula florum imponuntur.

37. LICHEN coralloides tubuloſus, glauco viridis, totus cruſta folioſa tectus.
An *Lichenoides tubuloſum vireſcens ramoſius & folioſum ſummitatibus arcuatis* DILLEN. *ſynopſ.* RAI. p. 67. n, 19.
Coralloides aſpera corniculis brevioribus bifurcatis VAILL. T. VII. f. 7. ſi ſquamae ad cauliculos majores eſſent.

Frequens circa *Bernam.* In ſolitudine *die Eymatte.*
Similis Licheni 34. ſed diverſus, quod humilior ſit, quod inter omnes adfines ſpecies foliacea cruſta ei ſit ad caules uberrima, quod perpetuo ex glauco vireſcat, quod non palmatis demum apicibus finiatur, ſed corniculis longe breviſſimis, in quibus minutiſſimi nigri funguli ſunt.

38. LICHEN Coralloides tubuloſus major ramoſiſſimus, receptaculis florum rufeſcentibus perexiguis MICHEL. Ord. VI. n. I. T. XL. f. I.
Muſcus corallinus ſ. Coralloides montana TABERN. icon p. 810. PETIV. n. 76.
Muſcus Coralloides I. B. III. p. 864.
Coralloides corniculis candidiſſimis I. R. H. VAILL. BOERH. &c.
Lichenoides tubuloſum ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie, candicans DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 202, *Synopſ.* RAIAN. p. 66. n. 14. *Hiſtor. Muſcor.* T. XVI. f. 29.

In myrtilletis circa *Bernam* v. g. prope *Drakau.* In montanis etiam, & in area *Creux du Vent.*
Frutex eſt denſiſſimus, ampliſſimus. Cauliculi molles, albi, quaſi farina obducuntur, aſperitatem tamen in caulibus efficiunt frequentes ſpinulae, ſive breviſſimi ramuli, quales ubique hujus plantae ramos terminant. Nempe rami majuſculi ſubito minutiſſimos aliquot brevesque ſurculos, ſpinarum ſimiles, educunt, tres, quatuorve per aetatem fuſcos. Receptacula ſubrotunda, pallide rubella. Hoc muſco Rangiferi fere paſcuntur. LINN. *flor. Lapon.* n. 437. Inde forte iis animalibus lac pinguiſſimum, & ex eo butyrum ſebi fere odore, caſeus vero copioſiſſimus paratur ID. n. 143.

39. LICHEN Coralloides tubuloſus, albidus, minor & mollior, caulibus crasſioribus, minus ramoſis, receptaculis florum perexiguis, rufeſcentibus MICHEL. O. VI. p. 79. n. 7.
Lichenoides tubuloſum cauliculis mollioribus & craſſioribus minus DILLEN. *ſyn.* III. p. 67. n. 21. Sed icon excitata ex MORISONO diverſiſſima eſt.
Muſcus terreſtris coralloides erectus corniculis rufeſcentibus C. B. *Prodr.* p. 182. n. 11. certo.

In paludoſis M. *Bructeri*; circa *Interlachen* &c.
Plantam meam, fateor, aegre diſtinguo a priori, n. 38. Minor eſt, & ramulis innumerabilibus luxuriat. Spinulis ex caule perpetuo deſtituitur. Adeoque cum dubio non levi ſynonyma addo.

40. LICHEN Coralloides alpinus ramulis teretibus, pallide ſulfureis, in exiliſſimos ramulos ad extremitatem nigricantes & criſpos diviſis.

I. GESNERUS ex alpibus.
Ambigit inter *Coralloideos* & *Uſneas*, non diſſimilis extimis cincinnis *L. capillaceo folio minoris.* Videtur tamen in extremis fuſcisque ramorum bifurcationibus veſtigia quaedam genere receptaculorum.

41. LICHEN coralloides durior, Alpinus, minimus, ramoſiſſimus.
An *Lichen terreſtris atrofuſcus, minor, ramoſior ac rigidior & veluti aculeatus* MICHEL. O. V. n. 18. p. 78.
An *Lichen terreſtris rigidus foliis Eryngii aemulis magis aculeatis minor* BUXBAUM. *plant. Halenſ.* p. 187. cum icone.

I. GESNERUS in alpibus legit.
Exiguus eſt, uncia minor, fuſcus, ſplendens, durus, ex conpreſſo teres, & in ultimis ramulis receptaculis florum nigris ornatur.

PLANTAE APETALAE STAMINIBUS

ORDO III.

LICHENES FRUTICOSI ALII.

ORDO V. MICHELI.

His, plerisque, facies, & diviſio Lichenum Coralloideorum ſimilis eſt, ſed neque cruſtam habent Lichenis pyxidati, neque acetabula, neque fungulos in extremis ramis. Paucis ſcutellae ſunt, plerorumque flores ignorantur.

42. LICHEN fruticoſus alpinus minimus nigerrimus T. II. f. 1.

In altiſſimis rupibus *M. Scheidek.*
Elegantis plantulae denſi ceſpites erant, in roſularum fere morem petris adnati. Cauliculi teretes, vix ſemuncem longi, frequentiſſime divaricantur, & ultimi etiam ramuli duobus brevibus corniculis deſinunt. Color aterrimus & ſplendens, durities fere quae ſpinarum.

43. LICHEN terreſtris anguſtior ramoſiſſimus fuſcus MICHEL. Ord. v. n. 17. p. 78. & VAILLANT. p. 115.

Muſcus corallinus minimus ramoſiſſimus fuſcus PETIV. n. 71.
Lichen montanus fuſcus ramoſiſſimus non tubulatus RAI. *hiſt.* III. p. 21. VAILL. T. XXVI. f. 8. non optime, ſi omnino noſter eſt.
Lichenoides non tubuloſum ramoſiſſimum fruticuli ſpecie rufonigreſcens DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 202. *ſyn.* RAI. III. p. 66. n. 10.
An *Lichen Coralloides aculeatus nigricans* BUXBAUM. *Cent. plant. rar. II.* p. 10. T. V. f. 3. Videtur.

In alpibus non infrequens, ambigit inter *Lichenem Eryngii* folio & Lichenem 41. Cauliculi conpreſſi, inſtar Coralloidum ramoſi, rugoſi, ramulis in ſpinulas minutiſſimas deſinentibus, abſque conſpicuis receptaculis. Color caſtaneus & durities fere, uti in *L. Eryngii folio*, a quo differt, quod orae non ſpinoſae ſint.

44. LICHEN longiſſimus, ex cinereo candicans, rugoſus, mollior, receptaculis florum rufeſcentibus MICHEL. Ord. v. n. 2. T. 39. f. 2.

Muſcus arboreus ramoſus longiſſimus cinereus SCHEUCHZ. *It.* VII. p. 514.
Muſcus arboreus Uſnea officinarum RAI. *hiſt. plant.* p. 114. *ſyn.* III. p. 64. n. 1. &c.
Lichen ramis fili formibus ramoſis pendulis, confertis LINN. *flor. Lapon.* n. 457.

Synonyma veterum incerta ſunt, & eodem jure ad alias Uſneas revocari poſſunt.
In Alpibus repertus eſt cum nigro n. 45.
Diverſiſſimus eſt ab Uſneis ſequentibus, latus, compreſſus, rugis in trunco transverſis notatus, colore fere ochreo pallido.
Uſneas autem vocant „ lichenes teretes, ramoſos, qui ad barbae ſimilitudinem ex ramis arborum areſcentibus dependent.

45. LICHEN capillaceus longiſſimus ſive muſcus arboreus nigricans, Uſnea officinarum MICHEL. O. V. n. 7. p. 77.

Muſcus arboreus capillaceus longiſſimus niger SCHEUCHZ. *It.* VII. p. 513.
Muſcofungus trichoides e nigredine cinereus jubae inſtar ſaxis & lapidibus adnaſcens HIST. OX. III. p. 633. n. 15.
Muſcus corallinus ſaxatilis foeniculaceus PETIV. n. 78. RAI. *ſyn. III.* p. 65. n. 7.

Ex Abietibus, Laricibus, Chamaerrhododendris, &c. pendet in Alpibus & Juraſſo. SCHEUCHZER ex *Gemmio* M. Ego nuper ex *Neunenen.*
Adultus paulatim in atrum colorem abit. Totus teres eſt, absque ſcutellis. Vidi ex atro viridi & cinereo varium.

46. LICHEN cinereus capillaceo folio minor I. R. H. BARREL. ic. 1277. n. IV. MICHEL. Ord. v. n. 13. p. 77. &c.

Muſcus quernus fruticoſus τριχοφυλλον COLVMN. *Ecphr. I.* p. 334. ic. opt.
Muſcus ramoſus TABERN. 807. absque orbiculis.
Et *Muſcus ramoſus floridus* EIUSD. ib. 808. cum orbiculis.

Muſcus

Muſcus arboreus cum orbiculis C. B. ELSH. COMM. HERM. RAI. *ſyn. III.* p. 65. n. 6. bene.

Ubique ex ſudibus, ſepibus & arboribus areſcentibus modo in roſulam connaſcitur, modo barbae in modum pendet. Trunculus teres dividitur in ramos ramoſos innumerabiles, quorum ultimi ſurculi in gracilia & longiuscula cornua finduntur. Saepe totus cauliculus exaſperatur exiguis effloreſcentiis ſeminalibus, ut nodulorum ſeriem exprimat. In hac Uſneae ſpecie frequentes ſunt ſcyphuli florigeri, concolores, leniter excavati, oris undique barbatis. Color cinereus eſt.

47. LICHEN pendulus ramoſus, polline ſeminali luteo undique obductus.
An *Muſcus aureus tenuiſſimus* MERRET. *pin.* p. 79. DILL. *ſyn. III.* p. 65. n. 8? Videtur.

Icon MICHELI T. 53. f. 6. utrumque accedit. I. GESNER. ex alpibus. GAGNEBIN. ex Ilicibus Galliae Narbonenſis.
Accedit Coralloidibus, terete & ramoſo truncnlo, & diviſione in longa cornicula. Sed totus obducitur ſeminibus flavis. Scuta floralia nulla vidi.

48. LICHEN alpinus ramoſus glaucus botryoides SCHEUCHZ. *It.* II. p. 137. T. 19. f. 4. MICHEL. O. V. n. 22. T. 53. f. 7.
Et *Lichen cinereus ſaxatilis racemulis ſeminum undique obductus, receptaculis florum nigricantibus* MICHEL. l. c. n. 20. T. 53. f. 5. judice LINNAEO.
Lichen caule ramoſo ſolido foliolis cruſtaceis tecto LINNAEI. *flor. Lap.* n. 439.

In Alpibus *Speluga, Gemmio, Scheidek* &c.
Terram tegit latis ceſpitibus, ut continua cruſta tartarea verrucoſa videatur, terrei coloris. Sed, diſſolutis ceſpitibus, manifeſto innaſcitur ramoſo Licheni, Coralloidi adfini, tereti, quem innumerabiles ſubrotundae verrucae in racemos congeſtae totum occultant. A Lichenibus 27. 28. differt defectu acetabulorum, & quod ramoſo innaſcatur corniculo, caeterum ſimilis.

49. LICHEN terreſtris minimus fruticoſus cinereus MICHELI p. 78. O. V. n. 23. T. 53. f 8. ubi receptacula deſunt.

Circa Bernam frequens eſt.
Cauliculi terrei coloris quisquiliarum ſpecie innatant muſcis, congeſti in denſos ceſpites. Breves ſint vix 3, 4. linearum, ramoſi, complanati. Interponuntur & lateribus cauliculorum adhaerent copioſiſſima nigra, convexa, ſcutula.

ORDO IV.

LICHENES PULMONARII.

ORDINES MICHELII I. II. 12. 14. 15. 19. 20. 24. 22. 23. 26. 28. 3. 16. 36. 30.

Horum longe uberrima gens eſt. A prioribus Ordinibus II. & III. differunt, quod pene omnes duas diſtinctas ſuperficies oſtendant. Plerumque etiam complanati ſunt, & ſcuta floralia poſſident leniter excavata, peculiaris fungoſaeque carnis, colore a reliqua planta ſaepe diverſo.

50. LICHEN arboreus leucomelanos, ramulis altera parte anthracinis BUXBAUM. *Cent.* II. T. VII. (icones duae bonae) p. 12.
Lichen alpinus cornua cervi referens, ſubtus anthracinus, deſuper cinereus, receptaculis florum amplioribus, intus fuſcis MICHEL. p. 76. T. 38. f. 1.
Muſcus arboreus leucomelanus ramulis altera parte anthracinis PLUKNET. *Almag. Bot.* p. 254. RAI. *hiſt. plant. III.* p. 29.

I. GESNER in alpibus. STAEHELINUS in montibus circa *Homberg* legit.
Cauliculi ad magnos angulos bifurcati, in ceſpites connaſcuntur, ultimis cornubus acutis, longiuſculis. Diverſa vero facies eſt. Alias levis & planior, & inferne albus eſt. Alias villoſus totus ſuperne, inferne anthracinus, abſque ſplendore, & magis teres.

51. LICHEN pulmonarius, mollior, dichotomus, ſuperne cinereus, inferne albus,

bus, receptaculis florum interna parte ferrugineis MICHEL. O. I. n. IX. p. 75. T. 36. f. 3. [exemplar minimum, & noſtris levius.]
Lichen, qui Muſcus arboreus ramoſus VAILL. T. XX. f. 11. bon. ic.
Lichen arboreus albeſcens ſegmentis cornigeris PETIVER *Gazophyl. I.* n. 123. T. 14. f. 6. icon non bona BOERH. &c.
Lichen arborum TABERN. p. 873.
Lichenoides arboreum ramoſum, majus & mollius, colore candicante DILL. *ſyn. III.* p. 75. n. 80.
Lichen cinereus ramoſus verrucoſus VAILL. l. c. f. 12. MICHEL. n. 10. videtur varietas.

Ubique ad arbores fere omnes.
Similior eſt 50. progreſſione dichotoma, brevi, neque in minutas lacinias deſcendente. Facies ſuperna glauca, ſubviridis, lacunata, latior. Superficies inferior alba, levior, anguſtior. Seminales effloreſcentiae in ſuperna facie reticula eminentia faciunt, in oris etiam frequentibus orbiculis erumpunt, in ſuperficie inferiori nullae. Scuta florifera rarius reperiuntur ſubrubella, in mediis ramis ſuperne. Ceſpes denſus rotunditatem ſaepe adfectat.

52. LICHEN cinereus latifolius ramoſus MICHEL. O. I. n. 3. p. 75. VAILL. T. XX. f. 6. bon. ic. I. R. H. BOERH. &c.
Muſcus alter quernus latifolius coralloides COL. *Ecphr. I.* p. 335. *ic.* p. 334.
Muſcofungus arboreus capitulis roſtratis HIST. OXON. III. p. 634. n. 5. S. XV. T. 7. f. 5. ex COL.
Lichenoides arboreum ramoſum anguſtioribus, cinereo virentibus ramulis DILL. *ſyn.* RAI. III. p. 75. n. 81.
β *Muſcus coralloides πλατυδασυφυλλος tuberculis pulverulentis donatus* DOODY apud RAI. *hiſt. III.* p. 29. Eſt varietas ſemine praegnans.

Ad arbores rarior.
A Lichene 51. differt, quod durior ſit, quod cauliculos ſuos ſaepe dilatet, quod in ramos dividatur minutiores, quod utrinque magis concolor ſit, & dilute flaveſcat, quod denique ſcuta ſua, colore totius plantae, tumidioribus marginibus adcuratius finita, ad margines & extremos ramos gerat. Effloreſcentiae ſeminales in orbiculos & ad latera, & in mediis ramis.

53. LICHEN cinereus anguſtior ſcutis in marginibus ſegmentorum VAILL. p. 115.
Lichen pulmonarius atboreus anguſtifolius ſcutis in marginibus foliorum VAILL. T. XX. f. forte 13. 14.
Et *Lichen cinereus anguſtior, ſcutis (potius ſcrobiculis ſeminalibus) in margibus ſegmentorum* MICHEL. O. I. n. 4.
Muſcofungus arborum tenuior, ſcutis in marginibus foliorum donatus HIST. OX. III. p. 634. n. 8.
Lichenoides arboreum ramoſum cinereo vireſcens, ſegmentis anguſtioribus circa margines criſpis DILL. *ſyn. III.* p. 76. n. 84. An ſatis diverſi Lichenes 82. & 83?

Mihi quidem a 52. non videtur ſatis diverſus eſſe. Anguſtiora ſunt foliola, diviſio in ramos valde minutos, uberrimi ad latera orbiculi albi ſeminales, & frequentia etiam ſcuta, uti in 52.

54. LICHEN pulmonarius rufeſcens durior, in amplas lacinias diviſus MICHELI O. I. n. 1. T. 36 f. 1. optime.
Muſcofungus arborum anguſtior peltatus & ſcutellatus H. OX. III. p. 634. S. XV. T. 7. f. 3.
Lichenoides arboreum ramoſum ſcutellatum majus & rigidius colore vireſcente RAI. *ſyn. III.* p. 75. n. 79. ſed conjungit Lichenem 55.

In montanis. STAEHELINUS etiam & GAGNEBIN miſerunt in Jurae M. ſylvis lectam.
Congener eſt priorum 52. 53. utrimque concolor, albicans vel flaveſcens, vel vireſcens. Reticulatus eſt, ſuperne quidem paulo levius, ſed ibi conicis eminentiis paſſim exaſperatur. Inferne eminentes longae & duriſſimae venae ramoſae repunt. Diviſio modica, longe paucioribus ramis, quam priores. Scuta floralia & ad oras & ex mediis foliis levia, leniter excavata, aliquando ampliſſima viſa, & multifida & palmata. Vidi ſcutellas 8. linearum, folia vero duarum unciarum diametro. Effloreſcentiae ſeminales per mediam ramorum planitiem ſparſae, perexiguae.

55. LICHEN pulmonarius, cinereus, mollior, in amplas lacinias diviſus I. R. H. T. 325. MICHEL. O. I. n. 2. GAR. RUPP. BUXB. &c.

Muſco-

Muſcofungus arboreus tenuior ſcutellis vel capitulis cavis H. OX. III. p. 634. n. 4. T. 7. f. 4.

Ad arbores non rarus, pulmonarii Lichenis ſimilitudine. A priori 54. modice differt. Facies & latitudo foliorum ſimilis, caro paulo tenuior. Maxime vero differre videtur ſcutellis uberrime per omnem ſuperficiem ſuperiorem acervatim provenientibus, caeterum ſimilis. Semina ſparſim cum ſcutellis in eadem ſuperficie proveniunt.

56. LICHEN arboreus ſive pulmonaria arborea I. B. MICHELI p. 86. conf. T. 45. f. 1. quae varietas eſſe videtur.

Pulmonaria DORST. 240. b. bon. ic. MATTHIOL. p. 1039. &c.
Lichenoides peltatum arboreum maximum DILL. *ſyn. III.* p. 76. n. 86.
Muſcus Pulmonarius BLAKWALL. T. 336.
Lichen foliis oblongis diviſis ſuperficie reticulata & punctata LINN. *flor. Lapon.* n. 444.

Ubique ad arbores.

Priorem 50. 55. claſſem claudit ampliſſimus, ramoſus, ſed latiſſimis, neque multum diviſis ramis. Facies ſuperior glauca aut varie ex fuſeo pallens, reticulata, lacunata, lineis eminentibus, areolas angulares finientibus, undique percurritur. Ex iis jugis copioſiſſimi orbiculi ſeminales effloreſcunt, & unionum ordines confuſos imitantur. Scuta floralia viſu rariſſima ſunt. Inferior facies pallet, & pro eminentibus lineis depreſſiones habet, inter quas convexae areae eminent. Pro medicamento hectico habetur, ob aliquam cum humano pulmone ſimilitudinem. Sed adſtringit omnino, uti tota fere lichenum claſſis (HOFMANN. *de med. officin.* p. 447.) & exiguo in uſu eſt.

57. LICHEN pulmonarius ſaxatilis fuſcorufus receptaculis florum albidis MICHEL. p. 84. T. 43.

Icon exſtat inter GESNERIANAS CAMER. *Epit.* 783. ad lit. 3.

Lichenoides peltatum & ſaxatile fuſcorufum inferne ſubrubrum DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 783.
Lichenoides ſaxatile fuſcum, peltis in averſa foliorum ſuperficie locatis DILL. RAIAN. *ſyn. III.* p. 77. n. 98.

In rupibus ſylvae *Oſtermundiger-groß holz*, prope Bernam.

Amplis planiſque laciniis dividitur, fine ramorum obtuſe exciſo. Color fuſcus in cinereum aliquando elanguens, inferne albus. Superior facies tota hirta eſt concolore villo, qui ad lentem vitream ſpectatus, fruticoſis, ramoſiſque ſeminum effloreſcentiis fit. Inferior vero facies albo villo aſpera, ſparſa habet receptacula florum, nudo oculo aegre viſibilia, hemiſphaerice excavata, ejuſdem coloris, & ea nota vel ſola facile cognoſcitur.

58. LICHEN pulmonarius, major, inferne obſcurus, deſuper e cinereo vireſcens, receptaculis florum nigricantibus, primum circinatis, deinde teretibus MICHELI O. XII. n. 4. p. 85. T. 44. f. 2.

BARREL. ic. 1278. n. 1.
Lichen pulmonarius ſaxatilis digitatus VAILL. p. 116. T. XXI. f. 18. nimis pictorie.
Lichenoides peltatum terreſtre rufeſcens DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 208. *ſyn. III.* p. 77. n. 88.
Lichen foliis planis, ſubrotundis, lobatis, obtuſis, calyce plano lacinula propria adnata LINN. *flor. Lapon.* n. 441.

Ubique ad radices arbotum, in terra, ad ſaxa, vulgatiſſimus. Eſt ex ampliſſimis totius gentis. Planus eſt, latitudine non modica, progrediendo diviſus, ſed in amplas lacinias, quarum ora obiter, & rotunde inciditur. Color varius, in juniori planta laete viridis, deinde cinereus, tandem, quando exſiccatur, coriaceus rufusque. Tenuis & coriacea, & lacerabilis eſt natura foliorum, levis ſuperne, inferne albidior eſt, & reticulo eminente ſaepiſſime fuſco diſtinguitur, atque ex ejus reticuli jugis frequentiſſimae albae radiculae deſcendunt, terrae infixae. Extremae laciniae, quando tempus adeſt florendi, convolvuntur erectae, digitorumque ſpecie divergunt a plano foliorum, atque in convexitate ſua ſcutula plana, ſature rubra, orbiculata gerunt, ſaepe una cum digito in curvilineum planum flexa. Ea fungoſa ſub-

ſtantia fiunt, non craſſa, quae deradi poteſt, & nudam foliorum membranam relinquit.

59. Multas plantas TOURNEFORTII & MICHELII huc referendas eſſe ſuſpicor, cum colore & diviſione, & floribus, varie ludat.

LICHEN pulmonarius maximus, verrucoſus, ſuperne e cinereo vireſcens, inferne obſcurus, receptaculis florum rubris circinatis MICHEL. O. XII. n. 3. p. 85.
Muſcus pulmonarius corpuſculis fuſcis papillatus LOESEL. p. 172. n. 474.
Lichen pulmonarius digitatus ericetorum, laete vireſcens, nigris punctis notatus RUPP. p. 298.
Lichenoides peltatum terreſtre vireſcens-foliorum ſuperficie verrucoſa DILL. *Cat. Gieſſ* p. 208.

Verrucae concolores ſubrotundae, modo ſolitariae, modo coacervatae per foliorum ſupinam faciem ſparguntur. Reliqua conveniunt, neque vere diverſum eſſe opinor.

60. LICHEN pulmonarius maximus cinereus, inferne albus & niger reticulatus, receptaculis florum rubris, transverſim oblongis MICHEL. p. 83. n. 9.
Lichen pulmonarius fungoides BARREL. ic. 1278. n. 1. hunc Lichenem exprimit.

Juniora ſunt ſpecimina Lichenis 58., & in eadem planta ſcuta transverſa & ſcuta ſemiteretia reperiuntur. Per aetatem enim laciniae floriferae longiores fiunt, & incurvatum ſcutum tamquam unguis ſemitereti digito imponitur. Junior etiam venas inferiores ſpadiceas deſtinctiores habet, adultior, poſtquam a terra receſſit, albus & concolor vel ſubrufus fit. Pollen ſeminalis & ex ambitu peltarum, & in extremis ramulis digitatim diviſis erumpit.

61. LICHEN terreſtris cinereus RAI *hiſt. plant.* p. 117.
Muſcofungus terreſtris latifolius cinereus hepaticae facie H. OXON. III. p. 632. T. 7. f. 1.
Lichenoides peltatum terreſtre cinereum majus foliis diviſis DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 208. *ſyn. III.* p. 76. n. 87.
Lichen foliis planis, ſubrotundis, lobatis, obtuſis, calyce plano ovali, lacinula propria adnato, niveus LINN. *Lap.* n. 442.
Lichen cinereus BLAKWALL. T. 336.

Ad terram, in agris & paſcuis macilentis. Totus tenerior eſt prioribus & minoribus, rotundioribus laciniis. Terrae validius adhaeret. Scuta longe rariora ſunt, quae nunquam ſibi viſa eſſe RAIUS teſtatur. Ad morſum canis rabidi utilis eſt OLDENBURG ad RAIUM *Epiſt. poſth.* p. 110. idque experimentis conprobavit GEORG. DAMPIER. *Phil. tranſ.* n. 237. *Pulvis antilyſſus* officinarum Londinenſium fit ex eo ipſo Lichene & pipere nigro. Doſis una ſcrupulorum IV. SIR HANS SLOANE l. c. conf. MORTIMER in *Phil. Tranſ.* n. 443. p. 319.

62. LICHEN pulmonarius, minimus, inferne albus & niger reticulatus, ſuperne e cinereo vireſcens, receptaculis florum nigricantibus, ad latera oblongis MICHEL. O. 12. n. 12. p 85. T. 44. f. 3. & procul dubio etiam n. 13. p. 86.
An *Lichenoides peltatum terreſtre vireſcens minus & non verrucoſum* DILLEN. *Cat. Gieß.* p. 209?

Elegans ſpecies Lichenis paſſim in cavarum ſemitarum oris adclivibus circa *Bernam* naſcitur v. g. inter *Schlieren* & *Oberſcherli.*

Radiculae omnes colliguntur in unum, breviſſimum pedunculum. Ex eo paulatim inſtar palmae manus dilatatur folium, ſuperne virens, inferne album, nigris lineis reticulatum. Per ambitum deſtincta, ſed plura ſcutula rotunda & nigerrima, leniter excavata, diſponuntur.

63. LICHEN alpinus viridis, ſubtus aurantius, ſcutis magnis nigris planiſſimis.
Lichen foliis ſubrotundis planis, leviſſime inciſis, calycibus orbiculatis, diſco folii adnatis, planis LINN. *Lapon.* n. 443. T. XI. f. 3.

I. GESNERUS miſit lectum in alpibus.

Sequentis 63. ſatis ſimilis eſt colore, in ſicco, dilute fuſco. Inferne conſpicuae venae miniatam ſuperficiem percurrunt. Orbicularia & perampla ſcuta atro ſpadicea, in eodem plano jacent cum foliorum ſuperficie, mediisque ex laciniis enaſcuntur.

LICHEN

64. LICHEN pulmonarius alpinus terreſtris glauco vireſcens, receptaculis florum fuſcis MICHEL. p. 91. o. XXXI. f. 1. T. 52. (bene)

Juxta rivulum, qui ad lapicidinas *Waberenſes* deſcendit, paulo ſuperius: in *M. Utliberg* I. G. Lichenum priorum facies eadem eſt, diviſio obtuſa, rotundis laciniis, ſuperne viret, deinde ſpadiceus fit: inferne terrae arcte adhaeret, albidus. Receptacula florum rotunda, nigra, in ipſâ foliorum ſubſtantia profunde inſculpuntur.

65. LICHEN foliis oblongis laciniatis, marginibus conniventibus ciliaribus LINN. *flor. Lapon.* n. 445.

Icon inter GESNERIANAS exſtat in CAMER *Epit.* p. 783. n. 2.

Muſcus pulmonarius terreſtris ſanguineus BREYN. EPH. NAT. CUR. DEC. I. *ann. III. obſerv.* 289. cum bona icone.
Muſcus Catharcticus BORRICH. *act. Danic.* 1671. *Obſ.* 66. p. 126.
Lichen terreſtris foliis Eryngii BUXBAUM. *Cent. II.* p. 11. T. VI. f. 1. 2. utramque varietatem habet.
Lichenoides rigidum Eryngii folia referens DILL. *ſyn. III.* p. 77. n. 90.
L. pulmonarius minor &c. MICHEL. O. XII. n. 7. p. 85. T. 44. f. 4.

In montanis & alpinis ad terram & ſaxa frequens, per totam Helvetiam.
Folia lata, criſpa, dichotoma, ultimis ramis aliquot denticulis obiter inciſis: Supina facies cava, prona convexa eſſe ſolet, & juxta oram adtracto margine tanquam fimbria finiri. Totus margo ordinatas & perpetuas breves ſpinulas emittit. Color albidus, per varios colores ad purpureum & ſpadiceum usque ſaturum mutabilis. Siccus, & durus eſt, alias latior & planior, alias perangustus, ut aliam faciem induat, Lichenis fere 41. a quo tamen membranea foliorum planitie. & ciliis evidenter differt. Scuta rariſſime conſpiciuntur.
Amariſſimus eſt, vulnerarius, ad fracta conſolidanda utiliſſimus BREYNE l. c. Idem alvum ducit, maxime verno tempore (& junior) BORRICH. aeſtate vero (& per ſenium forte ſiccus) edulis eſt, BORRICH. atque ex eo ſolo in juſcula cocto vitam ſuſtentant Phthiſici LINN. Mutabile certe & polychreſton medicamenti genus.

66. LICHEN pulmonarius, alpinus, cinereus, punctatus T. II. f. 2.
An icon MICHELI T. 54. Ord. XXXVI. inter B. & F. Non recedit.

In alpinis non rarus ad petras v. g. quae trans Arolam ſunt, proxime *Interlachen.*
Criſpis, latis, brevibus, obtuſiſſimis, ſiccis, foliis expanditur. Superne cinereus eſt; & nudo oculo agminibus punctorum notatus adparet, quae ſtigmata totidem ſunt foveolae, in quibus ſingulis papilla fuſca lente vitrea deprehenditur. Inferne levis etiam & obſcure miniatus eſt. (In Bructero M. nuper reperi, punctis in ſcutellas nigerrimas convexas adultis.]

67. LICHEN pulmonarius, querno folio, inferne nigricans, ſuperne cinereus, receptaculis florum ſordide virentibus MICHEL.

I. GESNERUS miſit.
Folia planiſſima, rotundis, neque ramoſis laciniis, ambitu facto lobulis obtuſe bifidis & trifidis, manifeſta cum foliis quernis ſimilitudine. Color albidus, quem cinereum faciunt frequentiſſima ſemina fuſca, quae ad ſpiculorum modum ex omni ſuperficie ſuperiori erumpunt. Receptacula in ſpecimine immatura, alba, vix lentis vitreae ope viſibilia.

68. LICHEN pulmonarius cruſtae modo ſaxis adnaſcens pullus MICH. O. XV. n. 6. p. 87.
Lichen cruſtae modo arboribus adnaſcens olivaceus VAILL. T. XX. f. 8. ic. opt. licet ſeparet MICHELI.
Lichenoides cruſta folioſa ſcutellata pullum DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 206. *ſyn. III.* p. 72. n. 60.

Nihil frequentius in ceraſis.
Planiſſimus eſt, & cortici tenaciter adhaereſcit. Laciniae obtuſae & rotunde inciſae, colore ex olivaceo fuſco. Tota ſuperficies verrucis minimis exaſperatur, &

ipſarum ſcutellarum, quas frequentiſſimas habet, ora exiguis papillulis in ordinem diſpoſitis eleganter aſpera eſt. Papillarum apex perforatus, ſubtus vero totus muſcus anthracinus eſt.

69. LICHEN pulmonarius, arboribus adnaſcens, tenuiter diviſus, inferne nigricans, ſuperne obſcurus, & verrucis perexiguis undique exaſperatus, receptaculis florum concoloribus MICHEL. O. XV. n. 7. p. 87.

An *Lichenoides arboreum & ſaxatile, cruſta folioſa tenui, fuſcovirente, in ſegmenta latiora plerumque diviſa* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 207. *ſynopſ. III.* p. 74. n. 74.

Arboribus pertinaciter adhaeret, rimaſque quercuum alte ſubit, cruſta, quando libera adparet, proxima Licheni 68. colore, diviſione; ſed in juga amat intumeſcere, & vermicularibus lineis criſpari. Undique praeterea obducitur verrucis concoloribus, in acervos congeſtis, & pene continuis. Receptacula difformia, labris valde tumidis, concolora. Violatus aliqua frictione alba vulnera oſtendit. Inferne idem fuſcovirens color eſt, vel nigrior.

70. LICHEN Dioſcoridis & Plinii ſecundus, colore flaveſcente COLUMN. *Ecphraſ.* 1. p. 330. cum bon. ic. p. 331. I. R. H. VAILL. MICH. p. 89. &c.

Lichenoides cruſta folioſa ſcutellata flaveſcente DILLEN. *Cat. Gieß.* p. 206. *ſyn. III.* p. 72. n. 59.

Nihil vulgatius pulchra hac plantula in arborum corticibus, ſaxis &c.
Laminae ſiccae, arctiſſime cortici adnatae, in orbem ſparguntur, atque frequenter aliae alias imbricatae contegunt. Ad extremum ceſpitem liberiora, folia leviter plicata, ambitu rotunde lacinatio deſinunt, lobulis extremis ſerratis & criſpatis. In centro ceſpitis ſcutellae copioſiſſimae congeruntur, ex plano foliorum eminentes, orbiculares, leniter excavatae. Color undique pulchre flavus, in ſcutellis etiam tinctior.

71. LICHEN pulmonarius, ſaxatilis, tenuiter laciniatus, elegantis ſulfurei coloris. SCHEUCHZ. *It.* VII. p. 514. non autem BUXBAUMII *Cent.* II. T. VII. f. 3. qui diverſiſſimus eſt.

Ad ſaxa alpium, in *Gemmio*, *Neunenen*, *Jura M.* &c. lectus.
Facies externa Lichenen 70. imitatur utcumque, fabrica differt. Liberior eſt, & ramoſior, ramis convexis, lacunatis, ſaepe repetita diviſione, extremis lobulis replicatis ſaepe, & obtuſe exciſis. Scutellas & ſemina nulla vidi, ſed puncta quaedam organica in lacunarum jugis. Color variabilis, ochroleucus, ſulfureus, & pulchre flavus.

72. LICHEN alpinus, glaucus, ſquamis craſſis & breviſſimis T. II. f. 3.

Circa *Interlachen* ad petras.
Totus ſquamis fit rotundis, craſſis, inſtar Sedi, ſed duris, imbricatim ſe contegentibus, quae in ceſpites denſos acervatim congeruntur. Color umbrinus eſt, orae magis coeruleae. Semina vero paſſim ex cortice erumpunt albiſſima, & in globoſos acervos confluunt, per exteriora ceſpitis. In centro ceſpitis ſcutellae frequentiores ſunt, planae, nigerrimae, ſubrotundae.

73. LICHEN pulmonarius ſaxis & arboribus adnaſcens, major, inferne nigricans, ſuperne e ſulfureo cinereus, receptaculis florum amplioribus, intus ſordide & obſolete viridibus MICHELI Ord. XX. n. 1. p. 89 T. 48. n. 1.

Lichenoides cruſta folioſa, ex cinereo & luteo vireſcente ſuperne, inferne nigra & levi DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 207. *ſyn. III.* p. 73. n. 62.

Muſcofungus Lichenoides arborum criſpus, cinereus, ſubtus nigricans H. OXON. III. p. 633. n. 4. S. XV. T. VII. f. 4. icon rudior.

Ad ſaxa.
Cruſtas inſtar Lichenum peltatorum efficit ampliſſimas, atque avellenti obſequioſas. Laciniae amplae, ſemunciam latae & ultra, rotundae inciſae, imbricatim ſaepe ſe contegunt. In centro ceſpitis elevatae & criſpae ſunt. Color pallidiſſime luteus, cum terreo colore. Inferne ſpadicea leviſque facies. Semina ſparſa per lacinias in orbiculares & tumidos glomeres. Scuta paſſim ex mediis laciniis, quae adulta nondum vidi.

74. LICHEN pulmonarius inferne obſcurus, deſuper ex glauco ſubvireſcens, receptaculis florum amplioribus ac denſioribus atro fuſcis MICH. O. XX. n. 4. p. 90. T. 48. f. 2.

An *Lichenoides arboreum cinereo virens, tenue & leve ubique, ſcutellis minoribus* DILL. *ſyn. III.* n. 64. p. 73? ſed noſtro magnae ſunt.

In corticibus arborum.

Prioris 73. non diſſimilis eſt. Laciniae tamen paulo minus liberae, color ex ſulfureo magis viridis, ſcuta ſanguinea, puncta demum dubiae naturae paſſim per medias lacinias diſperſa. In iis lente vitrea adparet corpuſculum fungoſum in fovea latens. Scuta ampla ex atro rubentia. Semina concolora, & ex plantae ſuperficie paſſim, & ex tumido margine ſcutorum, exterius proveniunt. Inferior facies atra & levis.

75. LICHEN pulmonarius criſpus, inferne nigerrimus & glaber, ſuperne cinereus, receptaculis florum ſubobſcuris MICHEL. O. XXIV. n. 1. T. 50 f. 1.

Lichen pulmonarius ſaxatilis, cinereus, minor, umbilicis nigricantibus I. R. H. VAILL. T. XXI. f. 12. bon. ic.

Lichen terreſtris cinereus marginibus criſpis BUXBAUM. *plant. Hal.* p. 188.

Nomen DILLENIANUM excitatum ad n. 73. huic Licheni rectius convenit, ſed credendum eſſe MICHELIO viſum eſt, ut qui ex Anglia plantam acceperit. Ad arbores non diſſimilis priorum, laciniis tamen aliquanto magis diviſis, ſolutus & ipſe, ſuperne vireſcens, ſublutens, ſubrufus, purpureus denique ex Jurae ſylvis miſſus a STAEH. Inferne centrum ceſpitis ſcabrum eſt & atrum, inde paulatim & levior, & dilutiori colore ſpadiceus eſt, oris denique exalbidis. Semina partim ex mediis laciniis effloreſcunt glomeratim, partim ex omni margine laciniarum reflexo erumpunt, qua nota facile ſeparatur a 73. & 74. Maturus totus criſpus & pulverulentus eſt, mutata facie, qualem pinxit MICHELI. Scutellas nunquam vidi, quas ait eſſe viſa rariſſimas.

76. LICHEN pulmonarius foliis eleganter diviſis, inferne nigerrimis & cirrhoſis, ſuperne lacunatis & glauocinereis, receptaculus florum fuſco virentibus MICH. O. XXI. n. 1. p. 90. T. 49. f. 1.

Lichenoides cruſta folioſa ſuperne ex cinereo glauca inferne nigra & cirrhoſa ſcutellis nigricantibus DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 206. *ſyn. III.* p. 72. n. 61.

Muſcofungus lichenoides minor cinereus vulgatiſſimus H. OXON. III. p. 634. n. 6. T. 7. f. 6. non bene.

Vulgatiſſimus ad quercus aliaſque arbores.

Facillime dignoſcitur laciniis argutius diſſectis, rimis ſeminalibus laceris & areas intercipientibus, undique teſſellatis, inferna vero facie nigerrimos & frequentes pilos educente. Fragilis praeterea & ſiccior eſt congeneribus. Color ſuperne glaucus vel flaveſcens, vel exalbidus, vidi etiam miniatum.

77. LICHEN pulmonarius ſaxatilis, cinereus, tenuius laciniatus, ſeminibus craſſiſſimis cylindricis.

Ad ſaxa.

Laciniae, quam in prioribus anguſtiores, ramoſiores, magis imbricatae & denſiſſime congeſtae. Centrum ceſpitis copioſiſſimae occupant ſcutellae, ex atro leniter rufae, ora alba. Exteriores vero lacinias ſemina replent, quae peculiari facie craſſa, cylindrica, ramoſa & non ramoſa, inſtar verrucarum eriguntur. Color cinereus, inferne niger.

78. LICHEN pulmonarius vulgatiſſimus, ſuperne albocinereus, inferne nigricans, ſegmentis anguſtis & eleganter diviſis, receptaculis florum nigricantibus MICH. O. XXIII. n. 2. p. 91. T. 43. f. 2. opt.

Lichen Dioſcoridis & Plinii ſecundus colore cinereo COLUMN. *Ecphr. I.* p. 330. ſimilis enim eſt flavo, & cum eo frequentiſſime naſcitur.

Muſcus cruſtae modo arboribus adnaſcens cinereus C. B. &c.

Lichenoides arboreum cruſta folioſa, albo cinerea, tenuiter & eleganter diſſecta ſcutellis nigris DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 207. *ſyn. III.* p. 74. n. 72.

Ubique in corticibus aridioribus arborum.
Laciniae anguſtae, longae, varie inciſae, in roſulas congeſtae, ſaepe imbricatim ſibi incumbentes. Scutellae frequentiſſimae in ceſpitum centro congeſtae planae, ſubcoeruleae ex cinereo ſaturo, per maturitatem vero cavae & obſcuriores. Semina non vidi. Color plantae cinereus, per maturitatem fuſcus, inferne ater. Arctiſſime adhaereſcit.

79. LICHEN pulmonarius arboribus adnaſcens, deſuper cinereus, ſubtus anthracinus, ſegmentis teretibus, tubuloſis, corniculatis, ad extremitates clauſis, receptaculis florum ſubrubentibus MICH. Ord. XXV. n. 1. T. 50. f. 1.
Lichen cruſtae modo arboribus adnaſcens ſubcinereus BUXBAUM. *Act. Petrop. III.* p. 272. T. XIV. f. 1.
Ad arborum cortices vulgaris.
Roſulae & laciniarum diviſio, quae prioris. Sed ora atra parte inferiora conſpicua finitur, & folia omnia cava ſunt, extimis laciniis tumido, atro fuſco margine clauſis. Semina in penicillos albos pediculatos congeſta eriguntur. Superne cinereus, aut dilute fuſcus, inferne niger, & pulverulentus eſt.

80. LICHEN pulmonarius arboribus adnaſcens, deſuper cinereus, ſubtus anthracinus, ſegmentis teretibus, tubuloſis, crebre diviſis, ad extremitates hiantibus, & veluti criſtatis, receptaculis florum rubris MICH. Ord. XXV. n. 2. T. 50. f. 2.
Lichenoides ceratophyllon obtuſum & minus ramoſum DILL. RAI. *ſyn. III.* p. 76. n. 85.
Vulgaris etiam, cum priori, cui facie externa & cavis foliolis & colore & carbonaria ſcabitrie inferioris faciei ſimilis eſt. Sed extremi ramuli tument quidem juniores, & integri ſunt, verum adulti aperiuntur palmati, & cavum interius laciniae retegunt, in ipſa vero hiante ora pollen ſeminalis albiſſimus efloreſcit. Scutellae tumidae, eminentes, rubellae. Aliquando ad molem multo ampliorem augetur, & ad Lichenem 75. accedit, a quo tamen anguſtioribus laciniis, & earum tumente reflexa ora differt. Criſpatur ſenior, totusque pulverulentus fit.

81. LICHEN pulmonarius tubuloſus extremis corniculis croceis.

1. GESNER ſimilem ex alpibus miſit. Bernae naſcitur ad arbores. Similis Lichenis 80. ſed liberior, ſegmentis anguſtioribus teretioribus, minus laciniatus, finibus indiviſis, & in croceum corniculum exeuntibus. Huic ſynonymon DILLENII dictum ad 80. melius convenit.

82. LICHEN pulmonarius tubuloſus alpinus anguſtifolius.

In alpibus legi.
Cum Lichene 80. convenit natura tubuloſa, colore faciei inferioris atro. Sed differt laciniis anguſtiſſimis, earumque extremitatibus, inſtar pedis Elephanti digitatis, palmatis, fuſcis. Semina glomerata in averſa parte folii.

83. LICHEN pulmonarius minimus, tenuiſſime laciniatus, ſeminibus in centro ceſpitis conglomeratis.

Icon MICHEL. T. 51. pro ordine XIX. hunc Lichenem exprimeret, niſi laciniae latiores eſſent.
Medius eſt inter priores 79-82. & ſequentes ciliares. Laciniae denſiſſime congeſtae, imbricatae, anguſtae, convexae & obſcurius tubuloſae videntur. Color cinereus, inferne albus. Radicum ad oras quaedam quaſi imago. In centrum ceſpitis congeruntur ſeminum acervi concolores, qui ad lentem vitream confuſam adgeſtorum ſcopulorum molem imitantur.

84. LICHEN an pulmonarius arboribus adnaſcens, exiguus, inferne albidus, deſuper cinereus, receptaculis florum ſubobſcuris MICHEL. O. XXVI. n. 1. T. 50.

Ad arbores.

A 83., cui ſimilis eſt, differt, quod neque tubuloſus neque ſemitubuloſus ſit. Laciniae magis in roſam diſpoſitae, eleganter inciſae, fibrillas radicales rariores ad latera emittunt. Totus margo laciniarum paulum retortus & criſpus finditur, atque finitur polline ſeminali, tamquam fimbria tumente. Color ex albo cinereus, inferne albidus eſt, & valide adhaeret.

85. LICHEN cinereus arboreus, marginibus fimbriatis VAILL. T. XX. f. 4. I. R. H.
Muſcus alter πλατυπυκνοδασυφυλλον COLUMN. *Ecphr. I.* p. 335. ic. p. 334.
Muſcus arboreus pyxioides piloſus LOESEL. p. 171. ic. 50. bon. ic.
Muſcofungus arboreus cinereus ſcutellatus marginibus piloſis H. OXON. III. p. 634. n. 6. T. 7. f. 6. non bene.
Lichen cinereus arboreus marginibus piloſis major VAILL. p. 115. MICHEL. Ord. XXIIX. n. 2.
Lichenoides arboreum folioſum cinereum, ſcutellis nigris, foliorum extremitatibus hiſpidis & piloſis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 207. *ſynopſ.* RAI. p. 73. n. 67.
Vulgaris ad arbores.
Laciniae inordinatim diviſae, diametro inconſtante, ad latera longos, albosque pilos, in finibus extremis fuſcos, emittunt. Scutellae tumido margine, modo ſubcoeruleae, modo ſpadiceae, per aetatem quaſi pediculatae. Semina per univerſam ſuperficiem ramorum in exiguis glomerulis efflorescunt. Superne dilute cinereus eſt, inferior pars albicat. Idem Lichen per macerationem in aqua, & poſt pluvias intumeſcit, & inferiorem quidem ſuperficiem non mutat, ſuperiorem efficit viridem, tuncque omnino videtur eſſe *Lichenoides foliolis piloſis craſſioribus obſcure virentibus ſcutellis fuſcis* DILL. *Syn.* III. p. 74. n. 68.

86. LICHEN cinereus minor marginibus piloſis VAILL. T. XX. f. 5.
Muſcofungus arboreus cinereus minor, marginibus piloſis H. OX. III. p. 634. n. 9.
An *Lichen cinereus marginibus fimbriatis, tenerior ſine orbiculis* BUXBAUM. *plant. Hal.* p. 190.
Lichenoides ſaxatile, & arboreum, tenerius, foliis piloſis, ſcutellis in adverſa foliorum ſuperficie adparentibus DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 207. *ſyn. III.* p. 74. n. 69.
An 1? an 3? Ordinis XXVIII. Micheliani.
Frequens eſt in arboribus areſcentibus, ſed organa ſeminalia & floralia viſu rariora ſent.
Breviſſimae laciniae non in planum ceſpitem ſpargi ſolent, ſed ex cortice erigi, denſiſſime, & undique, adeoque in diverſis planis diſponi. Oras praeterea ita adtrahunt, ut totae cavae videantur. Pili laterales in extremis laciniis ſunt. Utrinque cinereus eſt. Scutellae obſcurae, oris albis. Semina in glomeres rotundulos ad diviſiones ramorum.

87. LICHEN ad marginem radicatus alpinus, ex coeruleo nigricans, ſcutellis nigerrimis. T. II. f. 4.
Elegans plantula ſaxis alpium adcurate adhaeret, tota fragilis.
Laciniae diverſiſſimae a ciliaribus Lichenibus 84 - 86. Latae enim ſunt, ad ſemuncem, planae, adfines 73. 74. jugis inaequalibus & undatis, parum inciſae, fine rotundo, expanſo, pilis nigris, ex oris undique prodeuntibus. Per medias lacinias ſcutellae orbiculares, explanatae, aterrimae. Inferna facies albicat.

88. LICHEN pulmonarius, ſaxatilis, rimoſus & folioſus, ſubcoeruleus, ſcutellis nigris.
Folia arctiſſime lapidi adhaerent. Cruſta exterior in anguſta ſegmenta laciniatur, interior ceſpes rimoſus & reticulatus eſt, atque in eo ſcutellae nigrae, orbiculares, excavatae congeruntur.

89. LICHEN ſaxatilis ex coeruleo nigricans, criſpus T. II. f. 5.
In ſaxis *der Brükmatte Interlaci.* In ſaxis patriis GESNER.
Facies fere prioris n. 81. & color, ſed lateralibus pilis omnino deſtituitur, laciniae etiam multo tenuiores, ramos in diverſa plana ſpargunt, ut criſpus videatur, ipſo fine latiuſculo. Scutellae ad origines ultimorum ramulorum exſurgunt, leniter excavatae, ex fuſco rubentes.

LI-

90. LICHEN terreſtris membranaceus, mollior, fuſcus, receptaculis florum ſordide rufis perexiguis MICHELI p. 76. Ord. III. T. 38. laciniarum latiſſimas pingit.

An *Noſtoch, qui Lichen terreſtris minimus fuſcus* VAILL. p. 144. & T. XX. f. 15. Videtur.
Muſcofungus terreſtris minor fuſcus, foliis e latitudine crenatis, muſco innaſcens H. OXON. III. p. 632. S. XV. T. 7. f. 4. commode.
Lichenoides ſaxatile tenue rufeſcens DILLEN. p. 77. n. 89.

Inter muſcos ſaxis adhaeret; in ſylva ſupra *Oſterwundingen.* In ſylva *Sedelbach*, haud longe a ſtagno.

Ceſpites efficit latos, muſco intextos. Laciniae concavae plerumque, acute, & breviter inciſae, ramulos ſaepe pilorum ſimilitudine emittunt, colore ex glauco ſubatro. Ita ſe habent in ambitu. Sed in centro ceſpitum tenerrimis, & capillaribus laciniis erigitur in denſiſſimum criſpumque vellus. Inter priores radicatos & Gelatinoſos medius eſt.

91. LICHEN pulmonarius, ſordide albus, laciniatus & criſpus.

In alveo fontis aqua pleni dubiam plantam reperi. Diviſio non diſſimilis Lichenis 89. laciniis acute & difformiter in varia ſegmente inciſis, latis, ad aliquot lineas, papyracea tenuitate. Neque in hoc Lichene organa vidi.

92. LICHEN pulmonarius gelatinoſus, terreſtris, mediae craſſitiei, atrovirens, foliis carinatis, Jacobeae marinae in modum diviſis, receptaculis florum fuſcorubris MICHEL. p 88. Ord. XVI. n. 13.

Fucus fontanus pinguis corniculatus viridis VAILL. T.X. f. 3. Huc MICHELI ſed videtur *Conferva* 2.
Lichenoides gelatinoſum, tenerius laciniatum, ex fuſco purpuraſcens DILLEN. *ſyn. III.* n. 54. p. 72. forte etiam n. 55. ib.

Ad terram minime infrequens v. g. in cava ſemita, qua a pago *Wabern* adſcenditur ad villam *der Spiegel.*

Caro craſſa, tremula, qualis fere Pezizarum eſt, colore plerumque fuſcoviridi, aliquando ſordide rubente. Laciniae longae, ramoſae, ramis porro ramoſis, tenuiter inciſis. Scutellae frequentes atrorubrae, rotundae, excavatae: aliquando ita congeruntur, ut totam plantam tegant, & continuam cruſtam efficiant.

β. In ſubalpinis terreis varietatem vidi, quae a n. 92. elegantiori diviſione differebat, & videtur eſſe LICHEN &c. MICHELI l. c. n. 14.

93. LICHEN (qui Lichenoides terreſtre membranaceum gelatinoſum & fuſcovireſcens criſpum & rugoſum, DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 209.) MICHEL. l. c. n. 10.

Vere locis macilentis ad terram.
A ſequente forte non ſatis diverſus eſt.
Laminae plicatae, undulatae, late terram tegunt, abſque ulla planitie; colore nigerrimo. Poſt pluvias gelatinoſus eſt. Siccus fragiliſſimus fit.

94. LICHEN pulmonarius, membranaceus, gelatinoſus, pullus, in ſegmenta latiora diviſus, receptaculis florum exiguis, obſcure rubris, numeroſiſſimis MICHEL. p. 87. Ord. XVI. n. 1. (forte & plures ſpecies ejusdem ordinis huc pertinent)

Noſtoc nigricans arboribus innaſcens VAILLANT. p. 144.
Lichen gelatinoſus lobatus, craſſior, peltatus RUPP. p. 300. ubi plures ſpecies vix extricabiles.
Lichenoides ſaxatile membranaceum, gelatinoſum, tenue, nigreſcens DILL. *ſyn. III.* p. 72. n. 53.
Lichen arboreus membranaceus nigricans BUXBAUM. *act. Petropol. III.* p. 273. T. XIV. f. 3.

Verno tempore ad aſſeres & arbores frequentiſſimus. Poſt imbres reperiuntur cruſtae peramplae, adfines Licheni 73. aut 74. rotunde diviſae, planae & membranaceae, ſed paſſim in extremis oris tenuiſſime diviſae, ſegmentis criſpis, denſiſſime congeſtis. Color tunc ex atro vireſcit. In imo laminarum concavarum alveo ſcuta eminentia, diſci forma, primo albentia, deinde rubra, frequentia. Aſperitates ſeminales undique effloreſcunt. Haec omnia per ſiccitatem chartae deuſtae ſimillima fiunt. Aliquando criſpa, & tenuiter laciniata fabrica ſola reperitur, absque planioribus laciniis, & videtur eſſe

LI-

LICHEN pulmonarius, gelatinoſus, fuſcus, arboribus adnaſcens, parvus, craſſus & criſpus, receptaculis florum.... MICHELI.

95. LICHEN pulmonarius, gelatinoſus, craſſus, atrovirens, receptaculis florum concoloribus, per ſiccitatem vero fuſcoferrugineis MICHEL. p. 87. Ord. XVI. n. 2.

Ad rupes ſubalpinas, circa *Interlachen.*
Laciniae ampliores, quam in 94. firmiores, inferius glaucae, ſuperius ex obſcuro virentes, ſeminali villo adſperſae. Receptacula plana, ora albente, acetabulo medio atroviridi, per maturitatem atra.

96. LICHEN pulmonarius ſaxatilis, minimus, fulvus, foliis pulpoſis MICHEL. Ord. XXXVI. n. 3. p. 101.

I. GESNERUS in alpibus.

97. LICHEN pulmonarius, terreſtris, ex albo luteus, friabilis, ſcutis fuſcis.

D. HUBER inter *Richenau* & *Curiam.*
Expanſio calcariae naturae, ſed foliata tamen, per humum ſpargitur, ramoſa, rotunde inciſa, alba, laciniis extremis flavis. Frequentia receptacula florum plana, ſature flava, ad initia ramorum. Pertinaciter adhaeret.

98. LICHEN pulmonarius ſaxatilis farinaceus, glaucovireſcens, anguſtioribus ſegmentis, receptaculis florum griſeis MICHEL. O. XXX. n. 6. T. 51. f. 4.

In ſaxis & arboribus.
Ceſpites pertinaciter adhaerent, longe lateque ſparſi. Laciniae modice ramoſae, extremis ramulis inciſis. Color potius ochroleucos, quam quidem glaucus. In medio ceſpite congeſtiſſima ſcuta plana, concolora.

99. LICHEN pulmonarius ſaxatilis farinaceus, luteus, vulgatiſſimus, foliis pulpoſis, receptaculis florum concoloribus MICH. O. XXX. n. 15. p. 95.
An *Lichen pulmonarius ſaxatilis tenuiter laciniatus, elegantis ſulphurei coloris* BUXBAUM. *Centur. II.* p. 12. T. XVII. f. 3. Omnino videtur.

Nihil frequentius ad muros, lapides, calcem.
Ceſpites ſimiles priori, arctiſſime adhaerentes. Laciniae parum ramoſae, ſcutellae in centro ceſpitis numeroſiſſimae, colore altiori. Vetuſtior planta tota cinerea fit. A Lichene 70. diverſiſſimus eſt.

100. LICHEN pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, coloris aurantiaci, foliis magis adpreſſis, receptaculis florum concoloribus MICHEL. O. XXX. n. 14. p. 95.
An *Lichen ſaxatilis leproſus croceus* BUXBAUM. *pl. Halenſ.* p. 187?

In muris & ſaxis montanis. STAEH. etiam miſit *ab dem Kallen.*
Congener priori, ſed diverſus, non colore ſolum aurantio & miniato, ſed foliorum craſſiori atque pulpoſo habitu.

101. LICHEN ſaxatilis undatus, albus.

Ex alpibus.
Ambigit inter cruſtaceos & Pulmonarios. Diſtinguitur rimis & convallibus in inteſtinorum ſimiles lacinias, depreſſas potius, quam inciſas. Concolor albus & calcarius eſt. Scuta non vidi.

102. LICHEN ſaxatilis undatus, albiſſimo villo tectus, ſcutis atris.
An *Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verucoſus, alpinus, molliſſimus, receptaculis florum nigricantibus majoribus, per oras tenuiſſime ſtriatis* MICHEL. Ord. XXXIV. n. 18.

Ad petras *in der Brukmatten* prope *Interlachen.*
Adfinis 113. ad inteſtinorum modum undulatus, duriſſimus, niger, ſed albiſſimo villo tectus. Receptacula ſeſſilia, orbiculata, juniora villo albo teguntur, & ipſa adulta levia fiunt, & fuſca.

103. LICHEN verrucoſus, albus, tenax, ſcutis nigris, ex ſubſtantia excavatis T. II. f. 6.

Bernae & in ſubalpinis circa *Interlachen.*
Expanſio ſingularis, granuloſa, tenax, extremitatibus in ſimplicia, oblonga, foliola eductis, colore albido. Lente vitrea admota adparent verrucae minimae, quae ſaepe albo polline efflorescunt. In ipſa pulpa cruſtae frequentiſſimae orbiculares foveolae excavantur, aterrimae.

ORDO V.

LICHENES CRUSTACEI SCUTIS FLORALIBUS ORNATI.

MICH. ORD. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV.

Differunt a Pulmonariis, quod foliis, ſive lata & terminata lacinia, deſtituantur.

104. LICHEN cruſtaceus muſco plerumque innaſcens, polline cinereo veluti conflatus, receptaculis florum nigris MICHEL. O. XXXIV. n. 41. p. 94.

Supra *Oſtermundigen.*
Priori 103. adfinis eſt. Sed cruſta non folioſa, incertis limitibus per muſcos vaga, ſature cinerea. In ea frequentia ſcuta eminent, plana, atra, limbo albo cincta.

105. LICHEN cruſtaceus ſaxo & humo adnaſcens, niger, ſcutis maximis caſtaneis punctatis T. II. f. 7.

Circa *Interlachen.*
Mera ſcuta ſunt, anguloſa, difformia, varie in diverſa plana inclinata. Color caſtaneus. Plerumque in eodem ſcuto duo aut plura puncta nigerrima. Sub averſa parte pollen albus eſt.

106. LICHEN cruſtaceus, alpinus, lignis putridis adnaſcens, glaucus, receptaculis florum carneis & tumentibus MICHEL. O. XXXIV. n. 38. p. 98.

In Helvetia non infrequens. In M. *Jura* & *Alpibus*, per ſylvas opacas ad arbores putreſcentes. Etiam in Bructero legi.
Cruſta vere glauca, ſubtilis, pulverulenta. Ex ea paſſim vel ſeſſilia, vel leviſſime eminentia ſcuta, Pezizarum ſimilitudine, colore carneo, plana, aut leviſſime excavata.

107, LICHEN cruſtaceus terreſtris, cruſta granuloſa, ex albo ſubcinerea, receptaculis florum rotundis, carneis, pediculo inſidentibus MICHELI Ord. XXXV. p. 100. T. 59.

Fungus granuloſus incarnatus, ſ. non veſcus XXXIII. LOESEL. p. 97. n. CCLV.
Fungelli incarnati coloris minuti Muſco innati MENZEL. *pugill. rarior.* T. VI.
Lichen terreſtris ericetorum, baſi muſcoſa, capitulis fungi formibus carnei coloris RUPP. *flor. Jenenſ.* p. 298. BUXBAUM. *pl. Hal.* &c.
Lichenoides fungiforme cruſta leproſa candida, capitulis & pediculis incarnatis DILLEN. *ſynopſ. III.* p. 70. n. 40. *Cat. Gieſſ.* 205.

Circa Bernam in ſylvis abiegnis copioſe v. g. in ſylva *Grauholz*, in ſemita cava *M. Gurten*, qua adſcenditur ad villam *der Spiegel* ad ſiniſtram &c.
Latiſſime, ad plures paſſus, terram macilentam operit cruſta cinerea, miſta ex majoribus & minoribus, & inviſibilibus demum globulis calcariis. Glebulae majores excreſcunt in pediculos cylindricos, ſubrubellos, quos coronant ſphaerica capitula rubella, dilute roſei coloris, calcaria, Fungoidaſtri ſimillima.

108. LICHEN cruſtaceus terreſtris, cruſta granuloſa, ex albo ſubcinerea, receptaculis florum rotundis, fuſcis, pediculo inſidentibus MICHEL. p. 100. O. XXXV. n. 2.

Lichenoides fungiforme terreſtre capitulis fuſcis DILL. *ſyn. III.* p. 70. n. 39.

Ex alpibus, tum ad viam, quae a villa *Luzern* ducit ad ſtagnum ſylvae *der Sedelbach.*

Priori

Priori n. 107. valde adfinis eſt. Verrucae grandiores, & ſuperficies magis criſpa. Capitula non adeo regularia, variae figurae, fuſca, abſque ſplendore.

109. LICHEN cruſtaceus verrucoſus, candidus, ſcutellis concoloribus.

Ad terram in alpibus I. GESNER. Bernae ad arbores frequens.
Cruſta tenax, tuberculis facta difformibus, quae rimulis ſeparantur. Scuta paſſim ſeſſilia, margine in junioribus tumente. Omnia vel alba, vel ochroleuca.

110. LICHEN cruſtaceus, verrucoſus, candidus, ſcutellis rubris.
Lichen cruſtaceus, farinaceus, arboribus adnaſcens, verrucoſus, candidus, receptaculis florum rufeſcentibus MICHEL. O. XXXIV. n. 2. p. 96.
An non *Lichenoides cruſtaceum & leproſum ſcutellis ſubfuſcis* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 207. *ſyn. III.* n. 45. p. 71.

Ad arbores ubique, tum ad lapides ſabuloſos.
Pleraque cum priori communia habet, ſed ſcutellis differt, quarum margo albus, media cavitas ſordide rufa eſt, atque per maturitatem nigra; adeo vero denſe congeſtae ſunt, ut cruſtam fere contegant.

111. LICHEN cruſtaceus arboribus adnaſcens, ex cinereo albicans, receptaculis florum crebris, ſubfuſcis, limbo albo crenato cinctis MICH. O. XXXIV. n. 29. p. 97.

Satis affinis priori, ſed cruſta tenerior, non verrucoſa. Scutellae creberrimae, primo totae albidae, deinde rubellae, rufae, ſature ſanguineae, nigrae vel flavae etiam, ora vel crenata, vel non crenata, quae eſt Lichen 30. ejuſdem Ord. MICHELI. Ora perpetuo alba eſt.

Varietas vero *lutea* videtur eſſe *Lichenoides cruſtaceum & leproſum, acetabulis majoribus luteis, limbis argenteis* RICHARDS *ſynopſ. III.* p. 71. n. 46.

112. An LICHEN cruſtaceus, ſaxatilis & arboreus, verrucoſus, cinereus, receptaculis florum nigricantibus MICHELI O. XXXIV. n. 8?
Muſcus cruſtaceus ſcutellaris leproſus cinereus PETIV. *Muſ.* p. 79.
Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellare, cinereum DISL. *Cat. Gieſſ.* p. 205. *ſyn. III.* p. 70. n. 42. Icon PLUKNETIANA & nomen RUPPII videntur indicare ſolitaria acetabula. Ergo ſi fida ſunt, a noſtra planta diſſentiunt.

Ad ſaxa, circa *Interlachen.*
Totus verrucoſus, rimoſus, concolor. In areolis rimarum punctum nigrum adparet, atque paulatim dilatatur, donec tota area fiat in unam ſcutellam nigram, margine cinereo.

113. LICHEN cruſtaceus, ſaxis & arboribus adnaſcens, gelatinoſus & verrucoſus, niger, receptaculis florum concoloribus MICHEL. O. XXXIV. n. 43. p. 98.

Ad ligna putrida vere. Huic mollis natura eſt, ex continuis glebulis coacervata, nigri ex fuſco coloris. Receptacula plana, ſature ex rufo ſpadicea. Tota planta ſeminibus ad lentem vitream viſibilibus effloreſcit.

114. LICHEN an cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, ſubobſcurus, receptaculis florum nigris, minoribus & tumentibus MICHEL. O. XXXV. n. 13. p. 96. Non repugnat.

STAEHELINUS miſit, in calce vetuſti muri.
Expanſio cruſtacea tartarea, rimoſa, areis multangulis. Color ſordide terreus, ſcutellae tumentes, nigrae, hemiſphaericae, nudo oculo vix viſibiles.

115. LICHEN cruſtaceus, ſubobſcurus, ſaxatilis, rimoſus, ſcutis peramplis.

Ex alpibus retuli.
Cruſta difformis aſpera, fit verrucis maximis, anguloſis, pulpoſis. Rimoſa eſt, cohaerens tamen & fractu contumax, colore ſordide terreo, qualis eſt in III. Uberrima ſcuta nigra, ſeſſilia, plana, vel leviter excavata, oris albis.

116. LICHEN, an cruſtaceus ſaxatilis minimus, valde rimoſus, rimis & inferiori parte pullus, deſuper, dum recens eſt, luteo viridis, per ſiccitatem fuſcus, receptaculis florum nigris MICH. O. XXXVII. n. 103. T. 15. f. 8. Videtur.

In vetuſto muro legi.
Informis ad oculum cruſta, tuberculoſa, facta verrucis pene piſi magnitudine. In quovis tuberculo, lente vitrea admota, adparent areae polygonae, ſordide cinereae, rimulis circumſcriptae. In earum qualibet microſcopium diſtinguit numeroſa acetabula nigra & minutiſſima.

117. LICHEN cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, rimoſus, & veluti teſſellatus, ex cinereo albicans, vulgatiſſimus, receptaculis florum nigris MICHEL. T. 54. f. 7. p. 103.

Ad lapides ſabuloſos.
Expanſio informis, ex albo cinerea, rimoſa, in polygonas particulas diſtincta. Scyphuli ſeorſim albi, media ſede obſcuriori. Per aetatem forte tota fuſca fiunt. Sed planta ipſa diſtincta eſt.

118. LICHEN cruſtaceus, verrucoſus, alpinus, arboribus adnaſcens, cinereus, receptaculis florum rufeſcentibus MICHEL. Ord. XXXII. p. 95. T. 52. Icon certe convenit.

Ad cortices vetuſtos & lapides, expanſio dura, craſſa, calloſa, rimis conſpicuis diviſa in areas polygonas. Eae rarius leves depreſſiones proferunt, planiſſimas, colore paulo obſcuriori, quam planta reliqua, duas, tres & plures. Cinereus eſt, aut ſubrufus.

119. LICHEN cruſtaceus, ſaxatilis, glaucus, areolis ſolitariis.
Iconem ejus exprimit icon *Lichen Agarici terreſtris ſcutati albi* MICHEL. T. 54. f. 3.

In lapide fiſſili.
Cruſta non continua, ſed ſparſis, licet copioſiſſimis, variae figurae inſulis albeſcentibus fit. In quavis inſula, ſive cruſta perexigua, quinque & ſex receptacula florum microſcopio conſpiciuntur, nigricantia, ut totus Lichen glaucus fiat.

120. LICHEN cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, rimoſus, albus, receptaculis florum nigris.

In lateribus.
Cruſta expanſa, albiſſima, multo tenerior Lichen 114., ut ſolo microſcopio rimas diſtinguas. In ea conſpicua receptacula in centro ceſpitis congeſta, orbicularia, nigerrima.

121. LICHEN cruſtaceus farinaceus, albus, ſcutis ex atro lividis & tumentibus.

Priori 120. ſatis ſimilis, & forte idem. Candidior eſt, evidentius rimoſus. Scuta convexa, colore lapidis fiſſilis tegularis. In lapide ſabuloſo.

122. LICHEN cruſtaceus ſaxatilis, farinaceus, cinereus, ſcutis nigerrimis.

Cruſtae latiſſime per ſaxa expanduntur, vix conſpicuae. Rimae ſolo microſcopio viſibiles ſunt; ſcuta adeo frequentia, ut cruſtam obſcurent, nigra, leniſſime excavata.

123. LICHEN cruſtaceus ſaxatilis, luteus, nigris lineis varius MICHEL. O. XXXIV. n. 19. p. 97.
Lichenoides cruſtaceum, tenuiſſimum, ſegmentis quadratis, flavo & nigro colore eleganter variegatis DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 206.
Lichen cruſtaceus tenuiſſimus, flavo & nigro colore eleganter variegatus BUXBAUM. *plant. Hal.* p. 187.

Ad lapides duriores frequens.
Elegans planta latas cruſtas efficit, pulchre flavas, rimoſas, per aetatem ſubcoeruleas. In iis copioſiſſima ſcuta atra, ſaepe in ramoſas variasque maculas connata, ſaxum varia pictura diſtinguunt.

LI-

124. LICHEN cruſtaceus nigerrimus, receptaculis florum concoloribus, ſeminibus ſature cinereis.

Nigerrima expanſio late lapides obducit. In centro cruſtae receptacula nigra, tumentia, congeſta. Circa haec ſcuta, expanſionis media pars tota cinericio villo effloreſcit.

125. LICHEN cruſtaceus ſaxatilis, niger, papillis maximis flavis.

In lapide fiſſili.
Continua aſpera, & rimoſa cruſta, nigricans. In ea frequentia erumpunt receptacula florum hemiſphaerica, vel acutiora, lapideae fere duritiei, colore ſature flavo, qui aliquando ſpadiceo vitiatur.

126. LICHEN cruſtaceus ſaxatilis farinaceus, ex albo ſubcinereus, receptaculis florum exiguis, concavis & nigricantibus, ac in ſubſtantia lapidis veluti infixis MICHEL. Ord. XXXIV. n. 21. p. 97.

In duriſſimo lapide expanſio non farinoſa, ſed maculae ſimilis, candidiſſima. Per hanc uberrime diſponuntur foveolae, quas replent minimi, & umbilicati ſcyphuli. Eumdem in alpibus rufa expanſione variantem legi.

ORDO VI.

LICHENES SCUTELLIS ORNATI.

CRUSTA PEROBSCURA, VEL NULLA.

In hoc ordine, ſparſo inter MICHELIANOS in ordinibus XXXVI. XXXVII. &c. alias obſcura eſt expanſio, neque radicata, neque ſeparabilis, neque organica, neque conſtans, ſed immaturis ſcutellis aut accidentali polline facta. Alias ſcutellae omnino nudae ſunt, quae claſſis propior eſt *Pezizis*; diverſa duritie, aut lapidea, aut tartarea, aut coriacea.

127. LICHEN non cruſtaceus, ſcutis nigris, in ſubſtantia lapidis infixis.

A priori 126. differt abſentia expanſionis cruſtaceae.

128. LICHEN arboreus niger omnium minimus.

Expanſio inorganica candida, latas per corticem maculas efficit. In ea macula oculus frequentiſſima puncta nigra diſtinguit, quae ſpectata ad lentem objecta validiſſime augentem, replentur nigris anulis, & ſcutellis, ex cortice effloreſcentibus.

129. LICHEN ſubrubellus minimus ſcutis in ſubſtantia lapidis excavatis.

In lapide duriſſimo, propior *Pezizis*.
Cavitates excavantur hemiſphaericae, ttientem lineae latae. Eae alias inanes ſunt, alias replentur anulo calcario, rubello, crenato, & quaſi criſpo. Is anulus excreſcit in ſcutellam excavatam, margine tumente, in roſulae ſpeciem laciniato.

130. LICHEN arboreus ſcutellis flavis nudisque.
An *Lichen cruſtaceus arboribus adnaſcens, ex albo ſubcinereus, receptaculis florum aureis, nudis* MICHEL. O. XXXIV. n. 33. p. 98.

Vulgaris eſt, expanſione omni deſtituitur, & fit meris ſcutellis, planis, luteis aut flavis, ora alba, vel etiam nulla cinctis.

131. LICHEN ſaxatilis, ſcutellis nudis atris.

In ſaxo ſabuloſo.
Scuta nigra, perfecte rotunda, fere plana, limbis albis, frequentia, ſed abſque cruſtacea expanſione.

132. LICHEN ſaxatilis omnium minimus plumbei coloris.

In lapide duriſſimo coloris atro lividi, concolores ſcyphuli, exquiſite formati, hemiſphaerici, nudo oculo aegre conſpicui.

133. LICHEN cruſtaceus ſaxatilis omnium minimus niger.

Lichen, qui candidum murorum colorem viciat REAUMUR. *Mem. de l'Acad. des Scienc.* 1729. p. 259.ſeqq cum ic.

Ad lapides ſabuloſos,qua parte meridiano & occidenti ſoli exponuntur, frequens vicium. Aegre aliquam in hac planta fabricam diſtinguo. Maculae ſunt multarum ſaepe ulnarum, quae nigro colore cinereum lapidem diſtinguunt. Fiunt corpuſculis, aliis rudibus, aliis rotundis, & ad priores Lichenes 126. 127. 128. accedentibus.

134. LICHEN arboreus, nigerrimus, aſper.

In vetuſto & putrido cortice.

Maculae ſunt aſperae, carbonarii atroris, ex glebulis difformiter conicis congeſtis. Hi duo 134. & 133. propiores ſunt cruſtaceis non ſcutatis, ſed ob adfinitatem hic retinui.

135. LICHEN arboreus minimus atrocinereus, villoſus.

Nudo oculo vix diſtinguitur. Sed lente admota eſt copioſa ſocietas globulorum dimidiatorum, ſeſſilium, villoſorum. Ad *Pezizas* accedit.

136. LICHEN cruſta tenuiſſima virente, ſcutis nigris planiſque.

An *Lichen cruſtaceus arboribus adnaſcens, cruſta tenujori, cinereovireſcens, receptaculis florum nigris & tumentibus* MIEHEL. Ord. XXXIV. n. 38?

Hic Lichen in corticibus virgultorum frequentiſſimus, cum aliis, eorundem natalium n. 140. forte una eademque planta fuerit, cujus eſſentia ponitur in ſcutis atris orbicularibus, nudis, ſive cruſta deſtitutis. In re exigui momenti malui diſtinguere, ut ſermo procederet ſui & MICHELII ſimilior, neque una ſpecies ultra modum abundaret varietatibus.

Maculae conſpicuae pulviſculo dilute virente, & ad lentem rimoſo, ac tuberculoſo, fere ellipticae. Scuta frequentia plana, nigra, vix quartam partem lineae lata. Vidi etiam in ligno putrido viridiorem cruſtam, byſſaceam.

137. LICHEN cruſta tenuiſſima cinerea, ſcutellis fuſcis.

A priori 136. differt ſcutorum colore ex violaceo fuſco, limboque albo, qui tamen non perpetuus eſt, & cruſtae colore.

138. LICHEN cruſta verrucoſa, ſcutellis nigerrimis.

Vera cruſta adeſt, ſed, ni fallor, peregrina, neque ad Lichenem pertinens. ſcuta nigerrima convexa.

139. LICHEN cruſta tenuiſſima. ſcutis nigris agminatis.

Adeo tenuis cruſta, ut pene nulla ſit. Frequentes nigerrimae ſcutellae, variae magnitudinis, trientem lineae, latae, quae maximae, leniter excavatae. In Fagis.

140. LICHEN cruſta tenuiſſima, ſcutellis atris rarioribus & amplioribus.

Lichen cruſtaceus, farinaceus, arboribus adnaſcens albus, receptaculis florum rotundis, nigris, & longe diſtantibus MICHEL. O. XXXVI. p. 102. n. 16. T. 54. f. 3.

Albicans tenuis, rimoſa cruſta. Rarae ſcutellae nigrae, planae & excavatae, multo, quam in prioribus, majores.

141. LICHEN cruſta tenuiſſima, ſcutellis nigris convexis

Hemiſphaericae fere ſcutellae, albo polline viſae ſunt, effloruiſſe. Haec princeps eſt a prioribus diverſitas. Hic cum adfinibus ad n. 143. forte eadem etiam planta

planta eſt: ſed diſtinguit MICHELIUS. Naſcuntur ad arborum rimoſos cortices, & a prioribus, a 135. ad 140. differunt ſcutis conicis, turgidusve.

142. LICHEN cruſta nulla, ſcutellis nigris obtuſe conicis.
Lichen cruſtaceus tartaricus arboribus adnaſcens, & veluti deuſtus, receptaculis florum exiguis. mammiformibus MICHEL. O. XXXVII. n. 4. T. 54. f. 4.

Diverſa omnino facies. Denſiſſimo enim agmine, abſque cruſta, proveniunt tubercula hemiſphaericis acutiora, rugoſa, nigra absque ſplendore, punctulo notata.

143. LICHEN cruſta nulla, ſcutellis nigris, obtuſe conicis, apice perforatis.
Lichen cruſtaceus tartaricus arboribus adnaſcens, niger, & veluti deuſtus; receptaculis florum rotundis per ſiccitatem non nihil adpreſſis & umbilicatis MICHEL. l. c. n. 5.

Omnium ſuae gentis maximus, ſolitarius. Reliqua nomen habet.

144. LICHEN cruſta tenuiſſima, niger, bivalvis.

Hunc Lichenem MICHELIUS mirifice in diverſas ſpecies auxit.
Omnibus commune eſt naſci in rimis corticis, ad eam ſedem albiſſimi. Minimas fiſſuras corticis occupat plantula variae figurae, ſemper atra, aſpera, atque per medium longe fiſſa, quae princeps eſt diverſitas a prioribus 140 - 142. Ergo varietas proximae Licheni 143. eſt.

Lichen cruſtaceus tartaricus, arboribus adnaſcens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum unſverſe oblongis & quaſi reniformibus, non intortis, brevibus MICHELI O. XXXVII. n. 7. T. 54. f. 2.

Huic figura ſemiovalis, per medium axin fiſſa, labris fiſſurae retorridis.

145. LICHEN cruſtaceus, tartaricus, corticibus arborum adnaſcens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum transverſim oblongis, conpreſſis, MICHEL. ib. n. 8.
Figura, quam priori planior, & fiſſura minus profunda.

146. LICHEN cruſtaceus tartaricus arboribus adnaſcens, niger, & vetuti deuſtus, receptaculis florum oblongis & intortis MICH. ib. n. 6.
An *Lichenoides cruſta tenuiſſima ſulcis cochleae formibus inſignita* DILL. *ſyn. III.* n. 49. p. 71.

A priori varietate vix differt, niſi quod curvam lineam deſcribat. Et huic & priori accidit, ut conjungantur aliquot plantulae, & figuram anguloſam, varioſque gnomones & Y deſcribant.

147. LICHEN cruſtaceus tartaricus corticibus arborum adnaſcens, cinereus, receptaculus florum ſub cute erumpentibus, nigricantibus, transverſe oblongis, varie divaricatis & conpreſſis MICHEL. O. XXXVII. n. 9. p. 102.
Lichenoides cruſta tenuiſſima peregrinis veluti literis inſcripta DILLEN. *ſyn. III.* p. 71.. n. 48.

Hic a prioribus 144.-146. differt. Planior multo eſt, & minus aſper, deinde ramoſior & polymorphos, cum literarum Sinenſium quadam ſimilitudine, non ex fortuito complexu duarum plantularum, ſed perpetuo ex ipſa rimarum apertura.
Plures varietates perſequi non viſum eſt e re eſſe.

ORDO VII.

LICHENES CRUSTACEI NON SCUTATI.

ORDINIS MICHEL. XXXIV. ALIQUI.

148. LICHEN cruſtaceus, ſaxatilis, verrucoſus, cinereus MICH. O. XXXIV. n. 57. p. 99.

Latis maculis lapides obducit. Circa *Pantingen.*
Verrucae anguloſae, in diverſis planis congeſtae, ſuperficie cinerea, intus albae, calcariae, friabiles. Nulla fabrica floralis, aut ſeminalis.

LI-

149. LICHEN arboreus, verrucoſus, ſordidi coloris.

Verrucae rotundae, intricatae, cohaerentes, in undatam & racemoſam ſpeciem. Organica fabrica nulla. Huc referendus eſt Lichen 118. ſi ſcutis deſtituitur.

150. LICHEN cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus, albus, ſuperficie in acetabulis pulverulentis veluti efflorescente MICH. Ord. XXXIV. n. 54. p. 99.

Lichen cruſtaceus albeſcens ſcutis farinaceis PETIVER. apud MICHEL.

Muſcofungus tartareus albeſcens, rugoſus, farinaceus H. OXON. III. p. 634. n. 11.

Ad arbores frequens, late rimoſum corticem occupat.

Expanſio farinacea, alba, ex glebulis minutiſſimis facta. Seminalis pollen paſſim efloreſcit in penicillorum candidiſſimorum ſpeciem. Aliquando Lichen ipſe rubeſcit, & ſemina cinerea ſunt.

151. LICHEN cruſtaceus, ramoſus, tuberculoſus, cinereus, ſeminibus concoloribus.

Ad arbores vulgaris.

Aſper, rimoſus, tuberculis factus difformibus. Ad lentem vitream adparet conſperſus polline cinereo, & glebulis factus ad foliaceam fabricam accedentibus.

152. LICHEN cruſtaceus, terreſtris, verrucoſus, cinereus.

In ſubalpinis circa *Interlachen.*

Terram & muſcos obducit concinnus Lichen, cruſta lata inaequali, ſed continuo plano, tenax & indiſſolubilis. Glebulae ſubrotundae albae, aut modice cinereae, ſeminibus cinereis paſſim efloreſcunt.

153. LICHEN cruſtaceus ſaxatilis, farinaceus, albus, globulis minutiſſimis undique refertus MICH. O. XXXIV. n. 56. p. 99.

Tenera, mollis, fragilis expanſio terram obducit & muſcos, ex albo ſubcinerea, non fine virore. Lente vitrea admota adparet meris fieri glebulis, quarum plurimae veriſſimae & exquiſitae ſpaerulae ſunt.

154. LICHEN cruſtaceus, terreſtris, farinaceus, friabilis.

A *Byſſis* aegre diſtinguitur, niſi quod ad lentam vitream glebulis potius, quam filamentis fiat. Color albus, ochroleucus, glaucus &c. Ad nudam argillaceam terram primo vere.

155. LICHEN an cruſtaceus ſaxatilis, farinaceus, molliſſimus, e cinereo glaucus, ſeminibus concoloribus undique refertus? MICH. O. XXXIV. n. 67. p. 100.

In terra late expanditur.

Byſſo ſimilis, friabilis, molliſſima cruſta, fit meris glebulis exquiſite farinoſis, absque organica fabrica, niſi quod centra ceſpitum copioſiſſimo & craſſiuſculo villo cinereo efloreſcant.

156. LICHEN byſſaceus terreſtris cinereus.

Byſſus pulverulenta incana farinae inſtar ſtrata, DILLEN. *ſynopſ. III.* p. 56. n. 2.

A priori n. 155. diverſus eſt.

Ad terram humidam. Color e cinereo ſubrubellus. Glebulae non ſeſſiles, neque rotundae, ſed ita elevatae, & a terra recedentes, ut farinae ad modum conprimi & abſtergi poſſint.

157. LICHEN cruſtaceus arboribus adnaſcens, neque rimoſus, neque verrucoſus, candidus, pulviſculo concolore undique adſperſus MICHEL. Ord. XXXIV. n. 62. p. 99. T. 53. f. 4.

Vetuſtarum arborum rimoſum corticem undique obducit, candidiſſimus, paſſim ita efloreſcens, ut detergi poſſit.

LI-

158. LICHEN crustaceus, arboribus adnascens, tenuissimus, pulverulentus, pallide luteus sive ochroleucus MICHEL. Ord. XXXIV. n. 70. p. 100.

Mollior priori, neque adeo efflorescens villoso polline, subluteus.

159. . . . *Viridis* reliqua similis n. 158. ad cortices etiam arborum nascitur.

160. LICHEN an crustaceus, arboribus adnascens, tenuissimus, pulverulentus, ruber MICHEL. Ord. XXXIV. n. 73. p. 100?

A Byssо n. 8. aliaque succulenta plantula adfini diversus, fabrica non organica. Crusta latissima emortua ligna pulcherrimo colore e rubro purpureo pingit. Inter Byssos & Lichenes ambigit. Hae ultimae plantulae, omnium simplicissimae & minimum fabricae organicae habentes, regnum vegetabile terminare, & cum argillis atque terris conjungere videntur.

LICHEN-AGARICUS.

MICHEL. p. 103.

Character est „ cavitas sphaerica, pulvere carbonario plena, quem per exiguum in summa sphaera orificium effundit.

ORDO I.

LICHEN-AGARICI CAULIFERI.

1. LICHEN-AGARICUS nigricans, ligno adnascens, plerumque multifidus, & conpressus, ima parte villosus, superna vero glaber, albidus & pulverulentus MICHEL. p. 104. T. 55. f. 1.

Fungus palmatus, farinaceus, digiti altitudine &c. HOFM. *flor. Altd. syl.*
Fungus lignosus rostratus Antverpiensis BOCCON. *Mus. di Fisica* p. 296. n. 12. & T. ad p. 266. n. 12, pessime.
Fungus ramosus niger conpressus parvus, apicibus albidis RAI. *syn. III.* p. 15. n. 8.
β. *Fungus niger conpressus varie inplexus & divaricatus, ineer lignum & corticem* DOODY *synops.* RAI. III. p. 15. n. 16.
Agaricum nigrum reticulatum conpressum &c. MICHEL. p. 125. n. 20. monente BUXBAUMIO *Act. Petrop. II.* p. 266.

Frequens in dejectis arborum truncus, semiputridis.
Ex radice reptante, conplanata, nigricante, inter corticem & lignum emortuorum truncorum reticulares areas faciente, adscendit subula, sive longissimus, acutusque, conus niger, hirsutus. Eadem paulatim explanatur, ut conpressa sit lataque, & finditur in ramos, uti *Coralloides violaceum platyceros*, obtusos, latos, tenero, subrubello polline conspersos, qui facile avolat. In nigra vero villosaque parte plantulae numerosa puncta sunt, orificia nempe totidem sphaerularum excavatarum, quae retro villosum corticem plantae ponuntur, plenae polline carbonario. Interna dura caro altissima est.

2. LICHEN-AGARICUS terrestris, digitatus, niger, apicibus alborufis, seminibus griseis undique conspersis, radice membranacea, longissima, varie divaricata & implexa MICHEL. p. 104. n. 4. T. 55. f. 5.

An *Agaricus digitatus, niger humilior, & instar corii canis Carchariae exasperatus, quae singula totidem ovata indicant nigerrimi pulveris receptacula* RUPP. p. 306?

In horto meo ad lignum putrescens.

Priori tota fabrica propior, sed teres totus, non in palmas, verum bifurcos & trifurcos ramos fissus, quorum cornua longa sunt & teretia. Apex, ut in specie 1., caesius, levis, polline conspersus.

3. LICHEN-AGARICUS nigricans, cupreſſiformis, ramoſus, & non ramoſus, lignis aridis adnaſcens MICHEL. p. 104. n. 3. T. 55. f. 2.

Facies junioribus ſpeciminibus n. 1. non diſſimilis. Pediculus tamen tenuior piſtillo ſuperiori, quod lente conicum eſt, deinde apicibus pulverulentis deſtituitur. Sphaerulae ſimiles. Scaberrimus eſt, tuberculis rotundis.

4. LICHEN-AGARICUS, (qui Lithophytoides terreſtre, digitatum nigrum MARCHANT. *Mem. de l'Acad. des ſcienc.* 1711. p. 129. &c.) MICHEL. p. 104. n. 2. T. 54. f. 4.

Fungus piperi Aethiopico ſimilis vel digitatus niger MERRET. *pin. rer. Brit.* p. 43. RAI. *ſyn. III.* p. 14. n. 6.

Fungus monſtroſus in Alveario natus EPH. NAT. CUR. Dec. I. Ann. II. Obſ. 54.

Facies hujus plantae valde variabilis eſt. Primo informe tuber eſt, undique ſcabrum, uti 3. una alterave crena notatum. Paulatim excreſcit, finditur, & ſecedit in confertas clavas, ex una radice multas, in univerſum ex cylindricis conicas, ſed varie contractas, & denuo dilatatas, rugoſasve. Aſperrimus eſt, & fabrica convenit cum n. 1. Interior medulla lignoſa & alba.

5. Hypoxylon ſeu excrementum ligni putridi fungoſum MENZEL. *pugill. rar.* T. 6.

Differt a prioribus, adfinior n. 3. ſed diverſus, quod longe craſſioribus & conicis cornubus fiat, & pollinea levi parte deſtituatur. Deinde aſperitate tuberculoſa ſimilior eſt ſpeciei 4. cui etiam lignea interiori albaque medulla convenit, diverſus, quod multicornis ſit. Origo tuberoſa eſt. In hac ſpecie luculentiſſime vidi pollinem ex ſphaerulis ſubcutaneis ſponte effluentem, carbonarium, orbiculos perforatos in charta ſuppoſita depingentem.

ORDO II.

LICHEN-AGARICI CRUSTACEI.

Cum ordine 1. conveniunt, quod ſphaerulae plurimae, uno cortice contineantur. Differunt figura in latum expanſa, habitu acaulo.

6. LICHEN-AGARICUS cruſtaceus, craſſus, bovillum quaſi renem repraeſentans, niger & veluti deuſtus MICHEL. p. 104. T. 54. f. 1.

An *Agaricus fuligineus & aterrimus, vaſtum cavernulatum quemdam inſecti nidum repraeſentans* RUPP. p. 307? Videtur.

Nihil frequentius in dejectarum arborum truncis.

Perpetuo aridus & friabilis reperitur. Fit vero cruſta latiſſima, in planos monticulos intumeſcente, punctata. Punctula ſunt orificia ſphaerarum peramplarum inter ſeptula propria nidulantium, ſub punctato cortice. Eae ſphaerulae polline plenae ſunt. Tota planta inſtar carbonis nigricat.

7. LICHEN-AGARICUS cruſtaceus nigerrimus, ſplendens, foliis innaſcens T. 11. f. 8.

In foliis faginis exeunte M. Octobri.

Tumores unciales, ruditer in globoſa tubercula ſeparati, modice convexi, coriaceae indolis. Diſſecti oſtendunt in parte foliis adhaerente medullam albam tenacem, ex qua ſphaerulae nigrae enaſcuntur, quae tumores cruſtae totius efficiunt.

8. LICHEN-AGARICUS diſciformis, punctatus, nigricans T. 11. f. 9.

In ſiccis virgultis frequens.

Ex ipſo ligno per ruptum corticem erumpunt planiſſimi diſci, orbiculati, diametro fere trium linearum, ex fuſco nigri. Superficies diſci plana tota punctata eſt, punctis ducentibus ad ſubjectas minimas ſphaerulas nigro polline plenas, in albiſſima, & dura, medulla nidulantes.

LI-

f. 1.



f. 2.

f. 3.



f. 4.

f. 5.



f. 6.



f. 7.

f. 8.



C. D. Rollinus Med. C. delin.

f. 9.

f. 10. fc. G. D. Heumann Acad. Götting. Sculptor.

9. LICHEN-AGARICUS bullatus, parvus, ex obſcuro nigricans, ſub cute arborum exſiccatarum erumpens. MICHEL. p. 105. n. 8. T. 54. f. 2.

Ex dejectis truncis arborum frequens.
A priori n. 8. differt convexitate hemiſphaerica cruſtae totius, deinde medulla, in qua receptacula ſphaerica latent, tota fuſca.

10. LICHEN-AGARICUS fragi facie. T. II. f. 10.

In lignis exſiccatis non infrequens.
Ex ligno per corticem erumpunt bullae, alias ſolitariae, alias multa in cruſtam connatae, magnitudine & figura & colore fere Fragi. Nam color quidem ex aurantio ſanguineus eſt, ſuperficies aſpera, verrucis undique adſperſa. Eae perforatae ſunt, & ducunt ad nigras ſphaerulas polline plenas, ſub miniato cortice poſitas. Medulla, in qua ſphaerulae, nigerrima eſt, & inſigniter dura.

ORDO III.

LICHEN-AGARICI SOLITARII.

Hi, & ſi aliquando in unam cruſtam confluunt, nullo tamen communi cortice unquam continentur.

11. LICHEN-AGARICUS cruſtaceus, initio ſubhirſutus, & oleae conditae colore, per ſiccitatem glaber, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum mammiformibus elegantiſſimis MICH. p. 104. o. II. n. 2. T. 55. f. 1.

In cortice arboris putreſcentis, magna agmina late ſparſa reperi. Sunt autem aciculae mediocris capiti aequales, ſordide flavae, villoſae, pluſquam hemiſphaericae. Nucleus ſiccus eſt & carbonarius. Matura planta villum dejicit, & denigratur.

12. LICHEN-AGARICUS ſolitarius omnium minimus.

In cortice virgulti aridi.
Exterius perfecte referebat Lichenes 136. & ſeqq. ſcutellis nigris, planiſque. Sed ſub epidermide copioſas inveni ſphaerulas atras, quarum in ſcutellis externis erant oſcula, vix nudo oculo viſibilia.

13. LICHEN-AGARICUS, acaulos, ceſpitoſus, ruber, in abjectis corticibus innaſcens, receptaculis florum ſphaericis & nitidis MICH. o. 3. n. 3. p. 105.

In mali cortice miſit STAEH.
Per fiſſum corticem erumpebant tumores ſpongioſi, aurantii, roſei, aut adfinium colorum, rotundi aut anguloſi, depreſſi, ex cinereo pulverulento tuberculo nati. Sphaerulas ſeminales non vidi. Icon *Ceratoſpermi* I. MICHEL. T. 56. f. 1. hanc plantam exprimit, & eo etiam nomine miſſa eſt, nondum ſatis mihi perſpecta.

PLANTAE APETALAE STAMINIBUS CONSPICUIS DESTITUTAE

CLASSIS III.

QUIBUS STAMINUM ET SEMINUM ANALOGA CORPUSCULA SUNT

MUSCI.

Muſci a *Lichenibus* & *Marchantiis*, *Marſileisque* differunt caule a foliis diſtincto. Conveniunt autem omnes perpetua vita, & caulibus in terram deſcendentibus, qui in radicum naturam abeunt, & virore poſt plurimos annos ſola aqua reparabili. Muſcis in univerſum & feminina ſemina, & maſculum ſperma in unam capſulam includitur, uti ſolet Lichenibus, cum quibus analogiam in polline ſpermatico dudum vidit DILLENIUS E. N. C. *Cent.* VI. *app.* p. 54. Nondum vero certo novi ullum Muſcum, in quo alteruter ſexus certo diſtinctus eſſet & evidens. Genera conſtituit DILLENIUS, quem eo fidentius ſequor, poſtquam muſcos meos, eos certe, quorum plura ſpecimina poſſidebam eo tempore, cum ſuis contulit, & nominibus meis animadverſiones ſuas addidit.

MUSCI CAPITULO FLORIGERO SESSILI.

LYCOPODIUM DILL. *Cat. Gieſſ. app.* p. 87. *Syn.* RAJ. Ill. p. 107.

Clavae propriae, factae ex glumis diverſae a foliis fabricae. In glumarum alis capſulae bivalves, polline plenae, ſolitariae, non deciduae.

1. LYCOPODIUM caule repente, foliis patulis, pediculis ſpica gemina terminatis LINN. *flor. Lapon.* n. 418. *Hort.* CLIFF. p. 476.
   - *Muſcus terreſtris* TRAGI, MATTH. p. 61. CAMER. *epit.* p. 61. mal. ic. quae, ut & TABERN. ramoſos & trifidos pediculos pingit.
   - *Lycopodium* TABERN. p. 814. DILL. l. c.
   - *Muſcus clavatus procumbens* H. EYCHSTETT. Aeſt. Ord. VIII. T. 12. f. 2.
   - *Muſcus terreſtris ſive Lycopodium* DOD. *pempt.* p. 472.
   - β *Muſcus terreſtris repens, binis clavis folioſis ſe in altum erigentibus* PLUKNET. *Almag.* p. 248. l. 258. T. 47. f. 8. non bene ſeparavit a priori.
   - *Muſcus ſquamoſus an Lycopodium altiſſimum* PLUMIER. *filic. Amer.* p. 144. T. 165. lit. A. Non videtur differre.

In montanis & ſylvoſis Helvetiae abunde. Circa Bernam in ſylva *Burgdorff Hölzlein* magna copia.

Caulis valde repit. Folia inordinata, in pilum tenuem educuntur, ut germina juniora tota mollia & villoſa adpareant. Pediculus floriger aphyllos ſquamis ſolummodo vagis adſperſus, finditur in duas clavas florales, quae juniores leviſſimae ſunt, ſquamis tunc imbricatim ſe contingentibus, adultae hiſpidae fiunt patentibus ſquamis, clavam explicantibus. Capſulae cordatae ſunt. Pulvis molliſſimus ex particulis planiſſimis (HAMBERGER *Phyſic.* T. III. f. 25.), in flamma ardet, (E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* I. *Obſ.* 51.) neque mirum, cum cera, quae flammam alit, unice ſit pollen ſpermaticus variarum plantarum. Eo ad infantum intertrigines, ad papillarum fiſſuras, vulgo in Helvetia utimur. conf. E. N. C. *Cent.* X. *Obſ.* 34. Sed eadem vis emolliens etiam in Nephritide

de olim probata eſt c. GESNERO *Epiſt. Med.* p. 92. & in Iſchuria b. WEDELIO *Eph. Nat. Cur. Dec.* l. *Ann.* lll. *Obſ.* 12. in dyſenteria vero SEBIZIO ad TRAGUM, in torminibus puerorum GARMANNO in EPHEM. l. c. Ad plicam ſpecifica vis laudatur BERNITZIO *Eph. Nat. Cur. Dec.* l. *Ann.* ll. *Obſ.* 52. ERNDTELIO *Virid.* p. 71. Vis iſta mitigans & anodyna procul dubio a mechanica figura particularum oritur, unico, quod ſciam, exemplo virium medicarum per mechanica principia evidentiſſime explicatarum.

2. LYCOPODIUM caule erecto ſpica glabra terminato LINN. *Lapon.* n. 419.

Muſcus terreſtris foliis retro reflexis I. B. III. p. 767. PLUKNET. &c.
Muſcus terreſtris foliis tenuioribus peculiaris, & Selago Plinii JUNGERMANNI apud HOFMAN. *delic. Altd.*
Muſcus clavatus Juniperinis foliis reflexis, clavis ſingularibus ſine pediculis H. OXON. III. p. 624. S. XV. T. 3. beue.
Lycopodium elatius Juniperinum clavis ſingularibus ſine pediculis nondum deſcriptum RAI. *ſyn. III.* p. 107. n. 2.

Circa ſtagnum in ſylva *Sedelbach*, milliaris Germanici ab urbe Berna diſtantia. In *Bructero* M.

Manifeſte differt. Caules repentes, ſed rami erecti. Folia ad caulem adpreſſa, ut polygonum faciant, inde recedentia in planam, accutiſſimam laminam, rigentem, quae junior acutum, deinde rectum, denique obtuſum cum progrediente ramo angulum facit. Pilis omnino deſtituuntur. Clavae ex ſimilibus & imbricatis latioribus glumis, abſque pediculis, leviores fere, quam in vulgari *Lycopodio.*

3. LYCOPODIUM caule repente ramis tetragonis LINN. *flor. Lapon.* n. 417. T. XI. f. 6.
Muſcus terreſtris, cupreſſinus, nanus, ſtirienſis SCHEUCHZ. *It. I.* p. 43. [non autem BOCCONI qui eſt Sphagnum 5.]

Abunde in deſcenſu M. *Scheidek*, verſus mapalia *im Schwarzwald.* In adſcenſu ad verticem M. *Joch.* SCHEUCHZER.

Caules longe repentes, valde ramoſi, erigunt ramos confertos, breves, duarum fere unciarum. Eos totos abſcondunt folia quadruplici ordine congeſta, ovalia, acuta, craſſula, dura, glumarum more cava. Suprema vero folia laxiora majora, molliora, clavam efficiunt, ibique capſulae hilo exciſae, ſolitariae ponuntur, uti in *Lycopodio.* Planta adulta tota flaveſcit.

LYCOPODIOIDES.

DILL. *ſyn.* III. p. 108.

Capſulae polline plenae ad unum folium plures. Reliqua *Lycopodii.*

1. LYCOPODIOIDES foliis ellipticis alterne majoribus.

Muſcus terreſtris Luſitanicus CLUS. *hiſp.* p. 396. *Hiſt. CCXLIX.*
Muſcus terreſtris minor alter DOD. p. 473.
Muſcus repens foliolis alternis, ſubrotundis, per ſiccitatem falcatis MORIS. H. OXON. III. p. 626. n. 34. T. VI. f. 34. bene.
β In herbario C. B. Jungermania cum nomine M. *denticulati minoris* conſervatur.
Muſcus terreſtris minor DOD. p. 473. dubitari poteſt annon ſit Hypni ſpecies. Dicit enim in Belgio naſci.
Muſcus denticulatus major C. B. &c.
Muſcus pulcher parvus repens I. B. III. p. 765. CHABR. ERNDL. &c.
Lycopodium parvum Herniariae folio BUXBAUM. *Centur. III.* p. 39. T. LXIX. f. 1. ſimillimum eſt.

In adſcenſu prope *Teufelsbrück* uberrime. In pratis circa *Vettis* D. HUBER.

Pulchra plantula repit ramoſiſſima, lucido virore, cui rubor in partibus, quae humo propiores ſunt, frequenter miſcetur. Folia uti in Jungermanniis, alterna-

ta, diverſarum magnitudinem, ut majoribus duo minorum foliorum ordines interponantur, elliptica omnia, nervo medio diviſa. Capſulae ex rotundis acuminatae in clavis, quas folia faciunt, rariora quam in caule ponuntur, in latiorem habitum patentia.

SELAGO.

DILL. *ſyn.* III. p. 150.

Capſulae, ut in *Lycopodio*, ſed in foliorum alis, abſque clavae effigie, aut diverſitate foliorum ſuperiorum ab infimis.

262 1. SELAGO foliis & facie abjetis RUPP. *flor. Jen.* p. 330. DILL. *ſyn.* III. p. 106.

Selago tertia THAL. *ſylv. Hercyn.* p. 116.
Muſcus erectus ramoſus, ſaturate viridis C. B. LOESEL. AMBROS. &c.
Muſcus terreſtris rectus I. B. III. 767.
Selago tertia THALII BREYN. EPH. NAT. CUR. Dec. I. Ann. IV. V. Obſ. 149. cum bona icone.
Muſeus terreſtris abieti formis RAI. *hiſt.* p. 121. H. OXON. III. p. 624. S. XV. T. 5. f. 9. PLUKN. SIBB. &c.
Muſcus terreſtris SCHEUCHZ. *It. I.* p. 44. T. VI. f. 2. ubi floſculos, neſcio quos, deſcribit.
β *Muſcus polyſpermos* MERRET. *pin. rer. Brit.* p. 79. ex ſynonymo PLUKNETI.
Muſcus terreſtris erectus minor polyſpermos PLUKN. *Almag.* p. 247. l. 257, T. 47. f. 7. H. OX. III. p. 624. n. 10. S. XV. T. 5. f. 10.
Muſcus ſquamoſus erectus polyſpermos I. R. H. Haec ſynonyma ad *Selaginoides* refert DILLENUS, ſed icones demonſtrant, huc eſſe referenda.

In adſcenſu *Gotthardi* M. in ipſo monte, ubi I. B. olim lectum eſt, in *Grimſula*, *Albula* &c. & ubique per Alpes; circa *Vettis* D. HUBER; in *Jugo* & *Fracto M.* SCH. C. GESNER inventor in *Engadina* inferiore.

Caules repentes erigunt ramos breves, ſed craſſiſſimos. Folia nempe inordinata, ſed uberrime naſcentia, firma, hinc cava, inde eminente dorſo, acuto, & brevi mucrone, caules totos teretes efficiunt. Eadem vero per aetatem reflectuntur, laxantur, faciem plantae mutant (β). Capſulae reniformes ſolitariae, copioſae, in alis foliorum.

Emeticum eſſe & purgatorium, & in Caſſubia vulgo eo ſcopo adhiberi BREYNE *Eph. Nat. Cur. Dec. I. Ann. I. Obſ. 149.* WELSCH. in *Mictomimem.* p. 36. & BRESLAVIENSES 1718. M. Febr. 1721. M. April.

SELAGINOIDES.

DILL. *ſyn.* III. p. 106.

A *Selagine* differt capſulis ſpermaticis pluribus. A *Lycopodioide* certe aegre ſeparatur, neque clava eſt obſcuriori, neque recedit facie plantae rotundisque capſulis.

1. SELAGINOIDES foliis ſpinoſis DILL. l. c. T. III. f. 1.

Muſcus terreſtris erectus polyſpermos RAI. *Hiſt.* p. 22.
Muſcus terreſtris repens humilior, tenuiſſimis foliis, clavis folioſis erectis H. OXON. III. p. 621. n. 11. S. XV. T. V. f. 11. ubi folia nimis anguſta, ſpinulae male omiſſae, neque clavae expreſſae ſunt.
Muſcus ſquamoſus repens tenuiſſimis foliis I. R. H.
Muſcus apocarpos ſylvaticus ceſpitoſus, capitulis craſſis virentibus RUPP. p. 283.
Muſcus terreſtris repens clavis ſingularibus folioſis erectis SCHEUCHZ. *It. I.* p. 43. T. VI. f. 1. [quae habitum clavae exprimit] *It. II.* p. 138.
Lycopodium caule repente, ramis ſpica foliis patula inſtructis LINN. *flor. Lapon.* n. 421.

Elegans plantula abunde provenit in omnibus pratis alpinis. In M. *Scheidek*, *Neunenen*, &c. SCHEUCHZER circa *coenobium Piperinum*, & in Rhaetia. In Jura etiam provenit, ut in *Creux du Vent* &c.

Caules

Caules procumbentes, erigunt frequentes ramos, breves, 2. & 3. unciarum. Folia ad caules & ramos multiplici ordine, erecta, ut teretem habitum faciant. Sunt autem cava, longa, acuta, undulata, margine crenato. In ſupremis ramis laxantur, majora fiunt, denticulis conſpectioribus, atque cavitate ad baſin notabili recipiunt fere quaternas rotundas capſulas.

FONTINALIS.

DILL. *ſyn.* III. p. 79.

Capitula non calyptrata, ſeſſilia, per maturitatem diſſilientia DILL.

1. FONTINALIS major foliis triangularibus conplicatis, capitulis in foliorum alis ſeſſilibus DILL. l. c.
Muſcus aquaticus folio expanſo C. B. *Prodr.* p. 152. n. 14.
Fontalis minor lucens I. B. III. p. 779.
Muſcus aquaticus denticulatus LOESEL. *flor. Pruſſ.* p. 173. ic. 53. bene.
Muſcus aquaticus viticulis longis minus ramoſis, lucidis, foliis acutis triangularibus cinctis H. OX. III. p. 626. T. 6. f. 32. (magnum ſpecimen.)
Muſcus ſquamoſus acutiſſimus in aqua naſcens I. R. H. VAILL. p. 140. T. XXXIII. f. 5. MICHEL. T. 59. f. 9. cum fructu (niſi ſit ſpecies 2. DILL.
Muſcus apocarpus aquaticus foliis triangularibus conplicatis, acutiſſimis, in flagellis longis potamogetonis cujuſdam inſtar fluctuantibus RUPP. p. 184. cum deſcriptione characteris.
Muſcus aquaticus terreſtri vulgari ſimilis, ſed minor BUXBAUM. *Centur. III.* p. 39. T. LXIX. f. 2. cum calyptra, ut vocat, hirſuta.

In aquis ſtagnantibus, aut pigris, & ad lapides, quos fluvii exſiccati in vadis relinquunt, ubique.

Caules ad dodrantem & ultra longi, fere purpuraſcunt. Folia valde lata conplicata extrorſum cava, introrſum convexa, multiplici ordine, & imbricatim caulem contegunt, in pilum producta. Ex eorum alis in ſuperiori parte caulium gemmulae folioſae, tenuiſſimae, pene ſeſſiles exeunt, quae dicuntur capſulam continere, ſimillimae certe *Hypnorum* gemmulis.

SPHAGNUM.

DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 229. *ſyn.* RAI. 104.

Capitula, ut ſolent in muſcis, ovata, vel cylindrica, pene ſeſſilia, abſque calyptra, pulverem per denticulatum oſculum ſupremae capſulae emittentia. Prioribus notis a *Bryo* &c. ultima a *Fontinali* diſtinguitur.

ORDO I.

SPHAGNA CAULIFERA.

1. SPHAGNUM cauliferum, ramoſum, paluſtre, molle, candicans, reflexis ramulis, foliis latioribus DILL. *Gieſſ.* p. 229. *ſyn.* RAI. p. 104.
Muſcus ſaxatilis & ſylveſtris TRAG. p. 936. ubi icon exſtat absque capitulis.
Muſcus terreſtris vulgaris DOD. *pempt.* 472. [habet pediculorum rudimenta] LOBEL. VOLC. &c.
Muſcus in Ericetis proveniens LOBEL. ic. II. p. 243. denuo ex habitu.
Muſcus ſaxatilis Ericoides C. B. *Prodr.* p. 151. n. 7. denuo.
Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis PLUKNET. *Almag.* p. 254. T. 101. f. 1. cum capitulis SCHEUCHZER. *It. I.* p. 43. T. V. f. 4. utcunque.
Muſcus paluſtris in ericetis naſcens VAILL. p. 138. T. XXXIII. f. 3. icon opt.
β *Muſcus terreſtris ruber ſeu ſanguineus* HOFM. VOLC. p. 394.
Muſcus ſquamoſus paluſtris ruber BUXBAUM. *plant. Hal.* p. 229.

In paludoſis circa *Bernam* non infrequens: uti v. g. in ericetis, ubi ceſpitem focarium effodiunt, inter *Muri* & *Gumligen*, in udis ad originem rivi *Gaebelbach*.

Denſiſſimis ceſpitibus late terram protegit. Imi caules foliis ſemitabidis veſtiuntur. Ramos autem proferunt copioſiſſimos, breves, conicos, poſt breve tempus reflexos & pendulos. Eos, uti caulem, veſtiunt folia imbricatim ſe con-

contegentia, obtuſe triangularia, cava, multiplici ordine, ut teretitudinem efficiant. Color albus eſt, ſaepe vero rubent (β). In ſuprema planta rami, & ramorum gemmae confertisſimae exſtant, atque congeruntur in aliquam floris radiati inaperti ſpeciem. Ibi ex propriis, conicisque gemmulis, adſcendunt craſſuli pediculi aliquot linearum, apice in diſcum tumente, cui inſidet maximum, ovatum, ferrugineum capitulum, plenum polline ſature ſpadiceo, quem delapſo pulvinato operculo capituli, effundit maturum.

2. SPHAGNUM cauliferum & ramoſum, paluſtre, candicans, reflexis ramulis, foliis anguſtioribus. DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 229. RAI. *Syn.* III. p. 104.

Muſcus terreſtris candidus ramoſus C. B. ex herb.
Muſcus erectus paluſtris albus foliis capillaceis RAI. *hiſt. plant. III.* p. 45.
Muſcus ſquamoſus paluſtris foliis anguſtioribus BUXBAUM *plant. Hal.* p. 229.

Bernae non rarus, in udis ſylvae *Bremgarten*, inter villas *Lenggaſſen* & viam regiam *Arbergenſem.* In *Gotthardo* (& *Bructero*) M. etiam legi.

Pleraque ſimilia, ut varietas videri poſſit, omnia tamen multo graciliora, pediculi florigeri etiam ſtrictiores, duplo longiores, & capitula magis cylindrica.

3. SPHAGNVM cauliferum & ramoſum, foliis criſpis, crebris per caulem capitulis T. III. f. 2.

Muſcus terreſtris major, ramulis conpreſſis ſuperficie criſpis VAILL. p. 129. T. XXVII. f. 4. bon. ic. & deſcr.
An *Muſcus apocarpos arboreus, capitulis inſtar vaginae longioribus* BUXBAUM. *pl. Hal.* p. 229.

Bernae ad arbores frequens.

Inter Muſcos BUXBAUMIANOS a viro Doctiſſimo D. LUDEWIGIO mecum communicatos, pro nova planta notatum reperi. Singularis foliorum undulatorum eſt ſimilitudo cum *Hypno* 31. quod vide. Totus tamen muſcus minor eſt, & ſqualidior plerumque. Ex cauliculis vero frequentes prodeunt gemmulae foliolis factae ſimplicibus, non criſpis. Ex iis eminent ſeſſilia capitula cylindrica, aurantia, operculo acuto, vagina fuſca, calyptrae loco, terminata.

4. SPHAGNUM cauliferum & ramoſum, ſaxatile, hirſutum, & vireſcens, capitulis obſcure rubris DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 229. *Syn.* III. p. 104.

Muſcus apocarpos hirſutus ſaxis adnaſcens capitulis obſcure rubris RAI. *hiſt. III.* p. 40. VAILL. p. 129. T. XXVII. f. 15. BUXBAUM. &c.
Muſcus apocarpos ſaxatilis, capitulis obſcure rubris RUPP. *flor. Jen.* p. 283. Forte nec duo, qui proxime ſequuntur, muſci diverſi ſunt.

Ubique ad ſaxa frequens.

Humilior eſt prioribus, uncialis. Cauliculi valde ramoſi. Foliola, oblonga, anguſta, acuta, in pilum terminata, cauliculos undique tegunt, fuſca fere, praeterquam in novellis ramis, in ſeniori planta tota caneſcunt. Capitula in cauliculis, verſus ſuperiora magis, ſeſſilia ſunt, fere cylindrica, operculo purpureo, in acum educto, ſature rubra, nuda, apice dentato, quando apertus eſt.

5. SPHAGNUM cauliferum & ramoſum, ſaxatile, hirſutum, incanum, capitulis viridibus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 229. *Syn.* III. p. 105.

Muſcus terreſtris cupreſſinus nanus ſtirienſis BOCCON. *Muſ. di Piant.* p. 161. T. 108. certo.
Muſcus capillaris ramoſus apicibus candicantibus SCHEUCHZ. *It. II.* p. 138. *It. VII.* p. 516.

β Junior totus viret, tuncque eſt

Muſcus ſaxatilis tortuoſus & nodoſus I. R. H. VAILL. p. 128. T. XXVII. f. 8.

In ſaxis & ad arbores frequens.

Majoribus, quam prior, ceſpitibus naſcitur, Folia mucrone ſuo a caule magis recedunt latiora, producta in pilum album, qui in ſenio plantae valde conſpicuus fit: reliquum folium ex flavo vireſcit. In vetuſtioribus cauliculis, ad ſupremos ramos, unde novi ſurculi germinabunt, gemmae piloſae ponuntur, ſeſſiles, in quibus medium latet capitulum, ovi figura, aurantium, ora non radiata.

ORDO

ORDO II.

SPHAGNA ACAULA.

6. SPHAGNUM acaulon foliis in bulbi formam congeſtis majus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 230. *Syn.* III. p. 105.
Muſcus trichoides acaulos minor latifolius DOODY apud PETIV. *Muſ.* p. 13. n. 56. RAI. III. p. 39. VAILL. p. 128. T. XXVII. f. 2. bene.
Muſcus apocarpos terreſtris, foliis latiuſculis congeſtis capitula occultantibus RUPP. p. 284. BUXBAUM. *pl. Hal.* 229.

Frequens eſt ad terram, in cavis ſemitis.
Ceſpes bulboſus foliorum expanditur in roſulam, cujus exteriora folia explicantur, interiora erecta connivent. Ea linea longiora, latiuſcula, pallide virent, & deſinunt in breviſſimum pilum. In medio cincta conniventibus foliis latet capſula obtuſe ovata, per maturitatem aurantia. Operculum in acum brevem terminatur. Pellucidam calyptram mihi viſus ſum vidiſſe.

β. SPHAGNUM acaulon foliis in bulbum congeſtis minus DILL. l. c.

Eo nomine ab amicis miſſa eſt plantula, roſam habens ex foliis laete viridibus, rugoſis, expanſis. Intra roſulam gemma foliorum, quam videntur pro globulo ſpermatico habuiſſe. Videtur Bryi initium, quale pinxit MICHELI T. 59. f. 6. nomine *Muſci minoris Aloes folio* &c.

7. SPHAGNUM acaulon maximum foliis in centro ciliaribus (ITER. HELVET. n. 57. & T. 2.) T. III. f. 3.

Frequens eſt Bernae, in ſylva *Bremgarten*, qua ad villam *Drakau* deſcenditur, & in ſemita cava M. *Gurten* ducente ad villam *der Spiegel* &c.
Ceſpes ex tenuibus radiculis provenit. Sunt autem in quavis roſula duorum generum folia. Exteriora laetiſſime virent, plana ſunt, ubique fere aeque lata, abſque mucrone: ea repanda terram tegunt. Interiora recta, triangularia, pallida, nervo fuſco in longiuſculum pilum educto. Intra haec folia capſula eſt, ſacci ex ovato conici figura, plerumque obliqua, ore peranguſto, operculo incurvo, omnium, quos vidi, muſcorum, excepto Polytricho, ampliſſima, per maturitatem e rufo fuſca, polline plena.

8. SPHAGNUM acaulon trichoides DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 229. *Syn.* III. p. 105. n. 6.
Muſcus trichoides minor acaulos capillaceis foliis DOODY apud PETIV. *Muſ. Cent. I.* n. 87. RAI. *Hiſtor. III.* p. 39. VAILL. p. 128. T. XXIX. f. 4. ic. opt.
Muſcus apocarpos, capitulis ſeſſilibus inter foliorum quovis capillo teneriorum ceſpitulos, capitulis primo albis, per maturitatem vero fuſcis rubriſve RUPP. p. 284. tum qui ſequitur, *flavis capitulis.*

Nihil vulgatius ad aggeres foſſarum primo vere.
Ceſpites facit planta minima. Cauliculus erectus educit foliola e luteo laete virentia, longa ad 2. lineas, anguſtiſſima, fine in pili ſpeciem criſpulo, erecto tamen. In centro foliorum capſula nuda ſedet, ex cylindrica ovata, flava, operculo papillari.

HYPNUM.

DILLEN. *Cat. Gieſſ. p. 215. Syn.* III. p. 79. LINNAEI &c.

Capſula operculata & calyptrata, & in ſumma ſeta poſita convenit cum *Bryo* & *Polytricho*: differt, quod ſeta ex medio bulbillo prodeat, quem convoluta foliola efficiunt, deinde quod caules procumbant, atque ramos ſui ſimiles copioſiſſimos educant.
Neſcio, quo modo factum ſit, ut hoc genus inter muſcos, cum omnes difficiles ſint, tamen ſit difficillimum, ut faciliorem omnino veniam mereatur, quicunque in ſynonymis aberraverit.

1. HYPNUM repens triangularibus majoribus & pallidioribus foliis DILLEN. *Cat. Gieſſ.* p. 219. *Syn.* III. p. 80.
Muſcus terreſtris maximus ramoſus, erectior, latioribus foliis & pallidioribus RAI. *Hiſt. III.* p. 43. BUXBAUM. *Cent. IV.* T. XLIII. abſque flore.
Muſcus terreſtris latioribus foliis major ſeu vulgaris H. OXON. III. p. 624. n. 1, TOURN. *aut. de Par.* p. 505.
Muſcus ſquamoſus major ſeu vulgaris I. R. H. VAILL. T. XXVIII. f. 9. opt. GAR. ZANIGH. &c.
Muſcus ramoſus major erectus ſpermophorus VAILL. p. 137. cujus ſemina nonniſi gemmulae ſunt.
Muſcus ſquamoſus major, foliis amplioribus & acutiſſimis TOURN. *aut. de Par.* 510. & I. R. H. denuo.

In ſylvis & pratis muſcoſis a ſole averſis, vulgatiſſimum eſt.
Caules purpurei plurimi, valde ramoſi, inclinati. Ima folia tabida, ſuperiora ex luteo laete cum nitore virentia. Adgeruntur autem denſo & multiplici ordine, & plerumque ad magnos angulos a caule exſtant, ut totus hiſpidus ſit. Lata autem ſunt, & cava, & breviter in pilum ſubtilem extenuantur. Ex ala rami bulbus longiuſculus, educit ſetam firmam ſature purpuream, cui ad angulum rectum breve craſſumque capitulum inſidet, ex flavo fuſcum, operculo brevi, conico, & rubro tectum, ore anguſtiori.

2. HYPNUM repens triangularibus anguſtioribus, potius minoribus foliis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 219. *Syn.* III. p. 80. n. 2.
Muſcus terreſtris latioribus foliis ſeu vulgaris RAI. *Cat. plant. Angl.* p. 208. PETIVER. I. n. 28.
Muſcus terreſtris minor omnium vulgatiſſimus BUXBAUM. *Cent. IV.* T. LXII. f. 1. huic ſimilior eſt.

A priori diverſus eſt, & vulgatiſſimus.
Caules repunt, uti in tertio, ramosque erigunt; folia vero longiora ſunt, & in pilum terminantur notabilem, & a caule minus exſtant. Setae ad terram, prope ortum ramorum, ex longis bulbis, quorum folia reflexa ſunt. Denique operculum conicum eſt abſque acu, os vero dentatum. In hac ſpecie extremi ſurculi ſaepe in acutas caudas conglobantur. In paluſtribusa fluento inclinantur folia & criſpantur.

3. HYPNUM repens breviſſimis foliis, operculo ariſtato.
An *Hypnum repens filicinum triangularibus foliis praelongum* DILL. *ſyn. III.* p. 80. n. 5?

Locus excidit, a STAEH. etiam & GAGN. habeo, ſatis vulgarem muſcum.
Primo ſatis adfinis, habitu exſtante foliorum, quae fere ad angulum rectum a caule recedunt: ſed omnino diverſus eſt. Nam caulis repit ſolosque ramos erigit. Folia pro latitudine breviſſima ſunt, in pilum non producuntur. Setae corallinae. Capſula ſimilis, ſed operculum in longam acum incurvam educitur, qua nota a 1. & 2. facile diſtinguitur. Os denique capſulae margine tumido finitur, neque dentatum eſt.

4. HYPNUM repens, triangularibus anguſtioribus foliis, capſulis tenuibus, curvulis.

In arboribus.
Satis adfine eſt Hypno 2. & 3. maxime vero tertio, cujus teretem habitum, & exſtantia mollia folia imitatur. Sed manifeſto differt capſula multo tenuiori curvula, terminata operculo brevi, conico, obtuſiuſculo.

5. HYPNUM terreſtre criſpis capillaceis foliis.
Muſcus terreſtris minor foliis criſpis BVXBAUM. *Cent. IV.* p. 37. T. LXIII. f. 3.
Valde adcedit ad *Hypnum paluſtre erectum, coma lutea, baſi nigricante* RAJ. *ſyn. III. n.* 21.

Rarior inventu. In ſylva, qua a *Wabern* itur ad villam *Bachthalen* prope Bernam. Miſit etiam GAGNEBIN.
Cauliculi repunt, uti in 2. & 3. Hypno. Facies ad 1. accedit, ſed folia anguſtiora ſunt, & criſpiora, pilo longitudinem folii aequante. Color ubique rubiginoſus. Capitula gracilia, minora quam congenerum, in ſetis uncialibus. Exciderunt, ideoque iconem non dedi.

6. HYPNUM repens trichoides terreſtre luteovirens, vulgare, majus, capitulis erectis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 215. *Syn.* III. n. 23.
Muſcus repens virore ſplendens MERRET. p. 80.

Muſ-

Muſcus terreſtris luteoviridis ſericeus repens RAI. *hiſt. III.* p. 45. HIST. OXON. III. p. 626. S. XV. T. 5. f. 26.
Muſcus muralis repens ſericeus foliis ſplendentibus PETIV. n. 83.
Muſcus arboreus ſplendens ſericeus VAILL. p. 138. & T. XXVII. f. 3. bene.
Muſcus terreſtris vulgaris BUXBAUM. *Cent. IV.* p. 34. T. LXII. f. 1.
Et *Muſcus terreſtris vulgari ſimilis cauliculis craſſis* id. p. 37. T. LXIV. f. 1. non bonae icones.

Ad ligna arboresque vulgatisſimus.
Valde ramoſus eſt, ramulis uncialibus, teretibus, acutis. Folia, quae anguſta videntur, latiuſcula tamen ſunt, ſed apicem in pilum educunt, ramosque adcurate contegunt multiplici ordine. Setae rubellae, tenues, gerunt ovata, latiuſcula, capitula, operculo brevi, pene inviſibilem mucronem emittente. Matura luteo fuſca ſunt. Calyptra alba.

7. HYPNUM repens trichoides terreſtre viridius, minus, capitulis tumidioribus cernuis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 216. *Syn.* III. p. 84. n. 24.
Muſcus terreſtris vulgaris minor adianthi aurei capitulis RAI. *hiſt. III.* p. 43. H. OXON. III. p. 625. n. 3. (non vero BUXBAUM. *Cent. IV.* T. LXII. f. 3.)

Vulgaris, uti prior, & locis etiam ſimilibus provenit: in ipſis etiam aquis, ſimilis priori, viridiſſimus, foliis per aetatem criſpis. Capitula cernua, per aetatem e rufo fuſca, craſſula, curvula. Margo capſulae dentatus eſt, operculum ſimiliter in acutum umbonem terminatur. Calyptra alba, ſplendens. Fateor, me, ex meo certe ſpecimine, non evidenter ſeparare a priori n. 6.

8. HYPNUM repens trichoides terreſtre viridius minus, capitulis cernuis, minus tumidis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 216. *Syn.* III. p. 84. n. 26.
Uſnea ſeu muſcus cranio hamano innatus RAI. *hiſt. I.* p. 122. *III.* p. 43.
Muſcus trichoides terreſtris minimus capitulis recurvis H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 16.

Similibus locis.
Cauliculi paulo ſtrictiores & folia anguſtiora. Setae flavae, quae prioribus rubent. Capſulae olivacei coloris, cernuae, curvulae, multo ſtrictiores, operculo flavo, cujus mucro, quam in prioribus longior eſt.

9. HYPNUM repens terreſtre minimum & breve, capitulis tumidioribus & cernuis DILL. *ſyn.* III. p. 84. n. 25.
Muſcus terreſtris repens parvus, capitulis brevibus tumidis, non nihil incurvis & nutantibus RAI. *Hiſt. III.* p. 45.

Icon VAILL. citata ad 10. huic potius convenit.
Ambigit inter 8. & 10. Folia multo rariora, quam 8., & graciliora, pene capillaria, fere uti 10. Sed capſulae curvulae, craſſae, cernuae, ſetae breves & rubrae. Operculum vero in longam acum educitur, uti in Hypno 3., qua ſola nota a congeneribus evidenter diſtinguitur. Minus etiam ramoſum eſt, ramis breviſſimis.
β Muſcum capſulis longis, ſtrictis, cernuis, foliis craſſioribus, habueram pro Hypno 28. DILLENII. Sed monuit, varietatem eſſe n. 10.

10. HYPNUM repens trichoides, terreſtre, minimum, capitulis majuſculis oblongis erectis. DILL. *Gieſſ.* p. 216. *Syn. III.* p. 85. n. 27.
Muſcus terreſtris omnium minimus capitulis majuſculis oblongis erectis HIST. OXON. III. p. 625. n. 5. f. 14. VAILL. p. 138. T. XXVIII. f. 2. & 6. 7. 8. (pingit autem capſulas nutantes.)
Muſcus terreſtris omnium minimus capitulis majuſculis oblongis RAI. *Hiſt. III.* p. 45.

Diverſiſſimus eſt, in ligno putreſcente, locis humidis frequens v. g. in alveis fontium. Caules longi & ramoſi, magnos ceſpites faciunt; folia in junioribus erecta cauliculos terete ſpecie ambeunt, maturiora recedunt a caule, & patent, qua ſola nota adgnoſcitur, rara, alternata, longa, gracilia, colore ſaepe flavido. Setae praealtae, ima parte corallina, ſuperiori pallente, calyptras gerunt albas, capſulas vero erectas, ortu gracili, deinde cylindricas, ora dentata, operculo acute mucronato.

11. HYPNUM aquaticum fluitans capitulo tenui inclinato.

In ipſis aquis. Longi & ramoſiſſimi cauliculi. Rami teretes fiunt congeſtis, & patentibus foliis, latis, acute mucronatis. Setae uncia breviores gerunt inclinatum cylindricum praetenue capitulum, cujus ora denticulata eſt.

12. HYPNUM erectum aut fluitans aquaticum DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 219. *Syn.* III. p. 82. n. 13.
Muſcus fluitans foliis & flagellis longis tenuibuſque RAI. *Hiſt. III.* p. 45. VAILL. p. 139. T. XXXIII. f. 6. bene.
Muſcus paluſtris valde ramoſus, ſurculis erectioribus, foliolis in tenues & longos mucrones productis RAI. *Hiſt. III.* p. 47. l. 46. BUXB. *Cent. II.* T. 3. f. 3. [cum mirabili confuſione ſynonymorum.
Muſcus paluſtris foliis & flagellis rigidiuſculis ſeminibus in foliorum alis VAILL. T. XXIIX. f. 10. ubi gemmas pro ſeminibus pingere videtur.

STAEH. Baſilea miſit.
Flagella pedalia & longiora. Foliola pallida, triangularia, mucrone in pilum producto, alterna, rariſſima, patentia, ut caulis nudus adpareat. Paſſim ad caulem ex oblongis bulbis ſetae purpurae uncia breviores. Calyptrae albae, capitula ſature fuſca, inclinata, operculis conicis, mucronatis, rubellis.

13. HYPNUM paluſtre erectum ſummitatibus aduncis DILL. *ſyn.* III. n. 15.
Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis foliolis craſſis, obſcure virentibus, mucronibus aduncis unam partem ſpectantibus RAI. *hiſt. III.* p. 47. l. 46. H. OX. III. p. 625. n. 17.

In paludoſis *am Glasbach.* STAEH. etiam Baſilea miſit.
Caules valde ramoſi, ex majoribus. Ramos folia tegunt arcte congeſta, ad unam partem inclinata, ut facies criſpa fiat, dura, viridiſſima. Non vidi capſulas. An a 14. ſatis diverſum?

14. HYPNUM repens paluſtre, foliis triangularibus per caulem expanſis, extremitatibus convolutis & acuminatis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 219. *Syn.* III. n. 14.
Muſcus ſquamoſus paluſtris foliis flagelliſque rigidiuſculis incurvis VAILL. T. XXIIX. f. 11. ramos teretes exprimit.
Muſcus ramoſus paluſtris major foliis membranaceis acutis RAI. III. p. 48. l. 47.

In paludoſis & aquoſis foſſis frequentiſſimus.
Caules longi, ramique alterni teguntur foliis fere Hypni 2., cui ſatis ſimilis eſt, latis, in mucronem exeuntibus, modo ad teretem caulem adpreſſis, modo magis repandis. Summi vero ſurculi, uti in Hypno 2., in acumina exeunt, extenuatis foliorum apicibus arcte conpactis. Setae vero duplo, quam in Hypno n. 2. longiores, biunciales, & ultra, purpureae, calyptra flaveſcente. Capitulum grande, ventricoſum, curvulum, cujus operculum rubrum eſt, & breviter conicum.

15. HYPNUM longum erectum, foliis anguſtis caulibus adpreſſis DILL. *ſyn.* III. p. 83. n. 20. Ita DILL. Nam noſtro & purpureus caulis & ſetarum copia eſt, ut manifeſto *illa* nota conjungatur cum Hypno 7. *hac* vero ſeparetur a 20.
Muſcus erectus foliis anguſtis caulibus adpreſſis RAI. *Hiſt. III.* p. 44. VAILL. T. XXIIX. ic. opt.

In ſylvis vulgaris eſt.
Cauliculi longi ad 4. & 5. uncias, valde ramoſi, alias eriguntur, alias inclinati procumbunt. Purpurei ſunt caules ramique, atque is color per folia pellucet. In ſenio vero ligneam naturam induunt decolores. Folia imbricata, multorum ordinum, lata, cava, modice acuminata, caulem teretem faciunt. Longi bulbilli educunt ſetas, ut in 14. praelongas, ſaepe undulatas, pluſculas. Calyptra pallida, capſula curvula, cernua, fere cylindrica, ſpadicea, operculum nitidum, breve, conicum, modice acuminatum. Corona denſa denticulorum alborum.

16. HYPNUM repens triangularibus anguſtis foliis, ramulis ſubrotundis DILL. *ſyn.* III. p. 83. n. 16.

Muſcus

Muſcus denticulatus minor noſtras ſericeus capitulis adianthi H. OXON. III. p. 626. S. XV. T. 6. f. 30. utcunque. Altera vero a DILL. citata icon omnino recedit.

Icon *muſci erecti majoris foliis anguſtioribus acutis* VAILL. T. XXIII. f. 2. Omnino ſimilis eſt, ſed capſulam habet inclinatam.

In arborum corticibus.

Caules breviores, neque purpurei, repunt, ramoſiſſimi, teretes toti. Foliola magis exſtant, quam in 15., lata triangularia, modico acumine, cava, imbricata, multiplici ordine, viridiſſima. Bulbilli breves, ſetae vix unciales, purpureae. Capitula erecta, ſuperne & inferne anguſtiora, obſcure flavo colore, operculo rubello in peracutam brevemque acum exeunte, ore denticulato. Calyptra longa albiſſima.

17. HYPNUM terreſtre erectum, humilius, albicans, ramulis teretibus DILL. *ſyn.* III. p. 83. n. 19.

Bernae in ſylvis.

Cauliculi humiles, intra unciam: Foliola, uti in n. 16. caulem efficiunt teretem; ſed ſetae humillimae pallent, capſula vero inclinata eſt, tenuis, cylindrica, ora denticulata. Calyptra flavida mucrone nigro. Non ſatis de hoc Hypno conſtat.

β. HYPNUM terreſtre erectum, ramulis teretibus, foliis ſubrotundis albo virentibus cinctis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 220.

Muſcus terreſtris ſurculis Kali, aut Illecebrae aemulis foliis ſubrotundis ſquamatim incumbentibus RAI. *Hiſt. III.* p. 45. VAILL. T. XXV. f. 7. (ubi folia, quam in noſtris, magis curva.)

GAGNEBIN. ad officinas ferrarias prope *Erguel.*

Simile eſt Hypno 17. ramis teretibus, foliis ellipticis, cavis, obtuſiſſimis, cauliculis brevibus. Differt capſula fuſca, inclinata, ventricoſa. Operculum educitur in acum longiſſimam. Non definio an vere diſtinctus ſit a 17. cum utriuſque pauciſſima mihi ſint ſpecimina.

18. HYPNUM erectum arbuſculam referens, ramulis ſubrotundis confertim naſcentibus DILL. *ſyn.* p. 87. n. 9. (Ita DILL.)

Muſcus abietis facie C. B. Prodr. p. 151. n. 3. Pin. ex fide horti ſicci.

Muſcus dendroides elatior ramulis crebris minus ſurculoſis capitulis pediculis brevibus inſidentibus H. OXON. III. p. 626. n. 31. S. XV. T. 5. f. 31. Ita DILL. ſed icon 30. propior eſt.

Non eſt *Muſcus ſquamoſus, ramoſus, erectus, Alopecuroides* I. R. H. T. 326. ic. B. VAILL. T. XXVI. f. 6.

In ſepibus ad extremam ſylvam *Weiſſenſtein* verſus *Wabern* &c.

Cauliculus repens fuſco tomento obſitus, erigit alium biuncialem caulem, non diverſum, niſi in ſumma parte, ubi ſubito multos ramos in diverſum emittit. Eos abſcondunt undique folia ad caulem adpreſſa, anguſta, cava, ex luteo cum ſplendore virentia. Florentem non vidi.

19. HYPNUM paluſtre erectum arbuſculam referens, ramulis ſubrotundis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 220. *Syn.* III. p. 81. n. 8.

Muſcus dendroides ſylvarum erectus, ramulis Kali aemulis, radice repente H. OXON. III. p. 626. S. XV. T. 5. f. 30. ſed ſimilior eſt icon 31.

M. dendroides elatior radice repente VAILL. T. XXIII. f. 5. optime.

STAEH. miſit.

Prioris n. 18. ſimilis eſt, caule nudo, congeſtisque in ſumma planta ramis. Sed differt, quod elatior ſit, quod rami graciliores, & folia ad ramos magis adpreſſa. Capitula non vidi.

20. HYPNUM trichoides erectum ramulis recurvis obſcuri coloris DILL. *ſyn.* III. p. 83. n. 22.

Muſcus terreſtris aureus minor, flagellis claviſque brevioribus H. OX. III. p. 624. n. 8. S. XV. T. 5. f. 8.

Muſcus repens ſerici modo lucens, viticulis longis erectis id. p. 626. n. 26. T. 5. f. 26. (folia laxa.)
RAI. III. p. 45.
Muſcus terreſtris major nigricans truncis arborum adnaſcens RAI. *Hiſt. III.* p. 47. l. 46.
Muſcus arboreus ſplendens myoſuroideus VAILL. T. XXVII. f. 12.

Ad arborum cortices ubique.
Caules modice ramoſi, repentes, aut penduli. Folia ex lata baſi in mucronem & pilum demum educuntur, atque, ſaepe ad alterum latus inclinata vergunt, adeo congeſta, ut caules & rami nullibi denudentur, tereteſque adpareant, magis exquiſite, quam in ullo alio Hypno. Color ex luteo viridis, aut virens, aut fuſcus. Ad alas foliorum paſſim bulbilli graciles, pallidi, educunt copioſas ſetas breves, circa ſemuncem, rubras & erectas. In iis ſetis erecta capitula ex ventricoſis cylindrica, ſpadicea, operculo conico peracuto, aurantio. Calyptra albet, apice fulvo.

21. HYPNUM ſaxatile, alpinum, myoſuroideum, ſetis breviſſimis.

I. GESNER. miſit.
Ad priorem ita accedit, ut forte idem ſit muſcus. Videtur, ex atrore caulium, in aquoſis naſci. Teretes ſunt, tenujores, quam Myoſuroidi, foliolis mucrone ſolo liberis. Setae breviſſimae, vix duarum linearum. Capſula ſimilis erecta.

22. HYPNUM alpinum teres, erectum, foliis in pilum caneſcentem exeuntibus.

Prioris n. 21. utcunque ſimile eſt, ſed diverſiſſimum. Cauliculi vix unciales, nigri, ſumma planta luteola. Folia arcte cauli adpreſſa, in ſummo apice magis patent, latiuſcula, falcato mucrone in album pilum exeunte. Ex bulbo conico ſeta, ſemuncia longior, gerit capitulum ima parte paulo ventricoſius, cylindricum, reſectum. Operculum & calyptram non vidi. Ex *Gotthardo M.* ni fallor.

23. HYPNUM minimum ramulis teretibus, capitulis inclinatis.
Muſcus ſquamoſus ramoſus tenuior capitulis incurvis VAILL. T. XXVI. f. 9. omnino ſimile eſt.

I. GESNERUS miſit, forte non ſatis diverſum a n. 20.
Cauliculi Myoſuroidei fuſci, humillimi, ad ſemuncem. Caules repunt, rami vero eriguntur. Setae unciales purpureae. Capitula ventricoſa, deinde cylindrica, ex atro ſanguinea, operculo brevi, per aetatem inclinata.

24. HYPNUM trichoides capitulis plurimis erectis lanuginoſum. T. III. f. 4.
Muſcus hirſutus capillaceus MERRET. Pin. p. 87.
Muſcus terreſtris vulgari ſimilis lanuginoſus LLWHYD H. OXON. III. p. 625. T. 5. f. 7. (commode)
RAI. III. p. 45.
Muſcus Alpinus ramoſior erectus flagellis brevioribus & lanuginoſis PLUKNET. *Almag.* p. 255. T. 47. f. 5. non bene.
Muſcus trichoides lanuginoſus alpinus PETIV. n. 85.
Bryum hypnoides capitulis plurimis erectis, lanuginoſum DILL. *ſyn. III.* p. 97. n. 28.

In *Grindelwald* (HAGENBACH. *herb. viv.*) I. G. ex Alpibus. In *Bructero M.* copioſe.
Caules reclinati, ramis alternis, uberrimis, brevibusque, longi, ſemipedales. Folia autem & ramos copioſiſſima obducunt falcata, educta in pilum album, vagumque. In ramis lateralibus bulbi conici praeferunt ſetas purpureas, ſaepe contortas, breves. Ea gerunt capitula ovata, craſſula, operculo exiguo, longam acum efferente.

25. HYPNUM repens arboreum majus, capitulis & furculis erectis minus ramoſis
DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 216. *ſyn.* III. p. 85. n. 30.
Muſcus terreſtris arborum ſtipitibus adnaſcens major & erectior RAI. *Hiſt. III.* p. 47. l. 46.
Muſcus montanus flagellis longis, tenuibus, cupreſſinis, ut plurimum indiviſis H. OX. III. p. 624. S. XV.
Muſcus montanus gracilis ramoſus viticulis longioribus glabris PLUKNET. p. 255. T. 47. f. 4 mal. ic. RAI. *Hiſt. III.* p. 47. l. 46. I. R. H.
Muſcus ſquamoſus viticulis longioribus glabris I. R. H. VAILL. p. 137. T. XXIII. f. 1. bene.
Non eſt *muſcus ſquamoſus alopecuroides flagellis recurvis* VAILL. p. 137. utcunque VAILLANTIUS hos muſcos conjungat.

Ad

TAB: III. p. 1.

f. 1.

f. 1.

f. 1.

f. 2.

f. 3.

f. 4.

f. 5.

f. 6.

f. 7.

f. 8.

C. V. Rollanus Med. C. delin.

G. D. Heumann sc. Acad. Götting. Sculptor. 1741

Ad arbores & ſaxa frequens.
Hypno n. 20. adfine eſt, longiores tamen cauliculi ſunt, & magis ramoſi. Folia plerumque ex luteo virent, aut rubiginoſa ſunt, atque mucronem ſuum a cauliculis reclinant, ut criſpus habitus naſcatur. Bulbilli florigeri juniores admodum ſolidi, granulorum ſpecie imponunt, facile tamen in folia reſolvuntur; ſetae & capitula priori Hypno n. 20. ſimilia habet.
β. Varietatem montanam miſit STAEH. *ab dem Durrek*, deinde GAGNEBIN, foliis viridioribus, nitentibus, patentibus, latioribus, longis & nitentibus bulbis conicis, capſula ſimili. Videtur diverſa planta eſſe, vel ob ſolos bulbos.

Huic ſimilis eſt icon *Muſci ſquamoſi, majoris foliis anguſtioribus acutiſſimis* VAILL. T. XXV. f. 2.

26. HYPNUM erectum luteo viride, foliis uno verſu diſpoſitis.
Muſcus coronatus medius foliis tenuiſſimis pallidis, longioribus, capitulis erectis acutis H. OXON. III. p. 630. S. XV. T. 7. f. 11. (quem male ad Bryi diverſam ſpeciem refert RUPP. p. 285.)
Et denuo *Muſcus coronatus humilis corniculis longiſſimis & acutiſſimis* id. ib. f. 13.
Non autem, quem ad hunc citat BOBART, *Muſcus capillaris corniculis longiſſimis incurvis* RAI. *Hiſt. III.* p. 34. n. 4. qui Bryum eſt idem RUPPIANO.
Muſcus capillaceus major pedunculo & capitulo tenuioribus TOURN. *aut. de Par.* p. 498. I. R. H. VAILL. p. 132. T. XXIIX. f. 12. opt.
Et *Muſcus capillaceus major foliis tenuiſſimis capitulis acutis* I. R. H. indice VAILLANTIO.
Bryum erectis capitulis anguſtifolium caule reclinato DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 222. *ſyn. III.* p. 95. n. 14.
Bryum caule inclinato, foliis arrectis, ſubulatis, capitulis erectiuſculis LINN. *flor. Lap.* 398.

In ſylvis ad terram arborumque truncos vulgatiſſimum.
Caulis inclinatus copioſos ramos erigit. Folia praelonga, ad quatuor lineas, latiori baſi cava, progreſſu falcato, & in longum graciliſſimum mucronem educto, qui ad unam in omnibus ſedem conflectitur. Ex ramorum apicibus, juxta ortum novorum ſurculorum, evidentiſſimus bulbus conicus exit, ſtrictiſſime circumpoſitus ſetae valenti, purpureae, unciali. Calyptra ſubfulva, in longum mucronem educta. Capſula ſpadicea fulcata, curvula, inclinata operculo educto in longiſſimum roſtrum, ſesquilinea nihilo brevius.

27. HYPNUM repens filicinum veluti ſpiccatum DILL. *ſyn.* III. n. 35.
Muſcus filicinus minor C. B. *Prodr.* p. 151. n. 2. ex fide horti ſicci.
Muſcus filicinus minor floridus C. B. PIN. RAI. RUPP. ERNDL. &c.
Muſcus filicinus major ſericeus VAILL. T. XXIX. f. 1. opt.
Muſcus filicinus flaveſcens major ramoſus id. p. 140. & T. XXVIII. f. 1. minus bene.
Muſcus filicinus major H. OX. III. p. 625. S. XV. T. 5. f. 20. utcunque. VAILL. T. XXV. f. 1. BUXBAUM. *Cent. II.* p. 2. T. 1. f. 2. & in *plant. Hal.* p. 227.
Hypnum ramis proliferis plano pinnatis LINN. *flor. Lap.* n. 405.

In ſylvis circa Bernam frequens. In alpibus etiam & Jura M.
Arbuſculae figuram refert. Caulis duriuſculus, vel nudus, vel teres adgeſtis foliis, ramoſus, erigitur, ita ut ad quemlibet ramum directionem mutet. Rami alterni raríque ramis ſecundis, ut in Filicibus, in eodem plano jacentibus, conjugatis, in progreſſu diminutis, ad quos rami tertii breviſſimi etiam conjugati, conveniunt. Integer ramus totalis unum refert filicis folium, omnibus ſurculis in eodem plano poſitis. Omnes obteguntur foliolis minimis, acutis, duplici ſerie, uti in penna barbulae, diſpoſitis, laete virentibus cum ſplendore. Ex ramorum coſtis frequentes, & acute conici, bulbilli educunt ſetas undulatas, fere biuncialis, purpureas, calyptra peracuta, flava, ſplendente. Ventricoſa capſula, inclinata, viridis ex fuſco. Operculum in peracutum longum roſtrum exit.

28. HYPNUM repens filicinum minus luteo virens DILL. *Gieſſ.* p. 217. *ſyn.* III. p. 86. n. 36.
Muſcus filicinus minor repens LOESEL. p. 167. ic 44. abſque flore.
Muſeus filicinus minor floridus H. OX. III. p. 625. n. 21. 16. f. 21. icon non peſſima.
Muſcus filicinus minor VAILL. p. 140. T. XXIII. f. 9.

Ad radices arborum vulgatiſſimum eſt, ſed paulo rarius floret.
Habitus filicinus & conjugati ramuli, uti in priori, ſed caulis repit, neque adeo evidenter

denter directionem mutat, folia anguſtiora ſunt, fere inviſibilia, ſetae breves, intra unciam, & color abſque ſplendore ex luteo vireſcit.

29. HYPNUM repens filicinum, pernatum, minus ramoſum.

Muſcus pennatus major cauliculis ramoſis, in ſummitate veluti ſpicatus LOESEL. p. 167. ic. 42.
Muſcus criſtam caſtrenſem repraeſentans, flaveſcens, nemoroſus, ramoſus, Caſſubicus BREYN. ap. BOBART. III. p. 625. n. 8. S. XV. T. 5. f. 8. PETIV. n. 84. (Ita DILL. ſed icon abludit, uti nec VAILLANTIANA convenit T. XXVII. f. 1.)

In ſylvis circa Bernam abunde. Tiguri etiam & in Jura M.

Prae reliquis nomen meretur *pennati.* Plerumque enim ex tabido & procumbente caule, uno loco, unicus & indiviſus nervus eſt, lateralibus ramis copioſiſſimis pinnatis, progrediendo lateſcentibus, unum totale folium efficientibus. Folia copioſa, falcata, atque in pilum educta. Haec molliſſima ſunt, & ex luteo virent. Bulbus firmus & conicus, ex medio nervo principe, edit ſetam erectam uncialem, ad quam curvula cylindrica capſula, operculo brevi conico, acuto, firmatur fere tranſverſa.

30. HYPNUM repens filicinum criſpum DILL. *ſyn.* III. p. 85. n. 32.

Muſcus pennatus minor cauliculis ramoſis in ſummitate veluti ſpicatus LOESEL. p. 167. ic. 49. abſque flore VAILL. T. XXIX. f. 12. absque flore BUXB. ERNDL.
Muſcus terreſtris repens ſubflavus foliolis criſpis minoribus, ramuliſque denſius confectis VAILL. T. XXVII. f. 14. optime.

Synonyma Anglorum determinari non poſſunt, cum icones BOBARTIANAE omnia turbent.

β *Muſcus paluſtris abjetinus* VAILL. T. XXIII. f. 12. abſque flore.
Muſcus paluſtris foliis & flagellis rigidiuſculis ſeminibus in foliorum alis p. 141. n. 9.

In locis paludoſis frequentiſſimus.

Prioris n. 29. non diſſimilis foliorum figura, capſula &c. ſed differt caule pene nudo, in ſummitate ſubito valde ramoſo, neque ordinata ramorum ratione, ſed alternis minoribus inter majores iuterpoſitis. Setae ex ſplendentibus luteis bulbis in ſumma planta confertae prodeunt altiores, unciales.

I. GESNERUS ex alpibus varietatem miſit, minori capſula, habitu paulo humiliori. In paludoſis etiam ramorum numerus, foliorum inclinatio & criſpitas, & durities augentur, ut fiat varietas n. β.

31. HYPNUM repens filicinum plumoſum DILL. *ſyn.* III. p. 86. n. 33.

Timidius hunc muſcum propono, ſemel cum capitulo viſum, in trunco arboris, in ſylva *Bremgarten.*

Caules ramoſi, rariſſimis ſurculis. Folia falcata in pilum deſinentia, minus, quam in n. 30. ad alterum latus congeſta, ſed capitulum diverſiſſimum eſt, ex ſeta ſesquilineari, breve & pene ſphaericum, cujus operculum non vidi.

32. HYPNUM repens criſpum cupreſſi forme DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 217. *Syn.* III. n. 48.

Muſcus luteſcens foliis convolutis MERR. *Pin. rer. Brit.* p. 84.
Muſcus parvus criſpatis foliolis noſtras PLUKN. *Amalth. Bot.* p. 148. T. 447. f. 9. (ic. obſcura.)
Muſcus terreſtris medius ſupinus & repens, foliis crebris in acutos mucrones productis RAI. *hiſt. III.* p. 45. HIST. OXON. p. 625. n. 11.
Muſcus ſquamoſus ramoſus minor & criſpus I. R. H. VAILL. T. XXVII. p. 13.
Muſcus terreſtris vulgaris cupreſſi foliis PETIV. n. 81.

Ubique ad radices arborum vulgaris.

Caulis valde repit, ramis frequentiſſimis, inordinatis. Folia diſticha ſunt, ut caulis conplanatus videatur, falcata, mucrone in pilum educto, deorſum conjecto, ut bina folia inferne cavitatem intercipiant, nitentia caeterum & viridiſſima. Setae ex rubro flavae, unciales. Capſulae erectae, deinde inclinatae, curvulae, cylindricae, operculo brevi & conico. Calyptra longa flaveſcens.

β. HYPNUM repens cupreſſi forme minus, foliolis magis confertis.

Eſt

Eſt inſignis varietas n. 31.

Tota planta ſtrictiſſima eſt, habitu tereti, foliorum diſtinctione pene nulla, neque curvitate, color etiam minus nitidus, ſaepe rubiginoſus. Sed intermediae plantulae demonſtrant, non vere differre.

γ. Tertia varietas eſt, quam ſaepe vidi, neque diſtinxi ab α. donec STAEH. ex ſylvis *M. Jurae* mitteret, atque adderet deſcriptionem ſingularis capituli, & etiamnum videtur cum eo manere poſſe.

Rami ſurculos edunt pinnatos, uti in n. 29. non explanatos, totos tectos foliis non adeo diſtichis, in unum latus ſe conjicientibus, falcatis, in longiorem pilum exeuntibus: ipſi etiam extremi rami inflectuntur criſpuli. Color lucide viridis ex flavo. Setae rubrae unciales, gerunt capitula curvula, cylindrica, ore dentato. Operculum (addit STAEH.) roſtri anatini ſimile eſt, conicum, ſed proxime capitulum ſuperne depreſſum, & ſimum: Verum eam notam in *cupreſſino* etiam reperio.

33. HYPNUM repens criſpum, ramulis compreſſis filicinorum more diſpoſitis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 217. *ſyn.* III. p. 89. n. 47. T. noſtr. III. f. 5.

Muſcus pennatus major C. B. ex herb. viv.

Muſcus terreſtris major ramulis confertis ſuperficie criſpis SHER. H. OXON. III. p. 625. S. XV. T. 5. f. 10. (latis bene abſque capitulis) RAI. *Hiſt. III.* p. 44.

Muſcus ſquamoſus Linariae folio major & criſpus I. R. H. & *aut. de Par.* p. 504. RUPP. &c.

Pulcherrima plantula abundat in ſylvis circa *Zweyliitſchinen.* Reperitur etiam in Alpinis inter *Urſelen* & *Realp.* GAGNEB. miſit ex ſuis montibus, & I. GESNERUS Tiguro.

Trunci erecti & inclinati ſemipedales, edunt ramos rariores, inordinatos. Et trunci & rami toti conteguntur foliis diſtichis, in latitudinem explanatis. Sunt autem elliptica fere, ſed acutiora, per transverſum notata tribus quatuorve & ultra rugis in arcum flexis: maxima caeterum, cum tres lineas longa, unam lata ſint, & nitentia. Bulbus, longus, laxiſſimus. Setae vix unciales, pallentes: Calyptra longa, apice fulvo. Capitulum fere ovatum. Operculum in praelongum cornu educitur. Haec olivacea ſunt, deinde fuſca. Facies fere eſt *Sphagni* n. 3. ſed omnia majora & hilariora.

34. HYPNUM repens filicifolium, ramoſum, ramulis adpreſſis & magis conplanatis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 218. *Syn.* III. p. 87. n. 38.

M. terreſtris repens primae ſpeciei ſimilis, ſed multo minor RAI. *Hiſt. III.* p. 44. H. OXON. III. p. 625. S. XV. T. 5. f. 5. (in eo peccat, quod ſetae ex ſummis ſurculis educantur.)

Muſcus terreſtris ſurculis conpreſſis tenuior & minor RAI. *hiſt. III.* p. 47. l. 46. H. OXON. III. l. c. n. 16.

Muſcus trichomanoides filicifolius ſplendens VAILL. p 139. (ubi plura ſynonyma) & T. XXIII. f. 4. ic. opt.

Ad arbores vulgatiſſimum.

Cauliculi longi ramoſi. Rami & caules teguntur continua ſerie foliorum, quorum duplex ordo eſt, cavorum, ut ſuperne convexa, inferne concava ſint, imbricatim ſibi incumbentium. Lucida ſunt, & ex ellipticis acuminata. Ex ſuperna parte cauliculorum ſetae copioſae, rubrae, ferunt erecta capitula, brevia, cylindrica, rubra, operculo longo in acum educto. Calyptra brevis & alba eſt.

35. HYPNUM erectum filicifolium ramoſum pinnulis acutis DILL. *syn.* RAI. n. 39.

Muſcus filicifolius ſeu pennatus aquaticus maximus RAI. *Hiſt. III.* p. 40.

Locis ſylvoſis humectis, ad rivum, qui ex ſylva deſcendit ad *Wabern.*

Adfine n. 34. ſed elatius ſemipedale & majus, cauliculis erectis, & inclinatis, liberis, confertim ex terra provenit. Ramuli extremi ſaepe convoluti. Florens nondum vidi.

36. HYPNUM repens filicifolium non ramoſum, pediculis & capitulis longioribus ad radicem egredientibus, foliolis utrinque duplicatis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 218. *ſynopſ.* III. p. 88. n. 43.

Huc DILL. *Muſcum pennatum capitulo Adianthi* H. OXON. III. p. 626. T. 5. f. 36. quem VAILL. ad ſequentem revocat. Icon non optima eſt.
Muſcus ſquamoſus, non ramoſus, major & minor, capitulis incurvis VAILL. T. XXIX. f. 8.
Muſcus pennatus denticulatus minor VAILL. p. 140.
Muſcus ſquamoſus non ramoſus minor capitulis incurvis VAILL. l. c.
Muſcus pennatus capitulis acutis in pediculis longiſſimis BUXBAUM. *Cent. V. App.* n. 7.

In cavis montium ſemitis. A D. LUDWIG. praeterea & GAGNEBINIO habeo.
A priori Hypno n. 32. diverſum eſt, caulibus brevioribus, non ramoſis, foliis rarioribus, ut diſticha eſſe adpareat, ita imbricatis, ut videantur bifida eſſe; ſetis perpetuo ex radicibus prodeuntibus; capſulis longis, per aetatem inclinatis, operculi mucrone non in acum producto. Calyptra nitens, longiſſima.

37. HYPNUM repens filicifolium non ramoſum, pediculis brevioribus ad radicem exeuntibus.
Muſcus filicifolius ſeu pennatus minor, pinnulis plurimis ad mediam coſtam adnexis &c. RAI. *Hiſt. III.* p. 40. BUXBAUM. *Cent. II.* p. 3. T. 1. f. 4.
Muſcus pennatus capitulis adianthi VAILL. T. XXIV. f. 11. ic. opt.
Et *Muſcus taxiformis ramoſus* VAILL. T. XXIIX. f. 5.

Paſſim circa *Bernam*, in ſylvis, ericetis &c.
Concinna plantula a n. 33. differt, quod nitore deſtituatur, quod cauliculi diſticha & expanſa folia denſiora edant, & demum operculum in longam acum terminetur.

38. HYPNUM repens filicifolium, non ramoſum, pediculis brevioribus, verſus foliorum ſummitates egredientibus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 88. n. 42.
Muſcus polytrichoides exiguis capitulis in ſummis ſurculis, ſeu foliis ſubrotundis erectis H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 11. VAILL. T. XXIV. f. 13. (icon opt. in deſcriptione vero p. 136. nomen *Taxiformis ramoſi* male additur.
An *Muſcus capillaris capitulis tenuiſſimis erectis* BUXBAUM. *Cent. II.* p. 6. T. II. f. 8.

Ubique fere ad vias.
Totius gentis minimum eſt. Cauliculus vix ſemuncialis, folia ſua planiſſima & diſticha 8. ad 12. educit. Extremus vero cauliculus educit erectam ſetam purpuream, brevem, quae brevem etiam, erectamque capſulam gerit, cujus operculum acum acutam educit, ruberrimum caeterum, ut per calyptram miniato colore pelluceat.

POLYTRICHUM.

Ab *Hypno* diverſum eſt, cauliculis non repentibus, minus ramoſis, ſetis nullo involucro bulboſo cinctis in origine ſua, calyptris denique villoſis, qua ultima, eaque ſola, nota a *Bryo* diſtinguitur.

ORDO I.

POLYTRICHA GEMMIPARA.

1. POLYTRICHUM vulgare & majus capſula quadrangulari DILL. *Syn.* III. p. 90. n. 1.
Polytrichum aureum TABERN. p. 797. bene.
Polytrichum Apulei & majus quibuſdam I. B. III. p. 760.
Muſcus capillaceus major, pediculo & capitulo craſſioribus I. R. H. VAILL. T. XXIII. f. 8. abſque flore.
Adianthum aureum majus vulgare PETIV. *Ceut. I.* n. 26.
Mas LINN. *flor. Lapon.* n. 595.
β *Muſcus ſcoparius* LOBEL. ic. II. p. 245. &c. Non differt.
Politrichum ſcoparium I. B. III. 61.
γ Varietas cum gemmis.
Muſcus capillaceus ſtellatus prolifer I. R. H.
Muſcus Juniperi folio roſeus prolifer VAILL. T. XXIII. f. 7.
Muſcus capillaris floribus in apice coccineis expanſis BUXBAUM. *Cent. I.* T. LVII. f. 2.
Muſcus capillaceus ſtellaris prolifer id. ib. f. 4. &c. qui recte monet varietates eſſe.
Foemina LINN. l. c.

Vulga-

Vulgatiſſimum eſt in ſylvis, truncisque arborum &c.

Caules & folia perennia. Eriguntur caules rectiſſimi, & exigunt folia pene rectos ad angulos. Ea juniperina ſunt, plana nempe, acutis marginibus, mucrone argutiſſimo, duriora, quam in pleriſque muſcis ſolent: Lente vitrea admota, adparent ad latera denticuli. Horum caulium alii ſetam erigunt firmiſſimam, rectiſſimam, cui imponitur ſulva, conica, villoſa & longa calyptra. Capſula adulta eſt parallelepipeda, operculo adcurate orbiculari, plano, cujus margo eminet, centrum vero acum mediocrem educit. Per aetatem inclinatur. Alii vero cauliculi ſetam quidem nullam educunt, ſed apice quaſi reſecto finiuntur, foliis ſupremis calycem ſtellatum fingentibus, in quo ſcobs fuſca latet. Eam ſcobem organicam eſſe MICHELIUS T. 58. M. O. P. Q. R. LINNAEUS *flor. Lapon.* l. c. & ROYENIUS *flor. Leid.* p. 501. admiſerunt, & iſte quidem flores fecit eſſe foeminas. Mihi, fateor, videntur gemmae, ex planis vaginis factae, ex quibus novelli rami altero anno prodeunt, (proliferi enim ſunt ex medio calyce cauliculi, etiam altera, & tertia vice) quod ante me vidit VAILLANTIUS, & ipſe DILLENIUS E. N. C. *Cent.* V. VI. p. 57. Deſtillata aqua ſudorifica eſt [RONGEARD (civis viviacenſis Helvetus) apud TOURNEFORT. *aut. de Par.* p. 497.] Inter quinque capillares numeratur a non paucis, nomine Polytrichi BOECLER. in HERMAN. *Cynoſur.* l. p. 566.

2. POLYTRICHUM montanum & minus, capſula quadrangulari.

Muſcus coronatus medius pileolo villoſo tenuiore H. OXON. III. p. 630. T. 7. f. 6.
Et denuo *Muſcus coronatus, humilis rigidior capitulis longis ſeſſilibus erectis* H. OXON. III. p. 630. T. 7. f. 8. (adultior.)
Adianthum aureum minus, foliis rigidis, capitulis coronatis PETIV. *Muſ.* n. 22.
Et *Adianthum aureum medium in Ericetis proveniens* PETIV. n. 23.
Muſcus erectus Juniperi folio rigido glauco, calyptra longiſſima VAILL. T. 23. f. 6. p. 131.
Muſcus coronatus humilis, tenuifolius, pileolo minori, acutiori, ruberrimo BOERH. *Ind. Alt.* I. p. 21.
Muſcus capillaris floribus in apice coccineis expanſis id. ib.

Minus vulgare. Ad pedem *M. Gurten*, qua adſcenditur ad villam *der Spiegel*, magna copia, media hyeme.

Facile a priori diſtinguitur, quod caule ſit breviſſimo, foliis ad terram in unicum ceſpitem acaulon congeſtis. Caeterum dura ſunt, ad oras ſerrata, apice in pilum terminato, canum & fluitantem. Calyptra per aetatem fulva. Capſula, uti in priori parallepipeda, operculo plano: per aetatem inclinata. In planta non florifera, roſulae laetiſſime coccineae.

3. POLYTRICHUM alpinum ramoſum, capſula ovali, calyptra conica T. III. f. 6.

An *Muſcus erectus Juniperi folio ramoſus* VAILL. p. 151. & T. XXIIX. f. 13. Videtur.
An *Muſcus medius foliis Juniperinis minoribus ſubrectis tenuiſſime ſerratis, capitulo tereti, in pediculo praealto, calyptra brevi, tomentoſa, candicante* MICHEL. p. 109. n. 8?

In alpium ericetis per omnem Helvetiam: & in M. *Jura* invenit D. GAGNEBIN.

Cum ſpecie I. utcumque convenit, multis tamen modis diverſa. Caules ramoſi ſunt, folia ſerrata quidem, ſed anguſtiora, gemmae obſcuriores, & manifeſtius nonniſi gemmae; Capſula ovalis, operculum conicum mucronatum.

4. POLYTRICHUM minus capſulis ſubrotundis, calyptra veluti lacera coronatis DILL. *ſyn.* III. n. 3. p. 91. (icon apud EPH. NAT. CUR. *Cent.* VI. *App.* T. X. f. 25.)

Polytrichum aureum minimum capitulatum oblongo rotundum, capitulo ſubviridi COMMEL. *Catal. Ind.*
Et *capitulo ſubflavo* ejuſd.
Muſcus coronatus minor & humilior capitulis villoſis brevioribus H. OXON. p. 630. T. 7. f. 7.
Adianthum aureum medium in ericetis proveniens VAILL. p. 131. T. XXIX. f. 11. non autem RAJI.
Muſcus capillaceus minor calyptra tomentoſa I. R. H. & denuo VAILL. p. 131. T. XXVI. f. 15. niſi iſte, ob operculum planum, diverſus ſit.

Satis ſimilis n. 2. ſed diverſiſſimum. In variis ſylvis circa Bernam v. g. qua adſcenditur ad villam *der Spiegel*, in dexteriori labro cavae ſemitae.

Caulis junior unicam roſulam folioſam efficit. Adultiori vero folia alia ſuccreſcunt, omnia juniperina, uti in prioribus, non educta in pilum, margine argute ſerrato. Seta ex medio ceſpite uncialis. Capitulum vireſcens ovale, ſuper-

ne tamen anguſtius, convexo operculo acum educente finitur. Eo delapſo reſectum, ore dentato aperitur. Calyptra tenuis & alba.

ORDO II.

POLYTRICHA CALYCIBUS DESTITUTA.

5. POLYTRICHUM capſulis ſubrotundis pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum, ramoſum,& majus DILL. *ſyn. III.* p. 91. n. 4.
Muſcus apocarpos arboreus ramoſus RAJ. *Hiſt. III.* p. 40. (deſcriptio breviſſima) an VAILL. T. XXV. f. 5? ſed calyptram nullam pingit, operculum vero conicum.

Ad arbores vulgare, magnis ceſpitibus.
Caules humiles, ramoſi: folia triangularia, latiuſcula, brevia, caulem undique contegunt. Setae ex annuis caulibus, ad ortum ramorum novellorum erectae, trilineares. Capitula ſtriata erecta, cylindrica fere, ſed ventricoſa, ore contractiori, reſecto. Operculum in acum educitur, ſeta in junioribus pene nulla, in adultis tenuior & brevior ſequente. Calyptrae villoſae, filis ſurſum rigentibus, flaveſcentes.

6. POLYTRICHUM capſulis oblongorotundis calyptris piloſiſſimis DILL. *ſyn.* III. p. 91. n. 6.
Adianthum aureum minimum pediculis brevibus foliolis capillaceis PETIV. *Muſ.* n. 25.
Muſcus capitulis longis acutis piloſiſſimis RAJ. *hiſt. III.* p. 37. ſolum nomen.
Muſcus capillaceus minimus calyptra villoſa VAILL. p. 130. T. XXVII. f. 9.

Separat DILLENIUS.
Huic habitus pene idem: folia dilutius virent ex flavo, & per aetatem criſpa ſunt; capſula junior pyriformis eſt, in progreſſu craſſeſcens, adulta vero, delapſo operculo, longa eſt, atque in collum quoddam producitur, ſub orificio anguſtius: orificii vero denticuli, qui in priori reſecantur planiſſimi, hic repandi divergunt. Setae paulo longiores & firmiores flavae, concolores ſuae capſulae.

7. POLYTRICHUM capſulis ſubrotundis, pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum & terreſtre, ramoſum & breve DILL. *ſyn.* III. p. 5.
Muſcus humilis tectorum ſubfuſcus capitulis brevibus pileatis, erectis, pediculis curtis H. OXON. III. p. 629. T. 6. f. 13. non male.
Adianthum aureum acaulon pileis ſtriatis PETIV. *Muſ.* n. 25.
Muſcus capillaceus minimus acaulos calyptra ſtriata VAILL. T. XXVII. f. 10. opt.

Ad arbores vulgatum.
Habitus fere Polytrichi 5. Folia latiuſcula, triangularia. Capſulae ventricoſae: calyptra brevis, lata, mucronata, ut reſpondeat acui operculi, ſtriata, ad lentem vitream villoſa, fuſca potius, quam flava. Per aetatem tota planta fuſca fit.

BRYUM.

DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 222. *ſyn.* III. *p.* 91.

Cum Polytricho convenit facie, ſeta nuda, capſula, ſola differt calyptra, quae non villoſa eſt.

ORDO I.

BRYA CAPITULIS ERECTIS.

1. BRYUM trichoides, vireſcens, erectis majuſculis capitulis maliformibus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 224. *ſyn.* III. p. 97. n. 31.
Muſcus trichoides minimus, ſericeus, capillaceus, capitulis ſphaericis H. OXON. III. p. 628. S. XV. T. 6. f. 6. RUPP. p. 285. (cum alieno ſynonymo SCHEUCHZERI.)
Muſcus capillaceus medius capitulis globoſis I. R. H. VAILL. T. XXIV. f. 9. & f. 12. opt.

Mu-

Muſcus capillaceus major, capitulis globoſis BUXBAUM. *Cent. V. app.* n. 4.

Circa *Bernam* abunde, ad margines viarum, rupes &c.
Cauliculi perennes, erecti, uncia breviores, in copioſiſſimos ceſpites connaſcuntur. Folia copioſa, gracillima, undulata, criſpa, plerumque pallentia. Seta ex ſummo cauliculo e flavo rubens, lata, erecta. Capitulum junius gracile eſt, & alba calyptra tegitur; ſed adoleſcit in ſphaericam craſſitiem, ſulcatum undique, coloris cinnamei, operculo ruberrimo, latiſſime conico.

2. BRYUM alpinum viridiſſimum, & majus, capitulis craſſiſſimis T. III. f. 7.

Ad ſaxoſa alpium.
Cauliculi altiores ad ſeſcuncem, inter folia alba ſpecie conſpicui. Folia nunquam criſpa, ſed rectiſſima, capillaria, viridiſſima. Reliqua ſpeciei vulgaris, a qua non diſtingui mavult DILLENIUS.

3. BRYUM alpinum ramoſum, laxioribus foliis, capitulis ſphaericis.

I. GESNERUS miſit, ex paluſtribus alpinis.
Priori n. 2. magis adcedit, quam ad n. 1. Habitus uncialis, ramoſus, caules raris & laxis foliis veſtiuntur multo brevioribus, quam priora. Capitula ſimilia.

4. BRYUM alpinum, ramoſiſſimum, capitulis craſſis ad caulem fere ſeſſilibus T. III. f. 8. & *It. Helvet.* Tab. 1.

In M. *Jurae* ſylvis STAEH. Ego in ſylva, quae ultima ſuperanda eſt eunti in balneum *Gurnigel.*
Ob adfinitatem huc refero. DILLENIUS Sphagnis adcenſet, & fateor, me calyptram nondum vidiſſe. Denſis ceſpitibus naſcuntur cauliculi ſeſcunciales, erecti, inter folia pallore ſuo conſpicui. Folia conferta, peranguſta, mediocriter vaga & criſpa, colore ſaepe rufo. Setae per caulium longitudinem plures, bilineares, quando longae. Capitula juniora latiſſima & pene ſphaerica, adulta paulum educuntur & cylindrica fiunt, calyptra conica brevi, ora dentata.

5. BRYUM trichoides capitulis erectis, pediculis intortis, tenuibus, virentibus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 225. *ſyn.* III. n. 30.
Muſcus trichoides pediculo contorto SHER. apud RAJ. *hiſt. III.* p. 38.

Nullibi praeterquam ad dextram rivi *Glasbach* prope *Bernam*, in ligno putrido & terra argilloſa.
Cauliculi fuſci ſemunciam alti, ad radicem fere nudi, ſuperne folia conferta educunt, capillaria, longa, falcata, perpetuo pallida. Seta ex ſupremo cauliculo uncialis, flava, ſaepe intorta. Calyptra e luteo pallens, recta linea reſciſſa, acutiſſima. Capitula fere cylindrica, fuſca, ora dentata. Operculum non vidi.

6. BRYUM trichoides reclinatis cauliculis, capitulis erectis acutis DILL. *ſynopſ.* III. p. 96. n. 23.
Muſcus trichoides foliis capillaceis, capitulis minoribus oblongis H. OXON. III. p. 628. S. XV. T. 6. f. 5. non bene.
Muſcus capillaceus minimus plumoſus elegans I. R. H. & *pl. aut. de Paris* p. 499. VAILL. T. XXVII. f. 7. opt.
Muſcus capillaceus foliis unam partem ſpectantibus VAILL. p. 132.

Non infrequens in tota Helvetia, in truncis arborum caviſque ſemitis.
Cauliculi humiles erecti. Folia viridiſſima, capillaria, plerumque ad unum latus nutant, ſaepe tota falcata. Setae flavae, ſaepe undulatae, gerunt capitula erecta cylindrica. Calyptra acutiſſima, non raro oblique inſidet. Operculum in peracutam & longam acum educitur, miniatum, cum capſula virens, deinde fuſca fit.

7. BRYUM alpinum capillaceis foliis, cauli adpreſſis T. IV. f. 1.

Ad ſaxa alpinum. Hunc ex M. *Scheidek* retuli. A I. GESNERO etiam habui.

A priori n. 6. evidenter differt. Folia ad caulem per totam fere longitudinem ita ad preſſa, ut nudus, latus, & pallens adpareat, uti in alpinis aliis n. 2. & 4. Sola vero ſumma planta folia expandit viridiſſima, capillaceae tenuitatis, non criſpa. Seta tenuis, purpurea, ex ſummo ramo. Capſula erecta, cylindrica, ſubtus tamen ventricoſior, per aetatem palmei coloris. Operculum breviſſimum, conicum.

8. BRYUM capillaceis foliis, operculo falcato conico.
Bryum trichoides obſcure vireſcens capitulis cernuis DILL. *ſyn. III.* p. 100. n. 42. ex Epiſt.
M. coronatus minimus, foliis capillaceis, capitulis oblongis H. OXON, III. p. 631. S. XV. T. VII. f. 19.

Ab utroque n. 6. & 7. evidenter differt, in tota Helvetia non rarum ad ſemitas cavas, terramque argillaceam v. g. ſemitam, qua aſcenditur ad villam *der Spiegel.* Floret hyeme.
Cauliculus a duabus lineis ad ſemuncem erigitur. Folia plerumque cauli inferius adpreſſa, ut nudus videatur, ſuperne explicata, minus gracilia, breviora, quam in prioribus. Ex ſummo cauliculo ſeta erecta, ſaepiſſime cum cauliculo angulum pene rectum intercipit, ruberrima. Capitulum erectum eſt, exile, corona denticulata denſiori. Operculum conicum, ſuperne exciſum, in roſtri anatini ſimilitudinem, oblique inſidet capitulo, ut inclinatum videatur, ſed delapſo operculo erigitur.

9. BRYUM trichoides exile, erectis capitulis in pediculis breviſſimis DILL. *ſyn.* III. p. 97. n. 26.
Muſcus capillaceus omnium minimus, foliis longioribus & anguſtioribus VAILL. p. 130. T. XXIX. f. 5. ic. opt.

Vulgatiſſimum ad aggeres foſſarum.
Eſt ex minimis. Cauliculi pene multi, aut breviſſimi. Folia ex aliqua latitudine in anguſtam gracilitatem educuntur, & per ſiccitatem criſpantur. Seta ex media foliorum roſula, flava, longa ad ſemuncem. Capitulum erectum fere cylindricum, flavum. Calyptra peracuta. Operculum convexum longam ex centro acum emittit.

10. BRYUM alpinum crinium criſporum ſimile, capſula barbata T. IV. f. 2.
Muſcus alpinus cirrhoſus ſeu crinium retortorum inſtar criſpatus SCHEUCHZ. *It. II.* p. 138. T. XIX. f. 5. male.
Muſcus alpinus ramoſus, ex viridi flaveſcens, foliis criſpis longis, anguſtis, ſenſim in acutum productis, expanſis, & retro reflexis, quae per ſiccitatem crinium retortorum inſtar pulchre criſpantur, capitulis longioribus corniculatis MICHEL. p. 112. n. 68.
DILL. monet, varietatem hujus *Hypni* eſſe *Bryum trichoides longifolium, craſſiuſculis cauliculis, capitulis erectis aduncis acutis Syn. III.* p. 98. n. 35.
In alpinis vulgare. Ex *Jura* M. etiam miſit GAGNEBIN.
Caules in juniore planta ſaepe nudi, foliis tunc nondum criſpis, unciales & longiores. Folia tres lineas longa, latiuſcula, per aetatem recurvantur, ut circa caulem cincinnos, aut ſerpentum glomeres retorta efficiant, Setae ex ſuperiori parte caulis purpureae, unciales. Capſula fere cylindrica, ſesquilineam longa, operculo conico, longo, intorto, quod per aetatem in aliquot ruberrimos capillos deſinit. Calyptra longa, ſtricta, flaveſcit, fuſco mucrone. Adulta folia flaveſcunt.

11. BRYUM alpinum minus criſpum, capſula inclinata.

1. GESNERUS, & GAGNEBIN miſerunt, ex alpibus & M. *Jura.* Diverſiſſimum eſt a priori, & ad hoc Bryum figura SCHEUCHZERI, nomenque MICHELI, citata ad n. 10. omnino propius accedunt.
Caules ſimiles omnino, ſed folia undulata & falcata potius, quam criſpa. Seta flava. Capſula inclinata ad angulum obtuſum, brevior, craſſior, ſulcata. Operculum in longam acum educitur, neque videtur fiſſile. Dentes orificii breves.

12. BRYUM criſpum minimum, capſula erecta ventricoſa.

Mu-

Muſcus minimus, quatuor lineas altus, pallide virens, foliis longis, anguſtis, ſenſim in acutum productis, quae per ſiccitatem crinium retortorum inſtar criſpantur, capitulis ovatis, non coronatis, fuſcis, operculo in longiuſculum mucronem producto MICHEL. p. 112. n. 60.

In alpibus, & in ipſo M. *Gurten*, qua a ſpecula ad pagum *Kuniz* deſcenditur. Miſit etiam I. GESNERUS.

Ceſpites facit latos, denſos, obſcure virentes ex flavo, ſaepe nigros. Cauliculi ſemiunciales ramoſi. Folia falcata, & per maturitatem omnino criſpa, latiuſcula origine, mucrone tenui. Setae ad novorum ramorum exortum, decem linearum, flavae aut purpureae. Capſula erecta, cylindrica, in ortu ventricoſa, ore breviter dentato: operculum in longam acum educitur.

13. BRYUM unguiculatum & barbatum, tenuius & ſtellatum DILL. in *Epiſt.*

Muſcus muralis minimus, roſeus vel ſtellaris, capitulis longiuſculis acutis erectis (non H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 12. ubi capitula male reflexa) VAILL. T. XXIV. f. 8. ic. opt.

Ad muros, & Gottingae ad ſaxa vulgare.

Diverſiſſimum a ſequente n. 14. Cauliculi breviſſimi vix niſi roſulam foliorum gerunt, quae latiuſcula & pallida ſunt, & in pilum educuntur. Ex media roſula ſeta fere uncialis. Capitulum fere ovatum, ſpadiceum. Operculum rubrum, in acum eductum, calyptra albida: Os vero denticulatum. In arido muſco madefacta roſula ſtellae figuram reſtituit.

14. BRYUM peranguſtis foliis & cauliculis foliis crebrioribus, capitulis erectis ad ſummitatem magis egredientibus DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* III. p. 99. n. 40.

Muſcus adianthum aureum dictus, adſurgens, foliolis tenuiſſimis, capitulis parvis erectis in oblongis pedicellis RAJ. *Hiſt. III.* p. 36.

An *Muſcus capillaris capitulis tenuiſſimis erectis* BUXBAUM. *Cent. II.* p. 6. T. II. f. 8? icon certe noſtrum exprimit.

Ad muros frequens & in graminibus.

Ceſpitem faciunt cauliculi unciales recti. Folia in ſuperno tantum caule patentia, latiora, quam in prioribus Bryis, nervo diſtincta, ibique fere ſtellulam exprimunt. Seta brevis flava, aut rubra. Capitulum erectum, cylindricum, fuſcum, modice in ima parte ventricoſum. Calyptra fuſca. Operculum rubrum, in acum eductum, vel fiſſile in denticulos piloſos, vel certe exceptum in maturiore aetate erumpentibus filis criſpis pulverulentis, ruberrimis.

15. BRYUM peranguſtis foliis & cauliculis, foliis crebrioribus, & circa ſummitatem magis congeſtis, capitulis erectis ex ſurculis annotinis egredientibus DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* III. p. 99. n. 41.

Muſcus trichoides parvus foliis muſci vulgaris, capitulis longis acutis DOODY PLUKN. p. 256. H. OXON. III. p. 628. n. 4. S. XV. T. 6. f. 4. utcunque.

Muſcus ramoſus, parvus erectus, ſetis ruberrimis VAILL. p. 138. loco alieno.

Nihil frequentius in ſylvis, ad vias, ligna &c.

Denſos & magnos ceſpites facit. Cauliculi ſimiles prioribus. Styli ruberrimi, & copia ſua faciem propriam efficientes, ex baſi cauliculorum prope radicem exeunt, longiores & unciales. Folia, capitulum, calyptra, operculum, denticuli, uti in priori.

β. Hujus muſci varietatem, an diverſam plantam? miſit GAGN. foliis ſimilem, ſed capſula ventricoſa, operculo conico, brevi, absque acu. Habitus etiam major eſt.

16. BRYUM peranguſtis foliis & cauliculis, foliis rarioribus cinctis, capitulis erectis, e ſurculis annotinis egredientibus DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* III. p. 99. n. 39.

Muſcus capillaris parvus, cauliculis tenuibus, longiuſculis foliolis brevibus, anguſtis, acutis, rarioribus cinctis RAJ. *hiſt. III.* p. 36.

In ſylvis ad terram vulgatiſſimus eſt.

Ceſpites efficit, uti n. 15. ſimillimos, hilariore tamen virore. Caules inferius denſius veſtiuntur vetuſtis foliis. Verum ſuperiores novique rami folia edunt patentia, rariora, quorum intervalla, & nudum in his ipſis cauliculum, facile diſtinguas. Ad ortum rami novi, ex vetuſto cauliculo, ſeta provenit uncialis,

rubra, ſub capitulo flava. Capſulae, opercula, calyptrae fuſcae, ubi in prioribus.

16. β. BRYUM in rupe quadam humecta, e regione urbis, ſupra fluvium, legi, quod diverſum videtur. Tenerius eſt, ſeta pallida, flaveſcens, capitula minutiſſima. Sed ſemel & absque operculis viſum, nondum diſtinguo. An fuerit Bryum n. 37. DILL. p. 99.?

17. BRYUM majus, erectis falcatis capitulis, foliis latiuſculis exſtantibus, in pilum caneſcentem deſinentibus DILL. *Cat. Gieſſ. Syn.* III. p. 94. n. 10.

Muſcus capillaris tectorum, denſis ceſpitibus naſcens; capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum deſinentibus RAJ. *Hiſt. III.* p. 34 VAILL. p. 133. T. XXV. f. 3.

Muſcus erectus hirſutus, capitulis longis acutis, unguibus avicularum ſimilibus, vulgatiſſimus H. OXON III. p. 628. S. XV. T. 6. f. 1. non male.

Muſcus capillaceus foliis linariae capitulis corniculatis longiſſimis BUXBAUM. *Cent. V.* T. 44. f. 1.

In tuguriorum ſtramineis tectis, muris vetuſtis & macilentioribus viarum marginibus. Denſis ceſpitibus naſcuntur caules ramoſi, biunciales, erecti. Folia latiuſcula, patentia, nervo medio diviſa, qui exit in pilum fluitantem, album, plerumque lutea, vel fuſca. Setae ad originem novorum ramorum, latae, firmiſſimae, ex rubro pallentes. Capſulae erectae, calyptra teguntur ſpadicea, longa, tegente miniatum operculum in conum eductum, praelongum. Ipſa capſula ſpadicea eſt, & fere cylindrica.

18. BRYUM minus, erectis, minus falcatis, capitulis, foliis latiuſculis congeſtis, in pilum caneſcentem deſinentibus DILL. *Syn.* III. p. 94. n. 11.

Muſcus erectus hirſutus, capitulis oblongis, foliis latiuſculis, in pilum deſinentibus HIST. OXON. III. p. 628. S. XV. T. 6. f. 2. (caules noſtris altiores ſunt: ſynonymon vero ex RAJO excitatum pertinet ad Polytricha.)

Muſcus muralis omnium vulgatiſſimus, foiiis in pilum deſinentibus VAILL. p. 133. T. XXIV. f. 15. optima.

Muſcus capillaris minor capitulis erectis MICHEL. T. 59. f. 7. (folia valde brevia.)

Muſcus minimus foliis acutis, in pilum caneſcentem deſinentibus BUXBAUM. *Cent. I.* p. 45. f. 4. T. LXIV.

Ubique ad muros, ad glareoſas ſemitas &c.

Cauliculi breves, ex parte ſuperiori edunt roſulam (qualem Aloë ſolet,) foliorum diſcedentium. Ea pallide virent, latiuſcula ſunt, cava, nervo exeunte in pilum fluitantem, album. Vetuſtiores ceſpites toti cani adparent. Ex media parte roſulae ſeta ex flavo rubra, erecta, ſemuncialis, & ultra. Calyptra ex luteo ſpadicea, longo mucrone. Capſula fuſca, cylindrica, ſubtus paulum ventricoſa. Operculum in longam acum educitur.

19. BRYUM anguſtis viridibus foliis, capitulis erectis, brevibus pediculis inſidentibus, calyptra falcata, vel avium unguiculas referente DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* III. p. 96. n. 21.

Muſcus trichoides minor, vulgaris facie, foliis capillaceis, RAJ. *hiſt. III.* p. 37. PETIV. n. 88.

Muſcus vulgaris omnium vulgatiſſimus, non villoſus VAILL. T. XXIV. f. 14. optime [non autem ſynonyma] & T. XXV. f. 4. quae icon caules altiores pingit.

Muſcus minimus latifolius, capitulis erectis longioribus BUXBAUM. *Centur. I.* p. 44. T. LXIV. f. 2.

Similibus locis, ceſpites etiam efficit convexos, rotundos, ſed absque canitie. Folia fere longiora, in ſpinulam breviſſimam, absque pilo deſinunt. Seta brevis flava. Calyptra & capſula eadem. Operculum aliquanto brevius videtur.

20. BRYUM erectis longis acutis & falcatis capitulis, calyptra ſubfuſca foliis ſerpylli pellucidis DILL. *Cat Gieſſ.* & *ſyn.* III. p. 92. n. 3.

Muſcus trichoides minor capitulis longiſſimis DOODY apud PLUKN. p. 256.

Muſcus capillaris corniculis longiſſimis & acutiſſimis MORIS. III. p. 631. T. 7. f. 13. [caulem pingit ramoſum.]

Non infrequens ad vias v. g. ſupra villam *Drakau.*

Roſula foliorum uti in prioribus. Sed majora ſunt, tres lineas longa, lata dimidiam, nervo depreſſo in breviſſimum pilum exeunte. Seta flava, uncialis, gerit capi-

capitulum longiſſimum, ad quatuor lineas uſque. Calyptra, ut in prioribus, longo cornu, e flavo ſpadicea. Capſula etiam ſimilis cylindrica, baſi paulum ventricoſa. Operculum ab initio acutiſſimum, abit in reſectum conum perforatum, orificio minorem, ut duae videantur operculi partes, baſis perforata, & acus.

21. BRYUM erectis gigartinis capitulis, foliis ſerpylli pellucidis acutis DILL. *Syn.* III. p. 93. n. 6.

Muſcus aureus capillaris minor, capitulis geminatis, mutuo incubitu adnatis H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 10.

Muſcus capillaceus minor capitulis geminatis VAILL. T. XXVI. f. 4.

STAEH. in muris Baſileae.

Folia, quantum video, latiuſcula, acuta, in caule brevi. Setae ſemunciales. Capitulum ima parte ventricoſum, progreſſu multo anguſtiori & cylindrico.

22. BRYUM calyptra extinctorii figura majus *in* DILL. *Epiſt.* T. IV. f. 3.

Bryum erectis, longis & acutis capitulis, calyptra laxa, conica, foliis ſerpylli, pellucidis, latioribus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 223.

In alpibus. GAGN. etiam miſit, & STAEH. ex ſylva *die Hardt.*

Caules perennes, uncia altiores, toti teguntur foliis longis, falcatis, ad nervum plicatis. Setae ex ſummis cauliculis purpureae, unciales. Calyptra pellucida, pallens, cylindrica, fine conico, multo latior capitulo, adusque ſex lineas longa. Capſula erecta, cylindrica, ortu ventricoſo, operculo ruberrimo, quod longam acum erigit.

23. BRYUM calyptra exſtinctorii forma minus.

An *Muſcus terreſtris capillaris capſula longa?* COMMEL. Holl. p. 75.

Muſcus coronatus humilis, tenuifolius, pileolo magno, acuto, infra aperto, exſtinctorium referente H. OXON. III. p. 610. T. 7. f. 12. mal. ic.

Muſcus trichoides minor pileis magnit acutis PETIV. n. 89.

Muſcus capillaris minimus cucullatus NISSOLE apud MAGNOL H. R. M. p. 139. cum ic.

Muſcus capillaceus minimus, calyptra longa, conoidea, nitida VAILL. p. 137. T. XXVI. f. 1. opt.

In ſummis alpibus vidi, ceſpites faciens in rupium fiſſuris, in *Scheidek*, in *Dolaz.* In Germania ad muros frequens eſt.

Cauliculi breviſſimi, gerunt roſulas, multo latiores, viridiſſimis, & brevioribus, triangularibus foliis factas. Setae rubentes ad ſemuncem. Calyptra prioris n. 22. cui capitulum etiam, & acus operculi conveniunt.

24. BRYUM parvum erectum, pyriformibus, majuſculis, capitulis, foliolis ſerpylli pellucidis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* III. p. 93. n. 7.

Muſcus coronatus, humilis, ſtellaris, foliolis latiuſculis, capitulis pyriformibus, erectis, turgidiuſculis H. OXON. III. p. 631. S. XV. T. 7. f. 16. commode.

Muſcus capillaceus minimus, capitulis pyriformibus turgidis I. R. H. VAILL. p. 129. T. XXIX. f. 3. optime.

Muſcus minimus latifolius, capitulis erectis turgidis BUXBAUM. *Cent. I.* T. LXIV. f. 1.

Nihil vulgatius primo vere in agis, & orbitis viarum.

Roſulae foliorum latorum, pallide luteorum, carinatorum, ſeſſiles, uti in n. 23. Stylus trium linearum, pallens. Calyptra lata inferius, & laxa, in cornu longum producta. Capſula ovata, turgida. Operculum in acum educitur.

25. BRYUM exiguum, erectis parvis, ſubrotundis, creberrimis capitulis rufis, foliis ſerpilli anguſtis pellucidis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* III. p. 94. n 9.

Muſcus capillaris minimus capitulis ſubrotundis erectis, in pediculis breviſſimis RAJ. *hiſt. III.* p. 35.

Et denuo *Muſcus trichoides minimus, capitulis creberrimis, parvis, rufis, brevibus, in pediculis breviſſimis* IDEM. ib. p. 37.

Muſcus coronatus minimus, foliolis & capitulis oblongis in pediculis breviſſimis H. OXON. III. p. 631. T. 7. f. 18.

Muſeus capillaceus omnium minimus I. R. H. VAILL. T. XXVI. f. 2, optime.

In argilloſis, & cavis viarum ſemitis paſſim.

Roſulae, uti in n. 24. ex 10. vel 12. pallidis, latis, triangularibus foliis. Setae duarum & trium linearum pallentes. Calyptra alba, cornu acutiſſimo, ſaepe incurvo. Capitulum ovatum; breve operculum brevem acum erigit. Eo delapſo, capſula dimidii ovi ſimilis, late hiat reſecta.

26. BRYUM hypnoides repens, aquaticum, erectis capitulis acutis DILL. *ſyn.* III. p. 94. n. 13.
Muſcus aquaticus pileis acutis PETIV. *Muſ.* n. 74.

Ex literis DILLENII video, me hunc ipſum muſcum, ex ſaxis alpium ad eum miſiſſe, quem nunc inter meos non invenio.

ORDO II.

BRYA CAPSULA PLERUMQUE INCLINATA.

Ambigunt inter Ordinem I. & III.

27. BRYUM capitulis oblongis rubentibus, foliis oblongis, anguſtis, pellucidis, rugoſis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *Syn.* III. p. 95. n. 15.
Polytrichum aureum medium RAJ. *hiſt. plant.* p. 124.
Muſcus coronatus, humilis, foliolis latioribus, ſtellatim naſcentibus donatum H. OXON. III. p. 630. S. XV. T. 7. f. 9. Ita VAILL ſed videtur eſſe M. roſeus major
Muſcus capillaris, majuſculus, foliis cum aliqua latitudine viridibus, acutis, rugoſis RAJ. *Hiſt. III.* p. 35. H. OXON. III. p. 631. n. 15.
Muſcus capillaceus minor capitulo longiori falcato I. R. H. *aut. de Par.* p. 498. VAILL. T. XXVI. f. 17. opt.
Muſcus erectus Linariae folio major VAILL. p. 132. deſcr.

Nihil vulgatius ad vias, & in ſylvis.
Caules alti, ad 2. uncias, ramoſi, folia ad ſummitates confertiora gerunt, magna, adſemunciam, oris undulatis, nervo depreſſo, colore ſaepe livido. Seta ex medio foliorum rubra, firma, unciali brevior. Capitulum craſſum, cylindricum, operculum acum incurvam emittit. Calyptra pallet, operculo inſidet. Maturior capſula inclinatur & incurvatur.

28. BRYUM trichodes erectis capitulis, albidum, fragile DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* III. p. 97. n. 29.
Muſcus trichoides erectus, montanus, albidus, fragilis HIST. OXON. III. p. 630. T. 6. f. 12. abſque flore. RAJ. *Hiſt. III.* p. 38. VAILL. T. XXVI. f. 13.
Muſcus erectus capillaceus, denſiſſimus, glauco folio VAILL. p. 131.
Muſcus e viridi albicans, longifolius, capitulis parvis, brevibus RAJ. *Hiſt. III.* p. 35,
An *Muſcus capillaceus, foliis pallidis, pediculis pluribus, ex communi theca egredientibus* BUXBAUM. *Cent. II.* T. IV. f. 1?

Supra *Drakau*, ad dextram viae publicae. (ſub Oſteroda.)
Facillime adgnoſcitur molli fragilitate, & colore ex albo dilute virente. Denſiſſimos ceſpites facit foliorum longorum, gracilium, carinatorum, quorum acutus eſt mucro. Nunquam capitula vidi, ſed VAILL. inclinata pingit.

29. BRYUM anguſtiori folio, capſula longa, pyriformi, inclinata.
An *Muſcus minor, flaveſcens, in humidis proveniens, foliis capillaceam tenuitatem prae ſe ferentibus, per caulem brevibus & alternis, in ſummo vero crebris & ſtellatim diſpoſitis, capitulis pyri-inverſi-formibus nutantibus* MICHEL. p. 110. n. 29.
Mnium peranguſtis & brevibus foliis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn. III.* p. 78. n. 1. ubi vide ſynonyma. Verum hactenus capitula rorida, quae vulgatiora dicuntur, non vidi.

In ſylvis *M. Pantingen.*
Capſula ſimillima n. 32., colore tamen dilutiori, ſed folia in roſulam congeruntur, quam cauliculus nudus gerit: viridiſſima, & multo anguſtiora. Calyptra alba eſt.

30. BRYUM an trichoides laete virens capitulis cernuis oblongis DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 100. n. 43.? ubi vide ſynonyma.

Ad rivum, qui ex ſylvis ad pagum *Wabern* deſcendit. Forte

Forte idem fuerit priori. Folia tamen graciliora, & pene capillaria, longiora. Capsula crassa, curvula, inclinata, non gigartina.

31. BRYUM folio lanceolato, capsula longa pyriformi, inclinata T. IV. f. 4.

An *Muscus minor foliis latiusculis, capitulis pyri inversi-formibus, longioribus & tenuioribus, operculo mammoso* MICHEL. p. 110. n. 134.

Muscus adianthi aurei facie, humilis, capitulo longissimo erecto, inferius turgido BUXBAUM. *Cent. I.* T. LXIII. f. 2. Videtur.

In sylvis v. g. in semita exigua, qua ex via cava villae *der Spiegel* in sylvam adscenditur, proxime supra *Wabern.*

Proximum est *roseo minori.* Caules erecti unciales, folia ad terram vix ulla educunt, superne vero congesta, fere perpetuo rubiginosa, lata, plana, nervo purpureo, educto in brevem spinulam. Seta sescuncialis purpurea, gerit exiguam calyptram, ex albo rubentem: saepe transversam, graciliſſimam. Capitulum erectum, deinde inclinatum ad angulum rectum, inferne gracile, deinde ventricosum, fine lato, sed paulo contractiori, denticulis rubris. Color spadiceus.

ORDO III.

BRYA CAPSULIS PENDULIS.

32. BRYUM an foliis serpylli angustioribus, reflexis capitulis, subrotundis, carnei coloris DILL. *syn.* III. p. 103. n. 53? T. IV. f. 5.

Circa Bernam frequens est, in oris herbosis viarum excavatarum, v. g. juxta lapicidinas ad *Ostermundigen*, juxta sylvam *Weissenstein* versus *Wabern*, &c.

Priori n. 31. omnino simile est: folia ad caulem eodem modo congesta, ejusdem figurae, mucrone pariter in setam extenuato, colore pallido: alii vero caules non florigeri ad Hypnorum morem procumbunt, foliis rarioribus, brevioribus, diversa facie. Verum capitula facile distinguuntur, multo breviora, cylindrica, crassa, aurantii aut miniati coloris, operculo mammillari, pendula denique.

33. BRYUM nitidum, serpylli rotundis foliis.

Tria BRYA n. 57. 58. & 59. in DILL. *syn.* huc pertinent, & plures Anglorum muſci: Ecce paucos, quorum icones exstant.

α Majus *Muscus polytrichoides palustris major, serpylli latiori folio pellucido* HIST. OXON. III. p. 627. n. 31. & T. 7. absque flore.

Muscus trichomanoides, humilior, foliis latis, subrotundis PLUKN. T. 45. f. 7. absque flore.

β Minus. *Muscus polytrichoides, humilior, alternis foliis pellucidis subrotundis* H. OX. l. c. n. 40. ic. 40. absque flore.

Muscus folio lato subrotundo, capitulo singulari, nutante, deinde pedunculo longo subrubenti insidente VAILL. p. 136. T. XXVI. f. 5.

γ Polyanthos. *Muscus polytrichoides, polycephalos, chamaecyces folio* VAILL. p. 136. T. XXVI. f. 18. opt. cum repente cauliculo.

Non infrequens est ad oras muscosas viarum, & in palustribus. Elegans planta modo longos caules fundit, steriles, procumbentes, Jungermanniarum similes: modo alios erigit, breviores, florigeros, qui latam foliorum rosulam in apice, sub ea vero pauca & minora folia gerunt. Omnia subrotunda aut elliptica sunt, perampla, nervo conspicuo, oris per siccitatem undulatis, quasi dentatis, pellucent praeterea viridissima. Setae ex uno cespite plures, confertae, erectae, valentes. Calyptra longa, alba, inclinata. Capitula fere ovalia, pendula. Operculum longum & rostratum.

34. BRYUM aureum, capitulis reflexis, pyriformibus, calyptra quadrangulari, foliis in bulbi formam congestis DILL. *synopf.* III. p. 101. n. 49.

Polytrichum Apuleji majus FUCHS. c. CCXL.
Polytrichum aureum minus C. B. P.

Muſci RAJANI tres *Muſcus capillaris pedunculis bulboſis, uncialibus, pallidis, capitula oblonga, reflexa, ſuſtinentibus Hiſt. III.* p. 38.
Adianthum aureum medium, foliis in bulbi modum ſe amplexantibus, capitulis erectis ib. p. 37.
Adianthum aureum minus, foliis in bulbi formam diſpoſitis ib. p. 37.
Muſcus capillaceus folio rotundiore, capſula oblonga incurva I. R. H. VAILL. T. XXVI. f. 16.
Quomodo differt *Bryum* DILL. *ſyn. III.* n. 50.?

Vulgaris eſt, maxime ad muros, magnitudine variabili.
Caules primo anno bulbum foliorum convolutorum proferunt, anno vero ſequente altius adſurgunt, & folia edunt magis patula. Folia e luteo virent, lata, nervo in pilum educto. Setae ex bulbis aurantiae, ſescunciales. Capitula juniora erecta, rotunda, calyptra alba in longum mucronem adſurgente. Matura viridia, aurantia, fuſca fiunt, inclinantur, pendent denique, ſulcata, craſſa, fere ovata. Operculum perexiguum, convexum, muticum, ora rubente.
Hunc muſcum inter herbas quinque *capillares* aliqui referunt, atque in officinas recipiunt. (Vid. DALE ed. Brem. p. 113.). non optime.

35. BRYUM nitidum, peranguſtis ſerpylli pellucidis foliis, reflexis capitulis ſubrotundis virentibus, in longioribus pediculis naſcentibus DILL. *ſyn.* III. p. 102. n. 52. T. IV. f. 6. Ita DILL. in *epiſt.* Sed noſtra plantula hoc nomen ferre non videtur.

Caules rubri erecti, pluſculis foliis veſtiuntur, uti in 29. & ejusdem figurae, verum decoloribus, pallidisque, atque multo minoribus. Setae ex annotinis caulículis, ima parte purpurea, ſuperna pallente, breves & validae. Calyptra purpurea, longe breviſſima. Capſula per aetatem pendula, ovata, craſſula, operculo mamillari. Naſcitur ad ſtagnum ſupra *Drakau*, & in via ſupra *Wabern*, qua in ſylvas M. *Gurten* adſcenditur.

36. BRYUM nitidum foliis ſerpylli anguſtioribus majus DILL. *Syn.* III. n. 56.
An *Muſcus terreſtris, capillaris, foliis rarioribus & acutioribus, capitulis deorſum pendentibus, & veluti roſtratis, & apiculatis oblongis* RUPP. p. 289? Non repugnat.
Icon *Muſci denticulati lucentis, fluviatilis, maximi ad ramulorum apices adianthi capitulis ornati* VAILL. T. XXIV. f. 2. omnino ſimilis eſt, recedunt nomina.

In udis. Ad rivulum ſub villa *die Loraine* copioſe.
A priori n. 36. omnino differt. Cauliculi biuncíales, erecti, rubiginoſo polline toti obſiti. Folia valde patentia, fere ad rectum angulum, rara, mucrone in pilum extenuato, pallida in nondum florigero caule, fuſca in annotino. Annotinus caulis in roſulam terminatur, ex qua ſeta biuncialis & ultra, adſcendit bicolor. Calyptra minima, acuta, ſtricta, purpurea. Capſula per aetatem pendula, ovi figura, conico operculo.

37. BRYUM capitulis reflexis, foliolis latiuſculis congeſtis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *Syn.* III. n. 45.
Muſcus capillaris foliis latiuſculis congeſtis, capitulis oblongis reflexis RAJ. *Hiſt. III.* p. 38. H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 19. commode. VAILL. T. XXIV. f. 6.
Muſcus capillaceus major, capitulis craſſioribus, cylindraceis, nutantibus I. R. H. VAILL. p. 134. (bon deſcr.) GARID. RUPP. &c.

Sequenti n. 38. ſimile eſt, ſed folia latiora, magis patula, educuntur in pilum. Seta altior eſt. Ad muros udos *unten an der Brunngaſſen-halde* in urbe.

38. BRYUM trichoides, capitulis reflexis, pediculis ima medietate rubris, ſumma luteo virentibus DILL. *Cat. Gieſſ.* & *Syn.* III. n. 44.
Muſcus capillaris capitulo parvo reflexo, pediculo ima parte purpureo, ſuperiori luteoviridi RAJ. *hiſt. III.* p. 38. H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 15.
Muſcus capillaceus minimus capitulo nutante pediculo purpureo I. R. H. RUPP. VAILL. p. 134. T. XXIX. f. 7. ZANICH. &c.
Adianthum aureum minus WEINMANN. *Phytantho-zoiconogr.* T. 26. lit. F.

Vulgatiſſimus eſt ad terram.
Denſiſſimi & viridiſſimi ceſpites, ſetis ſuis bicoloribus maxime abundant. Cauliculi erecti ſemunciales, folia lucida, latiuſcula, educta in mucronem in ſummo caule

caule bulbum, adultiora vero roſulam faciunt. Ex bulbis anni prioris ſetae, uti in 35. 36. & 37, bicolores, firmae, ſed vix unciales eriguntur. Calyptra erigitur, fuſco mucrone. Capitula pendula ovata. Calyptra conica, mutica eſt.

39. BRYUM alpinum capillaceum, capitulo pendente lageniformi T. IV. f. 7.

D. HUBER ad pontem *Teufelsbrük.*

Cauliculi denſos ceſpites faciunt, aliquot lineas altos. Folia laete viridia, capillaria, falcata. Setae palmei coloris, ad unciae dodrantem alti. Capitula reflexa, initio gracili, fine latiſſimo & late patente. Operculum & calyptram non vidi.

40. BRYUM trichodes, hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis in perbrevibus pediculis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* III. n. 46.

Muſcus trichoides, hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis in perbrevibus pediculis RAJ. *hiſt. III.* p. 33. H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 21.

Muſcus capillaceus denſiſſimus, lanuginoſus I. R. H. VAILL. T. XXIX. f. 2. optime.

β. *Bryum trichoides, hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis erectis in pediculis breviſſimis* DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 226. (ſpecimen junius.)

Muſcus capillaceus lanuginoſus minimus capitulis erectis BUXBAUM. *pl. Hal.* p. 228.

Ad lapides per agros viasque vulgaris.

Lati denſi & convexi ceſpites, colore ex luteo viridi, & atro, vario, incani. Folia acute carinata, falcata, educunt longum, album & fluitantem pilum. Ad originem novorum ramorum eriguntur ſetae, vix duas lineas altae, gerentes calyptram fuſco mucrone, baſi ſphaerica, ſed cito reflectuntur ſetae luteolae, geruntque pendulum capitulum fere ovale, cuius operculum acum longam educit.

41. BRUYM capitulis ſubrotundis, reflexis, cauliculis teretibus, argenteis DILL. *C. G.* & *Syn.* RAJ. p. 100. n. 47.

Muſcus julaceus argenteus ex pluribus quaſi julis corylaceis ſingularibus non ramoſis conſtans HOFMAN. *delic. ſylv. flor. Altdorf.*

Muſcus minimus e viridi argenteus, capitulis oblongis, cernuis H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 17.

Muſcus ſquamoſus argenteus, Ericae folio VAILL. T. XXVI. f. 3.

Nihil vulgatius in aſſeribus humidis pontium & tectorum. Cauliculi tereres, ad unciam fere eriguntur. Eos undique tegunt foliola minima, triangulari multiplici ſerie ita ad caulem adpreſſa, ut teretem catenulam referat; juniori virent, adulta argentea canitie reſplendent. Ad baſin caulium ſeta prodit bicolor, aliquando ſeſcuncem alta. Calyptra ſpadicea, erecta, ſtrictiſſima. Capſula brevis, ovalis, per aetatem pene nigra, operculo breviſſimo, conico, mutico.

ORDO IV.

BRYA, quibus alii cauliculi ſetas & capſulas proferunt, alii ſetis & capſulis deſtituuntur, ſcobem vero pro ſeminali habitam in apice gerunt.

MNIIS adfinia, aut adcenſenda, auctore LINNAEO.

42. BRYUM roſeum majus foliis oblongis DILL. *C. G.* & *Syn.* RAJ. n. 1. GRONOV. *flor. Virg.* p. 125.

Muſcus ſtellaris roſeus C. B. & I. B. III. p. 765. BUXBAUM. *Cent. II.* p. 2. T. 1. f. 5.

Muſcus erectus foliis in orbem ſparſis LOESEL. p. 168. ic. 47. bene.

Muſcus coronatus humilis, foliolis latioribus, ſtellatim naſcentibus donatus H. OXON. III. p. 630. T. 7. f. 9. cum capitulis Polytrichi noſtri n. 4.

M. ſtellaris roſeus prolifer I. BUXBAUM. *pl. Hal.* p. 222.

Locis udis abunde. In paludoſis *am Glasbach* &c.

Muſcoſus cauliculis erigitur ad unam alteramve unciam, & terminatur denſa roſula foliorum ad octo lineas uſque longorum, nervo notabili, in mucronem educto, oris integris, lucide virenti colore. In centro roſulae ſcobs rubiginoſa. Capitula in hac ſpecie nondum viſa ſunt VOLCAMERO, DILLENIO

& in novo orbe CLAYTONO l. c. ſed pingit BUXBAUM, pendula, operculo conico. Aliquando ex media roſula novus caulis adſcendit, uti in Polytricho, non obſcuro indicio, neque hunc pollinem ſeminalem eſſe, roſulasque, quas faciunt ſeminiferas, a gemmis nihil quidquam differre.

43. BRYUM roſeum minus foliis ſubrotundis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *Syn.* RAJ. p. 92. n. 2. non autem ſynonyma.

Muſcus capillaceus major ſtellatus VAILL. T. XXIV. f. 4. 5. optime, MICHELI T. 59. f. 2. cum ſcobe ſeminali.

Muſcus roſeus polygoni folio VAILL. p. 134. [deſcriptio, non vero ſynonyma.]

Muſcus adiantho aureo ſimilis, minor BUXBAUM. *Cent. I.* T. LXIII. f. 3. videtur.

Paſſim occurrit ad oras gramineas viarum.

Caulis uncialis, in ſuprema parte congeſta folia educit uberiora. Ea latiuſcula, e ſubrotundo mucronata ſunt, caeterum nervo, mucrone, colore, duritie cum 42. conveniunt. Aliae roſulae, quantum vidi, rarioribus foliis factae, patentiſſimae, ſcobem ſolam rubiginoſam alunt. Aliae vero ſetam uncialem, flavam. In ea calyptra graciliſſima naſcitur, capſula vero cylindrica, inclinata ad angulum rectum, ex maximis. Operculum acum exigit.

44. BRYUM nitidum, foliis oblongis undatis, capitulis cernuis, arbuſculam referens DILL. *C. G.* & *ſyn.* RAJ. p. 103. n. 60.

Muſcus filicinus major C. B.

Muſcus ramoſus, erectus, oblongifolius LOESEL. *flor. Pruſſ.* p. 168. n. 46. (caules ſteriles.)

Muſcus ad Polytrichoidem adcedens, ramoſus, foliis longis, lucidis & veluti criſpis H. OXON. III. p. 630. S. XV. T. 6. f. 1. non optime.

Et *Muſcus Polytrichoides anguſtifolius, caule folioſo tenui, reclinante* ib. f. 4.

Et *Muſcus polytrichoides humilior foliis brevioribus, raris, pallide viridantibus, vix pellucidis* ib. f. 3.

Qui *Muſcus polytrichoides anguſtifolius, pellucidus, noſter* PLUKN. T. XLIX. f. 1. RAJ. III. p. 36.

Et *Muſcus polytrichoides, elatior, foliis anguſtis, pellucidis, & fere membranaceis* H. OXON. III. p. 630. l. c. f. 2. PLUKNET. T. 44. f. 7. malae icones.

Muſcus polygoni folio I. R. H. T. 326. ic. E. RUPP. BUXB. MICHEL. T. 59. f. 5.

Muſcus roſeus, polycephalos, linariae foliis & undulatis VAILL. p. 135. T. XXIV. f. 3. opt.

Suſpicor huc pertinere *Muſcum erectum folio Linariae majorem* BUXBAUM. *Cent. V.* T. 71. f. 1. & *minorem* ib. f. 2.

Satis vulgare eſt ad ſepes, ſed paulo rarius florem profert. In paluſtribus circa *Drakau* & *Glasbach* nunquam non capitula reperi.

Omnium Bryorum ampliſſimum eſt. Caules alii procumbunt, longi, foliis utrinque patentibus, uti Palmas pingunt, ubique ad lineam uſque latis, ad unciam vero longis, nervo eminente, oris undulatis, laetiſſime virentibus. Alii vero caules eriguntur, multo breviores, & foliis repandis, roſulam facientibus terminanrur. Hi vel ſolam ſcobem, dictam MICHELIO, vel ſetas proferunt. Setae vero ex una roſula plures, robuſtae, luteae, unciales. Calyptrae albae, anguſtae, erectae. Capitula ovi aut dolii figura, operculo conico, obtuſo, miniato.

45. BRYUM alternans calyptra variegata & ſcyphulis folioſis *It. Helv.* n. 56. T. IV. f. 8.

Mnium minus non ramoſum anguſtioribus & pellucidis foliis DILL. *ſynopſ.* RAJ. p. 75. n. 4. DILL. in Epiſt.

Muſcus foliis anguſtis & brevibus, capitulis minimis, rotundis, in brevibus pediculis BUXBAUM. *pl. Hal.* p. 228.

Mnium peranguſtis & brevibus foliis id. ACT. PETROP. III. p. 273. T. XIV. f. 2.

Muſcus capillaceus minimus, capitulo minimo pulverulento VAILL. p. 128. T. XXIX. f. 6.

Reliqua ſynonyma VAILLANTIANI muſci, videntur ex iconibus MORISONI, & MICHELI, alium eumque anguſtifolium muſcum exprimere.

In truncis dejectarum arborum abunde, *Bernae, Gottingae*, in *Alpibus*, & *Jura M.*

Cauliculi alii erecti ſunt, alii procumbunt. Ad illos, qui recentes ſunt, folia ſatis conferta, ſeſſilia, acuta, nervo mucronato, viridiſſima. Seta ex apice uncialis, pallida. Calyptra erecta, ſuperne fulva, inferne albisſima, nitens. Capſula erecta, cylindrica, inferne paulum ventricoſa, ſingularis fabricae. Ima nempe ſola portio polline ſpermatico plena eſt, ſuperior vacua pellucet. Dentes orificii pauci, longiſſimi, bidentatam faciem exprimunt. Operculum

TAB: IV.
p. 118.

f. 1.

f. 2.

f. 3.

f. 4.

f. 5.

f. 6.

f. 7.

f. 8.

Pollonis Med. C. delin.

G. D. Heuman. sc. Acad. Götting. Sculptor. 1741

culum miniatum conicum. Alii cauliculi ſeta deſtituti, ad terram quidem folioſi ſunt, ſed progrediendo calveſcunt, ut demum quaſi ſetam nudus caulis referat. Terminantur vero roſula foliorum, e flavo rubentium, quae extenuantur paulatim. ut in pulverulentum & cinereum capitulum abeant. Sed microſcopio conſpecta etiam haec minutiſſima capitula, merae ſunt roſulae foliorum minutiſſimorum eadem ratione, uti ad caulem, triangularium.

46. BRYUM alpinum caule catenulato, ſurculis pulverifloris ſtellatis, capitulis vero inclinatis.

Muſcus ſtellatus, paluſtris, alpinus, major, viticulis longioribus, & habitioribus, foliis acutiſſimis, hamatis, unam tantum partem ſpectantibus, capitulo ſubrotundo, craſſiore, eamdem partem reſpiciente, praealto pediculo inſidente MICHEL. p. 111. T. 59. f. 4. I. H. M.

Ad *Gemmii* M. ſaxa rigua: miſit etiam I. GESNERUS.

Cauliculi ex terra nigra adſcendunt confertim, biunciales & ultra. Eos circumſtant ordines continui, puto, quatuor, foliorum breviſſimorum, falcatorum, ita ad caulem adpreſſorum, ut catenulam ſimulent: ſaepe tamen a fluento ita inclinantur, ut ad unam partem mucronem longiorem convertant omnia. In cauliculis ſterilibus folia ad partem ſupremam caulis laxantur, & tandem in quinque vel ultra faſciculos facta divergunt in ſpeciem fructus Sedi alicujus. Plenae ſunt hae ſtellae ſcobe aurantia, ſeſſili. Ex aliis vero cauliculis, annotinis, ad originem novi rami erigitur ſeta uncialis, purpurea, cui ad angulum rectum inſidet capſula, craſſa, curvula, obſcure miniata. Calyptram & operculum non vidi.

47. BRYUM ſurculis pulverifloris ſtellatis, capitulo ſphaerico.

Muſcus paluſtris, adiantho aureo adfinis, ſcapis tenuibus, foliolis brevibus RAJ. *hiſt. I.* p. 124. *ſyn. III.* p. 98. n. 32.

Et *Muſcus ſtellaris, ramoſus, paluſtris, pediculo aureo, erecto, capitulo magno, ſphaerico* RAJ. *Hiſt. III.* p. 36.

Muſcus trichoides paluſtris erectus, coronatus, capitulis ſphaericis, amplioribus H. OXON. p. 628. T. 6. f. 8. bene.

Muſcus capillaceus tenuiſſimus, pediculo longiſſimo, purpuraſcente, capitulo rotundiori I. R. H. VAILL. T. XXIV. f. 10. abſque capitulis.

In prato ſolitario *die Eymatte* uberrime ad dumos ſupra ſtagnum. Miſit etiam STAEH. Folia in hac ſpecie laxiora, longiora, & minus in catenulam ficta ſunt. Capitulum inclinatum, ſtriatum, coriandri fere ſimile. Operculum conicum. Stellulae, & in iis ſcobs aurantia, uti in priori, ſeta multo longior, biuncialis.

M N I U M.

MNII DILL. *Syn.* p. 77. ſpecies aliquae.

MNIA nobis dicuntur Muſci Bryis adfines, qui ſetas duorum generum proferunt, alias capſulatas, uti in Bryis ſolent, alias nudis globulis ſpermaticis obſitas, neque cortice, neque calyptra tectas.

1. MNIUM majus ramulis longioribus bifurcatis DILL. *Cat. Gieſſ.* & *ſyn.* RAI. p. 78. n. 2.

Muſcus paluſtris flagellis erectis luteolis, raro diviſis, capitulis oblongis adianthi H. OXON. III. p. 629. S. XV. T. 6. f. 5.

Muſcus capillaris paluſtris, flagellis longioribus bifurcatis PETIVER. n. 75. I. R. H. RAJ. *Hiſt. III.* p. 37. VAILL. T. XXIV. f. 1. bene.

Muſcus paluſtris flaveſcens, capillaceo folio VAILL. p. 135.

Muſcus trichodes major paluſtris citrini coloris RAJ. denuo HIST. III. p. 38.

Muſcus ſtellaris, ramoſus, paluſtris, pediculo aureo erecto, capitulo magno ſphaerico BUXBAUM. *Cent. I.* p. 45. T. LXV. (certo.)

In pratis ſolitariis *Eymatten.* Inter ſylvulam *Burgdorf-Hölzlein* & noſodochium *Siechenhaus* in exigua palude.

Pleraque habet communia cum Bryo 47. Caulis tamen purpureus, polline obſitus; folia patentia, triangularia, carinata. Ex ſummis caulibus ſterilibus, confertae ſetae luteolae, ſemuncia breviores, erectae, terminatae craſſiori cono, pul-

pulverulento, fungoſo. Cauliculi vero florigeri, ad originem ramorum novellorum, educunt alias ſetas erectas, purpureas, ſescunciales. Calyptra graciliſſima, e flavo fuſca. Capſula per maturitatem pendula, ovata, ſed longior, operculo mammillari.

PLANTAE MUSCIS ADFINES.

His plantulis in univerſum vel omnino muſcoſa facies eſt, & folioſa, vel lichenoſa, cauliculis a foliis non diſtinctis. Plerisque capſulae etiam ſunt ſpermate plenae, uti in muſcis, ſed ad baſin uſque fiſſiles, absque operculo aut calyptra. Aliquae flore deſtitutae ob adfinitatem ſubjunguntur.

JUNGERMANNIA.

MICHELI p. 6.

LICHENASTRI DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 211. & *ſyn.* RAI. p. 109.

& *JUNGERMANNIAE* RUPPII p. 294. LINNAEI *Char. nat.* n. 794.

SPECIES ALIQUAE.

Ex vagina membranacea ſeta erigitur, gerens ſphaerulam, quae per maturitatem ad baſin uſque in quatuor partes finditur, & pollinem ſeminalem effundit. A MARSILEA differt caule a foliis diſtincto, a MUSCOIDE vero defectu gemmularum, quae locuſtas graminis amoris referant.

ORDO I.

FOLIIS IMBRICATIS ARCTE CONGESTIS.

1. JUNGERMANNIA alpina nigricans major, pedes gallinaceos ſquamis ſuis mentiens RVPP. p. 295. omnino.

Lichenaſtrum Trichomanis facie capitulis e foliorum ſummitate enaſcentibus minus DILL. RAJ. *ſyn.* p. 112. n. 114. (ex Epiſt.)

Omnino convenit etiam nomen icon & ordo JUNGERMANNIAE *Alpinae paluſtris purpureae Cambricae, foliis rotundioribus, auritis, tenuiſſime denticulatis* MICH. O. I. n. 1. T. 5. f. 16. ſed aliam ſpeciem eo nomine miſit DILL.

In montanis pasſim, ad ſaxa arborumque truncos. In ſylva ſupra *Oſtermundingen.* In ſylva ſub balneo *Gurnigel.* Circa *Interlachen.*

In ſuo genere ex amplioribus eſt, ſemipedalis aliquando, ramoſa, duritie peculiari. Cauliculi in juniore planta albi, in vetuſta ex atro purpurei, creberrime radicati, valentes. Eos nudos in origine folia relinquunt, ſed apices ramorum totos occultant, ita denſa, ut imbricatim ſe contegant, & ordines multiplicare videantur, viridiſſima in noſtris, ambitu rotunda, ora vero inflexa, criſpa, obſcure trifida. Novembri menſe vidi folliculos amplos & laxos exſurgere ex ramulorum apicibus: flores vero nondum reperi.

2. JUNGERMANNIA nemoroſa, foliis acutioribus auritis, tenuiſſime denticulatis, flore inſidente pediculo breviori MICHEL. Ord. I. n. 1. p. 6. T. 5. f. 8.

Muſcus ſquamoſus Nummulariae folio fructu pedunculo carente TOURNEF. *aut. de Par.* p. 503. non vero VAILL. T. XXIII. f. 10.

In marginibus muſcoſis viarum cavarum frequens eſt v. g. ſupra *Wabern* ubique.

Facies a priori non recedit. Caules tamen humiliores, biunciales, quando majores, non ramoſi, ex inclinatis erecti. Folia binorum & alternorum ordinum, elliptica, ſed ita obliqua, & circa caulem flexa, ut terni ordines eſſe videantur, margine ſimplici, &, fateor, non conſpicue denticulato. Ex ſummis ramis vaginae florales globulo turgidae, ſuperius, ut ſolent inanes. Exeunte Martio ſeta exſilit uncialis, nigro, quadrifido, levi, flore onuſta. Menſe vero Octobri vidi omnia ſuprema folia notata fuiſſe tribus aut quatuor tuberculis

lis rubiginoſi coloris, qui procul dubio ſunt ſemina a MICHELIO picta Lit. B. Facies diverſa eſt, alias enim, dum floret, folia valde imbricata ſunt, alias in ſterilibus cauliculis rara & diſtincta.

β. Varietatem, an diverſam ſpeciem? vidi minorem, vix uncialem, foliis arctiſſime congeſtis, rubiginoſis, globulo in apice viridi.

3. JUNGERMANNIA foliis imbricatis, tridentatis.

An *Muſcus Lichenoides, foliis tribus quatuorve denticulis acute diſſectis* RUPP. p. 293?

An *Lichenaſtrum Trichomanis facie foliis multifidis, capitulis e ſummis ſurculis* DILL. *ſyn.* RAJ. III. n. 21?

An *Muſcoides terreſtre repens ex obſcuro vireſcens, foliis ſuperioribus & inferioribus ad extremitatem dentatis* MICH. p. 10. T. 6. f. 2?

Circa *Drakau* in terra repit.

Cum n. 2. omnino convenit facie, brevibus cauliculis, foliis auriculatis, ſquamatis. Verum differt exteriori ora foliorum perpetuo tribus dentibus non profunde ſerrata.

4. JUNGERMANNIA, viridiſſima, foliis bifidis, ſerratim conpactis, foliis globuligeris.

An *Mnium Trichomanis facie foliolis bifidis* DILL. *ſyn.* RAJ. p. 79. n. 7.

Supra *Drakau* ad rupem, ubi M. *montanus fragilis* naſcitur, nec alibi.

DILL. in *epiſt.* ait, eandem eſſe *Jungermanniae* II., & folia quidem conſentiunt. Verum huic noſtrae adeo denſiſſime congeruntur, ut caulem abſcondant, & ſquamatim ſe contegant. Deinde praeter folliculos, quos in ſummis ramis vidi, folia ſuprema in pediculis breviſſimis gerunt globulos albos minimos. Vide MICHEL. T. V. ad T. T.

5. JUNGERMANNIA foliis circinatis, acutis, imbricatim diſpoſitis, ex viridi flaveſcentibus MICHEL. p. 7. T. 5. f. 21.

Lichen parvus in corticibus arborum humidis repens, foliis ſubrotundis, ſquamatim incumbentibus, major RAJ. *hiſt. III.* p. 48. l. 47.

Et denuo *Muſcus muralis floridus, foliis ſubrotundis, creberrime, imbricatim diſpoſitis, ſive muſcus muralis platyphyllos* RAJ. *Hiſt. III.* p. 40. H. OXON. III. p. 627. S. XV. T. 6. f. 44. commode.

Lichenaſtrum petalodes ſquamoſum majus DILL. *C. G.* p. 213. T. XVI. E. N. C. *Cent. V. VI. App.* p. 92. T. X. f. 29.

Hepaticoides foliis & ſurculis Thuyae inſtar conpreſſis major VAILL. T. XIX. f. 9. quae melior eſt MICHELIANA.

Vulgatiſſimus in corticibus arborum, ubi fere toto anno floridus reperitur.

Caulis arcte cortici adprimitur, valde ramoſus. Folia elliptica, ovata, obliqua & arcte congeſta, ut caulem abſcondant, & ſocia folia ex parte contegant, cum non niſi alternorum duorum ordinum ſint. Paſſim ex caulibus, neque ex apice, prodeunt vaginae, quarum extrema ora quaſi reſecta eſt. Ex ea ſeta emineti breviſſima, onuſta globulo fuſco, qui in quatuor rufa ſubhirſuta ſegmenta diſſilit.

ORDO II.

FOLIIS LAXIORIBUS, NEQUE IMBRICATIM SE CONTEGENTIBUS.

6. JUNGERMANNIA major altera foliis ſubrotundis tenuiſſime denticulatis MICHEL. p. 7. T. 5. f. 2.

Muſcus bifolius procumbens, foliis ſubrotundis LOESEL. p. 167. & ic. n. 45. bene, ſed abſque flore.

Muſcus Trichomanis facies foliis utrinque ſplendentibus rotnndis JUNGERMAN. apud MORIS. III. p. 627. T. 6. f. 41.

Muſcus Trichomanoides foliis rotundioribus, pelllucidis, ſquamatim conjuncte ſibi incumbentibus H. OXON. III. p. 627. S. XV. T. 6. f. 42.

Hepaticoides aſplenioides ramoſa major florida VAILL. p. 99.

Lichenaſtrum Trichomanis facie, capitulis e foliorum ſummitate egredientibus majus DILL. *ſyn.* RAJ. III. p. 112. n. 16.

In ſylvis vulgatiſſima eſt.

Caules praelongi ad ſemipedem, inclinati, purpurei. Folia alterna, aut omnino libera ſunt, aut exigua certe parte ſe contegunt, ſubrotunda, ora argute denticulata, quas quidem ſpinulas ſaepe vix microſcopio adſequi licet. Ex apice ramorum ſolito more vagina, ovulo turgida, quae primo vere ſetam emittit brevem, ſemuncialem, in qua globulus eſt, diſſiliturus in floſculum nigrum, levem, inter omnes Jungermannias maximum, quadrifidum vel aliquando quinque fidum.

7. JUNGERMANNIA alpina, ſupina, foliis acutioribus, auritis, tenuiſſime denticulatis, flore inſidente pediculo breviori MICHELI Ord. I. n. 3. p. 7.

1. GESNERUS hoc nomine ex alpibus miſit.

Cauliculi unciales, ob raritatem foliorum pene nudi. Folia lata baſi caulem amplexa, neutiquam imbricata, longa, anguſta, ora acute & longe profundius denticulata, quam in n. 4. Florem non vidi.

8. JUNGERMANNIA major, foliis brevioribus, obtuſioribus, non dentatis MICH. O. V. n. 1. T. 5. f. 3.

An *Muſcus minimus & tenuiſſimus, Aſplenii facie?* SIBB. p. 39 cum ic. T. *Hepaticoides polytrichi facie* VAILL. T. *XIX.* f. 7. omnino.

In muſcoſis oris viarum frequens eſt.

Cauliculi teneri, repentes, ramoſi. Folia ſubrotunda, tota diametro ſemicirculi ad caulem adplicata, rariuſcula, pallida. Paſſim per caulem ex ala folii erigitur ſeta florigera, tertiam partem unciae alta, ovum gerens, quod diſſilit in floſculum atro-purpureum, raris & brevioribus ſegmentis. Nota facilis eſt, bulborum nempe ſedes in mediis ramis.

9. JUNGERMANNIA paluſtris, minima, repens, foliis ſubrotundis, denſiſſimis, laete virentibus MICHEL. O. V. n. 5. p. 8. T. 5. f. 6.

Hepaticoides albeſcens foliis pinnatis VAILL. T. *XIX.* f. 5. & p. 100. bon. deſcr.

Satis frequens in oris eminentibus viarum.

A priori n. 8. facile diſtinguitur, apice cauliculi ſe erigente, & vaginam, ſuoque tempore ſetam edente. Praeterea folia denſiora, ſaepiſſime uti in plantis Papilionaceis, ſemicomplicata, minora & frequenter rubra ſunt. Flos ſimilis, ſed anguſtior.

10. An JUNGERMANNIA paluſtris repens foliis ex rotunditate acuminatis MICH. Ord. V. n. 4. T. 5. f. 5?

Lichenaſtrum capitulis nudis Trichomanis facie, foliolis denſius adgeſtis majus DILL. *C. G.* p. 211. *Syn.* III. p. 112. n. 17. ob originem ſetae convenit, verum noſtra planta eſt ex minimis.

Iisdem locis cum prioribus.

Ambigit inter ordinem I. & II. Folia equidem duplici tantum ſerie, abſque auriculis edit, ſed oblique poſita, ut non exigua parte ſe contegant, denſiora, quam in n. 8, neque unquam plicata. Seta ex origine caulium, longior, ad duas uncias, florem gerit longe gracilisſimis ſegmentis, pene nigrum.

11. JUNGERMANNIA paluſtris, omnium minima, repens, foliis ſubrotundis, denſiſſimis, laete virentibus MICH. O. V. n. 6. T. 5. f. 7.

In ligno putreſcente.

Caulis repens ad angulos rectos ramoſus, Folia longe minutiſſima, ſubrotunda, ut in 9. & 10. denſe congeſta. Florem non vidi.

12. JUNGERMANNIA major repens foliis bifidis MICHEL. O. VI. n. 3. T. V. f. 12.

Muſcus denticulatus minor C. B. in herb. viv.

Muſcus lichenoides foliis pennatis bifidis major RAJ. *hiſt.* III. p. 48. l. 47. H. OX. III. p. 626. n. 46.

Lichen viridis foliis denſe ſtipatis PETIV. *Gazoph.* n. 124. T. *XIII.* f. 4. abſque flore.

Hepaticoides Polytrichi facie, foliolis bifidis VAILL. p. 99. T. *XIX.* f. 8.

Lichenaſtrum Trichomanis facie, foliolis bifidis majus DILL. *ſyn.* RAJ. p. 133. n. 19.

Vulgaris

Vulgaris in humo & corticibus arborum.
Cauliculi una cum foliis pallent, repunt vero, & ramos crebros edunt, uti priores, quibus major eſt. Folia rariora, alterna, profunde bifida, ſemilunari hilo, utroque cornu lunulae in ſpinulam exeunte. Solas adhuc vaginas vidi, ad ortum novellorum ramorum ſesſiles.

15. JUNGERMANNIA minor repens foliis ſubrotundis, bifidis, vagina floris cylindracea MICH. O. VI. n. 4. T. 5. f. 13.
Muſcus Lichenoides foliis pennatis bifidis minor RAJ. III. p. 48. l. 47. HIST. OXON. III. p. 627. S. XV. T. 6. f. 47. ſed magnitudo fere ad n. 12. accedit.
Muſcus pennatus foliis ſubrotundis bifidis minor RUPP. p. 294. BUXBAUM.
Lichenaſtrum Trichomanis facie foliolis bifidis minimum DILL. *ſyn. III.* n. 20.

Cum prioribus non infrequens.
Cauliculi repentes breves. Folia diſtincta, fere quadrangula, ſed latere, quod cauli obponitur, ſemilunariter exciſo. Ex ſummis ramulis cylindricae vaginae copioſiſſimae, apice reſecto, ex quibus ſetae prodeunt, floſculos gerentes, quadrifidos, latioribus ſegmentis.

16. JUNGERMANNIA omnium minima folio capillaceo.
Lichenaſtrum trichodes capitulis folliculis e ſummitate ramorum egredientibus incluſis DILL. *C. G.* p. 212.

Ad terram non infrequens.
Cauliculi teneri, ramoſi, foliolis capillaceis undique obducuntur, de quibus difficile eſt judicium, num integra ſint, num vero laciniata. Creberrimi folliculi triquetri, eriguntur ex ſummis ramulis, globulo farti, qui ex more gentis educunt ſetas ſemunciales, globulo primum, deinde anguſtiſſimo, quadrifido, floſculo onuſtas. Color ex luteo laete viret abſque ſplendore.

17. JUNGERMANNIA paluſtris abſinthii folio.
An *Muſcus amarus* IMPERATI L. 27. c. 12.
Muſcus amarus abſinthii folii I. B. III. p. 764. ſed non eſt amarus.
Muſcus paluſtris abſinthii folio inſipidus TOURN. *aut. de Par.* p. 505. I. R. H. VAILL. T. XXVI. f. 11.
Lichenaſtrum filicinum criſpum DILL. *ſyn.* RAJ. p. 111. n. 7.

Elegans planta paſſim in udis provenit, florentem vero reperi ad rivum *Glasbach*, qua parte ad *Arolam* properat.

Cauliculis eſt ſeſcuncialibus inclinatis ramoſis, ramis & ipſis quinque vel ſeptem ſimiles pinnas accipientibus. Et caulis & rami teguntur foliolis, omni capillicio, aut lana tenerioribus, tenuiſſime laciniatis, in ſpeciem tomenti congeſtis. Ex alis ramorum exiguntur craſſi, cylindrici folliculi, villoſisſimi, in quibus ſetam immaturam craſſam, & ovum vidi ex gentis more.

MUSCOIDES.

MICHELI p. 9.

JUNGERMANNIAE ſpecies LINNAEI.

Differt a *Jungermannia* fructibus orbiculatis, planis aut turgidis, media linea diviſis, diſtinctis a vaginis ſetarum. Fateor mihi eos fructus ſuſpectos eſſe, & pro gemmis novellorum ſurculorum haberi, ut omnino poſſint hae plantulae ad primum ordinem *Jungermanniarum* referri.

1. MUSCOIDES ſquamoſum majus atrocinereum, foliis ſubrotundis MICH. p. 9. n. 2. T. 6. f. 3. non vero ſynonyma, quae pleraque pertinent ad Jungermanniam 4.
Muſcus Lichenoides foliis cauli ſquamatim incumbentibus anguſtioribus H. OXON. III. p. 627. n. 45.
Muſcus ſquamoſus foliis ſubrotundis denſiſſimis I. R. H.
Lichenaſtrum petalodes ſquamoſum minus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 213. E. N. C. *Cent. V. VI. app.* T. X. f. 30. VAILL. T. XXI. f. 17. non optime.
Lichenaſtrum imbricatum minus DILL. *ſyn. III.* p. 111. n. 11.

Ad arbores & petras ubique frequens.

Facile diſtinguitur a *Jungermannia* 4. tum colore, tum foliis. Nam & nigrior eſt, & rami ſtrictius folioſi, ſuperne explanati, duobus foliorum alternis ordinibus tecti, inferne vero excavati, atque minimorum foliorum triplici ſerie veſtiti, ut tamen nigrore ſuo paſſim nudos ſe eſſe demonſtrent. Quod fructus vocat MICHELI, ſunt in hac planta longiuſculae gemmae, in quibus ſerrata foliorum conmiſſio incipit adparere. Paſſim vero ex foliorum alis bulbi pene rotundi, laxi, bivalves exeunt, ex quibus breviſſimae ſetae praeferunt globulum primo, deinde floſculum rufum, cujus petala inſolitae latitudinis ſunt.

2. MUSCOIDES minimum, foliis alternis, ſuperioribus circinatis, inferioribus cucullatis, flore pediculo ferme carente MICH. p. 10. T. 6. f. 6.
Muſcus nummulariae folio fructu pediculo carente VAILL. T. XXIII. f. 10.

Ad lapides & arborum cortices.

Viride eſt, cum nigrore. Cauliculi valde ramoſi, intricati. Folia alia majora, rotunda, quae ad caulem rariora, ad ramos vero denſe congeſta ſunt, & inbricata, duorum ordinum. Alia minutiſſima cauliculum in cava parte contegunt, duorum etiam ordinum. Folliculi in hac ſpecie triplices. Alii, ut in priori, locuſtas graminis amoris referunt, ſuntque rami novelli. Alii a MICHELIO picti ad o. o. p. p. ſunt orbiculares, conpreſſi, media linea diviſi, qui videntur gemmae eſſe prioribus teneriores. Tertia ſpecies eſt vaginarum floralium, quae Jungermanniis ſimiles, pariter ſetam educunt tertiam partem unciae longam, floſculo oneratam, extus fulvo & piloſo, intus pallente. Prima facies floris, ut in Jungermanniis, eſt niger, luciduſque globulus.

3. MUSCOIDES ſquamoſum, ſaxatile, nigropurpureum, ſurculis anguſtioribus, foliolis circinatis minoribus MICH. p. 10. T. 6. f. 5.
Hepaticoides foliis & ſurculis Thuyae inſtar conpreſſis minor VAILL. T. XIX. f. 10.
Jungermannia ſylvatica minor nigricans RUPP. p. 295.

Ad ſaxa etiam & arbores.

Diverſitatem ponit MICHELIUS, tum in ſuperiorum foliorum denſiſſima & ſquamoſa congeſtione, qualis eſt n. 1. tum in foliolis inferioribus trium ordinum, quae in priore n. 2. duntaxat duorum ſunt. Sed fateor, conparatis diverſis aetatibus, prior nota incerta videtur, altera ob ſubtilitatem obſcura eſt.

MARSILEA.

MICHELI p. 5.

LICHENASTRI Ord. II. DILL. *ſyn.* RAJ. p. 110. *JUNGERMANNIAE* Sp. LINN.

A *Jungermannia* omnino ſolis foliis differt, quae ex Lichenum genere ſunt, nempe diverſitas caulis a foliis hic nulla eſt. Sed addi poteſt, filamenta in ſpongiae ſpeciem intricata, in medio flore adeſſe, quibus carent *Jungermanniae.*

1. MARSILEA major atrovirens, floribus albicantibus, e foliorum medio egredientibus MICHEL. n. 1. T. IV. f. 1.
Lichen alter minor caule calceato, υποδεδεμενῳ COLUMN. *Ecphr. I.* p. 332.
Lichen alter minor folio calceato PARKINSON. p. 1315. ic. p. 1314.
Hepaticoides Cichorii criſpi folio VAILL. p. 98. T. XIX. f. 4. optime.
Lichenaſtrum capitulis rotundis, e foliorum medio enaſcentibus DILL. *ſyn.* RAJ. p. 110. n. 3.

Frequens eſt in argilloſis ad aquas, & in exiguis foſſulis, quibus prata irrigantur v. g. ad ſtagnum *Dracovienſe*, in foſſulis praedii *die Lorraine* &c.

Reliquis ampliora folia ſunt, extremis ramis laciniatis & criſpis, media ſede depreſſiore, quae nigra eſt, cum orae albeſcant. In ramulis ex medio folio eriguntur vaginae, uti in *Jungermanniis*, cylindricae, easque, ſed laceras, toto anno reperias. In vaginis primo globulus latet, qui maturus atrore ſplendet. Tunc vero ſub initia veris ſeta erigitur cava, praelonga, debilis, ar-

argentea, globulum praeferens, cujus cortex finditur in florem quadrifolium, cinnamei coloris, latum, non piloſum, medulla vero ſpongioſa pilorum ſpecie in medio flore nuda manet, flori concolor.

*2. MARSILEA media pinguis, pallide virens, floribus majoribus, nigricantibus, ad foliorum latera egredientibus MICHEL. n. 2. T. 4.

STAEH. reperit in vallo urbis *Baſileae*. Nondum vidi.

3. MARSILEA minor, ſeminifera.
Hepatica ſaxatilis undulata ſeminifera VAILL. p. 98. 99. T. XIX. f. 6.

STAEH. miſit, & ad oras viarum in ſylvis frequens eſt v. g. in via a *Pumpliz* ad *Eymatten*. Non ſatis certus ſum diverſam eſſe a n. 1. Tenerior eſt, viridior, media linea non nigricante, & ſaepe duplici ordine tuberculorum ornata (MICHEL. T. 4. ad F.) Folliculus bivalvis villoſus, ſed ex mediis foliis, ſeta multo brevior, flos ſimilis.

4. MARSILEA aquatica, ad foliorum alas florigera.

Annon nomen n. 3. potius ad hanc referendum?

Lichenaſtrum capitulis oblongis, juxta foliorum diviſuram enaſcentibus DILL. *ſyn. III.* p. 110. n. 4.
Lichen parvus erectus foliis profunde laciniatis PLUKNET. *Almag.* p. 216. T. 42. f. 2. RAJ. *Hiſt. III.* p. 48. l. 47.

In paluſtribus ad rivum *Glasbach*.
Folia plana, media linea non diviſa, viridiſſima, modo per humectos muſcos proſtrata repunt, modo in exiguis foſſulis ſtipata eriguntur. Folliculi ex diviſione ramulorum proveniunt.

5. MARSILEA minima, anguſtifolia, floribus nigricantibus ex inferiori foliorum parte, a ſubhirſuta & turbinata vagina erumpentibus MICH. n. 4. T. 4. f. 4.
Hepaticoides arborea globuligera VAILL. T. XXIII. f. 11.
Ulva ſaxatilis, furcata, latiuſculis & tenuioribus ſegmentis DILL. *ſyn.* RAJ. p. 63. n. 8.

Nihil frequentius ad ſaxa & arbores.
Cauliculi repentes, longi, ramoſiſſimi, plani, media linea diviſi, ubique ejusdem latitudinis, ramorum fine ad obtuſiſſimum angulum bifido, fere uti litera T. Subtus vidi per lineam, quae media eſt, diſponi tumores ex albo vireſcentes. Flores nondum vidi.

6. MARSILEA minima, viridiſſima, tripartito diviſa.
An haec potius fuerit *Marſilea terreſtris minima, foliis ſinuatis, floribus nigricantibus, e foliorum lateribus provenientibus* MICHEL. n. 3. T. 4. f. 3.
An *Lichen omnium minimus foliis ſciſſis ſuper terram expanſis* DILL. *C. G.* & *ſyn.* RAJ. p. 115. n. 5.
In ligno ſemiputrido.
Nondum certus ſum, hanc a priori n. 5. ſatis diſtinctam eſſe. Viridior eſt, ramis digitatis, trifidis. Ex alis foliorum eriguntur tumores ovales frequentiſſimi, iique in clavas fiunt ſubhirſutas, quae ſetas fundunt ſemiunciales. In iis globuli atropurpurei, qui in quadrifidos floſculos de more finduntur. Ambigit inter ſpeciem n. 3. & n. 5.

*7. MARSILEA terreſtris, minima, anguſtifolia, nigricans, flore bipartito MICH. n. 5. T. 4. f. 5.

STAEH. in ſylva *die Hardt*. Nondum vidi.

LUNULARIA.

MICHELI p. 4.

A Marſilea differt, tum quod quatuor flores Marſileae ſimiles ex una ſeta in cruciformi-

mibus pediculis edantur, tum quod gemmas aliqua ſeminis effigie plenas in folio educat, lunulae figura.

1. LUNULARIA vulgaris MICH. p. 4. T. 4. (pulchre.)
Hepatica humiſerpens MALPIGH. *Anat. plant.* P. II. T. XXVII. f. M. N. O.
Lichen ſive Hepatica lunulata epiphyllocarpos RAJ. *hiſt. III.* p. 47. l. 46.
Lichen petreus, caulis foliorum medio lunulis ſeminiferis donatus PLUKN. Almag. p. 216.
Lichen pileatus parvus, capitulo crucis inſtar ſe expandente DILL. *ſyn. III.* p. 115. n. 3.
Lichen Hepaticus capitulis quadrifidis BUXB. *Cent. I.* T. LXI. f. 2. ubi obſcura additur deſcriptio.

In oris viarum cavarum, qua a villa *die Luzern* adſcenditur in ſylvam *Sedelbach*, & in via ab *Eymatte* ad *Pumpliz*, qua primum ſylva ſubitur.
Pulcherrima plantula viridiſſimis fit foliis abſque nervo, latis, in orbem ſparſis. Ex medio ceſpite folliculi eriguntur unciales, qui breves ſed craſſos ſtylos emittunt, biunciales. Stylus vero ſupremus finditur in crucem, cujus quaelibet extremitas florem gerit Marſileae ſimilem, hirſutum, ſpadiceum. Lunulae in foliis pro ſeminalibus habentur. Sed confer MARCHANTIAM n. 2.

HEPATICA.

MICHEL. p. 3.

LICHEN DILLENII *Cat. Gieſſ.* nov. gen. p. 78. T. 1. & *Syn.* RAJ. p. 114.

MARCHANTIAE ſpecies LINNAEI n. 793.

Fabrica elegantis plantulae analoga eſt Marſileis. Sed globuli pulverulenti fere ſex, per maturitatem in totidem floſculos campaniformes pentapetaloideos diſſilituri, in propriis capſulis, & ex ſingularibus placentulis cordiformibus pendent ex communi ſtylo florigero, ita, ut placentae & capſularum baſes in apice coni conjungantur, rictus vero floſculorum divergendo coni baſin faciant. Seminales fabricas eſſe putant tumores in novellis ramis ovales, extus aſperos, intus plenos ſeminibus albentibus, ordinatis. Vide MARCHANTIAM n. 1.

1. HEPATICA vulgaris major ſive officinarum Italiae MICH. p. 3. T. 2. f. 1.
Lichen pileatus Plinii primus COLUMN. *Ecphr.* I. p. 331. (primus deſcripſit.)
Hepatica pileata & ſtellata VAILL. p. 98.
Hepatica reticulata & verrucoſa p. 97. T. XXXIII. f. 8. (quam cum Lunularia confundit.)
Lichen verrucoſus RAJ. III. p. 47. l. 46.
Lichen petreus pileatus RAJ. *Hiſt. I.* p. 125. *ſyn. III.* p. 114. n. 1.
Jungermannia nemoroſa, pediculo altiſſimo, tenerrimo & candicante RUPP. p. 294.

Nihil vulgatius *Bernae* ad muros roridos, ſeptentrioni expoſitos v. g. juxta Arolam ſub plateis *Brunngaſſe* & *Hormatsgaſſe*. In paluſtribus etiam circa *Glasbach* & alibi.
Haec ſpecies, cujus florem deſcripſi, latis foliis & obtuſe laciniatis, magnos ceſpites facit, foliorum vero ſuperficies diſtinguitur tuberculis albis per viridem carnem folii reticulatim diſpoſitis. Sapor admodum acris, & penetrantiſſimus, demonſtrat vires medicas minime inbecilles, ſcorbuticas & reſolventes.

MARCHANTIA.

MARCHANT. *Mem. de l'Acad. des ſcienc.* 1713. & MICHEL. p. 1.

LICHENIS ſpecies DILL. l. c.

In hoc genere ovula extra proprias capſulas pendent e longo pediculo. Capſulae vero ordinantur ſub bacillis, aut diſtinctis, aut media membrana conjunctis, ex ſummo ſtylo florigero radiatim divergentibus. Praeterea ova matura hemiſphaerice patent, margine revoluto & dentato: gemmae vero, quas pro capſulis ſeminalibus habent, ora finiuntur dentata.

1. MAR-

1. MARCHANTIA major, capitulo ſtellato, radiis teretibus, capſularum ſeminalium crenis in longiuſculum quaſi pilum deſinentibus MICH. T. I. f. 1. p. 2. tum ſp. 3. ib., quae non niſi adultior videtur, opus enim teſſellatum foliorum paulatim deteritur & obſcuratur.

Hepatica BRUNFELS. II. p. 306.
Lichen FUCHS. c. 179. MATTHIOL. p. 1038. CAM. EPIT. p. 782. [cum corollulis] CAESALP. L. *XVI.* c. 19.
Lichen, hepatica LOBEL. ic. II. p. 246. major figura.
Hepatica officinarum VAILL. p. 97. bona deſcr.
Hepatica ſtellata ZANICHELL. p. 284. ic. 308.
Marchantia calyce communi decem fido, latiniis linearibus LINN. *flor. Lap.* n. 422.
Lichen ſaxatilis latifolius viridis, corium Carchariae piſcis referens, ad foliorum apices exanthemata ſua condens RUPP. p. 265. non videtur differre.

Circa Bernam in ductibus aquarum, quibus prata rigantur. *Tiguri* vero ad muros, uti *Bernae* Hepatica.
Habitu Hepaticam refert, ſed tubercula longe ſubtiliora, rhomboideis areis circumſcribuntur. Gemmae apertae fiunt lacera folii ſubſtantia undique revoluta, fiſſa in dentes ſpinulis herbaceis terminatos: In cavo gemmae non ſemina, ut MICHELIO viſum, ſed viridia juniora foliola. In ſetis praealtis bacilli curvuli in radium expanſi, liberi, fere decem. Cuique ad baſin, ubi ex pediculo provenit, aliquot pili adſident, & duae oblongae cauſulae, ſiccae, dentatae, fimbriatae. Ipſe per medium ſulco diviſus, & cavus eſt.

2. MARCHANTIA capitulo non diſſecto MICH. p. 2. T. I. f. 5.

Lichen III. LOBEL. ic, II. p. 246. nempe icon interior & inferior. LUGD.
Leberkraut Hepatica TABERN. p. 875.
Lichen petraeus umbellatus C. B. COMMEL. VOLC. RUPP. BUXB. &c.
Marchantia calyce communi octo partito, laciniis plano convexis LINN. *flor. Lapon.* n. 423.

In ſylvis frequens, Bernae & in omni Helvetia etiam alpina.
Folia ſimilia *Marchantiae* I. ſed minora, teſſellato opere ſubtiliori. Styli unciales, gerunt capitula fungis ſimilia, orbiculata, plana. Ea fiunt octo bacillis, membrana tenui conjunctis, quae in junioribus expanſa eſt, ſed in adultis plantis ita contrahitur, ut bacilli liberi eſſe videantur. Quare omnino cum DILLENIO huc refero

β *Marchantiam capitulo ſtellato radiis teretibus* MICH. n. 2. T. I. f. 2.
Lichenem II. LOBEL. ic. II. p. 246. nempe iconem interiorem & ſuperiorem. LUGD. &c.
Hepaticam II. TABERN. p. 875. ic. ſuper.
Lichenem petraeum ſtellatum C. B. SIBB. VOLC. COMMEL. RUPP. MAGN. BUXB. &c.
Hepaticam petream umbellatam, pariter & Cyathophoram RUPP. p. 296. (qui meras varietates eſſe primus ſenſiſſe videtur.
Commune vero utrique nomen facit DILL. & vocat
γ *Lichenem petalodem polymorphon C. G.* p. 210. append. p. 78.
Lichenem petraeum ſtellatum ſyn. RAJ. p. 115. n. 2.
Et eo poteſt referri *Lichen anapodocarpos* PLUMIER. *filic. Amer.* T. 142.

Priori ſpecie utuntur ad icterum morbosque hepatis, uti Hepatica, quae in Germania rarior eſt: verum eadem magna ratione eſt efficacior.

ANTHOCEROS.

MICHELI p. 10. LINNAEI. n. 795.

LICHENASTRI Ord. I. DILL.

Facie cum *Marſileis* & *Marchantiis* convenit. Sed ſeta florem quidem gerit nullum, finditur autem per longitudinem, & pollinem dimittit. Seminales, ut vocat MICHELI, machinulae per folia ſparſae, radiatae ſunt, in ſtellarum modum.

*1. ANTHOCEROS major MICHEL. p. 11. T. 7. f. 1.

An-

Anthoceros H. *Cliff.* p. 477.
Lichenaſtrum gramineo pediculo & capitulo oblongo, bifurco DILL. *ſyn. III.* p. 109.
Lichen hepaticus pediculis gramineis BUXBAUM. *Cent.* I. T. LXI. f. 1.

In agro verſus *Hohlehn.* STAEHEL.
Icon demonſtrat faciem Marchantiae primae, cum ſeta bivalvi.

2. ANTHOCEROS minima ramoſiſſima ramis & ramulis conjugatis

STAEH. legit in terra argillacea, in ſylva M. *Münchenſtein.*
Nova plantula Muſcoidis 3. faciem utcumque refert, ramulis uncialibus, ramoſis, & ſurculis denuo ramoſis, planis, anguſtiſſimis, fine ramorum trifido. Seta bivalvis dehiſcens, flavum pollinem emittit, prodit autem ex ſummorum ramulorum diviſionibus.

RICCIA.

MICHEL. p. 106.

Ibi vide characterem, quem nondum ipſe examinavi.

1. RICCIA foliis carinatis, breviter bilobatis.
Hepatica paluſtris bifurcata, lobis brevioribus carinatis VAILL. T. XIX. f. 1.
Lichen ſive Hepatica, foliis craſſis, Rutae Murariae, aut Chamaedryos foliis laciniatis, quodammodo ſimilibus RAJ. *Hiſt.* III. p. 48. l. 47. *Syn.* III. p. 116. bon. deſcr.
Inter MICHELIANAS difficulter ſeparabiles, placet *Riccia minima anguſtifolia, cinerea, ſegmentis craſſis non ſulcatis* p. 107. n. 6. T. 57. f. 8. certe, ſi iconem reſpicias.

In aquae ſuperficie legimus, STAEHELINUS, KÖNIGIUS, HUBERUS & ego, paulum ultra *Michelfelden* in foſſis, quae clivo parallelae deſcendunt.
Ex communi centro foliola octo fere in orbem ſparguntur, ſubſtantia ſimillima Jungermanniis & Marchantiis, nempe reticulata areolis hexagoniis. Omnia ex communi principio in duos aut tres craſſos, triangulares, lobulos finduntur, & medio nervo depreſſiori dividuntur. Florem non vidi.

LENTICULARIA.

MICHEL. p. 15.

LEMNAE LINNAEI ſpecies flore nondum cognito.

Aquis aeſtate innatant folia, quae hyeme in fundum deſcendunt, VALISNER. *app.* ad *Cent.* I. E. N. C. atque in aquam conicas cavasque radiculas ex parte inferiori demittunt. Villum ſeminalem in duplicatura membranarum latentem deſcribit MICHELI. Flores vero nunquam vidit. Speciem ſuam propagant foliis ex latere nova folia educentibus.

949 1. LENTICULARIA major polyrrhiza inferne atropurpurea MICHEL. p. 16. T. II. f. 1.
Lens paluſtris ſuperne virens inferne nigricans I. B. III. p. 784. ob eam ipſam notam.
Lenticula paluſtris foliis majoribus ſubtus rubeſcentibus HOFM. *flor. Altd.*
Lenticula paluſtris major DILL. RAJ. *ſyn.* III. p. 129. T. 4. f. 2.

In Helvetia non vidi, ſed *Gottingae* abundat in foſſa urbis *beym Schuzenhaus.*
Folia multo majora, ovata, hinc amplo ambitu exteriori, inde anguſto vertice quaſi acuto interiori, pulpoſa, firmula, inferne, & aliquando ſuperne atrorubta. Quodlibet propius angulum acutum faſciculum radicularum demittit, qua nota a ſequentibus facile diſtinguitur.

946 2. LENTICULARIA ramoſa, monorrhiza, foliis oblongis pediculis longioribus donatis MICHEL. p. 16. T. II. f. 5.
Hederula aquatica LOBEL. ic. II. p. 36. MERR. &c.
Lenticula aquatica triſulca C. B. I. B. &c.
Ranunculus hederaceus aquaticus PARKINSON. p. 1216. quoad iconem.

In planiori parte Helvetiae, Tiguri, Baſileae, circa *Friedlingen* &c.

Cauli-

Cauliculi ramoſi, per intervalla folioſi, natantes. Unicum folium ex elliptico acuminatum, prope originem edit duo folia lateralia, ſimilia, quae folio priori notas ſuas inprimunt. Ad concurſum trium foliorum papilla eminet, quae cavam radiculam, quaſi anchoram, conicam, mucrone recurvo, recta in aquas dimittit. In folio utriculi conſpicui ſunt; uti in *Riccia* dictum.
In vino albo infuſa ſanguinem coactum reſolvit CHEMINAIS apud VAILLANT.

3. LENTICULARIA minor minorrhiza foliis utrinque viridibus MICHEL. p. 16. T. II. f. 3.
Lenticula aquae BRUNFELS. III. p. 118.
Lenticula paluſtris TRAG. p. 689.
Lens paluſtris CAM. *Epit.* p. 852. LOB. ic. II. p. 249. I. B. BLAKWALL. T. 380. &c.

Nihil vulgatius in foſſis & ſtagnis adulto vere.
Ceſpites exigui ex aliquot foliis congregantur, ipſi pariter conjuncti in latas cruſtas, quae aquam abſcondunt. Figura, quae ex ſectione ovi naſcitur, hinc dimidia ellipſi majori fit, inde minori. Caro, quam priori, magis pulpoſa. Radiculae ſimiles, ſingulares. Refrigerare & inflammationes repercutiendo tollere in fomento TOURNEF. *aut. de Paris.* ſed cum noxa GARIDEL. p. 277.

PILULARIA.

VAILL.

HYDROPIPER BUXBAUM *Cent.* II. T. 37. f. 2.

GRAMINIFOLIA RAJI.

Primus hujus generis veram hiſtoriam conſignavit STAEHELINUS, nomen autem inpoſuit, quod retinere non licuit. Quare ex obviis pluribus VAILLANTIANUM retinui. Characterem hunc conſtituit amicus „ Fructus ex proprio pediculo quadrilocularis, in loculis continens ſemina multa. Folia vero in pediculo ſterili quaterna, ante maturitatem convoluta in hami ſpeciem.

1. PILULARIA fructu a foliis remoto STAEHELINI.

α Planta cum fructu & foliis convolutis.
Gramen Piperinum MERR. *pin.* p. 57.
Graminifolia paluſtris repens vaſculis granorum piperis aemulis RAJ. *Cat. Angl.* p. 153. HIST. OXON. III. p. 608. RAJ. *ſyn.* III. p. 136. VAILL. T. XV. f. 6.
Muſcus aureus capillaris, paluſtris, inter foliola folliculis rotundis quadripartitis PLUKN. p. 246. l. 256. T. 48. f. 1.
Pilularia paluſtris juncifolia VAILL. p. 159.
An *Hydropiper* BUXBAUM. *l. c.*?

β Planta absque fructu, foliis explicitis.
Lens paluſtris altera MATTH. p. 1116. bon. ic. [ubi folliculi exprimuntur] CAM. EPIT. p. 854. &c.
Lens paluſtris quadrifolia I. B. H. OXON. III. p. 619. ic. T. 4. S. XV.
Stratiotes quadrifolia Lujulae facie PETIV. *Gazoph.* T. V. p. 17. & forte etiam
Lens paluſtris foliis roris ſolis cordatis EI. *Muſ.* n. 692.

In aquoſis circa *Hiltelingen.*
Planta mirifica in imo fundo aquae fructificat, fructus autem maturi ſummitatem petunt, & planta ſub ſpecie ſpermatis ranarum germinat, quam primum vero radices egit, denuo fundum petit. Media eſt inter Muſcos & plantas, quas orditur, Filicinas. Plura vide in appendice.
Alia hujus plantae ſpecies eſt, fructu in circumferentia foliorum, nempe *Filicula repens, Quadrifolii phaei facie, oris ſpermatophoris, ex India Orientali, Ary Elle Malabarorum.* PLUKNET. *Amalth.* p. 95. T. CCCCI. f. 5.
Chara, quae ſtamine manifeſto deſtituitur, huc referri poſſet. Sed non viſum eſt utile ſeparare eam a ſodalibus.

PLANTAE SEMINIFERAE FLORIBUS ET APICIBUS CONSPICUIS DESTITUTAE

CLASSIS IV.

EPIPHYLLOSPERMAE.

Multis modis demonſtratur naturalem eſſe claſſem. Pariter enim omnes, certe quas vidi, cauliculis ex terra erumpunt confertis, & in cincinnos conflexis, quos ſenſim explicant. DILL. EPH. NAT. CUR. *app. Cent.* VI. p. 89. 90. T. 10. Similis eſt firmitas foliorum, & ſiccitas, quae facit, ut non aliae plantae frequentius veſtigia ſua lapidi fiſſili inprimant. Seminales machinulae multa etiam communia habent, id inprimis, quod in ipſis foliolis plerumque absque cauliculo ſedeant, inde *Epiphylloſpermae* dictae RAIO *hiſt. plant.* I. p. 132. & aliis. In fabrica florum, etiam hoc convenit, quod nulla quidem ſtamina nec folia floris educant; ſed in eodem communi ſulco numeroſae capſulae contineantur, circa quas anulus lineis transverſis ornatus, & elaſticus incurvatur, qui idem contractione ſua in rectitudinem exporrectus folliculum & ſemina excutit SWAMMERDAM. *Bibl. Natur.* Tom. II. ſub finem & T. LIII. qui pulchrius, quam PLUMIER. (*fouger. de l'Amer.* T. II.) & anulos, & ſolliculos, deſcripſit. Conf. TOURNEFORTIUM T. 312. & ſeqq. MALPHIGIUM *anat. plant.* f. 299. 300. Semina enim eſſe MORISONI in *Praef.* ad BOCC. *plant. rar.* & STAEHELINI experimenta demonſtrant, qui Phyllitides ex eo polline conſito pronaſcentes obſervavit, & diverſarum aetatum ſpecimina ad me transmiſit. Caeterum Pilularia cum Oſmunda ordine naturae conjungitur. Illa folliculos ad radicem ex brevibus pediculis praefert, & caules pariter in primo ortu cincinnatos educit. Haec folliculos, pene ſimiles, in ramoſis pediculis gerit.

OSMUNDA.

TOURN. T. 324. LINN. n. 778. & aliorum.

Huic character eſt, quod ſeſſiles globuli utrinque confertim ramoſis axibus adſideant.

1. OSMUNDA foliis, lunatis I. R. H. *aut. de Par.* p. 512. SCHEUCHZ. *It.* I. p. 46. GARIDEL. ic. 78.

1279

Luuaria minor FUCHS. p. 482. ſpecimen ex maximis MATTH. p. 903. CLUS. Pann. CAES. p. 600. GESNER. *hort.* p. 266. CAMERAR. *Epit.* p. 643. bon. ic. RAJI I. p. 127.
Lunaria TRAG. p. 914. DODON. p. 139. CORD. *ſylv.* p. 221. *b.* BLAKWALL. T. 420.
Lunaria botrytis minor CLUS. *hiſt.* p. *CXVIII.* THAL.
Lunaria racemoſa LOBEL. ic. p. 807.
Ετιμηδιον COLUMN. *Phylobaſ.* p. 81.
Ruta Lunaria, Ruta Jecoraria TABERN. p. 137.
Lunaria botrytis I. B. III. p. 709. AICHTETT. *Vern. ord. fruct.* T. 3. f. 3. BARRELIER. ic. 252. n. III.
Lunaria racemoſa minor & vulgaris C. B. MORIS. III. p. 594. MURALT. p. 722.
Oſmunda folio pinnatifido pinnis lunulatis LINN. *flor. Lapon.* n. 389.
Oſmunda fronde pinnatifida caulina, pinnis lunulatis id. H. *Cliff.* p. 472.
β Varietas ramoſa, cui duo, aut plura folia, & plures pediculi florigeri.
Lunariae rarior ſpecies CAMER. *Epit.* p. 644.
Lunaria botrytis polyphyllos THAL. p. 74.

Sunaria

Lunaria botrytis minor multifolia I. B. P. III. p. 711.
Lunaria racemosa major ramosa C. B.
Osmunda foliis lunatis ramosa I. R. H.
γ *Osmunda racemosa minor Adianthi folio* BREYN. *Centur. I.* ic. 93. p. 183.
δ *Osmunda racemosa minor matricariae folio* id. ic 94. p. 184.

In montanis gramineis Helvetiae ubique. Inveni in M. *Jurae* tractibus variis, *Thuiri*, (*Saleve*), *Dolaz*, *Suchet*, *Grandvi*, *Chasseral*, *Vogelberg*. In alpium pascuis *Rohtenhorn*, *Neunenen*, *Scheidek*, *Gemmio* &c. humiliorem quidem, uti solent Alpinae.

Radix fibris fit in bulbum quemdam collectis. Folium plerumque unicum, si plura fuerint, varietatem faciunt β. Fiunt autem paribus octo, novemque, segmentorum flabelliformium ad unam alam folioſam conjugatis, extremo impare. Haec folia in varietatibus BREYNIANIS magis & minus inciſa ſunt. Caulis floriger peculiaris, ramorum conjugatorum paria accipit ad ſeptem, qui alias ſimplices ſunt, alias ramoſi. In varietate vero β cauliculus floriger profundius in aliquot fere aequales trunculos finditur. Quivis ramulus duplicem ſeriem folliculorum ſubrotundorum gerit, in quibus pulpa farinoſa ſeminalis continetur. Quando folliculi maturi ſunt, quivis ramulus racemum imitatur. Vires praeter inania quaedam, lego ad vulnera, dyſenterias, fluxus ſanguinis laudari.

OPHIOGLOSSUM.

TOURN. T. 325. LINN. n. 759. & omnium Auctorum.

Pediculus floriger ſimplex, aut bifidus tantum, & trifidus. Globuli florales & ſeminiferi duplici ordine ad medium axin arcte congeruntur: Axis apophyſes utrinque in idem planum exigit, quae ſuperius & inferius excavatae ſunt, ut globulos recipiant: & haec ab Oſmunda major eſt differentia.

1. OPHIOGLOSSUM FUCHS. p. 577. TRAG, p. 323. TABERN. p. 849. CAMER. *Epit.* p. 364. bene. EYSTETT. *Vern. Ord.* VI. T. 7. f. II. RAI, p. 126. BLAKWALL. T. 416.
Ophioglosson MATTH. p. 594. DODON. p. 139. THAL. I. B. III. p. 708.
Ophioglossus GESNER. *hort.* p. 295. *b.*
Lingua vulneraria CORDI *histor. II.* c. 118, p. 153. *b.*
Ophioglossum s. Enopyllon LOBEL. p. 884.
Lingua serpentina CAESALP. p. 600.
Ophioglossum vulgatum C. B. P. *Bas.* p. 98. H. OXON. III. p. 595. T. V. PLUM. *filic. americ.* p. *XXXVI.* T. B. f. 5. &c.
Varietates habet *T. aut. de Par.* p. 28. I. R. H.
β *Ophioglossum minus* C. B. *Prodr.* p. 150. P.
Ophioglossum minus subrotundo follo C. B. P. I. R. H. TILL. BUXB. *pl. Hal.* p. 239.
γ *Ophioglossum anguloso folio* C. B. *l. c.* I. R. H. &c. *ll. cc.*
δ *Ophioglossum bilingue majus folio acuto* MENZEL, *pugill. pl. rarior.* T. IV. cum duabus varietatibus. BOBART. III. S. V. T. *XIV.* confer ACT. HAFN. I. *Obs.* 64.
ε *Ophioglossum bilingue medium folio obtuso* MENZ. BOB. *l. c.* I. R. H. TILL. Sed & CAMERARIUS bilingue habet.
ϛ *Ophioglossa bilingua minima* MENZ. ib. I. R. H.
ζ *Ophioglossum trilingue majus folio acuto* MENZ. *l. c.* Trilingue etiam CAMERARIUS pingit.

In pratis humidis, non vulgatiſſimum. In prato ſub arce *Tellenburg* vallis Frutingenſis. In M. *Münchenſtein*, *Muttenz*, & *Michelfeldae* C. B. In M. *Chasseron* DIVERNOI. In comitatu *Valengin.* In pratis humidis M. *Utliberg* MURALT p. 725.
Folium unicum fere abſque nervo, ex latiori fine ſurſum in longum mucronem ſenſim extenuatur. Lingula gracilis, plerumque ſimplex, in lentum mucronem extenuata.
Habetur pro vulneraria planta; quales quidem capillares omnes ſunt. Ad calidos tumores & recentia vulnera laudat TRAGUS, ad vulnera, ulcera, hernias ipſas infuſionem in oleo alii. Sed uſus rarior eſt. Sapor ſubdulcis, & glutinoſus.

STRUTHIOPTERIS CORDI.

SPICANT RUPP. p. 279.

PTERINOIDES SIEGESBECK *prim. flor. Petrop.* p. 91.

FILICASTRUM AMMANI *plant. Ruthen.* n. 252.

Cum Oſmunda & Ophioglosſo, convenit, quod peculiares caules ſeminiferos educat, diverſos a ſterilibus folioſis. Sed fabrica adfinis eſt Filici feminae, quam peculiariter *Filicem* voco. Nempe ad utrumque latus nervi medii in longiſſimo ſulco fabrica ſeminalis diſponitur parallela marginibus.

1. STRUTHIOPTERIS

1307

Aſplenon ſylveſtre TRAGI p. 550. bon. ic.
Lonchitis altera GESNER. *hort. Germ.* p. 266. CORD. *Dioſc. III.* c. 162. LOBEL. *Adverſ.* p. 363. 364. &c.
Lonchitis alia GESNER. *hort.* p. 293.
Lonchitis aſpera DODON. p. 469. *Ger.* RAJ. p. 138.
Lonchitis altera neotericorum CLUS. *Pann.* p. 705. *hiſt.* p. *CCXIII.*
Lonchitis altera Dioſcoridis LOBEL. p. 81.
Lonchitis altera femina TABERN. p. 800.
Lonchitis aſpera minor CAMER. *Epit.* p. 665. C. B. PARK. MERR. &c.
Lonchitis altera folio Polypodii I. B. III. p. 744. VOLC. &c.
Lonchitis vulgatior folio vario H. OXON. III. p. 569.
Lonchitis minor MURALT. p. 681.
Polypodium anguſtifolium folio vario I. R. H. *T. aut. de par.* p. 579. VAILL. BUXB. TILL. BOECL. &c.
Spicant Tragi & Germanorum RUPP. p. 279.
Pteris fronde pinnata foliolis linearibus parallelis ROYEN. p. 497.
β *Lonchitis altera minur* LOBEL. Illuſtr. p. 149. PARKINSON. p. 1043.
γ *Struthiopteris* CORDI *hiſtor.* L. II. p. 171. THAL. p. 119.
Filix paluſtris altera ſubfuſco pulvere hirſuta C. B. P.
Filicaſtrum Septentrionale & paluſtre AMMAN. *l. c.*

Hanc varietatem β. olim GESNERUS retulit ad TRAGI Aſplenon ſylveſtre. THALIUS GESNERO acerbe contradixit. Sed deſcriptionem dedit, in qua diverſitas nulla apparet; deinde in hercynica ſylva planta TRAGI frequens eſt & in horto ſicco C. B. certiſſime cum nomine Filicis paluſtris &c. recondita ſervatur. Si alia planta eſt, quod nolim perfricte negare, congenerem eſſe oportet. C. GESNERUS Tiguri. Circa Bernam in omnibus fere ſylvis, *Grauholz*, *Lengholz* &c. Folia in concinnum orbem ſpargit fere ad terram reclinata, ſingulari habitu. In univerſum Polypodii ſimilia ſunt, ſed longiora, & graciliora: media maxima ſunt, prima & ultima breviora. In medio ceſpite eriguntur folia ſeminalia, quae ſterilium ſimilia, ſtrictiora tamen ſunt, duriora, & fuſca, nervoque medio duas ſtrias ferrugineas, & nervo & oris parallelas, diſtinguunt.

FILIX.

Conf. diſſ. de *meth. Bot. ſtud.* p. 12. Ord. XI-XV.

FILIX femina RAI. *meth.* p. 12.

THELYPTERIS RUPP. & DILL.

PTERIS LINN. n. 780.

PTERIUM SIEGESBECKII.

Hoc nomine Veteres promiſcue ad varias ſpecies Capillarium plantarum uſi ſunt. Nos vulgatiſſimae, & ſpecioſiſſimae Europaearum hoc nomen tribuimus: cui character eſt „ ferre ſeminales utriculos in lineis ad marginem & nervum parallelis. Hac nota convenit cum Struthiopteride. Differt, quod omnia folia ſeminalia ſint, neque peculearis ramos ſteriles proferat. Si quis ſecutus ROYENIUM, Filicem cum Struthiopteride conjungere voluerit, non valde repugnabo.

1. Fl-

1. FILIX pinnis ramorum pinnatis, pinnulis non dentatis.

Filix femina FUCHS. p. 596. MATTH. p. 1291. bene, DOD. p. 462. LOB. ic. p. 812. LUGD. TAB. p. 792. RAJ. I. p. 149. BLAKWALL. T. 325.
Thelypteris CORD. IV. C. 187. LONIC. p. 461. DILL. *Cat. Gieſſ.*
Filix mas GESN. *hort.* p. 292. *b.*
Filix copioſa in montanis CAESALP. L. *XVI.* C. 2. p. 591.
Filix major & prior Trago ſ. ramoſa repens I. B. III. p. 735.
Filix ramoſa minor pinnulis obtuſis non dentatis C. B. P. & BAS. p. 99. PLUMIER. *Filic. Amer.* p. *XXIII.* T. *V.* f. 1. *T. aut. de Par.* p. 442. I. R. H. ZANICH. ic. 292. &c.
Filix ramoſa repens vulgatiſſima H. OXON. III. p. 583.
Thelypteris Dioſcoridis RUPP. p. 276.
Pterium majus SIEGESBECK. *flor. Petr.* p. 91.
Pteris fronde ſupra decompoſita, foliolis pinnatis lanceolatis, imis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus H. CLIFF. p. 473. ROYEN. p. 497.
β Filix ramoſa major, pinnulis acutiſſimis non dentatis C. B. P. I. R. H.
γ Pinnulis obtuſis undulatis

Nihil frequentius in dumis aſperis & paſcuis ſterilibus Helvetiae.
Facile cognoſcitur. Caules enim bipedales, & ultra, ramos fundunt, quorum imi pedales ſunt; hi lobos conjugatos, lobi vero pinnas conjugatas margine ſimplici, baſi latiuſcula, ut intervallum pinnarum occupet. Extremae pinnae late confluunt in integra ſegmenta. Semen in lineis, quae margini parallele ſunt. Margo adultus contrahitur, ut ſulcos occulat.
Radix viſcida, ſubamara, nauſeoſa eſt, ad vermes laudatur TRAG. ANDRY *des vers.* p. 173. *edit. Bat.* In Gallia cineres ad vitra conflanda ita frequente uſu ſunt, ut Poetae etiam calices nomine *fougere* appellent. Agricolis inviſa, vivaciſſima repit, & reſiſtit exſtirpaturis.

Thelypteris paluſtris non ramoſa RUPPII.

Si quidem de eadem planta loquimur, eſt Polypodii ſpecies.

2. FILIX ramis duplicato ramoſis, latiſſime diviſis, pinnulis profunde crenatis, per foecunditatem integris.

Adianthum foliis minutim in oblongum ſciſſis, pediculo viridi C. B.
Adianthum album tenuifolium rutae murariae accedens I. B. III. p. 743. RAJ. I. p. 147. cum aſteriſco.
Filicula montana folio vario I. R. H. RUPP. TILL.
Rutae murariae affinis, Adianthum alpinum criſpum SCHWENKFELD. I. B. III. p. 753. ex SCHWENKFELDIO.
Ruta muraria alpina latifolia I. R. H. SCHEUCHZ. *It. VI.* p. 961.
II. *Adianthum album alpinum criſpum* SCHWENKFELD. *ſtirp. Sileſ.* p. 10. RAJ. I. p. 47. *ſyn. III.* p. 126.
III. *Adianthum album floridum ſive filicula petrea criſpa* PLUKNET. p. 9. T. III. f. 2. ubi utrumque foliorum genus pingitur. RAJ. p. 159.
Filix botrytis minima, ſive filicula petraea florida Anglica foliis plurifariam diviſis BOBART. III. p. 593. S. XIV. T. IV. f. 4. habet etiam utrumque foliorum genus.
Oſmunda Weſtmorlandica foliis tenuiſſime diſſectis PETIVER. n. 798.
Filicula montana florida perelegans ſ. Adianthum album floridum BLAIR. *Obſerv.* p. 110.
IV. Annon fuerit denique *Felce creſpo ſaſſatile* FON. *Bald. Ital.* p. 221.
Filix ſaxatilis criſpa PARK. p. 1044. MERR. HOFM.
Filix alpina criſpa H. OXON. III. p. 581. S. *XIV.* T. 4. f. 27.

Olim I. B. tum HUBERUS & ego in Gotthardo M. Sed frequens eſt etiam in ſubalpinis v. g. in muris ſiccis circa *Gutentannen.* SCHEUCHZER. in deſcenſu M. *Furculae* ad Clavenenſes.
Rurae murariae adfinis eſt. Planta virgo ceſpitem facit caulium ad inaequales angulos varie ramoſorum. Ad tertiam diviſionem pinnae latiuſculae, rhomboideae, acute ſerratae, conveniunt. Sed, quando ſemina profert, margo introrſum trahitur, omnesque dentes pinnarum evaneſcunt, & longa, anguſta, convexa, integra, pauciora folia adparent. Subtus duae lineae craſſiſſimae, flavae, nervo parallelae, foliolum percurrunt. Haec planta cum Filice, Struthiopteridem conjungit, cum pariter folia ſterilia a foecundis diverſa videantur. In ea tamen ab ipſa differt, quod eadem folia, quae ſterilia fuerunt, foecunda fiant, cum in Struthiopteride, peculiares cauliculi

floriferi per nullam ſterilitatis aetatem transeant. Ab Adiantho differt, quod ſemina marginem quidem convolvant, ſed totum, non aliquas ejus particulas.

ACROSTICHUM.

Inter *MURARIAS* apud DILLENIUM.

Inter *FILICULAS* apud TOURNEFORTIUM.

Character eſt, quod folia averſa tota polline obducantur.

1304

1. ACROSTICHUM fronde lineari lanceolata LINN. *flor. Lapon.* n. 380.
Filix arborea TRAGI p. 537. commode *Tragi* LUGD. I. B. III. p. 755. RAJ. p. 141.
Holoſteum alterum LOBEL. *Adverſ.* p. 17.
Filix ſaxatilis Tragi IC. p. 47.
Adianthum ακροστιχον THAL. p. 5.
Holoſtium petraeum TABERN. p. 736.
Filicula ſaxatilis corniculata C. B. I. R. H. RUPP. TILL. LIND. BOECL.
Filix corniculata ſ. adianthum acroſtichon Thalii HIST. OXON. III. p. 585.
Acroſtichum parvum ſeptentrionale PETIVER. *Muſ.* n. 742.
β Quatuor varietates habet MENZEL. in *pugill. pl. rar.* & ex eo BOBART. III. p. 585.

Circa Bernam: v. g. ad glebam illam rupeam maximam *Teufelsbürde.* Ex Rhaetia HUBERUS.

Cauliculus rarius, & ſemel, ramoſus. Rami terminantur ligula leniter incurva, integra, vel ſemibifida. Averſa pars tota ſpermatico polline fuſcatur.

ASPLENIUM.

LINN. n. 783. ROYEN. p. 498.

Conf. diſſ. meam de *meth. ſtud. bot.* p. 12. O. IIX. IX. X.

Character eſt in ſulcis ſeminalibus in lineas diſpoſitis, quae ad nervum oblique convergunt.

ORDO I.

FOLIIS INTEGRIS.

PHYLLITIS RAI.

LINGUA CERVINA I. R. H. T. 319.

1305

1. ASPLENIUM frondibus linearibus integris, baſi cordatis inflexis, petiolis hirſutis LINN. *H. Cliff.* p. 474. ROYEN. p. 498.
Scolopendrium BRUNFELS. II. p. 44. DORSTEN. p. 264. GESN. *hort.* p. 272. CORD. p. 113. CAM.
Lingua cervi RUELL. p. 354.
Hemionitis FUCHS. p. 291.
Scolopendria vulgaris TRAG. p. 549.
Phyllitis MATTH. p. 831. *epitom.* p. 579. bon. ic. DOD. p. 467. LOB. p. 805. RAJI. I. p. 134. &c.
Phyllitis vulgaris CLUS. p. *CCXIII.*
Lingua cervina CAESALP. p. 594.
Phyllitis ſ. lingua cervina Tragi I. B. III. p. 756.
Lingua cervina officinarum C. B. Baſil. p. 98. *Pin.* PLUMIER. *filic. amer.* p. *XXXIV.* T. A. f. 4. I. R. H. &c.
Lingua cervina vulgaris H. OXON. III. p. 556.
β Varietates plurimae exſtant apud JONQUETUM p. 75. MUNTINGIUM *Phytogr.* T. 81. 82 83. BOERHAAVIUM in *Ind. alt.* p. 23. TRIUMPHETTUM *Obſerv.* ic. 1. &c. Inter eas aliquoties reperi *laciniatam,* minus tamen ſpecioſam, quam hortenſis. illa CLUSII p. CCXIII. & aliorum.

In Helvetia montana vulgaris eſt. In ſubalpinis umbroſis, in ſylvis, in lapidum ſcrobibus, ubique. In *Jura* monte ſimilibus locis, in *Waſſerfall*, circa antrum *la Mottenſe*, in *Dolaz* &c.

In

Facillimae cognitionis eſt, pedalibus foliis, quorum margines paralleli ſunt, mucrone modico. Ima baſis folii recurvis appendicibus pediculum conprehendit. Sapor ſaponaceus, ſubnauſeoſus, ſalivam manducata ciet, hinc obſtructiones reſolvit & coagula. Inter ſplenetica & hepatica habetur, & in cereviſiis aliquando infunditur. Additur ſpeciebus vulnerariis, quae dicuntur *Falltrank.* Adſtringere videtur, & ſiccare, quae totius gentis, & adfinium muſcorum, fere communis eſt proprietas. Ad ambuſta folia in Italia familiare ſunt medicamentum WELSCH. *Miſcell.* p. 30.

ORDO II. FOLIS SEMIPINNATIS.

ASPLENIUM T. T. 318.

2. ASPLENIUM fronde pinnatifida laciniis alternis adnatis LINN. *H. Cliff.* p. 474. ROY. p. 498.

Scolopendria vera TRAG. p. 551. bon. ic.
Aſplenum RUELL. p. 566. MATTH. ic. in *Epiſt.* p. 295. *hiſt.* p. 899. LUGD. &c.
Aſplenus ceterach vulgo GESN. *hort.* p. 245.
Scolopendrion ſ. aſplenon CORD. *hiſt.* p. 175. *b.*
Aſplenium DODON. p. 468. *Scolopendria* LOBEL. ic. p. 807.
Ceterach vulgo CAESALP. p. 595.
Aſplenium ſive ceterach I. B. III. p. 749. H. OXON. III. p. 561. RAJ. p. 139. PLUM. *fil. Amer.* p. *XXXIII.* T. B. f. 3. I. R. H.
Ceterach officinarum vulgare ſive Aſplenium Matthioli BARRELIER. ic. 1051.
Aſplenium vulgare ib. 1043.
Aſplenium, Ceterach, Scolopendria BLAKWALL. p. 216.
β Non differre puto plantas BARRELERII ic. 1044. 1052. 604. & forte 603.

Olim C. GESNERVS circa *Sedunum* naſci dixerat. Ibi, in arce *Valeria*, copioſe legi, rupibus adnatum. CONSTANT ſupra *Blonai.* GAGNEBIN circa pagum *Douanne* Bernatium, ſupra vineas.

In ceſpites densos ex nigris radiculis naſcitur. Folia ſola edit, absque caulibus, dura, pallide viridia: ea ad medium nervum alterna adnaſcuntur, & proximis baſibus confluunt. Pars averſa muſcoſo, paleari, rubigine tota obducitur. Scrobiculi ſeminales ad nervum inclinati T. T. 318.

Inter quinque plantas capillares numeratur, & in uſum rarius recipitur. Splenem diminuere Veteres dixerunt, quod coagula hypochondriaca reſolveret, quae ſplenem magnum faciunt BOERH.

ORDO III. PINNIS CONJUGATIS.

TRICHOMANES I. R. H. RAII &c.

3. ASPLENIUM fronde pinnata foliolis ſubrotundis crenatis LINN. *H. Cliff.* p. 474.

Trichomanes FUCHS. p. 796. GESN. *hort.* p. 285. CORD. p. 170. MATTH. p. 1202. CAMER. *Epit.* p. 925. DOD. p. 471. LUGD. PARKINS. RAJ. p. 140. BLAKWALL. T. 370.
Trichomanes officinis polytrichon TRAG. p. 530. bene.
Trichomanes Dioſc. polytrichon LOBEL. ic. p. 809.
Polytrichum CAESALP. p. 896.
Trichomanes mas major Polytrichum TABERN. p. 802.
Trichomanes ſ. polytrichon I. B. III. p. 754.
Trichomanes ſive polytrichum officinarum C. B. H. OXON. III. p. 591. PLUMIER. *fil. amer.* p. *XXVI.* T. B. f. 1. I. R. H. & T. 315. D. D. E. E. ZANICHELL. ic. 307.
β Varietas cauliculo fiſſo.
Trichomanes femina TABERN. p. 803.
Trichomanes ramoſum majus C. B. P.
Trichomanes ramoſum I. B. III. p. 755. MERRET. RAJ. *ſyn. III.* p. 119.
γ Varietas junior, cauliculis ex albo virentibus.
Trichomanes candidum THAL. p. 123.
Trichomanes minor mas TABERNAEM. p. 803.
Trichomanes minus & tenerius C. B. P. I. R. H.
Trichomanes folio crenato SIBBALD. *Scot. illuſtr.* T. 7. f. 3.
δ Eadem caule bifurcato.
Trichomanes minor femina TABERN. p. 802.
Trichomanes ramoſum minus C. B. I. R. H.

Tri-

Trichomanes minus bifurcato pediculo longioribus foliis dentatis BOBART. III. p. 591. S. *XIV.* T. 3. f. 11.

ε Varietas foliis triangularibus.

An *Trichomanes majus & ſerratum folio quadrangulo* JONQUET. p. 131.

Trichomanes folio pyramidali SIBBALD. *l. c.* f. 4.

Trichomanes autem *minus alis foliorum triangularibus dentatis* MORIS. III. p. 591. T. III. f. 13. inter hanc & ſequentem ſpeciem fere ambigit.

Has varietates omnes in Helvetia frequentes reperi: Nempe planta junior cauliculo albido, foliisque vel virgineis eſt, vel albis ſtriis pictis, quam diximus γ. Deinde eadem aliquando ſummum caulem findit & eſt δ. Adultus caulis & petioli nigricant ex ſpadiceo, & rubigo fuſca folia occupat, ea eſt α, & vulgo ab Auctoribus deſcribitur. Eadem fiſſo caule facit varietatem β. Tandem folia alias ſubrotunda ſunt, alias obtuſe trapezia, alias triangularia, & haec varietas eſt, quam dixi ad ε. Omnium habitus, & multitudo foliorum, & terni quinive obliqui ſulci in quovis foliolo ſimiles.

Inter quinque capillares numeratur, nomine Polytrichi, Trichomanis, & Adianthi rubri, & ſcopo pectorali datur uti Adianthum.

1298

4. ASPLENIUM fronde pinnata, foliis ovatis, margine ſuperiore gibbo inciſis LINN. *Cliff.* p. 474. ROYEN. p. 498.

Chamaefilix marina anglica LOBEL. ic. p. 814. I. B. III. p. 737. RAJ. *ſyn. III.* p. 119.

Filicula maritima ex inſulis ſtoechadibus C. B.

Filix marina Anglica RAJ. p. 140.

Lonchitis maritima I. R. H.

I. GESNER circa *Curiam.* Ex eodem loco nuper denuo ad I. GESNERUM miſſa eſt, ut minime dubium ſit, veram eſſe civem Helvetiae.

Priori ſatis ſimilis eſt, tota robuſtior, cauliculis nigris, foliis conjugatis amplioribus, oblique triangularibus, ita ut ea pars, quae fini folii propior eſt, ventricoſa baſi, & quaſi appendiculata ſit. Inſcriptiones per paria, tria ad ſeptem, ſed altero in latere plures.

ORDO IV.

PINNIS DENUO SEMIPINNATIS.

1300

5. ASPLENIUM pinnis laciniatis.

Adianthum mas TABERN. p. 797.

Adianthum maritinum ſegmentis rotundioribus PLUKNET. T. 73. f. 6. quod ad ic.

Trichomanes minus, alis oblongis & acutis profunde laciniatis H. OX. III. p. 591. n. 12.

Trichomanes foliis eleganter inciſis RAJ. p. 120. T. T. 315. F. F. VAILL. &c.

I. GESNERUS miſit.

Cauliculos nigros habet & faciem vulgaris Trichomanis. Folia, uti in n. 3. var. ε. triangulari lata baſi, & quaſi auriculata; margine varie ſecto in tres plures-ve profundos lobos. Inſignior varietas eſt Trichomanis, aut diverſa planta

ORDO V.

PINNIS RAMOSIS.

RUTAMURARIA I. R. H. *MURARIA* RIV. DILL. & *FILICULAE* I. R. H. aliquae ſpecies.

1301

6. ASPLENIUM ramis ramoſis, confertis, ſurſum decreſcentibus.

Onopteris major TABERN. p. 797.

Adianthum foliis longioribus pulverulentis pediculo nigro C. B. H. OXON. III. p. 588. T. 4. f. 16.

Adianthum nigrum officinarum I. B. III. p. 743. RAJ. p. 152. &c.

Adianthum nigrum SCHWENKFELD. p. 11. BLAKW. T. 220. bene.

Filicula quae Adianthum nigrum pinnulis obtuſioribus, & eadem *pinnulis acutioribus* I. R. H. RUPP. BUXB. BOECL. &c.

Aſplenium frondibus duplicato pinnatis, foliis inferioribus majoribus, foliis obverſe ovatis, ſuperne crenatis ROYEN. p. 498.

CONSTANT prope *Riva*, non longe a *Lauſanna.* Habitus

Habitus a Ruta muraria diverſiſſimus, & filicinus. Primi rami longiſſimi, paulatim triangulariter decreſcunt, conferti omnes, & in eodem plano pinnati, pene conjugati. Rami majores tres plerumque pinnas habent, minores ſimplices ſunt, rhomboideae, acute ſerratae. Sulci albi tres, quinque, ſeptem. Habitus durus & nitidus: Inter capillares plantas apud Gallos & Anglos refertur nomine Adianthi nigri, Germanicis officinis incognitum: CHOMELIUS inter pectorales praecipuo loco ponit p. 82.

7. ASPLENIUM ramis duplicato ramoſis, pinnis ſerratis, aequalibus, & laxe diſpoſitis.

Capillus veneris BRUNFELS. I. p. 219. DORSTEN. p. 61. *b.* bene.
Saxifragia FUCHS. p. 730. *Fuchſ.* GESN. *coll.* p. 105.
Ruta muraria TRAGI p. 529. 530. DOD. p. 470. I. B. III. p. 753. C. B. *Baſil.* p. 68. PLUM. *fil.* p. *XXIX.* T. A. f. 3. I. R. H. *aut. de Par.* p. 227. ZANICHELL. p. 229. ic. 302.
Paronychia MATTHIOL. p. 1041. CAMER. *Epit.* p. 785. optime.
Adianthum album CORD. *Dioſc. IV.* c. 526. TAB. p. 796. RAJ. p. 146. BLAKWALL. p. 219.
Adianthum nigrum CAESAL. p. 597.
Salvia vita ſ. ruta muraria LOBEL. p. 811.
Filicula petraea rutae facie H. OX. III. p. 585.
β Varietas longiori folio
Varietas rutae murariae Wambriſiana VERNON. apud RAJ. *ſynopſ. III.* p. 123. n. 2.

Ubique in parietibus & fiſſuris murorum. Var. β. Bernae in muro coemiterii extra portam *inferiorem.*

Notiſſima eſt. Rami ſparſi, diſtantes, alterni; ſimiles in ramis ramuli. Pinnae folioſae ex rhomboidea figura obtuſae, per oram non profunde ſerratae; ſulci duo vel tres in pinna qualibet. Varietas β. differt pinnis longioribus.

Inter quinque capillares eſt, & ſaepe pro Capillo Veneris ſubſtituitur. Ad Scorbutum ex MICHAELIS experimento laudat ETTMULLER. Inter Pectoralia medicamenta non incelebris eſt (ALLEYNE,) & infuſi theiformis diuturnum uſum ad eumdem finem laudat CHOMEL, qui etiam vomicam ſe hoc ſolo medicamento evacuaſſe refert. Infuſum cum hydromeli factum praefert BOERHAAVIUS, Hippocratis imitator.

8. ASPLENIUM ramis duplicato ramoſis, pinnis aequalibus, laxe diſpoſitis, apice inciſis.

Adianthum novum Germanicum, Rutae murariae facie BREYN. *Centur. I.* p. 189. ic. 97. RAJ. I. p. 147. MOR. &c.
Ruta muraria procerior Germanica I. R. H.
Muraria ſempervirens procerior radicibus magis cirrhoſis DILL. *Gieſſ.* p. 73.
An *Adianthum foliis in oblongum ſciſſis pediculo viridi* PLUKN. p. 10. T. 3. f. 3. H. OX. III. p. 585. T. V. f. 25.

D. HUBERUS circa *Pluriam* invenit.

A varietate Rutae Musariae β omnino differt longioribus ſegmentis & per apicem inciſis, uno vel altero dente, ſaepe etiam inaequaliter lobatis.

POLYPODIUM.

POLYPODIUM T. T. 316.
LONCHITIS T.
FILICES T. pleraeque.
FILICULAE T. pleraeque.

Character genericus eſt „ ſeminales maculas ferre figurae ſubrotundae, aut lunatae, quae in lineas diſponuntur ad nervum parallelas. Folia ordines diſtinguunt.

ORDO I. FOLIO NON AURICULATO.

I. SIMPLICITER PINNATO.

POLYPODIUM I. R. H. T. 316. & omnium Auctorum.

1. POLYPODIUM pinnatum, pinnis lanceolatis integris LINN. *fl. Lap.* n. 380.

Polypodium BRUNFELS. III. p. 110. RUELL. p. 662. FUCHS. p. 588. TRAG. p. 539. GESNER. *hort.* p. 273. *b.* CORD. p. 171. MATTH. p. 1292. CAESALP. p. 593. I. B. III. p. 746. RAJ. p. 137.

Filicula ſ. polypodium CAM. *Epit.* p. 993.
Polypodium majus DOD. p. 464.
Polypodium Filicula, herba radioli Apuleji LOB. p. 814.
Polypodium I. TABERN. p. 798.
Polypodium vulgare C. B. *Baſil.* p. 100. H. OXON. III. p. 562. PLUM. *fil. amer.* p. *XXVII.* T. A. f. 2. I. R. H. T. 316. *aut. de Par.* p. 519.
Polypodium quercinum BLAKWALL. T. 215. & officinarum.
II. *Polypodium alterum* MATTH. p. 1293. AMBROSIN. p. 436. LUGD. &c.
Polypodium minus DOD. C. B. I. R. H. GAR. TILL. &c.
Polypodium II. *filicula* TABERN. p. 799.
III. *Polypodium minus alpinum* I. I. SCHEUCHZ. *It. VI.* p. 460. prope *Culturam* vallis *Praegallienſis.*

Tres numeri unicam plantam & ne quidem varietates, exprimunt. Secunda foliis leviter ſerratis eſt, tertia ex ingenio plantarum alpinarum minor.

In aſperis, ad muros, & ſaxa frequens, etiam circa *Bernam.*

Notiſſima planta fit radice quidem craſſa, tuberoſa, nigris pilis capillata: Foliis ſemel diviſis, ab uncia ad pedem longis, quorum pinnae baſi latiori ita cum nervo confluunt, ut caulis alatus videatur: caeterum ora integra ſunt, aut modice ſerrata, & ad apicem paulatim diminuuntur. Seminales orbiculi longo ordine in lineas ad nervum parallelas, flavi.

Radix cum nauſeoſo ſapore dulcis eſt, hinc ſaponacea, coagulis hypochondriorum reſolvendis apta, ſi ſuccus ad drachmam unam vel alteram adſumatur BOERHAAVE *Prael.* A vetuſtioribus medicis pro purgante medicamento habita eſt, & a ruſticis cum ovis in placentulas formari, quae alvum ducat, narrat PLUMIER. Sed ſegnis eſt, & in infuſo vix purgat, niſi uncias duas adſumeris ETTMULLER. & conſentit CHOMEL. *plant. uſ.* p. 487. In hepaticis potionibus, ad ptiſanas pectorales, in tuſſi falſa, in decoctis arthriticis, & quoties longo uſu debiles vires explicare poteſt, melius admittitur. Imo vero cum lino laudatur decoctio ad gonorrhoeas, ad urinae dolores.

ORDO II. FOLIIS NON AURICULATIS.

II. BIS DIVISIS, SIVE RAMIS PINNATIS.

2. POLYPODIUM pinnatum, pinnis lanceolatis pinnatifidis, integris, inferioribus nutantibus LINN. *flor. Lapon.* n. 382.
Filicis genus minus & aquaticum GESN. *hort.* p. 259.
Filix paluſtris EJUSD. p. 292.
Dryopteris aut querna filix LOB. *Adv.* p. 363. ic. p. 825.
Filix pumila ſaxatilis II. CLUS. p. *CCXII.*
Filicis parvum genus in montibus foliis nequaquam ſerratis CAESALPIN. p. 583.
Filix petraea femina III. TABERNAEM. p. 794. non bene.
Filix minor non ramoſa I. B. III. p. 140. I. R. H. *aut. de Par.* p. 446. ZANICHELL. p. 102. ic. 54. FABREG. VI. p. 129.
Filix ſaxatilis foliis non ſerratis C. B. PLUKNET. T. 159. f. 3. bon. ic. SCHEUCHZ. *It. V.* p. 425.
Filix non ramoſa minor ſylvatica repens H. OXON. III. p. 580. S. XIV. T. 4. f. 17.
Filix non ramoſa minor & ſylveſtris PETIT lettres d'un medecin. p. 50. (ſed folia habet crenata.)
II. *Filix minor Britannica pediculo pallidiore alis inferioribus deorſum ſpectantibus* HIST. OXON. III. p. 575. n. 17. RAJ. *ſynopſ. III.* p. 122. n. 8.
Filix paluſtris pumila Virginiana PLUKN. T. 284. f. 1. quaedam ſpecimina ſatis exprimit.
I. B. ad lacum Felinum.

RUPPIUS inter *Thelypterides* refert, neque rem definire mihi licet, cum exemplaria mea ſterilia ſint.

Polypodii officinarum ramoſi idea hanc plantam definit. Totale folium pedale, & cubitale eſt; Rami ordinati, & decreſcentes, ut in Polypodii vulgari ſpecie, iidem laxi ſunt, & diſtantes, & imi deorſum reflectuntur. Ad ramos pinnae confluentes baſibus, oris integris per ſiccitatem retractis, & acutis mucronibus, totae nervis conſpicuis pictae, ut Filix femina. Extremae pinnae longe & difformiter in unum ſegmentum confluunt.

3. POLYPODIUM pinnis ramorum integris, extremis latiſſime confluentibus.

Unicum ſpecimen poſſideo, quod prope *Teufelsbrük* in ripa orientali *Urſae* fl. legi.

Hu-

Humilis erat, vix trium unciarum, cum tamen inciperet ſemina explicare, atque adeo matura videretur. Rami conjugati, pinnis omnibus inter ſe baſi ſua connexis, ora integra, multo mollioribus, quam in ſpecie 2. aut 4. neque contractis, ſubhirſutis. Extremi rami latiſſimis, & ſubrotundis bracteis terminantur, fere uti Barbarea, qui in ſpecie 2. & 4. gracileſcunt. Orbiculi Polypodii.

4. POLYPODIUM pinnis ramorum integris, frequentibus, ordinatim decreſcentibus.

Filix fontis admirabilis ad marem vulgarem non ramoſam accedens, non dentata I. B. III. p. 109. deſcr.
Et *Filix tenuiſſime & profunde denticulata Montbelgardica* ic. ib.
Filix minor paluſtris repens RAJ. *ſyn. III.* p. 122. n. 7. Synonyma mutavi, examinatis notis & deſcriptionibus. Hanc enim frequentia orbiculorum ſeminalium, illam inordinatae pinnae diſtinguunt & parvitas.
An *Filix non ramoſa non dentata* C. B. P. pro varietate exhibita.

Ad filicem marem omnino accedit, ſtatura, frequentia confertorum ramorum, qua priores ſuperat, pinnarum longitudine, & oris parallelis &c. Sed margines integerrimi ſunt, & baſibus confluunt, uti in prioribus 2. & 3. Orbiculi ſeminales numeroſi, ad 10. paria, & ultra, concinno ordine diſponuntur.

5. POLYPODIUM fronde duplicato pinnata, foliolis obtuſis crenulatis, petiolo ſtrigoſo *H. Cliff.* p. 475. ROYEN.

Filix ſylveſtris ſive magna BRUNFELS. III. p. 127.
Filix DORSTEN. p. 124. CAM. *Ep.* p. 991.
Filix mas FUCHS. p. 594. bene MATTH. p. 1290. DOD. p. 462. LOB. p. 812. TABERN. p. 791.
Filix ſylveſtris ſ. vulgaris TRAG. p. 546.
Filix maſcula CORD. p. 169.
Filix femina GESN. *hort. Germ.* p. 259. 292. *b.* CAESALP. p. 592.
Filix vulgo mas dicta ſ. non ramoſa I. B. III. p. 797.
Filix mas non ramoſa dentata C. B. I.R. H. T. 310. 311. *aut. de Par.* p. 443. H. OXON. *l. c.* cum icone T. 3. f. 6.
Filix mas vulgaris PARKINS. p. 1036. RAJ. p. 143.
Filix mas pinnulis criſtatis VAILL. T. *IX.* f. 2.
β *Filix paluſtris maxima* C. B. *Prodr.* p. 150. LOESEL. &c.
Filix paluſtris maxima dentata C. B. P. RAJ. cum aſteriſco, I. R. H.

In ſylvis vulgatiſſima.
Folium totum cubitale. Rami frequentes, ordinati, ſenſim decreſcunt. Pinnae ordinatae & frequentes, oris parallelis, modice dentatis, maxime in mucrone, qui obtuſe finitur. Seminales acervi ad ſex aut ſeptem uſque; habitus firmus.
Hanc, an alteram (feminam), ad rachitidem Angli laudant, & pueris ſubſternunt loco ſtraminis Batavi BOERHAAVE. Manipulum unum radicis, infuſum in vini pinta una, eximium medicamentum eſſe ad tumorem, qui hydropem minatur, teſtatur CHOMEL. *ſupp. a l'hiſt. des pl. uſuel.* p. 145. conf. p. 489. Infuſum etiam pectorale eſſe & vermes necare dicitur.

6. POLYPODIUM ramorum pinnis obtuſis ellipticis, crenis imis pinnarum bifidis.

Filix petraea femina II. TABERN. p. 703. non incommode.
Filix mollis ſive glabra vulgari mari non ramoſae accedens I. B. III. p. 738. VAILL. p. 53. T. *IX.* f. 4.
Filicula fontana latiori folio adimum ſolum modo ramoſa PLUKN. p. 150. T. 180. f. 6. omnino videtur.
Filix non ramoſa major, pinnulis latiuſculis longioribus, in profundos denticulos diviſis HIST. OXON. III. S. *XIV.* T. 3. f. 11. Videtur omnino.

In lapidoſis ſubalpinis, & circa Bernam locis ſylvoſis non infrequens. I. B. Tiguri.
Ad priorem ſpeciem n. 5. accedit, habitu, frequentia ramorum & pinnarum, & paucitate acervulorum ſeminalium. Sed tota minor, & tenerior eſt, & orae pinnarum ſubrotunde crenatae ſunt, paulo profundius, neque tamen ad medium: quae vero in majoribus pinnis maximae ſunt, eae fere modico hilo inciduntur.
MORISONUS diverſam facit *Filicem mollem ſive glabram* &c. I. B. & pingit l. c. f. 7. quae videtur eſſe adultius noſtrae ſpecimen.

1295 7. POLYPODIUM duplicato pinnatum, pinnulis lanceolatis, acutis, pinnatifidis.
LINN. *flor. Lapon.* n. 386.
Pteridion maſculum CORD. p. 169. *b.* Videtur.
An haec *Filix vulgaris* TRAGI cui folia profunde inciſa ſunt p. 546.
Filix petraea femina I. TABERN. p. 793. bon. ic.
Filix tenuiſſime & profundiſſime denticulata Montbelgardica I. B. III. p. 739. deſcriptio non vero icon.
Filix fontis admirabilis ad marem &c. ib. icon. non vero deſcr.
Filix non ramoſa petiolis tenuiſſimis & tenuiſſime denticulatis C. B. *Baſil.* p. 99. quod ex herbario ſicco certo didici I. R. H. VAILL. p. 53. (male inter ramoſas.)
Filix mas non ramoſa, pinnulis anguſtis rarioribus profunde dentatis H. OXON. III. p. 579. S. *XIV.* T. 3. f. 8. bene.. PLUKNET. T. 130. f. 4. RAJ. *hiſt.* p. 144. *ſyn. III.* p. 121.

Similibus locis cum priori.
A priori fere diſtat, uti ea a n. 5. Crenae omnes bifidae, aut multifidae, pinnas ad medium, & aliquando ad nervum uſque dividunt, ut haec ſpecies inter ordinem II. & III. media ſit: Pinnae etiam multo, pro portione, quam in prioribus longiores ſunt, & unciales reperiuntur. Orbiculi ſeminales ad 6. paria.

8. POLYPODIUM pinnarum pinnis bidentatis, & tridentatis, breviſſimis.
Adianthum album LOBEL. *Adverſ.* p. 361. ic. p. 810. omnino videtur.
Filicula fontana TABERN. p. 792.
Filicula fontana minor C. B. (ex fide horti ſicci) *Baſil.* p. 99. P. I. R. H. &c.
II. *Dryopteris* DALECH. LUGD. p. 1228. (omnino videtur) BAUHINI ex LUGD.
III. *Adianthum filicinum durius criſpum minimum* BARREL. ic. 432. n. 1. bon. ic.
IV. An *Filix ſaxatilis omnium minima elegantiſſima* H. R. P. PLUKN. T. 89. f. 3. RAJ. III. p. 78. Icon certe reſpondet.
V. Annon etiam fuerit *Filix ſaxatilis non ramoſa minima* RAJ. I. p. 146. PLUMIER. T. 89. f. 2. (foliola tamen obtuſiora) H. R. M. &c.

C. B. & STAEH. in M. *Waſſerfall.* CONSTANT legit Aquilegiae.
Minima eſt filicum noſtratium, & Trichomane tum breviora folia habet, tum minora. Ex agmine radicularum congeſtarum multi cauliculi quatuor unciarum, ex albo virides, duri, firmique, ceſpitem faciunt. Rami rari, uncia breviores, medii majores, & ipſi raras paucasque pinnas educunt, ad novem uſque. Harum quae maximae, tridentatae ſunt, reliquae unico denticulo incidunt-tur. Acervuli rotundi ad quinos uſque.

ORDO III.

I. FOLIIS NON AURICULATIS.

II. RAMORUM PINNIS PINNATIS.

FILICULAE T.

1310 9. POLYPODIUM fronde duplicato pinnata, pinnis remotis, foliolis ſubrotundis inciſis LINN. *flor. Lap.* n. 384. ROYEN. p. 500.
Pteriadion maſculum CORD. p. 170.
Adianthum album folio filicis I. B. III. p. 739. omnino.
Filix ſaxatilis cauliculo tenui fragili PLUKN. T. 180. f. 5. RAJ. *Cat. Angl.* p. 108. *ſyn. III.* p. 125.
Adianthum filicinum aquaticum mollius minimum BARREL. ic. 432. n. 2.
Filicula ſaxatilis regia fumariae pinnulis VAILL. T. IX. f. 1. Icon convenit & conjungitur a D. FABREGOV. ſeparat autem ROYENIUS.

Bernae in parietinis non rarum eſt. In M. *Falckenſtein* legi a 1739. C. G. Badae ad Limagum reperit.
Cauliculi in univerſum ſemipedales. Rami laxius diſpoſiti. Pinnae latiuſculae, lobatae, lobis ſerratis, quorum ii ſolum, qui maximi ſunt, ad nervum uſque ſecantur. Facies lobulorum rotundior, & latior, & diviſio minus profunda diverſitatem facit a Polypodio 10. Deinde acervi ſeminales majores ſunt, & in adulta plantas totam partem averſam occupant, ut Acroſtichum videatur.

10. POLYPODIUM pinnis ramorum laxe pinnatis, pinnulis acute dentatis.

Simi-

Similis molli Chloroſtictos C. GESN. *hort.* p. 292. *b.*
An *Filicis genus alterum in montibus foliis tenuiſſime denticulatis* CAESALP. p. 593.
Filix femina tenuifolia THAL. p. 43.
Filix Rhaetica tenuiſſime denticulata I. B. III. p. 740.
Filicula fontana major ſive Adianthum album filicis folio C. B. P. ex fide horti ſicci MURALT. p. 669.
Filix pumila ſaxatilis altera PLUKNET. p. 151. T. 179. f. 5. cui tamen ſegmenta latiora pinxit, & RAJI, ut ex ſpeciminibus certum eſt, quae a DILLENIO habeo.

Nihil frequentius in montanis & ſubalpinis totius Helvetiae, *Gemmio*, *Gotthardo*, ubi I. B. legit, *Creux du Vent* &c.

Cum priori pleraque conſentiunt, differt pinnulis anguſtioribus acute bifidis, & in ſpinulas terminatis, uti in Polypodio 7., integre ad nervum ſectis, tum minoribus acervis ſeminalibus, neque unquam totum folium occupantibus. Habitus etiam totus laxior eſt, durus & fragilis. Anguli ramorum, pinnarum, pinnularum, omnes acuti, qui in priori rectiores ſunt.

11. POLYPODIUM pinnis ramorum pinnatis, pinnulis confertis, oblongis, integerrimis. 1284

Filix arborea TRAGI p. 538. bene.
Dryopteris CORD. *Dioſc. IV.* c. 189. C. GESNER. *hort. Germ.* p. 292.
Pteridion femina CORD. p. 170.
Filix petraea femina IV. TABERN. p. 794.
Filix ramoſa minor pinnulis dentatis C. B. BAS. p. 99. I. R. H. &c.
Filix ramoſa minor I. B. III. p. 741. RAJ. p. 151.
Filix querna T. aut. de Par. p. 269.
Polypodium trifidum, ramis pinnatis, pinnis pinnati fidis LINN. *flor. Lap.* n. 387.
Non eſt *Dryopteris Tragi* PLUKNET. T. 179. f. 4.
II. *Filix pumila ſaxatilis* I. CLUS. *Pann.* p. 705. *hiſt.* p. *CCXII.*
Filix ramoſa ſaxatilis nigris maculis punctata C. B. P. H. OXON. III. p. 585. T. 4. f. 19.

In Helvetia minime rara eſt: Bernae ad muros portae Moratenſis. In valle *Grindelia*, in ſylva M. *Geiten* prope *Waſſerfall* &c.

Eſt Polypodii officinarum quaedam repetitio. Cauliculus nempe in ramos conjugatos abit, ſenſim diminutos. Hi ramos pariter edunt, qui diſtinctas pinnas recipiunt, firmas, parallelis lineis deſcriptas, integras, confertas, longiuſculas. Acervi luteoli, ut in Polypodio. Tota planta pedalis eſt.

12. POLYPODIUM pinnis ramorum pinnatis, pinnulis laxis, obtuſis, obiter ſerratis.
Filix mas mollior C. GESNER. *hort. Germ.* p. 292. *b.*
Filix major mollis ramoſa I. B. III. p. 736.

Exiſtimo a I. GESNERO me accepiſſe; quam nunquam ſponte naſcentem vidi. Altior eſt, & ſimilior Filicis feminae. I. B. enim & C. GESNERUS Tiguri legerunt.

13. POLYPODIUM pinnis ramorum pinnatis pinnulis laxis, acute ſectis, ſpinuloſis. 1292
Filix mas ramoſa pinnulis dentatis PLUKN. T. 181. f. 2. bon. ic. RAJ. *hiſt. I.* p. 150. *ſyn. III.* p. 124.
Filix pinnulis tenuiſſime dentatis WEINMAN. T. 510. f. *a.*
An *Filix tenuiſſime ſecta ex M. Ballon* I. B. III. p. 739. Videtur, cum ſit ter conpoſita.

Hanc pulchram plantam circa *Teufelsbruk* ad rupes inveni a. 1736.

Folium totale ex ampliſſimis. Rami ordinatim decreſcunt, ut in *mare* auctorum. Ad ramos conjugati rami eodem modo. Hi pinnas edunt, quae laxiori diſpoſitione latitudinem potius, quam alatum habitum exprimunt. Omnes autem acutis dentibus profundius inceduntur, & primae quidem fere ad medium, & ex quovis dente ſpinula herbacea eminet. Subſtantia tota firma, viror nitidiſſimus & ſimilis ſequentibus.

ORDO IV.

III. Foliis auriculatis, ſive appendicem ex baſi ſurſum emittentibus.

LONCHITIS TOURN.

I. SEMEL DIVISIS.

14. POLYPODIUM pinnis ad baſin appendiculatis, oris ciliaribus. 1307 ?

Lonchitis altera ſ. aſpera GESN. *hort.* p. 293.
Lonchitis aſpera major MATTH. p. 922. CAMER. *epit.* p. 664. LUGD. H. OXON. III. p. 566.
Lonchitis altera mas TABERN. p. 799.
Lonchitis altera cum foliis denticulatis, ſ. Lonchitis altera Matthioli I. B. III. p. 744.
Lonchitis aſpera C. B. *Baſil.* p. 99. RAJ. I. p. 138. *ſyll. ext.* p. 170. MURALT. p. 681. SCHEUCHZ. *It. I.* p. 42. I. R. H. T. 314.
Lonchitis mas ſeu latifolia aſpera minor BARREL. ic. 1121.
Polypodium fronde pinnata lanceolata foliolis lunulatis ciliato ſerratis declinatis pediculis ſtrigoſis LINN. *Cliff.* p. 475.
β *Lonchitis aſpera minor* MENZEL. *pugill. rar.*
Filix aculeata minor C. B. ex fide horti ſicci. *Prodr.* p. 151.

In lapidoſis montium Helveticorum & ſylvis altioribus vulgaris. Inveni v. g. in M. *Mönchenſtein*, in *Falconario*, in *Suchet*, in ſubalpinis ubique.

Caulis ſquamis fuſcis obducitur. Pinnae pleraeque aeque latae, ſurſum triangularem notabilem appendicem educunt, quae, uti omnis ora, acutas crenulas exigit, unde ſpinulae eminent. Aliquando inferior margo ſimilem adpendicem emittit. Orbiculi Polypodii, per oras ad duodecim paria & ultra. Totus habitus aſper, & durior reliquis filicibus.

ORDO V. PINNIS APPENDICULATIS.

II. RAMIS PINNATIS.

15. POLYPODIUM pinnis ramorum pauciſſimis diſtinctis, & auriculatis, oris ciliaribus.

Filix aculeata Lonchitidi adfinis PLUKNET. p. 151. T. 180. f. 3. optime RAJ. *hiſt. III.* p. 84.
Filix Lonchitidi affinis RAJ. *ſyn. III.* p. 121. ubi quatuor filices recenſentur, quae vel ad duas vel ad unam videntur reduci poſſe. Olim enim C. BAUHINUS ſuam *aculeatam majorem* multis modis ludere deprehendit.

In ſylvis circa fontes ſalſos ſupra *Bexvieux*.

Caulis ſpadiceis ſquamis obducitur: Rami ſenſim decreſcunt ordinatim. Eorum pinnae pauciſſimae auriculatae ſunt, duo fere paria aut quatuor, ubi plurima; pleraque in unum magnum ſegmentum confluunt. Omnium margo acute ciliatus. Facies dura, & ſeminales orbiculi prioris n. 14.

? 1258

16. POLYPODIUM pinnis ramorum plerisque diſtinctis, auriculatis, oris ciliaribus.

Filix aſpera C. G. *hort. Germ.* p. 292. *b.*
Filix mas tertia THAL. p. 40.
Filix aculeata major C. B. *Prodr.* p. 151. P. FABREG. IV. p. 232.
Lonchitis aculeata major I. R. H.
Filix Lonchitidi affinis I. B. III. p. 739. Omnino.
Filix mas pinnulis latis auriculatis ſpinoſis H. OXON. III. p. 580. T. 3. f. 15. opt. ic. RAJ. *ſyn. III.* p. 121. non autem PLUKNETI T. 179. f. 6,
Filix mas aculeata noſtras alis expanſis muſcoſa lanugine tectis PLUKNET. p. 151. T. 180. f. 1. Omnino videtur, etſi diſtinguat RAJUS *ſyn. III.* p. 121.

Circa *Interlachen* copioſiſſime in ſylvis collis *der Rugen*. In M. *Waſſerfall* C. B.

Vix exiſtimo ſatis vere diſtinctum eſſe a n. 15. Pinnae equidem plurimae diſtinctae ſunt, ad paria decem, eaeque auriculatae, Sed facies & fuſcae ſquamae, & ciliaris ora, ita conſentiunt, ut facile patiar, ſi pro varietate habeatur.

E Q U I S E T U M.

TOURNEF. T. 307. LINN. n. 777. &c.

In hoc plantarum genere, cui hic locus viſus eſt opportunior, capſulae ſpermaticae in ſpicam congeruntur, quae caulem terminat. Pediculi florigeri ex ſcapo ad angulum rectum exſtant, & intumeſcunt in ſcuta ſex fere laterum, TOURN. l. c. C. Ab iis verſus caulem convergunt fere octa capſulae, (TOURN. D.) polline virente plenae, quem excutiunt maturae. Idem charta exceptus tripudiat elegantiſſime, & ad lentem vitream conſtat corpuſculis globoſis, quae duo, tria, ad quinque cruſcula educunt. Haec crura incurvata, & bifida, denuo, quaſi laqueo facto, coeunt, & alternis ſaltibus ſe agitant.

Haec

Haec ipſa elaſtica natura, quae in antheris plantarum admodum multarum obſervatur, demonſtrat maſculas has Equiſeti particulas eſſe; ſemina vero feminina deſiderantur: neque enim PRESTONIANIS illis granis, apud RAJUM *Method. plant.* p. 20. fidem adhibeo. Vide DILLENIUM E. N. C. *Cent.* V. *app.* p. 58. & 84. Addendus eſt autem omnino character naturalis ab habitu, quod nempe folia, cauleſque in univerſum ejusdem naturae ſint, frequentibus facta internodiis, quorum origines vaginae quaedam varie diſſectae, tanquam calyces, excipiunt.

1. EQUISETUM caule ſimpliciſſimo, vaginis profunde ſectis.

Hippuris nuda, *Equiſetum nudum* TABERN. p. 251. bon. ic.
Equiſetum nudum minus variegatum Baſileenſe C. B. *Theatr.* p. 230. *Prodr.* p. 24. *Baſ.* p. 16. 1. B. III. p. 930. RAJ. p. 130.* BOBART. 1. R. H.

In arenoſis ad Rheni ripam, dictis *die Baar* C. B. In arenoſis ad Arolam copioſiſſime, retro ſylvam *das Dalhölzlein* prope Bernam, primo vere.

Omnium Equiſetorum humillimum eſt. Caules graciles, neque ramoſi, neque folioſi, ſulcati: firmuli, dodrantales. Vaginae nigrae, ora denticulorum albiſſima, inde habitus variegatus, ſub ſpicis floralibus ſimiles, ſed multo, ut par eſt, majores.

2. EQUISETUM caule ſimpliciſſimo, aſpero, vaginis non laciniatis.

Hippuris TRAG. p. 892. qui tamen in ſumma planta folia aliquot depingit.
Icon A CAMER. *epit.* p. 770. omnino huc pertinet.
Equiſetum nudum RAJ. *hiſt. I.* p. 129. *ſynopſ. III.* p. 131.
Equiſetum foliis nudum non ramoſum ſive junceum C. B. ex *Trago* RUPP. p. 282. ZANICHELL. p. 93. ic. 57.

Diverſiſſimum eſt a reliquis. Caules cubitales & ultra, absque foliis aut ramis. Vaginae longe minimae, absque denticulis, breviſſimis apicibus nigris notatae. Caulis ſulcatus in eminentibus jugis dentes habet ad lentem vitream facile conſpicuos, pene uti Cyperoidea gramina, ut inſtar linae metalla poliat.

3. EQUISETUM multiflorum caule tetragono, verticillis rarioribus.

An *Equiſetum paluſtre* LOBEL. ic. p. 795? quod julum in ſummo caule habet RAJ. 1. p. 129.
Hippuris arvenſis ſive ſegetalis major TABERN. p. 252.
Equiſetum paluſtre brevioribus ſetis C. B. *Theatr.* p. 241. *Baſ.* p. 15. 1. R. H. ZANICH. p. 63. ic. 181. n. 2.
β Varietas gravida.
Equiſetum paluſtre minus polyſtachyon C. B. *Prodr.* p. 24. *Theatr.* p. 245. *Baſ.* p. 15. HIST. OXON. III. p. 621. RAJ. p. 129.* DILL. apud RAJ. *ſyn. III.* p. 131. T. V. f. 3.
γ Varietas vetuſtior, quando folia adulta, & dura ſunt.
Equiſetum III. MATTH. p. 1028.
Equiſetum foliis nudum ramoſum C. B. *Theatr.* p. 249. 250. & fere omnium Auctorum.
An & *Equiſetum* IIII. MATTH. quod ſolent ad Ephedram referre? non repugnat.

Vulgatiſſimum eſt locis aquoſis.

Caules pedales & ultra, leniter aſperi, quatuor, aut quinque profundiſſimis ſulcis inſcripti, ut & rami, & ramuli, quadrati adpareant. Vaginae paucis, fuſcis, acutis dentibus conſtant, quinque ad octo. Foliorum verticilli quinque, & ſex, & novem denique foliis fiunt. Summi caules, & aliquando ſinguli ramuli, gerunt ſpicam floralem fuſcam. Folia longiſſima, ut duodecim internodia numeraverim.

4. EQUISETUM ſulcis in caule plurimis, verticillis denſiſſimis.

α Varietas α nuda ſive junior, florifera.
Equiſeti I. *aſparagus* LUGDUN. p. 1069.
Equiſetum foliis tractu aetatis nudum LOESEL. p. 66.
Equiſetum nudum levius, *noſtras* RAJ. *ſyn. III.* p. 131. & ic. T. V. f. 2.
β Varietas folioſa, cui longe nudus apex effertur.
Equiſetum II. MATTHIOLI p. 1027. CAMER. *epit.* p. 771?
An *Equiſetum paluſtre majus* TABERN. p. 252. 1. R. H.
Equiſetum pratenſe longiſſimis ſetis C. B. *Theatr.* p. 145. 1. R. H. &c.
Et *Equiſetum paluſtre tenuiſſimis & longiſſimis ſetis* C. B. & 1. R. H.

Michel-

Michelfeldae in paluſtribus, *Bernae*, *Gottingae*, & alibi, vulgare.
A priori manifeſte differt. Caules menſe Majo profert nudos, cubitales, tuncque eſt varietas α, atque caulem habet leviſſimum. Paulatim folia producit, duodecim, quindecim, octodecim, & ultra. Caules ſulcati, non aſperi, latiſſimi. In vaginis ad 20. dentes numero. Summus caulis ſpadiceam ſpicam profert. Folia longiſſima, mollia, per aetatem & ſiccitatem ſulcantur.

1270 5. EQUISETUM verticillis ad folia numeroſis.

An *Hippuris minor altera* TRAGI p. 693. quam vocat elegantiſſimam.
Equiſetum ſylvaticum TABERN. p. 253. bon. ic. RAJ. p. 128. &c.
Equiſetum ſylvaticum tenuiſſimis ſetis C. B. *Theatr.* p. 245. I. R. H. SCHEUCHZ. *It. IV.* p. 511. &c.
Equiſetum ſ. Hippuris tenuiſſima non aſpera I. B. III. p. 730. HIST. OXON. III. p. 621.
Equiſetum omnium minus tenuifolium LOBEL. ill. p. 149.
Equiſetum ſetis ramoſis internodio multoties longioribus ROYEN. p. 496.

In ſylvis ſubalpinis, Juraeque, ubique fere frequens eſt.
Culmus cubitalis & ultra. Vaginae ſiccae, latae, laxae, flavae, ſurſum latiores, inaequabiliter fiſſae potius, quam denticulatae. Summus caulis ſpicam petiolatam, longam, variegatam praefert. Folia tenuiſſima numeroſa ex uno ortu, ultra duodecim, gracilia, fere quadrangula. Ad unum folium octo vel decem verticilli quinque fere foliorum circumponuntur.

6. EQUISETUM caule non ſulcato, latiſſimo, verticillis denſiſſimis.

Equiſetum I. MATTH. p. 1026. CAMER. *epit.* p. 770. B.
Hippuris major ſ. Equiſetum majus DODON. p. 73.
Hippuris Caucon Plinii Anguillarae LOBEL. ic. p. 793.
Hippuris Dioſcoridis, Cauda Equina TABERN. p. 251.
Equiſetum paluſtre longioribus ſetis C. B. *Theatr.* p. 241. *Baſ.* p. 15. P. I. R. H. & plerorumque ſcriptorum.
Equiſetum majus aquaticum I. B. III. p. 728. (qui varias ſpecies in unam congerit) H. OX. III. p. 621.
Equiſetum majus RAJ. p. 128. *aquaticum T. aut. de Par.* p. 267. ubi non bene ſequitur I. B.
Cauda equina BLAKWALL. T. 217.

In aquoſis & ſtagnis frequens.
Statura caulis & craſſities omnes alias ſpecies ſuperat. Illa bicubitalis, iſta aliquando uncialis eſt. Caulis ſucculentus, cavus, fiſtulis circa cavitatem in circulum poſitis valde evidentibus, absque ſulcis, dum recens eſt mollis. Vaginae ſubtiliter ſulcatae, in dentes numeroſiſſimos diviſae. Folia numeroſiſſima, plusquam vigena, profunde ſulcata, frequenter articulata. Caulis floriger videtur a folioſo remotus.

1269 7. EQUISETUM caulibus floriferis a folioſis diverſis.

Hippuris minor TRAG. p. 694. in deſcriptione *minima.*
Hippuris minor cum flore DODON. p. 73.
Minor fontalis Hippuris LOBEL. *Adverſ.* p. 355.
Hippuris minor, Hippuris fontalis, Equiſetum alterum Matth. EJUSD. ic. p. 794.
Hippuris arvenſis ſ. ſegetatis major TABERN. p. 252.
Equiſetum minus terreſtre I. B. III. p. 730. ſed conjungit pratenſe longiſſimis ſetis, & foliis nudum ramoſum.
Equiſetum arvenſe longioribus ſetis C. B. *Theatr.* p. 247. *Baſ.* p. 16. HIST. OXON. III. p. 621. PARKINS. RAJ. p. 128. I. R. H.
Scapus caudae equinae BLAKWALL. T. 217.

Multa cum 6. habet communia. Primo vere ſetae prorumpunt non ſulcatae, latae, vaginis omnium amplisſimis, & laxisſimis diſtinctae, quae ſpicam floralem craſſam absque foliis proferunt, in qua inprimis tripudium obſervatur. Folia, monente RAIO, nam fateor, aliam mihi conjecturam eſſe, duodecim, & ultra. Ego vero omnibus collatis, ſuſpicor eſſe julos Equiſeti 6. & porro rem confirmabo. Confer iconem MATTHIOLI.
Equiſetis utuntur nonnulli ſcopo diuretico. Alii adſtringente, vulnerario, ad haemorrhagias, dyſenterias &c. Nocere tamen ex obſervatione propria monet HOYERUS E. N. C. *Cent.* I. *Obſ.* 56. Imo vero ſunt, qui ipſi pecori veneno eſſe ajant, & totos greges abortire, qui in pratis paſti fuiſſent, ubi abundaret Equiſetum EPH. NAT. CUR. *Vol.* I. *Obſ.* 230. BRESLAV. 1718. p. 1621. Sed negant alii (l. c. apud BRESLAV.) & forte conciliari poſſunt contrariae ſententiae,

tiae: Rhenanum enim illud & aſperum Equiſetum non absque noxa ventriculi devorari probabile eſt, cum alia mitiora ſint, & limae fabricam non habeant, uti maximum paluſtre. BOERHAAVIUS unice dentibus nocere ait, hinc ab equis innoxie vorari. A Rangiferis amari LINNAEUS.

Poſt *Equiſetum Chara* poni poſſet, ſed naturalem illam claſſem, quae a Chara incipit, non viſum eſt turbare.

II. PLANTAE SEMINE ET STAMINIBUS CONSPICUIS DONATAE.

I. APETALAE.

ORDO I.

I. CONIFERAE.

Haec claſſis naturalis, flores mares a feminis partim in eadem planta, ſeparatos, partim in diverſis plantis diviſos gerit. Omnium flores mares grandibus antheris fiunt, quae confuſae baſibus circa axin in craſſum corpus congeruntur. Feminae non ejusdem naturae ſunt, in veris tamen coniferis fructus habent in parte domeſtica ſquamarum ſitos, quae circa axin in conos diſponuntur. Deinde habitus coniferarum, & indoles reſinoſa, & ſempervirentia peranguſta folia, & unica cotyledon, claſſem naturalem faciunt. Ephedra inter Equiſeta & Coniferas media eſt.

EPHEDRA T. T. 447.

Equiſeti habitum exprimit, quod pariter folia habeat caulis ſimillima, & pyxidata, ſive vaginis per intervalla, & diaphragmatibus diſtincta. Folia vero pauciora, & conjugata ſunt potius, quam verticillata. Character diverſiſſimus eſt. Vide Cl. & accuratiſſimum LINNAEUM n. 766. & BOERHAAVE II. p. 107.

1. EPHEDRA petiolis oppoſitis, amentis geminis LINN. *Cliff.* p. 465. ROY. p. 87.
   Tragum ex Valleſia miſſum C. GESN. *epiſt.* ad I. B. p. 99.
   Holoſteum, quod idem Tragum verum ib. p. 98.
   Polygonum IIII. *Plinii minus* CLUS. *hiſpan.* p. 189. *hiſtor. rar.* p. 92. ic. *pl. maris.*
   Uva marina Monſpelienſium LOBEL. ic. p. 796. ſexus uterque.
   Tragum uva marina circa Monſpelium CAM. ic. poſt *hort.* n. XLVI. egregie, cum charactere GESNERIANO.
   Polygonum marinum II. TABERN. p. 836.
   Tragus ſ. ſcorpio maritimus LUGD. p. 1387. 1388.
   Oſſeocollum Hieroclis & Abſyrti IBID. p. 1205.
   Tragus ſ. uva marina minor I. B. I. P. 2. p. 406.
   Polygonum bacciferum maritimum minus C. B. *Theatr.* p. 235. 236. P.
   Uva marina minor RAI. p. 1639.
   Polygonum fruticans botryoides Narbonenſe minus II. *Cluſ.* BARREL. ic. 731. n. 2.
   Ephedra maritima minor I. R. H. TILL. &c.

Olim in Valeſia naſci C. GESNERUS reliquit, a COLLINO edoctus. In eodem loco, & arcis quidem *Tourbillon* area, copioſiſſime reperi a. 1733. uti prius in mediterraneis Hiſpaniae, circa *Salmanticam*, CLUSIUS.

Caules & folia juncea, teretia: Vaginae in paucas lacinias ſectae. In femina, qualem decerpſi in Valeſia, ſummi rami terminantur conulis, factis ex calyce multifolio, cujus folia bifida ſibi alternatim inſinuantur, eo majoribus, quo interiora mediaque conprehendunt duo ſemina, hinc gibba, inde plana, planis obverſa ſuperficiebus. Per maturitatem ſquamae pulpoſae fiunt, & baccae, ſed inpropriam, faciem exprimunt. Marem, cum ſexum in diſtinctis plantis gerat, non vidi, cui flores in clavas muſcoſas conglobantur, fere uti Salicorniae. Statura cubitalis eſt.

Fateor meam plantam *majoris* a ROYENIO missae, quam minoris similiorem fuisse. Sed CLUSIUS *minorem* in mediterraneis reperit, & utriusque discrimen obscurissimum est.

TAXUS T. T. 362. LINN. n. 765.

Calyx in universum ad Ephedram, flos mas ad Equisetum accedit. Nempe in mare, ad initia novarum frondium, prodeunt congesti pediculi: Horum quilibet quatuor, ad septem usque, squamas pro calyce profert, quarum exteriores durae, interiores tenerae sunt, & quasi argenteae. Intra squamas stylus exit, qui terminatur fungoso capitulo. Ex eo undique petioli floriferi educuntur, quorum quilibet scutum hexagonum aut octogonum gerit obscure sulcatum, quod interius polline spermatico repletur. Hos apices TOURNEFORTIUS, non bene, flosculis rotatis quinquefidis simillimos pingit. In alia planta femina similis gemma squamosa. Placenta per aetatem succulenta, baccae similis, excavata, semen continet unicum, quod ex media placenta eminet.

938 1. TAXUS

Taxus fere omnium Auctorum RUELL. I. C. 136. TRAG. p. 1070. CORD. *Dioscor. I.* c. 87. GESNER. *coll.* p. 110. *hort.* p. 283. *b.* DODON. p. 859. CAESALP p. 134. MATTH. p. 1099. cum baccis CAMER. *epit.* p. 840. I. B. I. P. II. p. 241. C. B. MURALT. p. 736. RAJ. p. 1416. I. R. H. LINN. *Cliff.* p. 464. ROYEN. p. 87.
Taxus, Milos Theophrasti LOBEL. ic. II. p. 232.
l'If. SPECT. *de la Nat.* II. p. 92.
Varietates habet BOERHAAVIUS II. p. 208.

In montosis, & obscuris sylvis non rara arbor est, v. g. in M. *Belpberg*, in praecipitiis circa fl. *Orbam* supra muncipium hujus nominis &c.

Notissima arbor foliis abiegnis, pinnatis, & habitu sempervirente satis se distinguit.

Vetus fama est, venenatam esse, & experimenta, in brutis animalibus capta, adfert I. B. Negat tamen LOBELIUS, & in Anglia baccas edules esse cum RAIO adfirmat. Fatui quidem sunt, & amari.

JUNIPERUS T. T. 364. LINN. n. 764.

Et haec arbor in diversis plantis fructus gerit & florem, quod CORDUS olim vidit, & confirmavit post alios CAMERARIUS *epist. de sex. plant.* p. 22. Coni florales mares breves, fere sessiles, fiunt squamis ad axin connatis, quae, qua parte axin respiciunt, maximos tres apices pulveriferos gerunt. In femina baccae undique nascuntur ad ramos caulemque sesiles, quarum calyx exterior trifidus est. Ipsa bacca trisperma, trigonia, tres tubas emittit, & coronatur alio calyce trifolio.

937 1. JUNIPERUS foliis sessilibus patentibus ROYEN. p. 89.

α Var. humilior dumosa.
Juniperus minor RUELL. I. C. 90. qui sexus distinctionem non praetervidit. FUCHS. p. 78. CORD. *Dioscor. I.* c. 104. DODON. p. 851. LUGD.
Juniperus DORST. p. 159. *b.* GESNER. *coll.* p. 83. *b.* MATTH. p. 121. bene. CAMER. *epit.* p. 53. TABERN. p. 948. BLAKWALL. T. 184.
Juniperus vulgaris TRAG. p. 1073.
Juniperus humilis baccis majoribus C. GESN. *hort.* p. 263.
Juniperus montana CAESALP. L. 9. c. 58. cum sexus observatione.
Juniperus baccifera TABERN. p. 948
Juniperus vulgaris baccis parvis purpureis I. B. I. P. 2. p. 293. RAJ. p. 1411.
Juniperus vulgaris fruticosa C. B. P. *Bas.* p. 113. *T. aut. de Par.* p. 206. I. R. H. &c.
β Varietas arborea, in Helvetia satis frequens, cujus ex ordine plantatae seriem in praedio *Holligen* videre est, tristissimae, quae suavissima fuerat, memoriae.
Juniperus arborescens baccis minoribus C. GESN. *hort. Germ.* p. 263.
Juniperus vulgaris celsior arborescens CLUS. p. 38.
Juniperus vulgaris arbor C. B. LOESEL. *flor. Pruss.* p. 132. I. R. H. &c.
γ Pro distincta planta traditur *Mas* varietatis α.
Juniperus sterilis MERRET. p. 67.

Juni-

Juniperus minima paluſtris ſterilis BROMEL. p. 51.
♂ Et *mas* varietatis β.
Juniperus major, arboreſcens, ſ. vulgaris, ſterilis, & mas HOFMAN. *flor. Altd.*
Juniperus vulgaris arboreſcens ſterilis ſive amentacea PONTEDER. *Anthol.* p. 223.
♀ Denique habitu humiliori, foliis utcunque latioribus, & bacca paulo longiori, quam LINNAEUS ad priorem refert, neque diſtinctionis notas evidentes invenio.
Juniperus minima GESN. *hort. Germ.* p. 265.
Juniperus alpinus CLUS. *Pannon.* p. 26.
Juniperus alpina CLUS. *hiſt.* p. 38. I. B. I. P. II. p. 301. SCHEUCHZ. *It. V.* p. 425. RAJ. 143. &c.
Juniperus alpina fruticans SCHWENKFELD. p. 114.
Juniperus minor montana folio latiore fructuque longiore C. B. P. I. R. H. PONTED. *Anthol.* p. 222.
Juniperus alpina humilis ſabinae odore PETIV. n. 777.
♀ Hujus *mas* eſt
Juniperus montana latiore folio ſterilis PONTED. *l. c.* p. 223.

Varietas fruticoſa ubique in aſperis vulgaris eſt, arborea in hortis & ſylvis. Alpina, quantum novi, in alpibus ſolis, ſed humilioribus pariter, atque ſummis. Ipſe legi in *Gotthardo, Grimſula, Neunenen,* SCHEUCHZER in *Jugo* & alibi.

Folia in utraque ſingularia, ſed verticillis alternis, & inperfectis, ternato ordine, ramos circumdant, acumine ſatis valido, oris contractis, ut pars inferna glauca, cava ſit. Baccae altero demum anno coeruleae fiunt.

Tota planta reſinoſo, non ingrato, aromate plena eſt. Gummi ſtillat, quod in Helvetia non colligitur. Lignum non focum ſolum elegantiorem alit, ſed decocta ingreditur, quae vocant lignorum, aut ſolum adhibetur, quoties humores acres diluendi, temperandi, obſtructiones aperiendae, & ſimul ſolidae partes firmandae ſunt, in Scorbuticis, Venereis &c. & ſudorem movet nihilo ſecius quam exotica. Baccae inprimis totae medicinales ſunt: balſamo plenae, modice diureticae, & absque noxia vehementia, quam in Terebinthina aliqui aegri non admittunt: Commode in Rob rediguntur, & diuturno uſu ad calculi initia amolienda proſunt, quod olim c. PISO vidit. Ventriculo debiliori eaedem conducunt. Summitates tenerae alvum ducunt WELSCH *mictom.* p. 29. Ex baccis cum hordeo fermentatis proprium liquorem deſtillant non incelebrem, inventum J. BAPTISTAE Henrici IV. filii E. N. C. *Cent.* IV. *Obſ.* 199. vinum autem ex iisdem in Gallia faciunt non rariſſime CHOMEL. *pl. uſuel. ſupp.* p. 93. Reſina vulneraria eſt & adſtringit. Oleum penetrantiſſimum ex baccis deſtillatur, quod in urinam odorem transmittit.

A B I E S.

T. T. 353. 354. LINN. 732. & omnium Auctorum.

Folia ſingularia producit ut Juniperus, conosque mares in ſummis ramis. Eos ſquamae faciunt, quae ex communi axi undique exſtant, & ſub proprio ſcuto duos loculos gerunt, pleniſſimos polline ſeminali. Feminini coni longi, ſquamis fiunt ſubrotundis, planis, quae imbricatim, & arcte, in quincuncem circa axin medium congeruntur. In ima parte ſquamae, quae axin reſpicit, duae depreſſiones ſunt, leviores ſuperius, inferne profundae, in quarum qualibet ſemen eſt ex triquetro ovale, comprehenſum ſemicanali, qui in ovalem alam educitur.

1. ABIES foliis apice acuminatis LINN. *flor. Lap.* n. 347.
Abies rubra TRAG. p. 1117. omnino.
Picea MATTHIOLI p. 97. bon. ic. CAMER. *Epit.* p. 47. icon Geſneriana cum charactere, GESN. *hort.* p. 271. CLUS. *Pann.* p. 19. *hiſt.* p. 33. DOD. p. 863. eamdem vero iconem LOBELIUS dat pro Abjete LOB. ic. II. p. 231. TAB. p. 940. AICHSTETT. *Vern. frut.* T. 4. f. 1. AXT. *de conif.* c. 11. BLAKWALL. T. 198. bon. ic.
Abies mas CAESALPIN. p. 133. RAJ. II. p. 1396.
Picea latinorum ſive ελατη αρρην I. B. I. P. II. p. 238. cum erudita cenſura Auctorum.
Picea major prima ſive abies rubra C. B.
Picea oxyphyllos Polonica Corvini BARREL. ic. 730.
Abies tenujori folio fructu deorſum inflexo I. R. H. cum icone rami T. 354. GARIDEL. ic. I.
Icones WEINMANN. T. I. *b.* T. II. *c.* T. III. *a.*
Abies foliis ſolitariis apice acuminatis LINN. *Cliff.* p. 479. ROYEN. p. 88.
Sapin SPECT. *de la Nat. II.* p. 92.

In Helvetia pene tota ſylvae paulo altiores, & indigenae hac fere arbore conſtant. Humiliora loca fugit, & calidiora.

Alta arbor eſt, quae 125. pedum malos dederit, caeſa in ſylva *Bonwald* Argoviae. Folia ſunt tetragoniae longae pyramides, in acutum mucronem extenuatae. Coni penduli, quadruplo, quam Abjeti longiores AXT. Cortex ruber, unde nomen. Materia notiſſima, alba, filoſa, levis, lucide deflagrat. Reſinam praebet, tum craſſiorem, ſolidam, ex decorticata arbore manantem, quae coquitur in *picem Burgundicam*, (AXT. c. 12. 13.) tum fluidam, Terebinthinae nomine, quae niiſta cum larigna venditur: & ex Abiete quidem, ſi vera lacruma fuerit, ſponte ſtillans, larigna dicitur praeſtare AXT. p. 76. Ex faecibus a coctione picis reſiduis, accenſis, ad parietes camerae clauſae adhaeret & generatur in ſacco lineo fuligo ID. c. 4. Tota arbor balſamo naturali turget, ſed uſus medicus vix ullus eſt. Summitatum decoctum in ulceribus renum commendatur: & ad Scorbutum laudatur a SIMONE PAULI, ſed longe ſuperat Pinaſter. Cortex coriariis utilis eſt. Terebinthina vero, pulcherrimum inter balſama Chirurgorum, detergente vi, & putredini adverſa, omnes conpoſitorum farragines ſuperat. Eadem intus ſumta ad ſcrupuli pondus penetrabili vi renum obſtructiones expedit, gonorrhoeas vetuſtiores conſolidat; Oleum deſtillatum ad Paralyſes expertus laudat CHESNEAU. Spiritum Terebinthinae ex conis deſtillatum commendat LUDOVICI E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* II. *Obſ.* 200.

β. ABIES .....

Picea pumila CLUS. *Pannon.* p. 21. *Hiſt.* p. 34. I. B. I. P. II. p. 241. PARKINSON. RAJ. ex CLUSIO.

Picea minor C. B. P.

Abies minor longioribus ſetis, ramulorum ex omni parte prorumpentibus pinaſtrum referens PLUKN. p. *I.* T. I. f. I. cum mala icone: non enim differt, ſi RAJO credis p. 1916.

D. HUBER ex monte *Maloja* Rhaetiae.

In ſpecimine nullam veram diverſitatem invenio, niſi forte folia ſolidiora, minus arguta, craſſiora, exceperis: quae tamen diverſitas ad locum natalem referri poteſt.

2. ABIES foliorum apice bifido.

Abies candida TRAG. p. 1117.

Abies C. GESN. *hort.* p. 243. *b.* LONICER. p. XCVIII. *b.* MATTHIOL. p. 107. CAESALP. p. 133. CAMER. *Epit.* p. 48. 49. bona icon cum charactere, CLUS. *hiſt.* p. 34. cum julis maſculis DOD. p. 865. LOB. ic. II. p. 231. cum icone Piceae DOD. TABERN. p. 939. non bene LUGD. PARK. RAJ. p. 1394. AXT. *de arbor. conif.* c. I. (bon. deſc.)

Abies femina ſive ελατη θηλεια I. B. I. P. II. p. 231.

Abies alba ſive femina C. B. *Baſ.* p. 113.

Abies mas BLAKWALL. p. 203. folia non bene exprimit.

Abies foliis ſolitariis apice emarginatis LINN. *hort. Cliff.* p. 449.

II. *Abies altera* DODON. p. 867.

Abies Taxi folio fructu ſurſum ſpectante ſ. mas I. R. H. TILL. GAR. BOERHAAVE FABREGOV. II. p. 2. qui idem omnino ex variis auctoribus nomen ter repetit.

In Helvetia cum priori, & in Germaniae ſylvis altioribus.

Cortex albus, unde nomen *Weistannen*, fere Fagi ſimilis, & levior. Reſina odoratior. Folia, etſi revera multorum utrinque ordinum ſint, pinnata videntur. Eadem plana ſunt, apice retuſo, bifido, parte inferna diſtincta tribus lineis viridibus, & duabus depreſſionibus albis. Coni breviores, eriguntur. Hujus abietis nuclei edules eſſe dicuntur, & infuſum ſummitatum commendatur ſcorbuticis *Bresl. Samml.* 1723. M. Jul.

L A R I X.

T. T. 357. & auctorum.

TOURNEFORTIUS & alii characterem faciunt, quod ex una theca folia plurima conferta erumpant. Addi poſſet coni rotunda brevitas, qui Abjeti cylindricus &

& longus eſt, & inſigne tuber ex quo folia prodeunt. LINNAEUS refert ad Abietem. Sed, nondum ſatis examinato flore maſculo, nihil mutare malui.

1. LARIX folio deciduo.

Larix fere omnium auctorum RUELL. I. C. XCI. CORD. *hiſt. III.* c. 23. GESN. *hort.* p. 264. MATTHIOL. p. 105. bene CAMER. *Epit.* p. 46. (icon optima rami) CLUS. *Pann.* p. 21. *hiſt.* p. 34. DODON. p. 868. LOB. *Adverſ.* p. 449. alia ic. II. p. 230. CAESALP. p. 132. TABERN. p. 940. C. B. PARK. RAJ. II. p. 1405. BLAKW. T. 477.
Larix folio deciduo conifera I. B. 1. P. II. p. 265. I. R. H. &c.
Pinus ſylveſtris minor laricis ſtrobilo BARREL. ic. 500.
Abies foliis faſciculatis obtuſis CLIFF. p. 450.

In *Helvetia* alpina, ubi abietes ob altitudinem loci non creſcunt, ſylvas facit. Circa *Agaunum* in planitie vidi, ſed rarius.

Arbor recta, ſed multo humilior Abjete. Folia mollia, tactui cedunt, ex propriis nodis penicillatim orta: cortex levis. Coni rotundi, pendiculi. Odor totius plantae aromaticus.

Ex hac planta circa Brigantionem, & in alpibus Italicis, terebinthina optima paratur, cujus vires notiſſimae ſunt. In vulneribus, quoties movenda ſuppuratio, arcenda gangraena, omni alio medicamento praeſtantior eſt. Urinas ita movet, ut odore in breviſſimo tempore eas impraegnet, ſed valide pellit, ſuſpecta calculoſis, aut quibus veſica inflammata eſt. In gonorrhoea vetere, utriusque generis, ſaepe prodeſt. Eadem vertigines facit, & ſtomacho nocet, flatusque viſciditate generat, maxime ex continuo uſu. Mannam Brigantini colligunt, in Helvetia negligunt, aut nullam inveniunt, licet Mannam inter proventus Helvetiae numeret CONSTANT. *de medic. Helvet.* p. 13. Gallos vero Brigantinam in officinas recepiſſe ait STROBELBERGER *deſcr. Gall.* p. 255. quod vix videtur verum eſſe, duplo enim debilior eſt Calabrina (SAURIN. apud CHOMEL *pl. uſuel. ſupp.* p. 19. Materies, quam olim I. CAESAR, nuper KUSTERUS negavit ardere, egregie flammam alit, cum reſina turgeat. In Siberia STRAHLENBERG, in Helvetia SIMLERUS teſtis eſt.

PINUS.

T. T. 355. 356. LINN. 731. & omnium Auctorum.

Cum *Larice* convenit nodis foliorum, quae bina ſemper aut paulo plura, emittit. Differt, & ab Abiete, conis maſculis in ſummis ramis confertis, (T. T. 355. A. A.) Sub quolibet ſquamae ſunt aliquot; quatuor facit LINNAEUS. Ex communi axi ſquamae biloculares, duabus antheris fartae, (TOURN. D. D.) Feminini coni pendent ſub maſculis, conici; fiuntque ſquamis, quarum apex quadrangulus (TOURN. G. T. 356. H.) eſt, non, ut Abietis, ſemicircularis. Intus, in duobus loculis, (TOURN. 356. H. I. R. S.) totidem continet nuculas T. 356. M. N. O. monoſpermas. Maturi coni ſquamae late dehiſcunt. TOURN. l. c. Q. Immaturum ovarium habet MALPIGHIUS f. 229.

1. PINUS foliis geminis, cono pendulo, nucleis ſtrigoſis. 936

Pinus ſylveſtris RUELL. I. C. 112. C. B. *Baſ.* p. 113. P. RAJ. p. 1399. &c.
Pinaſter C. GESN. *hort.* p. 272. *b.*
Pinus ſylveſtris ſ. pinaſter DOD. p. 860. obſcure.
Pinaſter LOB. ic. II. p. 226. Eadem.
Taeda CORDI *Dioſc. I.* p. 87. *ſylv.* p. 223. TABERN. p. 942.
Pinus ſylveſtris montana MATTH. p. 98. CAM. *Epit.* p. 40. bon. ic. folii & coni TABERN. p. 938.
Pinaſter Auſtriacus I. CLUS. *Pann.* p. 16. *Hiſt.* p. 31. cum in taedam dicat degenerare; &
Pinaſter II. *Auſtriacus* CLUS. *l. c.* cum icone *Pann.* p. 17.
Picea CAESALP. p. 130. ob eamdem rationem.
Pinus ſterilis LUGD. p. 46.
Pinus ſylveſtris Genevenſis & taeda I. B. I. P. II. p. 252. cum optima hiſtoria I. R. H.
Et *Pinaſter Auſtriacus albus & niger* I. B. I. P. II. p. 255. ex CLUS.
Pinus ſylveſtris minor cono parvo, Polonica Corvini BARREL. ic. 279.
Pinus ſylv. vulgaris ſ. pinaſter AXT. c. 3.
Icones WEINMANN. T. 2. *b.* T. 3. *b.*
Pinus foliis geminis, primordialibus ſolitariis, glabris H. CLIFF. p. 450. ROY. p. 89.

In Helvetia ubique vulgaris arbor eſt (& juxta Rhenum ad Gieſſam usque) & in ſylvulas, ſed minores, congregatur.

Arbor neque recta, neque procera, cortice multangulo potius quam ſquamoſo. Foliorum vagina prima fuſca, altera quaſi ex papyro, cinerea. Ipſa folia bina, carinata, hinc convexa, inde rotunde cava, glauca, multo latiora, quam in ſativa. Coni ad imam congeriem racemorum floriferorum penduli, lati, breves, conici. Nuces non edules ſunt.

Aromatico reſinoſo odore eſt, pinguiſſima, hinc in taedam degenerat, effuſo extra vaſa adipe. Oleum conorum deſtillatum, aurei coloris, valde penetrabile, ad arthritidem commendat HAGENDORN. EPH. NAT. CUR. *Dec.* II. *Ann.* III. *Obſ.* 32. Terebinthinam ſtillat, uti Abies, ſed in uſum minus receptam.

β *Pinaſter tenuifolius julo purpuraſcente* C. B. *Baſil.* p. 113.
Pinaſter Auſtriacus III. CLUS. *hiſt.* p. 32.
Pinaſter foliis tenuiſſimis, longiſſimis THAL. p. 90.
Pinaſter Auſtriacus tenuifolius I. B. I. P. II. p. 255. RAJ. p. 1400.
Pinus humilis julo purpuraſcente I. R. H. BOERH. &c.

Baſileae ſollicite quaeſitus, cum julis purpureis pendulis, & foliis pro longitudine ſtrictioribus, magis glaucis, cortice demum magis ſcabro, & ſquamoſo repertus eſt ad Birſam, inter *Muttenz* & *Munchenſtein*, & ejusdem generis Pinos circa *Francofurtum* & *Gieſſam* vidi. Sed fateor, non ſufficit diverſitas, ut aliam ſpeciem faciam.

*2. PINUS foliis geminis, cono erecto, nucleis ſtrigoſis nudisque.
Pinaſter pumilio CLUS. *Pann.* p. 15.
Pinaſter IIII. *Auſtriacus* CLUS. *hiſt.* p. 32.
An *Pinaſter alpinus repens* SCHWENKFELD. p. 159.
Pinaſter III. *omnium minimus* LUGD. p. 10.
Pinus conis erectis SCHEUCHZ. *It. VI.* p. 460. I. R. H. TILL.
An *Frutex Coſzodrewina* BRUKMANN. in *diſſ. prop.* Videtur?

SCHEUCHZER in deſcenſu *M. Bernardini* ad pagum cognominem; in deſcenſu *M. Furculae* verſus *Clavennam.* HUBER. prope *Sils* ad ripum Oeni.

CLUSIUS diſtinguit altitudine minori, fere ſex pedum, cortice ſcabriori, foliis brevioribus, ſaturate virentibus, conis parvis, & erectis.

3. Conjungit SCHEUCHZERVS, poſt conjecturas RAII, & I. B. *Pinum ſylveſtrem Mugo* MATTH. p. 101. LOB. IC. II. p. 227.
Pinum montanam III. DODON. p. 861.
Quamdam in genere Pini ſylveſtris CAESALP. p. 132.
Pinum ſylveſtrem Mugho ſive Crein I. B. I. P. II. p. 255.
Pinum ſylveſtrem montanam alteram C. B. I. R. H. &c.

Quam HOFMANNUS & VOLCAMER circa Norimbergam, BROMEL in Suecia, I. B. in montibus *Burgundiae* naſci dicunt, & in paludoſis comitatus Neocaſtrenſis, aut certe ſimillimam, invenit GAGNEBIN; ei folia pariter breviora, humilior caudex, & diſtortus, ſed coni penduli etiam longiores.

4. PINUS foliis quinis, cono erecto, nucleo eduli.
Pinus TRAGI p. 1115. quam in Valeſia naſci dicit.
Arbor in Valeſia Arben cujus fructus Zirlin GESN. *ind.* p. 72.
Pinaſter C. GESN. *hort. Germ.* p. 272. *b.* MICHEL. *nov. gen. plant.* p. 223. T. 15.
Pinus ſylveſtris Cembro MATTH. 102. non bene, melior vero eſt icon CAMERARII *Epit.* p. 42. TABERN. p. 939.
Pinus ſylveſtris altera DODON. p. 860. ex *Matth.*
Pinus ſylveſtris nucleis fragilibus CAESALP. p. 13.
Pinus cui oſſicula fragili putamine ſ. Cembro I. B. I. P. II. p. 251, RAJ. p. 1398.
Pinus ſylveſtris montana tertia C. B. SCHEUCHZ. *It. VI.* p. 460. I. R. H.
Larix ſempervirens foliis quinis nucleis edulibus BREYN. EPH. NAT. CUR. *Cent. VII. Obſ. II.* cum icone.
Arbor Limbowe Drewo BRUKMANN. in *diſſ.*
Pinus ſativa cortice fiſſo foliis - - - ut plurimum quinis &c. AMMAN. *icon. plant. Ruthen.* p. 178. n. 257. omnino.
Cedrus Siberica STRAHLENBERG.
Arben STUMPF. *in Chronica, Arveln noſtratibus.*

In

In editioribus alpium ſupra Larices, v. g. in valle Grindelwald circa glaciales rupes, circa Thermas Leucenſes, in adſcenſu ad Grimſulam copioſiſſime circa *Handek*. SCHEUCHZERUS in ſylva *Stazz* ſupra *Celerinam* &c. HUBER in *Maloia* M.

Facillime dignoſcitur. Cortex ſcabrior, cum tubera non gemellipara ſint, ſed quinque omnino juncta folia edant. Folia longiora, validiora, quam vulgaris, confertiſſima. Conus rotundus ſeſſilis, nucibus mollibus, nucleis carnoſis, & edulibus. Tota arbor gratiſſimo aromatico odore omnes congeneres ſuperat, pulcherrimam, procul dubio, datura reſinam balſamicam, ſi incideretur.

Nuces in officinis Helveticis proſtant, & ad morbos pectoris exhibentur, quae amygdalas vi penetrabili, & Terebinthinata ſuperant, oleoque ſcatent tenuiori, meabili. Dicuntur in phthiſi prodeſſe, ulcera renum mundare, urinam acrem delinire, venerem movere. *Balſamum Carphaticum* paſſim laudant EPH. NAT. CUR. *Cent.* 10. p. 37. BRUKMANN l. c. &c. quod in aqua ſubſidet ex maceratis & contuſis ſurculis deſtillata, BELIUS.

PLANTAE STAMINIBUS DONATAE.

I. APETALAE.

ORDO II.

JULIFERAE.

His commune eſt, pendulas caudas gerere florum marium, ſeorſim a feminis. Sed ſtamina diſtincta ſunt, & cum calycibus ſuis peculiares flores faciunt, qui per intervalla ad longum axin diſponuntur, cum Coniferarum flores mares ſtamina maſcula baſibus connata nacta ſint. Salix ſola & Populus in diverſis plantis diverſos ſexus gerunt. Fructus in hac claſſe naturali mire variat. In his noſtratibus ubique ſiccus eſt. Sed & ſtaminum numerus diverſiſſimus eſt.

SALIX. T. T. 364. LINN. n. 742.

Juli feminae Populneis ſimillimi (E). Marium quidem ſquama ſimplex (D), ſtamina vero tria (D), frequentius quam duo, & corpuſculum planum vel cylindricum inter axin & ſtamina. Aliquando pappus inter ſtamina (B. F.) eſt, alias minime. Juli in univerſum modo rotundi ſunt, modo ovales, modo graciles, & longiſſimi, modo pauciflori, & vix julorum nomine digni.

I. *SALICES* foliis conpactioribus.

1. SALIX foliis glabris ovatis, ſerratis, appendicibus latiſſimis.
   Salix latifolia non hirſuta I. B. I. P. II. p. 216. Non recedit.
   An *Salix rubra obtuſo latiore folio* LOESEL. p. 939? Videtur.
   An *Salix foliis ſerratis, glabris, ſubovatis, ſeſſilibus, appendiculatis* LINN. *flor. Lapon.* n. 354. T. VIII. f. *g*. Noſtrae folium majus eſt, & exquiſitius ovale.
   Circa Bernam in ſylvis & ad ripas fluviorum.
   Cortex viridis, aut purpureus, ſubtiliter tomentoſus, rami flexiles, hirſuti. Aures omnium maximae, dentatae. Folium etiam inter ſalices latiſſimum, ellipticum, cum modico mucrone, margine ſerrato, utrinque leve.

2. SALIX perſicae folio auriculato.
   Salix MATTHIOLI p. 199. CAMER. *Epit.* p. 107. cum auriculas habeat.
   Salix purpurea, nigra, viminalis LUGDUN. p. 276. certe icon noſtram refert.
   Salix ſpontanea, fragilis, amygdalino folio auriculata I. B. I. P. II. p. 214. cum icone.
   Salix folio amygdalino utrinque virente aurito C. B. *Baſil.* p. 111. I. R. H. RUPP. &c.
   Salix fragilis HOFMAN. *flor. Altdorf.* HERM. H. L. B. DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 43.
   Salix folio lato, ſplendente, fragilis RAJ. *cantabr.* p. 143. *ſyn. III.* p. 448. &c.
   Salix foliis ſerratis glabris lanceolatis acuminatis appendiculatis LINN. *Lap.* n. 349. ROYEN. p. 83.
   Pulchra arbor ad ripas fluviorum naſcitur, Bernae, Baſileae ad *Wieſam* &c.
   Arbor recta & altior. Rami virides, deinde atro purpurei, fragiles. Folium longiſſimum

919

giſſimum, Perſicae ſimillimum, unciali latitudine, ubi latius, ſemipedem longum, acute ſerratum, nitidum, utrinque glabrum, cum binis ad pediculum parvis auriculis.

921 3. SALIX foliis elliptico lanceolatis, utrinque glabris, ſerratis, appendiculatis.

Salix folio auriculato ſplendente flexilis RAJ. *hiſt.* p. 1420.
Salix folio articulato ſplendente flexilis RAJ. *ſyn. III.* p. 448. n. 9.
An *Salix foliis glabris acute ſerratis lanceolatis petiolatis ſtipulis trapeziformibus* ROYEN. p. 83.

A priori n. 2. evidenter differt, habitu duriori, ramis ex fuſco viridibus, folio ſolidiori breviori, elliptico, acuminato, minute ſerrato, nervo flavo. Auriculae ſimiles, vimen flexile. Arboreſcit.

918 4. SALIX foliis elliptico lanceolatis utrinque glabris & rigentibus, non auriculatis.

Salix phoenicophleos, ſive phoenicea LUGDUN. p. 277. ic.
Salix perſicae folio non auriculata COMMEL. *plant. indig. holl.* p. 99. H. L. B. p. 534.
Salix ſpontanea folio amygdalino fragilis non auriculata I. B. *l. c.*
Salix folio laureo ſive lato glabro odorato RAJ. *hiſtor.* p. 1420. *ſyn. III.* p. 449. PLUKN. &c.
Salix montana major foliis laurinis H. L. B. I. R. H. &c.
Salix foliis ſerratis glabris ovatis acutis ſubſeſſilibus ROYEN. p. 83.

Baſileae (& *Gottingae*) vidi.

Arbor erecta, formoſa. Virgae ſanguinei coloris. Folia dura, laurina, ſplendeutia, utrinque glabra, ovatolanceolata, argute ſerrata, absque appendicibus, petiolo vaginaeformi, triangulari. A priore n. 2. folio duriori, breviori, & aurium defectu diſtinguitur. Addit LINNAEUS ſtamina quina, quod nondum ipſe vidi.

5. SALIX foliis ſerratis glabris utrinque acutis LINN. *flor. Lapon.* n. 348. T. VII. f. *a.*

In valle *Urſaria*, dumeta efficit.

Cortex atro purpureus. Folium latiſſimum, breve, ut longitudo latitudinis vix dupla ſit: utrinque leve, inferne glaucum, dentibus acutis & craſſis. Nervus ſaepe inaequaliter folium bipertit.

6. SALIX foliis elliptico lanceolatis ſerratis, ſubtus ſericeis, vimine fragili.

920
Salix quae in magnam proceritatem adſurgit RUELL. I. C. 130.
Primum ſalicis genus FUCHS. p. 334.
An *Secundum ſalicis genus* TRAG. p. 1078.
Salix procera DODON. p. 842.
Salix LOBEL. ic. II. p. 136. RAJ. *ſyn. III.* p. 447. BLAKWALL. T. 327.
Salix alba vulgaris perticalis LUGDUN. p. 275.
Salix vulgaris alba arboreſcens C. B. *Baſil.* p. 111. P. I. R. H. &c.
Salix maxima fragilis alba hirſuta I. B. 1. P. II. p. 212. RAJ. II. p. 1419.
Salix foliis lineari lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus infimis ſerraturis glanduloſis LINN. *Cliff.* p. 454.

Ad rivos, ſponte, aut ſata.

Omnium altiſſima, eminet in ſalicum genere. Vidi Quercus nihilo humiliorem. Rami ex albo viridi in fuſcum colore variant. Folia longa, anguſta, qualia proprie *Saligna* vocantur, ſerrata, denticulis craſſis, hinc pallide virentia, & raris pilis adſperſa, inferne modo glauco polline, modo nitidiſſimo ſericeo villo obſita, unde albedo, quam vento agitatae oſtendunt. Rami fragiles, quae princeps nota eſt.

Salices omnes acerbae ſunt, frigefaciunt, aqua abundant. Extractum corticis medii, ad pulmones ulceratos commendari video a WELSCHIO *miſtom.* p. 39. & tota Salix pro inſigni medicamento frigefaciente, & Venerem deprimente habetur. Sed experimenta non invenio.

920 7. SALIX lento vimine, & ſquama florali, flavis, foliis elliptico lanceolatis, ſubtus ſericeis.

Salix vitellina CORD. in *Dioſcor. I.* c. 137.
Alterum ſalicis genus FUCHS. p. 335.
Tertium TRAGI p. 1078. CAESALP. L. III. c. 46.
Salix viminalis SCHWENKFELD. p. 187.
Salix ſativa lutea folio crenato C. B. *Baſil.* p. 111. P. I. R. H.
Salix lutea tenujor ſativa viminea I. B. 1. P. II. p. 214. RAJ. cum nota dubii.
Salix tenuifolia dentata MUNTING. *Phytograph.* ic. 12.
An *Salix folio utrinque glauco viminibus rubris* RAJ. *Cantabr.* p. 142? Omnino videtur.

Frequens feritur, ob egregiam flexilitatem, qua reliquas ſalices ſuperat.

Vimina lenta, viridia, deinde lutea, aurantia, rubra denique. Folia Saligna, ſive cum

cum longitudine anguſta, mucrone lente coeunte, ora primo villoſa; deinde argute ſerrata, dentibus minime cartilagineis, nervo flavo, ſuperne coeruleo polline, deinde ſericea pube, incana, multo minora, quam priori. Juli odori, & ſquamae maſculae flavae. Capſulae per aetatem magnae, ſpadiceae, leves. Vidi varietatem foliis non ſerratis, & in univerſum verſus mucronem dentes rariores ſunt.

8. SALIX foliis elliptico lanceolatis, ſubtus glaucis, lento vimine & ſquamis floralibus flavis.

Haec, quam difficulter eruo apud Scriptores, a Vitellina n. 7. vel non differt, vel foliis ſolis, quae perpetuo, etiam in juniori glabra ſunt, polline ſubtus conſperſa glauco, minime vero uti Vitellinae villoſa. Vimen rubrum vel flavum, lentiſſimum. An haec *rubens* I. B.? Non repugno.

9. SALIX foliis utrinque levibus, inferne glaucis, ſquamis & capſulis tomentoſis.

Salix helice Theophraſti LUGD. p. 277. cui conjugata folia.
Salix tenujor folio minore, utrinque glabro, fragilis I. B. I. P. II. p. 213. HOFM. &c.
Salix humilior foliis anguſtis ſubcoeruleis ut plurimum ſibi invicem obpoſitis RAJ. *Cant.* p. 144. *Hiſt. II.* p. 1421. VAILL. &c.
Salix montana minor, foliis oblongis acuminatis & binis naſcentibus PONTED. *Comp. Tab. Bot.* p. 148.
An *Salix nerii folio utrinque virente* VAILL. p. 175. maxima enim folia Nerii ſimillima ſunt.
Salix foliis ſerratis glabris lanceolato linearibus ſuperioribus oppoſitis obliquis ROYEN p. 83.
β Eadem, ob capitula ſquamoſa, inſectorum opus, eſt
Salix humilis capite ſquamoſo C. B. *Baſil.* p. 111. P.

Ad ſepes & aquoſa, uti priores.

Rami lenti, anguloſi, virentes, per aetatem ſature purpurei. Folia utrinque levia, margine ſerrato, & non ſerrato, lente ab origine dilatantur, & brevius in mucronem coeunt, plerumque, non ſemper, obpoſita. Juniora utrinque virent, adultorum inferior facies glauca eſt. Juli prae reliquis denſi, lanuginoſi, ſquamulis nigris, pubeſcentibus. Capſulae feminae breves, denſe congeſtae, & ipſae lanuginoſae, ex quo ſigno facile cognoſcitur, pallidae.

10. SALIX foliis firmis, vix ſerratis, longe ellipticis, ſubtus ſubhirſutis & caneſcentibus.

Salicis tertium genus FUCHS. p. 336. ob virgarum rectitudinem.
Salicis primum genus TRAG. p. 1078.
Salix alia CAES. L. III. C. 46. p. 125.
Salix rubra minime fragilis folio longo anguſto I. B. I. P. II. p. 215.
Salix vulgaris rubens C. B. *Baſ.* p. 111. P. I. R. H. RUPP. &c.

Humilis eſt, in paſcuis paludoſis non rara. Virgae rectae & nudae, flexiles, virides, deinde rufae. Folia alterna, elliptico lanceolata, ora frequenter quaſi contracta, rariter ſerrata, ſubtus villo, ſed breviſſimo, caneſcunt, nervo & petiolo flavo.

11. SALIX pumila, foliis ellipticis, integerrimis, ſubtus glaucis, ſpica rotundiore.

Salix pumila latifolia prior CLUS. *Hiſt.* p. 85. non recedit.
Salix foliis ovato lanceolatis integerrimis, ramis decumbentibus, radice reptatrice ROYEN. p. 84.

Bernae legi, locus excidit.

Frutex humillimus, vix pedalis, cum adultus ſit. Folia parva, ſubtus glauca, exquiſite elliptica, margine non ſerrata. Julus mas breviſſimus, ſtaminibus longiſſimis, hinc fere rotundus. Pappus inter ſtamina. Spica femina uncialis, capſulis magnis, pro ratione plantulae. Vimina flaveſcunt.

12. SALIX Myrtilli folio, ſpica craſſiſſima.

Salix alpina foliis anguſtioribus ſplendentibus ſerratis SCHEUCHZ. *It. IV.* p. 340.
An etiam *Salix latifolia, utrinque glabro folio, ſuperne ſplendente* id. *It. I.* p. 57. ad radicem *M. Titlisberg?*
Salix alpina pumila repens, foliis oblongis, exiguis, ſuperne ſplendentibus, inferne cinereis, creberrimis, & tenuiſſimis crenis inciſis MICHELI apud TILLIUM p. 151.
An *Salix pumila alpina myrſinites* PONTEDER. *Comp. Tab.* p. 149. Non recedit.
Salix foliis ſerratis glabris ovatis LINN. *flor. Lapon.* n. 853. T. VII. f. 6. T. VIII. f. f.

I. GESNERUS miſit, in *Gemmio* lectam. HUBERUS in monte *Albula Rhaetiae.*

Humillima eſt, ramoſa, cortice ſcabro, rubente. Folia nitida, glaberrima, fere myrtilli vulgaris, per oram ſubtiliter ſerrata, venoſa, ex elliptico acuminata; Juli feminae pro portione maximi, prioris n. 11. ſatis ſimiles, magnis capſulis, fuſcis, & denſiſſimo pappo, non ſplendente, ſquamis nigris, Mares non poſſideo.

13. SALIX foliis levibus, ovatis, ſpica rariſſima.
Balmenſtritten ARET. in *Neſſ.* & *Stokh.* p. 234. *b.*
Salix puſilla humilis CAMER. *Epit.* p. 108. optime.
Salix humilis repens LOBEL. *Adverſ.* p. 423.
Salix pumila utrimque glabra I. B. I. P. II. p. 217.
Salix alpina anguſtifolia repens C. B.
Salix latifolia folio utrimque glabro ſuperne ſplendente RAJI *ſyll. ſtirp. exter.* p. 309. *Hiſt.* p. 1422.
Salix pumila alpina latifolia glabra RAJI *ſyllog.* p. 225.
Salix ſaxatilis folio utrimque glabro minor WAGNER. p. 284.
Salix alpina pumila repens retuſo ſerpylli folio lucido BOCCONE *Muſ. di piante* p. 18. SCHEUCHZ. *It. I.* p. 48. *It. V.* p. 427.
Salix alpina ſerpylli folio lucido BOCCONE ib. T. I. I. R. H.
Nihil frequentius in ſaxoſis alpium, etiam humiliorum: legi in *Stokhorn*, *Gemmi*, *Neunenen* &c.
Caules nodoſi, procumbunt, pedales, ramoſi. Folia elliptica, juniora obtuſo & rotundo ambitu finiuntur, in adultioribus longiora, & non raro ſerrata, nitentia caeterum & dura, buxea. Julus mas rarus, apicibus purpureis. Spica femina pariter rara, capſulis longis & acutis, quinque aut paulo ultra. Conf. *It. Helvetic.* n. LXXX.

14. SALIX foliis ſerratis, glabris, orbiculatis LINN. *flor. Lapon.* n. 355. T. VII. f. 3. & 4. ROYEN &c.
Salix ſaxatilis minima C. B. *Prodr.* p. 159. P. quam ad priorem male referunt.
Salix alpina minima, lucida, repens, alni rotundo folio BOCCONE *Muſ. di Piante* p. 29. RAJ. III. p. 12.
Salix alpina alni rotundo folio repens BOCC. ib. T. I. bene SCHEUCHZ. *It. II.* p. 140. I. R. H.
Salix minima flore eleganter luteo BOERH. *ind. alt. II.* p. 211.
In ſummis alpibus. SCHEUCHZER. in M. *Septimo Rhaetiae.* Ego in ſummo jugo nivoſo *Furcae.*
Omnium humillima, vix triuncialis, arborea tamen, ramoſa, fit foliis ſubtiliter venoſis, uti in 12. ambitu orbiculari, rotundo, ſerrato. Nervi flavi. Capſulae ſeminales purpureae ex maximis in toto genere ſalicum, ſed pauciſſimae, binae, & ternae.

II. *SALICES* folio fungoſo & rariori.

15. SALIX pumila folio rotundo, integerrimo, julo gracili.
Salix pumila folio rotundo I. B. I. P. II. p. 217. SCHEUCHZ. *It. I.* p. 47. *IV.* p. 340. RAJ. p. 1423. I. R. H. &c.
Salix foliis integris glabris, ſubtus reticulatis LINN. *flor. Lap.* 359. T. VII. f. 1. 2. ſed in hac icone julorum brevitas, & foliorum figura a noſtra planta differt: deinde noſtrae folia glabra dici nequeunt.
In omnibus alpibus, & per *Juram* paſſim. SCHEUCHZERUS in M. *Titlisberg*, in *Furca*, I. B. in Rhaeticis alpibus. In montibus ſupra *Ormond deſſus*, in *Neunenen* &c. ipſe legi.
Frutex humillimus, folia ovata, pene rotunda, non ſerrata, inferne lanuginoſa, alba, & rugoſa, nervis exſtantibus. Juli feminae longi, capſulis lanuginoſiſſimis, quae per aetatem fere calveſcunt, & fuſcae fiunt brevesque. Squamae mediae fuſcae. Maribus deſtituor.

16. SALIX folio ſubrotundo, acuminato, integerrimo, ſubtus ſericeo.
Salicis quartum genus TRAG. p. 1078?
Salix lato folio GESN. *hort.* p. 278. ob julos odoratos.
Salix latifolia rotunda C. B. RAJ. *Cat. Angl.* & *ſynopſ. III.* p. 449. I. R. H. &c.
In dumetis frequens.
Arbuſcula modica. Folia in univerſum latiſſime, & breviter elliptica, ſed cum acumine fere Cotoneaſtri, ſuperne, dum juniora, villoſae ſunt, matura vero calveſcunt; inferne tota ſericeo villo obſita, & nitentia, non ſerrata, neque auriculata. Juli crasſisſimi, latisſimi, ovales in utroque ſexu: Mares odorati, longis ſtaminibus, & multo intermiſto pappo fiunt, foliisque hirſutis, fuſcis, nectariis bifidis. Feminae villoſae ſunt capſulae, quae maturae ex viridi flaveſcunt, & fere leves fiunt.

16 β. SALIX humilis latifolia erecta C. B. *Prodr.* p. 159. *Baſ.* p. III. RAI. p. 1428. I. R. H.
Salix foliis integris, utrinque lanatis, ſubrotundis, acutis LINN. *flor. Lap.* n. 368. T. VII. f. 7. & T. VIII. f. x. Mea ſpecimina foliorum ad ſummum iconum magnitudine ſunt.
In paludoſis circa *Mooſſ Seedorf* C. B. *Michelfeldae.*

Frutex

Myosotis alpina angusti folia.

Salix folius integris utrinque hirsutis lanceolatis LINN.

Astragalus Alpinus, totus Sericeus, foliis ex ellipsi acuminatis

Hesperis Leucoji folio serrato, siliqua qua, dranaula I.R.H.

C. L. Rollinus Med. C. Lith.

Sculp. C. F. Fritzsch Christianus Gott.

Frutex humilis, pedalis, & bipedalis, folio ex orbiculari acuminato, utrinque sericeo & nitente villo obsito. Non multum a priori differt.

17. SALIX folio rugoso, obiter serrato, subtus lanuginoso, julo crassissimo.

Salix aquatica LOBEL. ic. II. p. 137. (longiore folio.)
Salix quarta fragilis CAESALPIN. L. III. c. 46.
Salix caprea latifolia TABERN. p. 1038. cum auriculis.
Salix caprea rotundifolia TABERN. p. 1038. huc etiam pertinet ob auriculas.
Salix platyphyllos leucophlaeos LUGD. p. 276. duae icones longifoliae.
Salix latifolia inferne hirsuta I. B. I. P. II. p. 215. RAJ. p. 1422. *T. aut. de Par.* p. 218. &c.
Salix folio ax rotunditate acuminato C. B. *Basil.* p. 111. RAJ. *synops. III.* p. 449. I. R. H. &c.
Inter LINNAEANAS, ad varias aetates respondent plantae n. 354. 361. & 365.
Salix foliis ovatis rugosis subtus tomentosis sursum denticulatis ROYEN. p. 83. huc pertinet ex nomine.

In dumetis & sylvis etiam altioribus, circa *Gurnigel* (in Bructero M.) &c.

Prioris 15. in universum similis est, forte eadem, etsi cum quibusdam conditionibus videatur longe diversissima. Folia majora, margine vel serrato, vel integro, salviae fere modo rugosa, & pulposa, superne subhirsuta, subtus alba, villo gossypiaceo & brevi, qui priori sericeus & longior est, modo ovalia, modo breviora & rotundora. Vidi quae tres uncias lata essent & paulo longiora. Auriculae modo nullae, modo maximae & in superiori parte plantae frequentiores. Flores cum priori consentiunt. Capsulae in concinniores & plurium gyrorum cochleas revolvuntur, quam aliae salices. Gallas in foliis non infrequentes reperio.

β *Salix folio rotundo minore* DILL. *Cat. Gieff.* p. 38. *syn. III.* p. 450. n. 17.

DILLENIANI speciminis similem inter meas invenio, sed a prioris varietatibus, quibus folia orbiculariter terminantur, vix diversa.

18. SALIX folio ovali, acuto, serrato, utrinque glabro, subtus glauco.

Salix alpina, pumila, rotundifolia, repens, inferne subcinerea C. B. MURALT. p. 731. SCHEUCHZ. *It. IV.* p. 340. ex Gemmio, TITA *It.* I. R. H. RAJ. *syn. III.* p. 448.
An *Salix foliis integris, glabris, alternis* LINN. *flor. Lapon.* n. 357. T. VIII. f. *i. k.?* sed nostrae ora evidentissime serrata, & media latitudo folii major est.

Circa *Wallenburg* ad sepes. In *Toggicis* alp. MURALT. si hanc omnino intelligit.

Arbuscula modica: vimen nigrum, fragile. Folium fere obtuse rhomboideum, nervis eminentibus, ut in 17. subtus glaucum, utrinque leve, ora argute serrata. Auriculae serratae, exiguae. Spicae feminae longae, capsulae villosae, breves; pappus argenteus splendidissimus.

19. Quam in *Gemmio* reperi, paulum diversa est, folio longiore & pene elliptico, subtus toto candido, spica femina biunciali, capsulis glabris flavisque. Caeterum haec Salix folio tenuiori est, & ad primum ordinem propius accedit.

19.β. SALIX folio obtuse rhomboideo, serrato, utrinque hirsuto.

An *Salix latifolia repens* C. B. I. R. H. &c.
Salix pumila foliis utrinque candicantibus & lanuginosis SCHEUCHZ. *It. V.* p. 417. Non repugnat.

In alpibus, ad rupes glaciales vallis *Grindelwald*, SCHEUCHZER. in M. *Pilato*.

Satis similis prioris, sed humillima, vix cubitalis, utrinque villosa, sed subtus densius.

20. SALIX pumila foliis utrinque candicantibus & lanuginosis C. B. P. RAI. *Syn.* III. p. 447. ic. T. XIX. f. 3.

An *Salix foliis integris, subtus villosis, ovatis; acutis* LINN. *Lap.* n. 362. T. VIII. ic. *o?* Non recedit.
An *Salix foliis ovatis integerrimis subtus tomentsis nitidis* ROYEN. p. 84.

GAGNEBIN in paludosis *à la Chaux-d'Abelle*.

Humilis est, foliis longis, lanceolatis, superne subtiliter villosis, inferne totis villo sericeo albentibus, ora plerumque elevata, non serrata.

21. SALIX foliis integris, utrinque hirsutis, lanceolatis LINN. *Lap.* n. 367. T. VIII. ic. *t.* T. nostr. V.

An *Salix alpina Pyrenaica* C. B. *Prodr.* p. 156? RAJ. p. 1423. I. R. H. sed nostrae folia non *parva* sunt.

HUBERUS in M. Albula Rhaetiae.

Hujus, ob pulchritudinem, iconem dedi. Folia prioris similia, sed multa majora, longiora, superne atra, & levia, inferine sericeo villo nitent: spica femina longa: capsulae tomento gossypiaceo obducuntur.

22. SALIX angustis & longissimis foliis crispis subtus albicantibus I. B. I. P. II. p. 212. RAI. p. 1423. &c.

An *Salix angustifolia Pannonica* CLUS. *hist.* p. 85. *Pannon.* p. 100.
Elaeagnos Dalech. LUGD. p. 278.
Salix fragilis C. B. *Basil.* p. 111. *Prodr.* p. 159. RUPP. p. 267. an I. R. H.

Et *Salix folio longiſſimo, anguſtiſſimo, utrinque albido* C. B. ex LUGD.
Salix Chamaenerii folio HOFMAN. VOLC.
Salix montana folio anguſtiſſimo & longiſſimo, ſinuato, ſubtus albido, ſuperne nigricante PONTED. *Comp.* p. 147.
Salix ramis villoſis foliis lineari lanceolatis ſubtus tomentoſis ROYEN. p. 84.
Salix longiſſimo folio RAJ. *Cant.* p. 146. *Cat. Angl. ſynopſ. III.* p. 450. VAILL. p. 175.

C. B. ad Birſam circa S. Jacob. Frequentem Baſileae reperi a 1736. Ad lacum *Neocomenſem* prope *Colombiers* uberrime.

Rami nigri, flexiles, erecti, longi. Folia inter omnes noſtrates ſalices longiſſima, anguſtiſima, ſuperne primum aliquo villo notantur, deinde calveſcunt & nigricant, oris elevatis, nervoque flavo. Inferne tomentum album eſt. Spicae feminae ſeſſiles, capſulis argenteo villo nitentibus. Maturae eaedem ſiccae, lignei coloris ſunt, levesque.

β. Hujus varietas eſt latiore & breviore folio Gottingae non rariſima.
Salix caprea acuto longoque folio RAJ. *ſyn. III.* p. 450.

*23. SALIX ſolio oblongo incano, C. B.

Baſileae in urbe minore.

Ignota mihi, ex deſcriptione erui nequit. An varietas β. n. 22?

Caeterum haud aliud genus arborum difficilius eſt. Sexus enim, & aetas multa mutant, villus in aliis cum aetate accedit, in aliis dejicitur, crenae juniorum nullae ſunt, cum aetate augentur, & notae diverſitatis minutae ſunt, & ſcriptores breves, paucarum deniqqe icones exſtant.

P O P U L U S.

T. T. 355. 356. LINN. n. 755. & omnium Auctorum.

Julus maſculus ſit floribus confertis, qui ex una ſquama, multifida, octo (LINN.) ſtamina demittunt (c. c.) Femina in alia planta, fit capſulis bivalvibus, K. L. in duo cornua revolutis, in quibus ſemina multo pappo obvoluta O. L. N.

933 1. POPULUS foliis ſubrotundis dentato angulatis ſubtus tomentoſis. LINN. *Cliff.* p. 400. ROYEN. p. 82.

α *Populus alba* RUELL. I. C. 119. obſervavit, folia in juniori circinata, in adulta arbore anguloſa fieri CORD. MATTH. p. 136. bon. ic. CAMER. *Epit.* p. 65. DODON. p. 835.* CAESALP. III. c. 45. TABERN. p. 977. PARKINS. RAJ. *hiſt.* p. 1418.
Populi albae alia ſpecies TRAG. p. 1081.
Populus alba latifolia LOB. icon. II. p. 193.
Populus ΑΕΥΚΗ I. B. I. P. II. p. 160.
Populus alba majoribus foliis C. B. *Baſil.* p. 107. I. R. H. *aut. de Par.* p. 296. SCHEUCHZ. *It. V.* p. 339.
β *Populus alba minoribus foliis* LOBEL. *l. c.* PARK. RAJ. p. 1419. I. R. H.
Populus alba folio minore I. B. *l. c.*

C. B. *Michelfeldae* & circa *novam domum.* Reperi etiam ad Birſam verſus *neue Welt.* In Valeſia inter *Sideram* & *Sedunum* ad ripam Rhodani humiles dumos facit.

Varietas β junior eſt, humilior, duobus & tribus paribus dentium ſignata, non trilobata. Varietas α, qualem ad Rheni ripam in Alſatia reperi, foliis eſt hederaceis, trilobatis. Pulchra arbor, foliis hinc cum atritate hirſutis, inde niveo tomento obſitis, facile adgnoſcitur.

934 2. POPULUS foliis ſubrotundis, dentato angulatis, utrinque levibus LINN. *Cliff.* p. 460. ROYEN. p. 82.

Populus tertia Libyca RUELL. I. C. 120.
Populus nigra TRAG. p. 1082. LONIC.
Populus Lybica MATTHIOL. p. 138. bon. ic. CAMER. *Epit.* p. 67. CORD. *Dioſc. I.* C. 110. DODON. p. 836. LOBEL. II. p. 194. TAB. p. 978. RAJ. p. 1419.
Populus tremula C. B. *Baſil.* p. 107. P. I. R. H. *aut. de Par.* p. 128.

Nihil frequentius, in dumetis, ſepibus vivis, & ſylvis.

Tota humilior eſt. Petioli foliorum longa hinc folia, cum ſicca ſunt, vento agitata ſtrepunt. Figura orbicularis. Dentes magni & rari.

935 3. POPULUS foliis deltoidibus acuminatis ſerratis (levibus) LINN. *Cliff.* p. 460. ROYEN. p. 82.

Populus nigra RUELL. l. c. MATTH. p. 137. bon. ic. CAM. *Epit.* p. 66. CORD. *Dioſc. I.* p. 111. GESN. *tab. coll.* p. 98. DOD. p. 836. LOB. II. p. 194. TAB. p. 977. C. B. *Baſ.* p. 107. P. RAJ. p. 1417. BLAKWALL. T. 248.

Populus

Populus alba TRAGI p. 1080. cum icone.
Populus CAESALP. L. III. c. 45.
Populus nigra sive αιγειρος I. B. I. P. II. p. 155.

In sylvis, & ad ripas fluviorum. Pulcherrimas ad Suzam fluvium Biennae vidi.

Altior prioribus, germinum visco flavo, odoratissimo, primo vere se distinguit, uti ipsi rami, & foliorum nervi, flavi sunt. Folia levia, obiter serrata, rhomboideo, nisi quod mucronem longius educant.

Unguentum *populeon* ex gemmis notissimum est, scopo emolliendi, deliniendi, resolvendi. Tincturam gemmarum ad Dysenterias & diuturnam alvi levitatem laudat TOURN. dosi drachmae dimidiae, bis de die sumtam.

A L N U S.

T. T. 359. LINN. n. 714. & omnium Auctorum.

Coni feminae cum Pini conis multa communia habent, squamas nempe, apice crassiores, per maturitatem patulas & hiantes, & bifloras. Sed semen nulla nuce clauditur, deinde flores mares diversissimi sunt. Juli nempe penduli, ex squamis triangulis quatuor appendiculis auctis, arcte imbricatis fiunt. Ad singulam squamam tres flores rotati, quadrifidi, tetrastemones, interius ponuntur, liberis & pediculatis antheris.

1 ALNUS rotundifolia glutinosa viridis C. B. T. *aut. de Par.* p. 242. PONTEDER. *Anthol.* p. 200.

Alnus RUELL. I. c. 50. DORST. p. 79. *b.* non male TRAG. p. 1084. GESN. *coll.* p. 57. MATTHIOL. p. 140. CAM. *Epit.* p. 68. bene CAESALP. II. c. 8. DOD. p. 839. TAB. p. 980. LOESEL. p. 10. ic. I. (julorum utriusque sexus) RAJ. p. 1409. CLIFF. p. 441. ROYEN. p. 85.
Alnus vulgaris CLUS. *hist.* p. 12. I. B. I. P. II. p. 151.

In aquosis frequens est.

Arbor mediocris, non recta, frequenter nodosa, quos nodos scriniarii quaerunt, exquisitae pulchritudinis asserculos daturos. Folia circumscriptione fere rotunda, absque ullo mucrone, dentibus modice profundis, tota viscida. Ad nervorum angulos spongiolae villosae, ut in Tilia. Nervi conspicui, ad costam inclinati, paralleli. Viror superne ad atrum vergit. Lignum fragile.

2. ALNUS incana & hirsuta I. B. I. p. II. p. 154.

Alnus 2. CLUS. *hist.* p. 12. cum icone, qua LOBELIUS pro vulgari usus est.
Alnus hirsuta C. B. in MATTHIOLO ed. 1598. p. 133. cum bon. ic.
Alnus folio incano C. B. *Basil.* p. 107. P. PARK. RAJ. p. 1410. I. R. H. &c.
β Varietas folio laciniato picta apud I. B. *l. c.*

Ad aquosa v. g. e regione arcis *Reichenbach*. Inter *Lauterbrunnen* & *Zweylutschinen*. C. B. in sylva *Huningensi*. I. B. inter *Muttenz* & *Munchenstein*.

Folia neque viscida, neque rotunda, sed in acumen educta, & majoribus laciniis & dentibus incisa. Reliqua conveniunt. Superne undique hirsutie rara & brevi pubescunt, inferne tota pilosa, & cana lanugine obducuntur. Spongiolae ad nervos nullae.

3 ALNUS folio acuminato levi.

Alnus alpina minor C. B. RAJ. I. R. H.
Alnus montana pallido, glabro, sinuato folio BOCCON. *Mus. di piant.* p. 139. SCHEUCHZ. *It. II.* p. 129. RAJ. *hist. III.* p. 11. &c.
Alnus montana ulmi folio BOCCON. ic. T. 96. TILL.
Alnus alpina folio eleganter serrato, plano, neque glutinoso PONTED. *compend.* p. 145.

In alpinis ubique, & in acclivibus M. *Gurten* prope Bernam, *Drosseln* nostratibus, dumeta facit in acclivibus.

Humilis est, tripedalis & ultra. Folia fere secundae speciei, sed levia. Juli & summitates primo vere glutinosissimae.

Cl. LINNAEUS has tres species conjungit: sed adparet posse eas non incommode distingui.

*4. ALNUS folio oblongo C. B. in MATTH. p. 133. P.

Alnus folio oblongo viridi HERM. I. R. H. TILL. BOERH.
Cujus duas varietatis facit PONTEDERA *compend.* p. 146. cortice albo, & cortice pallidiori.

Haec species mihi ignota est, &, ob loca eadem, videtur esse eadem cum secunda. Inter *Muttenz* enim & *Münchenstein* secundam I. B. quartam frater CASPARUS ponit.

Alnus vulgaris celebris eſt, quod lignum in aquis non putreſcat. In ſacculis folia ſudorem movere BORELLUS *Cent. I. Obſ. 35.* & in lecto, loco ſtraminis adhibita, paria facere WELSCH. *mictomim.* p. 62. Unciam unam corticis febres intermittentes fugace FABREG. Cimices fugare BRESLAVIENSES ann. 1721. M. Aug. quod de pulicibus TRAGUS dixerat. Colorem nigrum ex fructubus parari FABREG.

BETULA

T. T. 360. & *aut. de Par.* p. 58. LINN. n. 715.

In univerſum *Alni* non diſſimilis eſt. Squamae julorum maſculorum tripartitae occultant tres ſquamas majores, petalodeas, cavas, a quarum concurſu duodecim craſſi apices pendent, ſquamis pariter diſtincti, quas non poſſum pro floribus habere, uti fecit LINNAEUS. Coni feminae, pariter ſtrobilorum ſimiles, ſquamis, fiunt trianthis, quae ſemina utrinque alis magnis aucta protegunt. Tubae duae praelongae.

1. BETULA foliis acuminatis, ſerratis LINN. *hort. Cliff.* p. 447.

Betula RUELL. I. C. 58. TRAG. p. 1113. GESN. *coll.* p. 63. MATTH. p. 142. DOD. p. 836. CAM. *Epit.* p. 69. LOB. ic. II. p. 190. CAESALP. p. 121. TABERN. p. 982. I. B. I. P. II. p. 149. C. B. P. RAJ. p. 1410. *T. aut. de Par.* p. 58. I. R. H. PONTED. p. 200. BLAKW. T. 240.

β *Betula virgis erectis* LOESEL. p. 25. VAILL. p. 21.

Nihil frequentius in montoſis ſterilibus, dumis, ſylviſque non altiſſimis.

Cortex albus, levis, nitens; pediculi foliorum longi, hinc pendula facies, mucrones vero in acumen longius educti, ora dentibus variis adroſa. Juniora villoſa ſunt, adulta leviſſima.

Verno tempore, per vulnera, aquam ſtillat limpidam, quae magnis encomiis ad calculum ab HELMONTIO *de Lithiaſi* c. 8. n. 24. 25. praedicatur, quam opinionem experimento, ſed non certiſſimo, confirmat BOYLE *de util. Philoſ. exper. Exerc. IV.* adeo autem diuretica eſt, ut etiam diabeten fecerit SPIESS. *de herb. antinephr.* tum ad varias ſordes de ſanguine pellendas, ad ſcabiem, icterum, ſcorbutum laudatur &c. Primo tantum vere utilis eſt, cum arbor folia protruſit ingrata ſtillat. Ad *Siceram* cum pomis aut uvis paſſis (BUCHWALD. p. 50.) aut Groſſularia (quod Curonibus familiare eſt Bresl. 1725. M. Nov.) aut Cereviſiam LUDOVICI E. N. C. *Dec. I. Ann. IV. Obſ. 281.* ACT. HAFN. *Ann. I. Obſ. 19.* parandam aptiſſima eſt *Phil. Tranſ.* n. 68. Cum ſaccharo fermentatus ſuccus in vinum abit, Muſcati ſapore, valide inebrians BLAIR. *Pharm. Bot.* p. 160. Ex foliis luteus color paratur BRESLAU 1725. M. Nov.

2. BETULA foliis orbiculatis crenatis LINN. *flor. Lap.* n. 342. T. VI, f. 4. bon. ic. *h. Cliff.* p. 442. ROYEN. p. 85.

An *Betula pumila* THAL. p. 20. LOESEL. p. 27. MUNTING. p. 102. LEOPOLD. *flor. Ulm.* p. 20. De duabus prioribus videtur, de poſterioribus dubito.

Betula humilis rotundifolia BURSER. *act. ſuec.* 1724. p. 535.

Betula nana ſuecorum BROMEL. *Chlor. Goth.* p. 11.

Betula paluſtris nana RUDBECK. *Act. Suec.* 1720. p. 96.

Betula pumila foliis ſubrotundis AMMAN. icon. plant. Ruthen. n. 259. p. 180.

Elegantem arbuſculam in paludibus *la Chaux-d'Abelle* invenit GAGNEBIN.

Fruticulus ramoſus, tripedalis; cortex niger; folia levia, circumſcriptione orbiculari, undique ſubrotunde & concinne crenata. Juli ex alis foliorum ſeſſiles.

CARPINUS.

TOURNEF. T. 348. LINN. n. 729. *& omn. auct.*

Juli mares ſquamas habent margine piloſo (TOURN. A. B. C.) polyſtemones [ad viginti filamenta numerat LINNAEUS]. Julus femininus eſt racemus foliorum maximorum, ſi cum aliis Julis conferas, bifidorum (TOURN. K.) trifidorum, ad quae binae nuces monoſpermae interius diſponuntur TOURN. H. L. M.

1. CARPINUS RUELL. I. C. 63. MATTH. p. 145. bene CAMER. *Epit.* p. 71. DOD. p. 841. TABERN. p. 974. C. B. P. I. R. H. *aut. de Par.* p. 407.

Ornus TRAG. p. 1108. LONIC.

Fagus ſepium GESN. *coll.* p. 76. *b. hort.* p. 258.

Fago ſimilis in alpibus prior CAESALP. II. C. 7.

Betulus LOBEL. ic. II. p. 190.

Oſtrya ulmo ſimilis C. B. *Baſ.* p. 186. *fructu in umbilicis foliaceis* C. B. P. RAJ. p. 1428. &c.

Fagus ſepium vulgo, Oſtrys Theophraſti I. B. I. P. II. p. 146.

Car-

Carpinus ſquamis ſtrobilorum planis LINN. *Cliff.* p. 447. ROYEN. p. 79.
Charme SPECT. *de la Nat. II.* p. 456.

In ſylvis Helvetiae, maxime planioris, circa *Baſileam* &c.

Vulgo notus frutex, foliis nervoſis, dentibus ſpinas argutas herbaceas emittentibus; ramis ad diviſiones directionem mutantibus, natura ad ſepes apta, & tonſionis omniſque figurae patientiſſima. Materiei ad opera quaedam ruſtica rotaſque aliqua ex duritate laus eſt: vis medica nulla cognita. Ex vetuſtis carpinis aliquando reſinam rubram duramque ſudare, laccae ſimilem FABREGOV.

QUERCUS.

T. T. 349. LINN. n. 726. *& omn. auct.*

Juli mares raris floſculis fiunt & diſſitis TOVRN. A. ad breviſſimos ramulos juli ſeſſilibus. Eorum ſquamae aliquot, ad quinque, fimbriatae, ſtamina vero incerto numero, a quatuor ad octo, novemque. Flores feminae fiunt ſcabro calyce, qui maturus in hemiſphaericam cupulam mutatur, & fructum putamine coriaceo incluſum continet, glandis nomine notiſſimum (TOVRN. D. K.) ex quo tubae loco eminent tria vel ultra ſcuta plana MALPIGH. f. 222.

1. QUERCUS foliis annuis, oblongis, ſuperne latioribus, ſinubus acutioribus, angulis obtuſis LINN. *hort. Cliff.* p. 448.

Robur RUELL. I. C. 126.
Quercus FUCHS. p. 229. TRAG. p. 1101. MATTH. p. 204. GESN. *hort.* p. 274. CAESALP. II. C 2. TAB. p. 962. LOESEL. p. 211. cum icone BLAKW. T. 487. &c.
Quercus ſylveſtris DODON. p. 825.
Quercus vulgaris LOBEL. II. p. 154.
Hanc arborem dividunt BAUHINI & faciunt
I. Longis glandium pediculis: Haec eſt.
Ημερις RENEAULME p. 2.
Quercus cum longis pediculis I. B. I. P. II. p. 70.
Quercus cum longo pediculo C. B. *Phytop.* ic. 8. *Baſ.* p. 106. *T. aut. de Par.* p. 132. I. R. H. & recentiorum.
II. Glandibus ad ramos abſque pediculis ſeſſilibus, folio praeterea duriore, & magis laurino RAJ. p. 1381. Huc pertinet
Πλατυφυλλος *mas* RENEAULME *l. c.*
Quercus cum brevibus pediculis I. B. *l. c.* fructu magno & parvo.
Quercus latifolia mas quae brevi pediculo eſt C. B. P. MURALT. p. 617. I. R. H. &c.

Sed fateor, ejus, quam in *Muteto* M. naſci dicit C. B., varietatis, non ſatis evidens mihi diſcrimen eſt, & ante me, LINNAEUS diverſitatem ſpecierum expunxit.

Querceta in Helvetia planiori, & in ſubalpinis, reperiuntur, ſed in altiora non adſcendunt.

Notiſſima arbor, ſucco adſtringente tota turget, acido, & terreo, hinc valide rubefacit chartam ſucco heliotropii tinctam TOURNEF. Folia, aqua ex foliis deſtillata (WELSCH. *mictom.* p. 38.) glandes, gallae, iisdem viribus pollent, vulnera recentia conſolidant, fluxus inordinatos & haemorrhagias conpeſcunt, diarrhoeas, dyſenterias, efficaciter conprimunt. Folia mannatum & dulcem liquorem frequenter ſudant, gratum apibus. Liquor ex quercu ſtillans, ad podagram laudatur neſcio quam vere. Gallas, quae valide adſtringunt, ſpecifica vi ad febres intermittentes valere docet Cl. RENEAULME. Succus ſponte vireſcit, & lignum totum & innaſcentes fungos viridis aeris colore tingit.

JUGLANDEM, etſi paſſim ad ſepes & conpita reperiatur, lubens omitto.

CORYLUS.

T. T. 347. PONTED. *Anthol.* p. 199. LINNAEI n. 730. & omnium Auctorum.

Juli longi, conferti, ſquamae ſingulae majori lamella, & duabus minoribus factae, ſex, & octo & decem apices ſuſtinent. Fructus in faſciculos congeſti, deni, & plures, quorum multi abortiunt. Singuli duas atque adeo faſciculum viginti tubaram plumoſarum edunt (G. G.) Calyx maturus, ſuperius laceratus (N), continet in fundo nucem oſſeam (I) levem, monoſpermam, (K).

1. CORYLUS ſtipulis ovatis obtuſis LINN. *Cliff.* p. 448. ROYEN. p. 81.

Cory-

Corylus ſylveſtris RUELL. I. C. 55. TRAG. p. 1095. GESN. *coll.* p. 71. *b.* LOB. ic. II. p. 192. C. B. *Baſ.* 139. P. *aut. de Par.* p. 425. I. R. H. PONTED. *Anthol.* p. 199.
Avellana nux ſylveſtris FUCHS. p. 398. CAESALP. II. C. 6.
Avellana ſylveſtris C. GESN. *hort. Germ.* p. 249. *b.*
Sylveſtres avellanae I. B. I. P. I. p. 269.
Varietates ſativas majores & minores paſſim deſcribunt auctores v. g.
Corylus BLAKW. I. 293.
Et tres omnino WEINMANN. T. 432. pluresque collegit LINNAEUS in *hort. Cliff.* p. 448.

In ſepibus & ſylvis frequentiſſima.

Rami lanuginoſi: folia circumſcriptione rotunda, praeter mucronem medium, ſerrata, auriculis ad pediculum exilibus. Ovaria congeſta, quorum quinque aut paulo plura matureſcunt. Nucleus notiſſimus, edulis, oleoſus, malae famae ob naturam non facile digerendam. Emulſio valet, uti amygdalina. Divinatoria virgula, & oleum heraclinum RULANDI, quae Corylus ſubpeditat, pariter vanitatis convicta ſunt.

C A S T A N E A.

T. T. 352. & omnium auctorum. Inter *FAGOS* LINN.

Juli mares longi, (TOURN. A.) calycibus quinquefoliis, pentaſtemonibus (TOURN. B.) aut polyſtemonibus (MALPIGH. f. 227.) fiunt, qui in faſciculos diſtantes colliguntur. Fructus ad originem julorum ſeorſim aliquot conjuncti, ſunt nuces teſta echinata, coriaceae, biloculares, triloculares, & quadriloculares (TOURN. E.), tot tubis ornatas, quot ſunt loculi, & totidem nucleis, hinc convexis, inde planis. Flores hos foecundos, contra omnium Juliferarum conſuetudinem androgynos facit MALPHIGIUS f. 228. Obſervatio ſingularis eſt, quam repetere non licuit.

1 CASTANEA.

Caſtanea minor fera RUELL. I. C. 61.
Caſtanea ſylveſtris CORD. *Dioſc.* C. GESN. *hort. Germ.* p. 252. CAESALP. L. 2. C. 4.
Caſtanea LOB. *Adverſ.* p. 435.
Caſtanea ſylveſtris, quae peculiariter caſtanea C. B. P. I. R. H. *aut. de Par.* p. 410.
Chataigner SPECT. *de la Nat. II.* p. 464.
Fagus foliis lanceolatis acuminatis ſerratis LINN. *Cliff.* p. 447.
β Varietates *ſativa, ſativa major, ſativa minor,* a ſylveſtri nonniſi cultura, & loco natali differunt.

In meridionali parte Helvetiae ad compita & vias. Integrae ſylvae in agro Tugienſi, & circa *Bactiacum* (*Bex*) reperiuntur. Sed, an indigena ſit, nondum definiverim.

Juli longiſſimi, odore ſpermatico. Folia lucida, ora ſerrata dentibus hamatis. Arbor vaſta, & pulcherrima. Fructus farinoſi, dulces, ſed difficilis concoctionis, flatulenti. Allobrogum & Gallorum aliquae provinciae ſolis fere Caſtaneis vitam ſuſtentant. In Gallia ſyrupum pectoralem inde conficere dicuntur.

F A G U S.

T. T. 351. LINN. n. 728. & omnium Auctorum.

A Juliferis degenerare incipit. Flores enim mares ſunt pendulae ex pedicellis rotundae ſpicae, (TOURN. D. D.) quae fiunt plumaceis calycibus campaniformibus quinquefidis: Intra eos ſtamina longa, ab octo (TOURN. A.) ad duodecim. Fructus ſimilis Caſtaneis, ſed durior, nempe ovarium echinatum, quadrivalve (TOURN. I.K.) duplici ſepto diviſum, duas, tres, & quatuor nuces continet, ex rotunda triquetras. Tubae lanuginoſae, quot nuces. LINNAEUS Caſtaneam cum Fago conjungit, ſed obſtat figura Juli.

1 FAGUS RUELL. I. C. 78. DORSTEN. p. 120. *b.* TRAG. p. 1106. GESNER. *coll.* p. 76. b. *hort.* p. 258. CAMER. *Epit.* p. 112. *cum char.* DODON. p. 832. LOBEL. II. p. 160. CAESALP. L. 2. C. 3. TABERN. p. 974. C. B. *Baſ.* p. 105. P. PARK. RAI. p. 1381. *T. aut de Par.* p. 79. I. R. H. & fere omnium Auctorum.
Fagus foliis ovatis undulatis obſolete ſerratis LINN. *Cliff.* p. 447. ROYEN. p. 79.
β *Fagus rubrifolia Buchenſis* WAGNER. *helvet. curioſ.* p. 266.
γ *Fagus foliis candidis* SCHEUCHZ. *It. alp. VI.* p. 322. ſupra fontes ſalinos *aux fondemens.*

In Helvetia planiori, & montana, ubique. Alpes non adtingit, nec montium juga.

Arbor procera, albo cortice, folio molli, ex ovali acuminato, undulato, non ſerra-

ſerrato, materia firma, ad focum optima, ex qua fere ſola cineres clavellati parantur. Fructus edulis eſt, ſed ab hominibus fere ſpernitur, non omnino innoxius. Febres lipyrias ex eſu hujus fructus factas, habent HAFNIENSES *Act. Ann.* II. *Obſ.* 57. & ipſi demum pecori nocere ſuibusque diarrhoeas movere acrimonia ſua, niſi glandes ſimul ſubpetant, BRESLAVIENSES.

XANTHIUM.

T. T. 252. PONTEDER. *Anthol.* p. 205. LINN. n. 717.

Hanc plantam ſexus, fructus, & floris etiam ſimilitudo, jubet cum Fago conjungere. Ei flores mares in diſcos congregantur. Toti diſco ſquamulae multae ſubjiciuntur, quales etiam interſparguntur floribus, cuilibet vero floſculo calyx quadrifidus, aut quinquefidus (LINNAEUS) eſt, & pro flore tubus ſtamineus, apice in quatuor (aut quinque) apices fiſſo. Feminini flores miſti maribus, ſed diſtincti, fiunt calyce bipartito, laciniato, & nuce biloculari, (K. N.) bicorni, (M.) diſperma, echinata, cui tubae quatuor.

1. XANTHIUM caule inermi *Hort. Cliff.* p. 443.

Lappa minor BRUNFELS. III. p. 55. TRAG. p. 839. TABERN. p. 773.
Xanthion RUELL. L. 3. C. 133. CAESALP. p. 319.
Xanthium FUCHS. p. 579. CAMER. *Epit.* p. 926. cum ſolis fructibus foliis nimis rotundis GESN. *coll.* p. 116. *hort.* p. 287. CORD. *Dioſc. IV.* C. 138. DODON. p. 39. I. R. H. *aut. de Par.* p. 312. BLAKWALL. T. 444. bon. ic.
Xanthium ſive lappa minor MATTH. p. 1204. bene I. B. III. p. 572. RAJ. p. 165.
Lappa minor Xanthium Dioſcoridis C. B. *Baſil.* p. 58. P. H. OXON. III. p. 604. &c.
Lappa ſtrumaria foliis anguloſis diſpermos &c. PLUKNET. p. 205.

In Helvetia rarius eſt. C. B. extra portas *Eſchemer-thor*, & *S. Johans-thor*. C. G. circa Tigurum. NEUHUSIUS in *herb. viv.* ſpecimina repoſuit, ut videatur Biennae naſci. In Alſatia & ad Rhenum longe frequentius eſt, in fimetis, inter rudera, & ad vias.

Folia lobata, hederacea, ex longis pediculis. Ex alis foliorum multi ſimul, & miſti florum marium pariter, & feminarum pediculi. Flos mas compoſitorum fabricam imitatur. TOURNEFORTIUS ait, folia amara eſſe, & adſtringere, laudari ad ſcrophulas, ad depurandum ſanguinem, ſuccum ſumi ad uncias ſex. Noſtratibus negligitur.

II. PLANTAE STAMINIFERAE.

I. APETALAE AUT PETALIS OBSCURISSIMIS.

ORDO III.

NON JULIFERAE.

PLERUMQUE ISOSTEMONES FRUCTU VARIO.

Naturalis ordo, deinde exempla Fraxini, Lapathi, Rhamni, vetant nimiam ſeparationem earum plantarum, quae ſexu diſtinguuntur a reliquis, quibus uterque ſexus in flore conjungitur. *Rhamnoides* ſolum non eſt iſoſtemon.

RHAMNOIDES. T. T. 481.

HIPPOPHAE LINN. n. 744.

In planta mare calyx bifidus, ſtamina quatuor. In femina ſimilis calyx bacca monopyrena. Tuba unica.

1. RHAMNOIDES.

Oleaſtri peculiare genus CORD. *ſylv. obſ.* p. 223.
Oleaſter Germanicus Cordi hiſtor. III. c. 24. p. 186. cum icone.
Rhamni genus, ſandthorn GESN. *Tab. Collect.* p. 102.
Sandthorn Oleaſter Cordi GESN. *Epiſt.* p. 92.
Rhamni ſpecies CAMER. *Epit.* p. 81. bon. ic.
Rhamnus ſecundus CLUS. *hiſpan.* p. 66. *hiſtor.* p. 110. cum baccis DODON. p. 754. 755.
Rhamnus I. Dioſcoridis creditus LOB. Ic. II. p. 180.
Rhamni alterum genus CAESALP. II. C. 38. p. 74.
Rhamnus vel. Oleaſter Germanicus I. B. I. P. 2. p. 33.

Hioppophae Dioſcoridis forte COLUMN. Ecphr. I. p. 37.
Rhamnus ſalicis folio anguſto flore flaveſcente C. B. Baſil. p. 112. RAJ. Hiſt. I. p. 1592.
Rhamnoides fructifera folio ſalicis baccis leviter flaveſcentibus Coroll. ad I. R. H. RAJ. ſyn. III. p. 445.
Et *baccis aureis* I. R. H.
Et *florifera* I. R. H.
Hippophae LINN. Lapon. n. 372. h. Cliffort. p. 455. ROYEN. p. 207.

In fluviorum Helvetiae arenoſis inſulis & littoribus. Circa *Rhenum* ad *Curiam* GESNER, prope *Meyenfeld* I. B. idemque in alveo *Arvae* fl. GAGNEBIN in alveo Rhodani prope *Villeneuve*. HUBER in alveo Ticini inter *Airolo* & *Faido*; Mairae vero fl. inter *Clavennam* & *Ripam*. Ego in alveo Arolae inter *Thun* & *Belp*.

Frutex humilis, virgis rectis, cortice rubiginoſo. Folia ſimilia ſalici ultimo loco dictae n. 22. lateribus nempe parallelis, & nervo eminentibus, hinc viridantia, ita alba: ſed frequentibus rubiginoſis maculis adſperſa. Baccae flavae magna copia cauli adhaerent, foetidae certe apud nos, & nullius uſus, LINNAEUS autem inter condimenta Laponum recenſet.

EMPETRUM.

T. T. 421. ex Luſitanica ſpecie. LINN. n. 775.

Flori mari ſtamina tria, & calyx trifidus, triaque petala minima: Feminae flos ſimilis, bacca enneaſpermos tubaeque novem. Hermaphrodito utraque. Ita LINNAEUS.

1. EMPETRUM procumbens LINN. *hort. Cliff.* 470. ROYEN.
Erica baccifera MATTH. p. 154. CAM. Epit. p. 77. bene CLUS. Pannon. p. 28. BROM.
Erica Corios folio XI. CLUS. Hiſt. p. 15.
Erica baccifera MATTHIOLI LOB. Obſ. p. 621. I. B. I. P. I. p. 526.
Erica baccifera latifolia TABERN. p. 1113. male.
Erica baccifera procumbens nigra C. B. RAJ. p. 1631. SCHEUCHZ. It. IV. p. 334.
Empetrum montanum fructu nigro I. R. H. RAJ. ſynopſ. III. p. 444.
Camarinna ſeptentrionalis ſupina PETIV. n. 756.
β *Erica tenuifolia baccis nigris* LOES. p. 67.
SCHEUCHZER. in *Gotthardo* & ego ibidem, & in *Grimſula* copioſe.

Frutex humilis, ramoſiſſimus, virgis pedalibus. Folia conferta, reclinata, pulpoſa, ſed ſicca, brevia, obtuſo acumine. Per alas foliorum conferti flores, trium generum, virentes aut ſubrubri, & baccae nigrae. Noxias eſſe THALIUS, & vertigines facere: innocentes autem & edules BORRICH. *Act. Hafn.* II. *Obſ.* 58.

VISCUM.

T. T. 380. LINN. n. 713. & omnium Auctorum.

Flores mares in eadem planta a feminis remoti, rotati, quadrifidi, ſegmentis pulpoſis, intus reticulatis apicibus inſcriptis: Feminae ſimiles, baccas continent monoſpermas, glutine pleniſſimas. [MALPIGH. *anat. plant.* II. f. 105. S. T. T. V. X. X.] Utriusque generis aliquot flores dorſis obverſis in faſciculos connaſcuntur.

1. VISCUM RUELL. l. c. 140. CORD. L. III. C. 103. TRAG. p. 949. commode, MATTH. p. 806. CAMER. *Epit.* p. 555. GESN. *Hort. Germ.* p. 286. *tab. Coll.* p. 114. CLUS. *Pann.* p. 12. *hiſt.* p. 20. DODON. p. 826. LOBEL. p. 636. TABERN. p. 965. CAESALP. L. III. C. 7. RAI. p. 1583. LINN. *Cliff* p. 441. ROYEN. p. 400.
Viſcum baccis albis C. B. TOURN. I. R. H. & pl. aut. de Par. p. 370. BLAIR. botan. eſſ. p. 337 cum deſcriptione FABREGOU VI. p. 375.
Viſcum quercuum & aliarum arborum I. B. I. P. II. p. 89.
Viſcus BLAKW. T. 184.
β *Viſcum polycoccon* CAM. Epit. p. 556.
Viſcum racemoſum C. B. P.
Solo baccarum numero differt, quo ſuperat, cum vulgari binae tantum, aut ternae ſint..

In omni fere arborum genere, ſed frequentiſſime in malis. Naſcitur ex ſemine in fiſſuras corticum radices agente, uti TOURNEFORTIUS vidit, & BAIERUS *diſſ. de viſco* p. 17. STAEHELINUS meus in *ſpecimine* edito 1731. n. 7. & FAIRCHILD apud BLAIR *Pharmac. bot. Dec.* 7. Caeterum frutex eſt, ramoſiſſimus, ut latitudo ſuperet longitudinem, foliis conjugatis, ellipticis, ſiccis & pulpoſis, ſubluteis, floribus ad ortum foliorum conglomeratis albentibus.

Odor nauſeoſus, narcoticus, ſapor adſtringens eſt. Hinc non multum tribuo viribus ad Epilepſiam ſpecificis, quas, olim dictas, BOYLE de *utilit.*

utilit. philoſ. exper. Exerc. V. p. m. 251. adlato exemplo, & COLEBATCH nuper repetierunt, neque tamen ſatis reſpondere reperit DOUGLAS. apud BLAIR l. c. p. 343. Alii ad dyſenterias laudant, & alios morbos, ubi adſtrictione opus eſt. Ad arthritidem, languores ex diuturnis morbis, & fibrae laxae mala WEISMAN. E. N. C. *Vol.* I. *Obſ.* 191. Cortex reliquis partibus plantae efficacior eſt. Fabricam viſci deſcribit LISTER apud LOWTHORP. II. p. 201. In cataplasmate emolliens eſſe, & ad podagram valere CHOMEL expertus eſt *Plant. uſuel.* p. 361.

B U X U S.

T. T. 345. LINN. n. 712.

BOERHAAVIUS flores feminas a maſculis tota planta ſeparat. Ego mares ad alas foliorum, & in eadem planta in extremis cujusque rami umbellis feminas invenio, miſtas maribus. Calyx quadrifolius, ſiccis ſubrotundis foliis factus (T. c.). Placentula in medio flore quadrata, edit ſtamina quatuor, apicibus valentibus onuſta. (B. & F.) In folia femina calyx ſimilis, ſed fructus priſmaticus, trigonus, trilocularis, tricornis. Tubae ex cornubus exeunt, ad ſe mutuo converſae. In quovis loculo duo ſemina. Addit RAIUS, ovarium vi elaſtica ſe aperire. Petala LINNAEANA lubens omitto, quae in notis meis non reperio, neque ideo ajo nulla eſſe.

1. BUXUS RUELL. l.c. 60. FUCHS. p. 642. GESNER. *coll.* p. 94. l. 64. *hiſt.* p. 251. MATTH. p. 190. CAMERAR. *Epit.* p. 101. *cum char.* DODON. p. 782. LOBEL. Ic. II. p. 128. TABERN. p. 1049. AICHSTETT. *Vern. ord. frut.* T. I. f. I. CAESALP. p. 126. I. B. I. P. I. 496. RAI. p. 1693. T. *aut. de Par.* p. 400. BLAKWALL. T. 196. CLIFF. p. 440. ROYEN. p. 400. 899

Buxus arboreſcens C. B. Baſil. p. 110. I. R. H. & aut. de Par. p. 404. MAGNOL. nov. Char. p. 310. &c.
Varietates plurimas invenio. Haec princeps eſt humillima, nunquam florens, qualem tonſione repetita hortulani fingunt, finiendis areolis idonea
α *Chamaepyxos* TABERN. p. 1050.
Buxus foliis rotundioribus C. B. Baſil. p. 111. I. R. H. &c.
β Alia *foliis anguſtioribus* HERMANNI, MUNTINGII I. R. H. &c.
Alias, quae ex prioribus fiunt *foliis auratis, argentatis &c.* vide apud MUNTINGIUM, MILLERUM, WEINMANNUM T. 275.

In adſcenſu M. *Crenzach* abunde. In collibus calidioris Helvetiae, circa lacum Lemanum ubique.

Notiſſima arbor: a foliis ovatis, firmis, leviſſimis, frequentes ſimilitudines deſumuntur. Sunt qui laudent ad mala venerea: ſed pauci, puto, utuntur, ne oleo quidem acerrimo, quod ex ligno habetur, ad pellendum faetum & menſes reſides idoneo. Infuſum vinoſum ad colicam frigidam laudatur ZODIAC. MED. GALL. II. p. 15. ad febres intermittentes a CHOMELIO *Suppl.* p. 96. Ad capitis exſiccationem decoctum ACT. HAFN. *Ann.* IV. p. 57. Piloſitatem ex lotione cum buxi decocto nimiam factam LENTILIUS narrat E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* II. *Obſ.* 55. Folia certe amara, nauſeoſo ſapore ſunt, ut credam iis, qui ad drachmam ſumta ita alvum purgare ajunt, ut ſanguis denique ſequatur. Ligni mechanicus uſus longe certior eſt, duritie enim flexili, & pondere omnia ligna Europaea ſuperat, ad exigua opera ſculptoria, & formas iconum longe pulcherrimum.

MORUM albam, quae in patria mea, pago nempe *Bernenſi*, ubique ſeritur in paſcuis macilentis & ad compita, lubens omitto, quae certo exotica ſit.

R H A M N U S.

RHAMNI TOURNEF. & LINNAEI n. 165. ſpecies aliquae.

In Rhamno T. plantae aliae flores androgynos, aliae ſolos mares habent. Flos Mas circa foliorum ortus ex ramis, in pediculis ſingularibus oblongis. Calyx campaniformis quadrifidus. Segmenta petaloidea, triangularia, longula, ex diviſionibus ſegmentorum calycis ſtaminibus adſident. Stamina quatuor erecta ex tubo floris. Androgyni floris calyx ſimilis ſed minor, & petala, & ſtamina. Tuba profunde quadrifida. Bacca tetraſperma. Petala RAIUS, ſexum DILLENIUS invenit.

1. RHAMNUS ſpinoſus, foliis ovatis, acuminatis, ſerratis. 225
Bourguepine ſ. Nerprun RUELL. I. C. 123.
Cerviſpina CORD. Hiſt. III. c. IV. p. 175. RUPP.
Spina cervina vulgo dicta GESN. coll. p. 108. b. hort. Germ. p. 282.
Spina infectoria MATTH. p. 158. CAMER. Epit. p. 82. cum ſexus diſcrimine & bona icone CLUS. Hiſt. p. 111. LOBEL. ic. II. p. 181.

Rhamnus ſolutivus DODON. p. 756.
Spina cervalis CAESALP. L. III. c. 17.
Rhamnus catarcticus LUGD. p. 146. C. B. Baſ. p. 112. I. B. I. P. II. p. 55. RAJ. p. 1625. T. aut. de Paris p. 354. I. R. H. MAGNOL. Char. plant. p. 306. ZANICH. ic. 299. BLAKW. T. 135. non optime.
Rhamnus ſpinis terminatricibus floribus quadrifidis hermaphroditus & femina LINN. Cliff. p. 70. ROYEN. p. 224.

Ad ſepes in Helvetia minime rarus.

Folia ex ovali figura acuminata, margine ſubtiliter ſerrato. Rami in ſpinas deſinunt. Bacca nigra, ſphaerica.

Baccae utilitas in arte infectoria nota eſt, viridis nempe color ex ſucco expreſſo, & lente exſiccato, paratur. Vires ſolutivas ipſa vis tinctoria promittit: hinc ſyrupus ob frequentem uſum nonnullis domeſticus dicitur. Sed lenior eſt,& ad uncias duas demum officio fungitur, deinde ſitim facit SYDENHAM. Sanaſſe tamen, etiam effuſis in abdomine aquis turgidos, hydropicos homines, CHOMELIUS teſtatur *Pl. uſuel.* p. 10.

*2. RHAMNUS catatticus minor folio longiore I. R. H.
I. *Lycium Italicum* MATTHIOL. p. 189. LUGD. CAST. PARK. I. B. I. P. II. p. 59. RAJ. p. 1627.
II. *Spina infectoria altera* CLUS. PANNON. p. 107.
Spina infectoria pumila altera Hiſtor. p. 112.
Rhamnus ſolutivus Pannonicus alter I. B. I. P. II. p. 57.
III. *Rhamnus Bavaricus* LUGD. p. 142. PARKINS. p. 1007. I. B. P. II. p. 57.
Rhamnus foliis oblongis ſerratis C. B. RAJ. p. 1626.

Plantam MATTHIOLI circa *Curiam* reperit CONR. GESNER. *epiſt.* ad I. B. p. 136. reliqua nomina omnino videntur conjungenda eſſe. Mihi planta nondum nota eſt.

FRANGULA. T. T. 383.

Rhamni ſpecies LINNAEI.

Modus naſcendi, quem flores obſervant, Rhamni eſt. Sed flos androgynus eſt, Calyx campaniformis, quinquefidus. Petala minima rhomboidea ex intervallis ſegmentorum calycis. Tuba unica apice ſimplici. Stamina quinque (25. facit BOERHAAVE). Bacca ſphaerica dipyrena.

1. FRANGULA ora folii integra.
Faulbaum TRAG. p. 981. non male.
Liguſtrum aquaticum GESN. coll. p. 85. b.
Frangula MATTH. p. 1271. CAM. Epit. p. 978. bon. ic. DOD. p. 784. TAB. p. 1046. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 324. ZANICH. T. I. BLAKW. T. 152. FABREG. IV. p. 152.
Alnus nigra LOB. Obſerv. p. 594. Adverſ. LUGD. &c.
Alnus nigra baccifera C. B. Bal. p. 107. I. B. I. P. I. p. 560. RAJ. p. 1604.
Rhamnus inermis floribus monogynis hermaphroditicis LINN. hort. Cliff. p. 70. ROYEN. &c.
Alnus prunas referens FABREGOU. II. p. 59. ridicule.
β An vere differt
Alnus nigra pumila in vertice Broccenbergi THAL. p. 15. & ex eo C. B.
Frangula alpina ſaxatilis minima SCHOL. BOT. PARIS. p. 8.
Frangula montana pumila ſaxatilis folio ſubrotundo, I. R. H. & *folio oblongo* I. R. H.

Noſtra in paludoſis, in ſepibus, nimis frequens, decempedalis & humilior.

Folia Fagi potius, quam Alni, ſed duriora, ex rotundis alias acuminata, alias rotundiora. Fructus ruber, per matutitatem niger, ſucco coeruleo.

Cortex medius radicis validiſſime purgat, doſi drachmae unius, ſed in officinas non recipitur. Carbones ligni frangulae ad pulverem Pyrium aliis praeferuntur.

2. FRANGULA ora folii ſerrata.
Kreuzbeer LONIC. P. CVI.
Alnus nigra baccifera rugoſiore folio ſeu major I. B. I. P. I. p. 562. ic. RAJ. p. 1605.
Alnus nigra polycarpos C. B. Baſ. p. 107. ELSHOLZ. RUPP.
Frangula altera polycarpos C. B. Prodr. p. 160.
Frangula rugoſiore & ampliore folio I. R. H. GARIDEL. TILLI &c.

In M *Muteto* C. B. Ego paſſim in ſylvis Jurae reperi v. g. ſupra *Dornach*, in adſcenſu verſus M. *Falconarium* &c.

Omnia ſatis conveniunt. Frutex potius altior eſt: folia multo majora ovata, abſque acumine venoſa, tenuiora, Rhamni ſimilia, margine eodem modo ſerrato. Dicerem Rhamnum 2. eſſe, ſi folia huic magna pingerentur.

TAMNUS.

TAMUS. T. T. 28.

TAMUS LINNAEI n. 752.

Recte PONTEDERA, VAILLANTIUS, & LINNAEUS florem a fructu tota planta ſeparant. Calyx ſexfidus in utroque ſexu, ſtamina in mare totidem, in ſemina tubae tres, bacca rubra, trilocularis, polyſperma.

1. TAMUS foliis cordatis LINN. *hort. Cliff.* p. 458. ROYEN.

Cyclaminus altera GESN. ind. quadr. p. 27. & *Malacociſſus* ib. p. 57. & *Tamus vel Tamnus* p. 126.
Vitis nigra RUELL. p. 660. MATTH. p. 1285. CAM. Epit. p. 988. CORD. Dioſc. p. 96.
Vitis nigra ſylveſtris GESN. ind. quadr. p. 139. hort. p. 286. b.
Vitis ſylveſtris DOD. p. 401.
Vitis vel Bryonia ſylveſtris LOB. ic. p. 625.
Vitis nigra I. TAB. p. 892.
Tamarus CAESALP. p. 206.
Vitis nigra quibuſdam ſive Tamnus Plinii folio Cyclamini I. B. II. p. 147.
Bryonia levis ſive nigra racemoſa C. B. Baſ. p. 86. &c.
Bryonia nigra MORISON. II. p. 105.
Bryonia nigra ſylveſtris RAJ. p. 660.
Tamnus racemoſa flore minore luteo palleſcente T. I. R. H. aut. de Par. p. 536.
β Femina ſola.
Bryonia ſylveſtris baccifera C. B. Prodr. p. 135.
Bryonia levis ſive nigra baccifera I. B. II. p. 149. RAJ. p. 661.
Tamnus baccifera flore majore albo I. R. H. TILL.

Supra *Münchenſtein* inveni, in ſylvis, & ſupra viperetum pagi *Baulmes* in ſaxoſis. Circa Bernam ad ſepes. Tiguri I. B. In ſylva *Huningenſi* C. B. ſed ea deſtructa eſt. Genevae, & alibi in Helvetia calidiori.

Caulis volubilis, folia cordata, nitida, hederacea, longis petiolis. Flores in muſcaria, baccae rubentes aquoſae.

Acrem eſſe LOBELIUS. Ad contuſiones reſolvendas laudari TOURNEFORT, raſam, & cataplasmatis ſpecie inpoſitam.

HEDERA.

T. T. 384. LINN. n. 160. & omnium Auctorum.

Petala pulpoſa quinque, aut ſex, adeo dura, & decolora, ut calycis ſimiliora ſint. Stamina quinque. Fructus ſucculentus, anguloſus, quinquelocularis; ſemina quinque. Tuba breve tuber eſt. Inter Apetalas pono ob ſimilitudinem, quae ſumma eſt cum Tamno, Vite, & Lupulo: & exemplum ſequor Clariſſimi ROYENI.

1. HEDERA foliis lobatis & ovatis LINN. *flor. Lapp.* n. 91. *Cliff.* p. 74. ROYEN.

α Junior, aut ſterilis, provoluta, foliis anguloſis.
Icon BRUNFELS L. II. p. 7.
Hederula TRAG. p. 802.
Hedera Helix FUCHS. p. 423. MATTHIOL. p. 625. LON. DOD. p. 413. TAB. p. 888. PARK.
Hedera ſylveſtris humilis GESN. hort. p. 261.
Hedera minor ſ. Helix CAM. Epit. p. 399.
Hedera minor reptans SCHWENKFELD. p. 100.
Hedera major ſterilis C. B. Baſ. p. 88. HOFM. COMM. HERM. VOLC. BOERH. VAILL. &c.
Hedera humi repens C. B. P.
β Adulta, virgis erectis, foliis cordatis, florifera, & baccifera.
Hederae icon BRUNFELS. l. c. p. 6.
Hedera TRAG. p. 802. qui rationem diverſitates egregie perſpexit DOD. p. 413. CAM. Epit. p. 398. BLAKW. T. 188.
Hedera nigra FUCHS. p. 422. LONIC.
Hedera arborea MATTH. p. 624. GESN. hort. p. 261. C. B. Baſ. p. 88. &c.
Hedera corymboſa major arborea TABERN. p. 887.
Hedera baccifera SCHWENKFELD. p. 100.
α. β. Utraque.
Hedera CAESALP. III. C. 5. bon. hiſt.
Hedera communis major & minor I. B. II. P. III. RAJ. 1505.
Varietates utriuſque foliis pictis habet MILLER.

Sterilis ubique lapides, & arborum truncos, terramque ſylvarum tegit, foliis notiſſimis, duris, anguloſis, obiter trilobatis. Sed in calidioribus unice fructum fert floremque, v. g. in pulcherrimis Juglandibus circa *Interlachen.*

Sapor amarus & nauſeoſus. Baccas in BOYLEI *Exerc.* V. p. 224. *de util. Philoſ. exper.* lego ſudorem movere. In Germania laudantur folia ad atrophiam puerilem. E. N. C. *Vol.* v. *Obſ.* 120. Reſinoſum gummi etiam ſtillat, quod *Genevae à la Baſtie* lectum eſt, conf. LISTER. apud *Lowthorp. Abridgm.* p. 702. vulnerarium & detegens. Adſtringentem vim in cataplasmate, quae lac diſpulerit, & mammarum virgineum decus reparaverit, obſervavit DOLAEUS. Ob vim vulnerariam folia inponuntur partibus, quas cauteria laeſerunt: tum cum vino cocta ulceribus.

V I T I S.

T. 384. LINN. n. 161. & omnium Auctorum.

Flos campaniformis, quinquefidus, quaſi clauſus, a calyce minimo ſolvitur, & aliquamdiu inverſus, inſtar inpoſitae campanae, ſtamina obtegit, VALISNER. *app.* ad EPH. NAT. CUR. *Cent.* I. T. I. donec ab erectis & expanſis iisdem decutiatur. Quina ſunt, Tuba unica, multifida. Bacca tetrapyrenos. Inter Apetalos flores PONTEDERA *in Columell.* p. 452. edit. pulcherrimae GESNERIANAE, & ROYENIUS ante me repoſuerunt, flos enim, etſi delabatur, decolor eſt, & minimus.

1. VITIS ſylveſtris labruſca GESNER. *hort.* p. 286. b. C. B. I. R. H. *Baſ.* p. 86. &c.
   Sylveſtris vitis DORST. p. 299. abſque icone DOD. p. 415. obiter.
   Labruſca RUELL. I. C. 143. TRAG. p. 1059. CORD. in Dioſcor. V. c. 2. MATTH. p. 1319. obiter. LONIC. LXXXIII. &c.
   Vitis vinifera ſylveſtris ſ. labruſca I. B. II. p. 96.

Haec reliquarum, ſativarum, adeo multis nominibus notarum, mater eſt. Naſcitur in Helvetia calidiori ad ſepes v. g. circa *Brug* & *Baden*, & in ſylvis ſupra *Münchenſtein.*

Hujus ſpeciei nullus uſus eſt. Durior eſt, & hirſutior ſativa, baccis exiguis & auſteris. De ſativis, earumque ſucco fermentato, quod proprie Vinum eſt, non huius loci hiſtoria eſt.

L U P U L U S. T. T. 309.

HUMULUS LINN. n. 750.

Duo ſexus in plantis diverſis reperiuntur. Mares in pedicellis ramoſis calyce quinquefolio fiunt, & quinque ſtaminibus, brevi filamento, longo & valente apice. In Feminis conjugati pediculi gerunt ſtrobilos conpreſſos, factos peramplis ſquamis, circa communem axin congeſtis, quarum quaelibet ſemen ex oblongo rotundum in ſinu tegit.

1. LUPULUS.
   α Mas ſive florifer.
   Lupulus qui floret CAESALP. L. IV. c. 17. p. 157.
   Lupulus femina CAM. Epit. p. 934. bon. ic. & deſcr. C. B. Baſil. p. 86. I. B. II. p. 151. 152. I. R. H.
   Lupulus ſylveſtris floribus ſparſis MERR. p. 74.
   β Femina ſive ſeminifer.
   Humulus DORSTEN. p. 152. b.
   Lupus ſalictarius FUCHS. p. 124.
   Lupulus MATTH. p. 1213. CAM. Epit. p. 933. DOD. purgant. p. 257. Pempt. p. 409. C. B. Baſ.
   Lupulus qui fructum fert CAESALP. l. c.
   Lupulus mas C. B. I. B. LOESEL. I. R. H. &c.
   Lupulus ſylveſtris floribus conpactis MERRET.

Ubique ad ſepes; in Helvetia, quae vino abundat, & cereviſiam nuperrimis demum temporibus vidit, nullibi colitur.

Volubilis frutex, & folia inferiora trilobata cum vite conveniunt, ipſo etiam producto ſuo, nempe Cereviſia, vitem quaſi aemulatur. Aſperior eſt, ramis & foliis conjugatis, quorum, quae ſuperiora, urticae ſimiliora ſunt. Sapor & odor acris, & amarus vires demonſtrat reſolventes, quas ad urinas movendas, & renes lienemque obſtructionibus liberandos, laudant potius, quam experiuntur. Calidum vero & peculiare aroma conjunctum habet Lupulus, & exſiccat.

CANNABIM de induſtria omitto, quae nullibi ſponte naſcatur.

PLAN-

PLANTAE STAMINIFERAE APETALAE.
ORDO IV.
ISOSTEMONES. MONOSPERMAE.
F R A X I N U S.

PONTEDER. *Anthol.* p. 299.

ORNUS MICHELI p. 233. T. 103.

FRAXINI T. 343. [ubi flores & mares pinguntur & feminae.] VAILL. *Mem. de l'Acad. des Scienc. 1722.* & LINNAEI n. 773. ſpecies.

Florem, quem nondum vidi, lego duo ſtamina habere in planta mare, in alia hermaphrodita praeterea ſemen longum linguae ſimile. Haec arbor demonſtrat, naturam petala in ſyſtemate ſuo non inter principes notas adgnoſcere; quae ſimillimis plantis modo adſint, modo deſint.

1. FRAXINUS apetala.

Ornus RUELL. I. C. 105. qui gallas pro fructu deſcribit. GESN. fract. p. 65.
Fraxinus TRAG. p. 1121. MATTH. p. 135. GESN. Tab. coll. p. 77. b. CAM. Epit. p. 64. DOD. p. 833. LOB. ic. II. p. 107. CAES. II. C. 13? TAB. p. 1021. THAL. LUGD. BLAKW. T. 328.
Fraxinus vulgatior I. B. I. P. II. p. 174. RAJ. p. 1702. VAILL. l. c. p. 280.
Fraxinus excelſior C. B. T. aut. de Par. p. 333. I. R. H. &c.
Ornus vulgaris excelſior racemis florum confertis fructu longiori cordiformi MICHEL. p. 223. cum varietatibus.
Fraxinus floribus nudis LINN. hort. Cliff. p. 469. ROYEN. p. 396.
Quid ſunt varietates illae *dura* THALII & SCHWENKF. *& fago ſimilis* TRAGI?

Vulgatiſſima circa Bernam arbor, quae in acclivibus ad continendam & firmandam terram etiam ſeritur. *Bernae* paſſim fructificat.

Arbor excelſa, longis & rectis ramis, hinc ad haſtas aptiſſima. Folia pinnata, gallae frequentes ad ortum ramorum folioſorum, fructus figura notiſſima ſunt.

Cortex pro aperiente, & diuretico medicamento habetur Febrifugus eſt, ſed debilior, etiam ſi dupla doſi ſumatur. Vires antivenereas HOFMANNUS ſapienter ſudori tribuit, & victui tenuiſſimo. Ligni aqua vulneraria eſt, adſtringens LEDEL. E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* 6. *Obſ.* 66. & E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* VIII. *Obſ.* 127. ſimilisque vis eſt olei per deſcenſum parati E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* II. *Obſ.* 178. Semen *linguam avis* dicunt Pharmacopolae, & vires lithontripticas laudant, & Aphrodiſiacas. Acre eſt certe, & ſingulare aroma.

U L M U S.

T. T. 372. LINN. n. 194. & omnium Auctorum.

Calyx infundibuli forma, conicus; quadrifidus (VAILL.) ſtamina quatuor, & quinque. Fructus latus, conpreſſus, monoſpernos, tubae duae.

1. ULMUS fructu membranaceo LINN. *hort. Cliff.* p. 82. ROYEN.

Ulmus CORD. Dioſc. I. p. 18. Hiſt. L. III. C. 1. MATTHIOL. p. 144. cum gallis, CAMER. Epit. p. 70. cum ſamaris GESN. coll. p. 115. hort. Germ. p. 287. DODON. p. 837. LOBEL. ic. II. p. 189. CAESALP. L. II. C. 9. THAL. LUGD.
Ulmus I. TABERN. p. 979. & *II.* EJUSD. & *III.* EJUSD. p. 980.
Ulmus campeſtris C. B. Baſ. p. 106. *& Theophraſti* C. B. P. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 519. MAGNOL. Char. p. 305.
Ulmus vulgatiſſimus folio lato ſcabro RAJ. p. 1425.
Petit orme SPECT. de la Nat. II. p. 456.
Varietatum inſignis numerus eſt.
β *Ulmus folio glabro* PARK. p. 1403. RAJ. p. 1426. I. R. H. VAILL. &c.
γ *Ulmus pumila foliis parvis glabra cortice fungoſo* PLUKNET. VAILL. p. 205.
δ *Ulmus longioribus ſeminum & florum petiolis* RUPP. p. 266.
ε *Ulmus minor folio anguſto ſcabro* RAJ. p. 1426.
ϛ *Ulmus minor folio anguſto ſcabro variegato* MILLBR.
Eamdem eſſe dudum JUNGIUS vidit, quae dicitur
ζ *Tilia mas* MATTH. p. 175. cum gallis; CAM. Epit. DOD. LOB. LUGD. TAB. PARK. &c.
Tilia mas folio ulmi C. B.
η *Montiulmus* CORD. I. C. 113.
Ulmus altera latifolia LOB. ic. II. p. 189.
Ulmus montana SCHWENKF. C. B. in MATTH. Baſil. p. 106. SUTH. SIBB. TILL. &c.
Ulmus folio latiſſimo ſcabro RAJ. p. 1426. I. R. H. VAILL.
Ic. SPECT. de la Nat. II. p. 84.
Plures varietates & ſynonyma non viſum eſt addere. Vide *Synopſ. ſtirp. Britann.* & VAILLANTIUM.

Varie-

Varietas prima in nemoribus & dumetis Helvetiae naſcitur, maxime calidioris. In *Albio* M. GESNERUS, ego circa Baſileam, & in *Valeſia*. Alteram η paſſim in compitis vidi, ſatam, patulam, proceram arborem.

Utrique folia ex oblongo acuta, dentibus acutis & valde inclinatis, denuo inciſis, diſſecta, nervis eminentibus & parallelis, dura, & ſicca. Gallae frequentes. In poſteriori varietate omnia majora & folia leviora.

Materies in Gallia ad aedificia celebratur. Folia vulneraria eſſe GALENUS. SACHSIUS corticem & lignum laudat, ob vires in decocto, & infuſo, & extracto, antiſcorbuticas, antinephriticas, &c. liquorem vero veſicularum, quas muſcae faciunt, pro ſummo vulnerario, etiam ad oculi, & corneae membranae vulnera absque cicatrice conſolidanda. Eumdem ſuccum inſpiſſatum ad uniendas vulnerum carnes valere prudens adfirmat FALLOPIUS. Radicis decoctionem interno uſu ad haemorrhagias pulmonis & uteri commendat CHOMEL *pl. uſuel.* p. 618. Corticis decoctum ad Aſciten laudatur apud BRESLAVIENSES 4. *ſuppl.* p. 85.

LAPATUM. TOURN.
& *ACETOSA* TOURN. T. 287. *RUMEX* LINNAEI n. 300.

In plerisque ſpeciebus flos hermaphroditicus. Aliquibus tamen ſexu diſtinguitur planta mas a femina. Utrivis duo calyces trifolii, paulum diverſi, quorum exterior exſtat, interior circa ſemen triangulare ſe complicat, & pro capſula eſt. [MALPIGH. f. 263. Mari ſtamina ſex, feminae ex ſummo ſemine tubae tres, pulmoſae. Recte LINNAEUS Acetoſae genus a ſolo ſapore definitum expungit.

GENS I.
LAPATA SEXU DISTINCTA.
ACETOSAE PONTEDERAE poſt TILLII *hortum Piſanum* p. 179.

1. LAPATUM acetoſum ſexu diſtinctum, foliorum ſagittatorum hamis longis & divergentibus.

867

Oxalis minima TRAG. p. 316.
Oxalis ſive acetoſa minor MATTH. p. 448. bene.
Oxalis minor CAM. Epit. p. 231. bene LUGD.
Oxalis tenuifolia ſinuata vervecina LOB. ic. p. 291.
Oxalis ovina TAB. p. 440.
Oxalis parva auriculata repens I. B. II. p. 992.
Acetoſa arvenſis lanceolata C. B. *Baſ.* p. 33. H. OX. II. p. 584. T. 28. f. 12. cum icone pertinente ad γ. RAJ. p. 180. MAGNOL. Char. p. 153. T. aut. de Par. p. 47. I. R. H. &c.
Rumex foliis lanceolatis haſtatis LINN. flor. Lap. n. 131. Cliff. p. 138.
β Mas.
Acetoſa arvenſis lanceolata ſemine vidua VAILL.
γ *Acetoſa anguſtifolia elatior* PARK. p. 745. RAJ. p. 180. qui conjunxit cum vulgari.
Acetoſa anguſtifolia lanceolata elatior H. OX. II. p. 583. n. 11. cum icone quae pertinet ad α.
δ *Oxalis minima* I. TAB. p. 441.
Acetoſa lanceolata anguſtifolia repens C. B. Prodr. p. 55. MAGNOL. KNAUT. HOFM. TIT. I. R. H. GAR. VAILL. BUXB. TILL. &c.
ε *Acetoſa minima tota rubra* MENZEL. pugill.
ς Varietas foliis aut omnibus aut plerisque minime hamatis.
Oxalis minima DOD. p. 650.
Oxalis minima II. TAB. p. 441.
Acetoſa arvenſis minima non lanceolata C. B. Baſil. p. 33. I. R. H. VAILL. &c.
Acetoſa arvenſis non lanceolata WEINM. T. 20. lit. *e.*
ζ Eadem ς ſemine vidua ſive *mas* VAILL. p. 2. ZANICH.
η *Acetoſa minor erecta lobis multifidis* BOCC. p. 164. & T. 126. VAILL. p. 2.

Vulgares varietates ubique in agris requietis, areis & domuum naſcuntur.

In univerſum primae ſatis ſimilis eſt, ſed foliorum longitudo ad latitudinem ſumta major, unci ſagittae longi & incurvi. Alias repit, alias erigitur. Nonnunquam, & ſuperiora folia perpetuo, uncis carent, & lingulata ſunt.

2. LAPATUM acetoſum, ſexu diſtinctum, foliorum ſagittatorum hamis brevibus.

866

Acetoſa BRUNF. II. p. 72. DORST. p. 6. *b.* BLAKW. T. 230.
Lapathum acetoſum BRUNF. III. p. 83.
Oxalis FUCHS. p. 464. TRAG. p. 315. DOD. p. 648.

Rami-

Rumicis quartum genus RUELL. II. C. 49.
Lapathum & Oxalis GESN. coll. p. 84. *b.*
Oxalis pratenſis longioribus foliis C. GESN. hort. p. 263. *b.*
Oxalis ſ. Acetoſa MATTH. p. 447.
Oxalis ſ. Lapathum Oxalida, Acetoſa LOB. p. 290. ex DOD.
Oxalis vulgo acetoſa CAES. p. 165.
Oxalis acetoſa TAB. p. 438.
Oxalis major CAM. Epit. p. 230.
Oxalis vulgaris folio . . . I. B. II. p. 989.
Acetoſa pratenſis C. B. Baſil. p. 33. H. OX. II. p. 582. T. aut. de Par. p. I. I. R. H. ZAN. p. 4. ic. 233.
Acetoſa vulgaris PARK. RAJ. p. 178.
Rumex floribus dioicis foliis oblongoſagittatis ROYEN. p. 231.
Varietates bene multae ſunt.
α *Mas* ſola.
Acetoſa pratenſis Ic. REG. ROBERT. p. 4.
Acetoſa ſemine vidua VAILL. p. 2. JONQ.
Acetoſa Moſcovitica ſterilis MORIS. RAJ.
β *Acetoſa flore albo* I. R. H. VAILL.
γ *Oxalis criſpa* TAB. p. 440. I. B. C. B.
Acetoſa criſpa H. OX. II. p. 582. Hort. Bleſ. KNAUT. VAILL.
Acetoſa foliis criſpis I. R. H.
δ *Acetoſa ſylvatica incana & villoſa* VAILL.
ε *Oxalis major Broccenbergenſis* THAL. p. 82.
Oxalis in montibus major CAES. p. 166.
Acetoſa alpina SCHWENKF. p. 8.
Oxalis ſylvatica maxima I. B. II. p. 890. RAJ. ſyll. ſtirp. extra Brit. p. 196. 300.
Acetoſa montana maxima C. B. I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 129. RAJ. p. 178. &c.
ε Ab ε non videtur differre
Acetoſa montana lato ari rotundo folio BOCC. Muſ. di Piante p. 165. T. 125. RAJ. III. p. 116. BOERH. TILL.
ζ Et *Acetoſa montana radice recta pedali, aut ſeſquipedali, lapathi inſtar abſque fibris* HIST. OXON. II. p. 583. RAJ. HERM.
η Sed & CLUSIANA illa vereor ut diverſa ſit. Noſtrae enim non meminit, quam praeter vidiſſe vix potuit.
Oxalis ampliſſimo folio CLUS. Pannon. p. 480.
Oxalis maxima montana Hiſtor. p. LXIX.
Oxalis folio ampliſſimo geniculis tuberoſis I. B. II. p. 991.
Acetoſa montana geniculis nodoſis C. B. RAJ. p. 178. cum nota dubii I. R. H. BOERH.

Vulgaris, mas, & femina ubique in pratis. Montana maxima, quam non differre a vulgari SCHELHAMMERUS monuit in *catal. hort.* contra naturam alpinarum, elatior eſt in editis paſcuis, ad lapides, in ſcobibus, ſylvis &c. Inveni in M. *Dolaz*, *Falconario*, *Hengſtii* jugis verſus die *Laushütte*, circa *Grindelwald* &c.

Folia ſagittata, brevibus uncis ſagittae, & parum divergentibus, aut nullis, pediculata. Flores in ſpicas raras, ſub ramulis vaginae. Flos mas major eſt.

Sapor, foliorum, ut notum, acidus, radicum adſtringens. Hinc folia quidem in bilis abundantia, & acrimonia alcalina, ſiti, morbis acutis, egregium, & gratum medicamentum praeſtant & alimentum, ſive cocta fuerint, ſive in aquam decocta vires transmiſerint: & in univerſum valent, quoties laxitate partes ſolidae, nimia tenuitate fluidae, peccant. Radicis decoctum, cereviſiae ſimile, diuturno uſu hepatis obſtructiones ſolvit LOESEL. Ad ſcorbutum, maxime calidum & putridum, eximia eſt, & Cochleariam vel juvat, vel ſuperat. Salem eſſentialem ad omnes acutos & putridos morbos laudat BOERHAAVE.

3. Acetoſa montana pumila Fegopyri folio BOCCONE p. 165. T. 126. I. R. H. RAI. l. c. p. 116. TILL.

Huic ſimilis eſt *Lunaria magorum Arabum* LOB. ic. II. p. 808. I. B. II. p. 994.
Thlaſpi aliud lunatis foliis, ſive Lunaria magorum Arabum PARK. p. 948.

I. GESNERUS hanc plantam miſit, quae exiguitate, & primis foliis rotundis & ſimplicibus flagellis, cum priori convenit. Sed folia adulta videntur triangularia, longa, Acetoſae 2. ſimilia: Calyx etiam trifolius, ut videatur Acetoſae pratenſis alpinum exiguumque ſpecimen

Acetoſa montana folio undulato flagellis non ramoſis BOCC. Muſ. p. 164. T. 126.
Et *Acetoſa montana mali limoniae folio flagellis ramoſis* EJUSD. Ibid.
conjunctae a SCHEUCHZERO It. IV. p. 328. hujus etiam generis videntur.

PLANTAE APETALAE STAMINIBUS

GENS II.
SEXUBUS IN FLORE CONJUNCTIS.

I. *SAPORE ACETOSO.*

TOURNEFORTIUS ad *ACETOSAS* ad *LAPATA* refert PONTEDERA.

4. LAPATUM acetoſum, androgynum, folio orbiculari, emarginato.

Acetoſa rotundifolia, repens, eboracenſis, folio in medio deliquium patiente MORIS. Hiſt. Oxon. II. p. 583. S. V. T. 36. bon. ic. HERM. in flor. & H. L. B. RAJ. ſyn. III. p. 143.

Acetoſa repens weſtmorlandica cochleariae folio apicibus nonnihil ſinuatis PLUKN. p. 8. Phytograph. T. CCLII.

Acetoſa Britannica BLAIR. miſc. obſ. p. 67. cum icone Eſſays p. 36. Pharm. Bot. p. 28. 29. cum deſcr. qui naturam etiam floris & ſeminis perſpexit.

Rumex foliis orbiculatis emarginatis LINN. flor. Lap. n. 132.

Copioſe cum *Ranunculo Fel. Plateri*, in parte Furcae Occidentem reſpiciente, fere ſuprema.

Folia juniora fere orbicularia & integra, quorum adultorum apex retunditur, & leviter exſcinditur, ex longis pedicellis. Calyx primus, & ſecundus uterque bifolius, ſemen conpreſſum, quaſi hilo in apice exciſum, cum duabus tubis plumoſis. Exemplo eſt haec planta „ numerum ſtaminum, petalorum, tubarum genera non facere„ & majorem vim eſſe habitus, & proportionis.

β Ab hac planta minime diverſam exiſtimo, cum folia juniora rotunda ſint

Acetoſam rotundifoliam alpinam C. B. Prodr. p. 55. PARK. p. 744. RAJ. p. 180. ſyllog. ſtirp. extr. p. 50. MURALT. p. 701. TIT. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 29. It. II. p. 128. & de ultima quidem ex icone & judicio I. GESNERI certus ſum minime differe.

Acetoſam alpinam aſari folio AMBROSIN. Phytograph. p. 9. cum ic. RAJ. Hiſt. III. p. 115.

C. B. ad noſodochium D. *Bernhardi.* SCHEUCHZER. in montibus *Uriorum*, & *Angelimontanorum*, & in deſcenſu *Spelugae.*

5. LAPATUM androgynum, acetoſum, foliis ſagittatis, hamis divergentibus.

Lapathi ſpecies Oxalis GESN. Ind. p. 49. cum in muris naſci dicat.

Acetoſa minor circa Glaronam naſcens GESN. hort. p. 263. *b.* omnino.

Acetoſa in montibus Galloprovinciae LOB. Adv. p. 120.

Acetoſa rotundis foliis ſponte naſcens CAM. hort. p. 4.

Acetoſa Cambrobritannica montana PARK. p. 745. SCHEUCHZ. It. II. p. 128.

Acetoſa ſativa circa Lutetiam & Aureliam naſcens -- Franca dicta STROBELBERGER. p. 179.

Acetoſa ſcutata repens TRIUMPHETTI Obſerv. p. 26. cum icone p. 68.

Oxalis folio rotundiore repens RAJ. ſyllog. ſtirp. exter. p. 300.

Icon *rotundifoliae hortenſis* MORISONI T. 28. f. 9. noſtram optime exprimit.

Eadem eſt *rotundifoliae hortenſi*, quam in montibus Cumberlandiae RAIUS, in M. Lupo MAGNOL. in Bavaria VOLCAMER, in Gotthardo M. C. BAUHINUS, invenerunt. Ego in M. Hauenſtein, proxime ſupra *Balſtal*, in *M. Thuiri* (ubi & RAIUS legit) in adſcenſu *Gemmii* inveni. HUBERUS in Rhaetia, circa *Plurs*, ubique in ſtratis mobilium lapidum acclivibus, quae dicuntur *Rieſeren.*

Folia ſagittata, longis uncis & divergentibus, media lanceola ſupra uncos contractiori: glauca ſunt, & minus rotunda, quam in varietate culta. Spicae Androgynae, flagellis non ramoſis.

GENS III.
LAPATA ANDROGYNA NON ACETOSA.

LAPATA TOURNEFORTII.

6. LAPATUM androgynum, obtuſifolium, ſpica confertiſſima.

Hippolapatum ſylveſtre MATTHIOL. p. 207. quod circa ſtabula alpina naſci dicit,

Lapathum rotundum GESN. hort. p. 263. *b.* & p. 293.

Hippolapathum rotundifolium, & Pſeudo-Rha recentiorum LOB. Adverſ. p. 118. Ic. p. 287. foliis nimis rotundis.

Lapathum rotundifolium CLUS. Pann. p. 480. Hiſt. p. LXIX. CAM. AMB. &c.

Lapathum folio rotundo alpinum I. B. II. p. 987. RAJ. p. 171. ſyllog. ſtirp. extr. p. 159. I. R. H.

Lapathum hortenſe rotundifolium ſive montanum C. B. SCHEUCHZ. It. II. p. 136.

Lapathum alpinum folio ſubrotundo HIST. OXON. II. p. 578. HERM. BOERH. MILL. &c.

β *Lapathum folio rotundo alpinum, coſta & pediculo vireſcentibus M. Aurei* I. R. H.

Nihil vulgatius circa ſtabula alpina, & Jurae M. C. GESNER circa *Friburgum* & *Curiam.*

Radix

Radix recens intus alba, non flava. Caulis craſſus, ramoſus, in denſiſſimam ſpicam floralem terminatur. Folia non rotunda, ſed ima quidem elliptica, obtuſa, ſuperiora acuta, omnia ora undulata. Seminum involucrum leve. In notis lego „ me flores mares, & feminas inveniſſe. Sed repetatur experimentum.

* Hippolapathum latifolium ſ. Rhabarbarum Monachorum MURALTUS ait in *Gotthardo* M. naſci. An vere? Nonne dicit de proximo Lapatho?

7. LAPATUM ſylveſtre folio ſubrotundo ſeminis involucro recto ſeu plano MORISON. *Hiſtor. Oxon.* II. p. 580.

Bernae in ruderoſis.

Ita ſimile eſt prioris, ut omnino idem eſſe putem. Verticilli denſi, absque foliis.

859 8. LAPATUM acutum criſpum TABERN. p. 436. bon. ic. I. B. II. p. 988. &c.

Lapathum folio acuto criſpo C. B. Baſil. p. 33. H. OX. II. p. 579. RAJ. p. 175. I. R. H. T. aut. de Par. p. 21.

Lapathum longifolium criſpum MUNTING. de ver. Britann. p. 104. bon. ic.

In areis ſtratis, ad vias, foſſasque.

Ut dicam, quod res eſt, neque hoc ſeparo a 6. & 7. etſi folia ſuperiora longa & peranguſta, omnia vero per oras concinne, & continuo, plicata ſint. Verticilli denſiſſimi, in ſpicam congeruntur, vix ullis foliis diſtinctam.

9. LAPATUM aquaticum folio cubitali C. B. &c.

Hippolapathum RUELL. II. c. 49. GESN. ind. quadr. p. 42.

Lapathum equinum GESNER. ibid. p. 49.

Rumex paluſtris TRAG. p. 317. 318.

Hydrolapathum magnum LOB. ic. p. 285.

Lapathum paluſtre TAB. p. 437.

Lapathum maximum aquaticum ſ. Hippolapathum I. B. II. p. 986.

Lapatum aquaticum BLAKW. T. 490.

In foſſis ſuburbanis. Neccomi D. DIVERNOI.

Folia maxima, etiam longiora cubito, fine acuto, margine undulato, & ſerrato. Neque hoc a prioribus ſatis diſtinguo.

10. LAPATUM folio acuto plano C. B. *Baſ.* p. 33. I. R. H. *aut. de Par.* in *add.*

Oxylapathum FUCHS. p. 461.

Lapathum ſylveſtre Oxylapathum DOD. p. 648.

Lapathum acutum & Oxylapathum LOB. ic. p. 284. I. B. II. p. 983.

Lapathum acutum MUNT. l. c. p. 88. ex FUCHSIO. RAJ. p. 175. H. OX. II. p. 578. BLAKW. T. 491.

In foſſis, in ſylvis, ad ſepes, ubique.

Haec varietas major eſt, etiam tricubitalis, foliis omnibus longis, acutis, undulatis, ſaepe quaſi ſerratis, ſpica laxa, verticillis diſſitis, infrequentibus, exiguis, plerumque omnino nullis foliis inſidentibus.

11. LAPATUM aquaticum minus. C. B. *Baſil.* p. 32. I. B. II. p. 987. I. R. H.

Hydrolapathum minus LOB. ic. p. 286. TAB. p. 438. LUGD. PARK.

Lapathum paluſtre minus SCHWENKF. p. 118.

In aquis purioribus.

Verticilli denſiſſimi, foliis tantum exiguis diſtincti. Folia longa, caulesque teneriores.

12. LAPATUM acutum minimum LOBEL. Ic. p. 284. I. B. II. p. 987.

Lapathum minimum TAB. p. 437. C. B. Baſ. p. 33. H. OX. II. p. 579. T. aut. de Par. p. 343. I. R. H.

C. B. in ſylva *Auguſtam* verſus. In udis riguisque vallibus ſylvae *Bremgarten.*

Folia ima obtuſa, ſuperiora, ut in n. 8. longiſſima, anguſtiſſima, ſerrata. Verticilli emoti, concinnis intervallis, alias foliolis inſident, alias nudi ſunt. Flores in media aetate croceo colore perfunduntur. Nempe exteriores valvulae exiguae manent viridesque, interiores majores obtuſae connivent, rubro gibbo notatae. Eſt proxima varietas decimae.

Septem haec Lapata, a 6. ad 12., nulla vera nota, quae perpetua ſit, & alicujus momenti, ſeparari invenio. Sed obſecutus conſuetudini, hic poſui varietates Helveticas, a foliis & habitu ſumtas. Nam verticilli, qui in juniori planta confertiſimi fuerunt, in ſenio explicantur & rareſcunt; folia in imis obtuſa & lata, in ſuperiori planta longa fiunt, eadem oram in juventute plicant, in ſenio explanant. Color florum aureus, & a ſtaminibus, & a ſeminum definita aetate, evaneſcit & fuſcatur. Folia inter verticillos in juniori planta occultantur, in adulta exſtant & adparent &c.

Hujus etiam omnino generis eſt

Lapathum hortenſe ſ. Lapas; & *Lapathum folio ſanguineo.*

13. LAPATUM involucro ſeminis dentato, foliis obtuſis, ora criſpula.

Lapathum acutum BRUNF. III. p. 84.
Lapathum CAM. Epit. p. 228. habet crenas involucri ſeminalis.
Lapathum folio minus acuto LOB. ic. p. 284. Hic primus Lapathi ſpeciem obtuſifoliam habet.
Hippolapathum ſylveſtre TAB. p. 436. I. R. H.
Lapathum vulgare folio obtuſo I. B. II. p. 984. mal. ic. RAJ. p. 175. cum bona deſcriptione MAGNOL. Char. p. 153. &c.
Lapathum folio ſubrotundo LOES. p. 135. SCHWENKF. &c.
Lapathum vulgare album folio ſubrotundo MUNT. p. 68.
Lapathum ſylveſtre folio ſubrotundo ſeminis involucris dentatis H. OX. II. p. 580.
β *Lapathum ſylveſtre magnum vulgare* I. B. II. p. 984. ex *Hippolapatho ſylveſtri* TAB. RUPP. &c.

In ruderoſis, ad vias, in foſſis pervulgatum.

Haec ſpecies omnino differt a prioribus. Folia quidem 6. & 7. obtuſa, latitudine ſubtripla longitudinis, ora criſpula. Verticilli craſſi, non diſſiti. Interiora tria folia calycis ſerrata. Etiam de hoc Lapato lego, me mares floſculos vidiſſe, & feminas.

*14. LAPATUM involucro ſeminis dentato, foliis ſupra pediculum emarginatis.

Lapathum Pariſienſe ſinuatum HORT. REG. PAR. SCHOL. BOT.
Lapathum ramis procumbentibus, ſeminis involucro dentato, foliis inferioribus fidium inſtar MORIS. Hiſt. Oxon. II. p. 580. S. V. T. 27. f. 13.
Lapathum pulchrum Bononienſe ſinuatum I. B. II. p. 988. MERR. RAJ. Hiſt. p. 174. I. R. H. T. aut. de Par. p. 23.

RAIUS in foſſis *Helvetiae*: ubi equidem nunquam vidi. Sed videtur circa Genevam legiſſe.

Omnium ſimilis vis eſt, modice ſicca, & adſtringens, acidae naturae particeps. Decoctum Oxylapathi ad ſcabiem laudatur a SIMONE PAULI, aliisque recentiorum, ad ſcorbutum, & ad humorum indolem putredinoſam longus uſus a BOERHAAVIO, ad prophylaxin Podagrae vero a MUNTINGIO & CHOMEL. *plant. uſuel.* p. 547. Unguentum ad ſcabiem in Gallia familiare ex Lapathi & Helenii radicibus, & ſulfure conponitur CHOM. p. 208. Dentes vacillantes decoctum confirmat.

FAGOPYRUM. T. T. 290.
HELXINE LINN. p. 330.

Etſi haec planta octoſtemon ſit, ſumma tamen ſimilitudo faciei & ſeminalis fabricae non permittit, ut a Lapato ſeparetur. Calyx quinquefolius, coloratus, effigie calycis viridis pictus. (Sexfidum & ſex ſtamina non bene PONTEDER.) Duo foliola exteriora minora, interna tria, quae ſemen tetraedrum includunt, majora ſunt, ovata omnia.

1. FAGOPYRUM erectum, fructu ex calyce eminente levi.

Frumentum Turcicum RUELL. p. 324. 408.
Irio cerealis GESN. ind. p. 46.
Ocymum veterum Heidenkorn TRAG. p. 648.
Heidenkorn CORD. in Dioſc. p. 42.
Frumentum Saracenicum MATTH. p. 394. bon. ic. CAM. Epit. p. 187.
Fegopyron DOD. plant. Cereal. p. 80. Pempt. p. 512. bon. ic. H. OX. II. p. 590. RAJ. Hiſt. I. p. 182.
Eryſimum Theophraſti LOB. ic. II. p. 63.
Formentone CAES. IV. C. 31. p. 166.
Ocymum cereale Fegopyrum TAB. p. 276. bene.
Eryſimum Theophraſti folio hederaceo C. B. Baſ. p. 18.
Fagotriticum I. B. II. p. 440.
Fagopyrum vulgare erectum T. aut. de Par. p. 194. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 151.
Helxine caule erecto inermi foliis cordato ſagittatis LINN. Cliff. p. 151. ROYEN. p. 217.
β *Calyce albo* PONTED Comp. Tab. p. 29. VAILL. p. 52.

In agris paſſim ſeritur, & in panificia recipitur, atque ſub extremum autumnum eleganti florum ſpectaculo agros exhilarat. Uſus in panificio notiſſimus eſt. Sed in arenoſis littoribus lacus *Lemani* ſponte naſcentem reperi, uti Pariſiis absque ſatu provenire dicitur.

Huic caulis erectus, & una cum foliis ſucculentus. Folia ex cordatis triangularia, plicata. Flos major, & ſpecioſior, albus aut rubellus. Semen triquetrum, calyce longius, hedris levibus, acutum. Globuli octo conſpicui flavi in fundo floris. Tubae longae capitatae. Semine dentato differt alia ſpecies Siberica.

2. FA-

2. FAGOPYRUM ſcandens ſemine calyce incluſo.
Orobanche RUELL. p. 390. *ſ. Cuſſus alterus Serapionis* TRAG. p. 664.
Elatine CORD. Dioſc. III. c. 40.
Convolvulo ſimilis C. GESN. hort. p. 255. coll. p. 71.
Orobanche Ruellii GESN. hort. p. 270. Tab. coll. p. 94.
Convolvulum nigrum DOD. purg. p. 220. Pempt. p. 396. icon. opt.
Ciſſampelos altera Atriplicis effigie LOB. ic. p. 624. eadem.
Species Formentone quae ſponte oritur CAES. L. IV. c. 31. p. 166.
Volubilis nigra TAB. p. 876. icon valde ramoſa
Polygonum hederaceum COL. II. p. 63. obiter.
Convolvulus minor ſemine triangulo C. B. Baſ. p. 86. &c.
Helxine ſemine triangulo I. B. II. p. 157.
Convolvulus minor atriplicis foliis PARK. RAJ. p. 182.
Frumentum Sarracenicum alterum Convolvuli modo ſcandens, ſemine triangulo minore nigro H. OX. II. p. 590.
Fagopyrum vulgare ſcandens T. aut. de Par. p. 79. I. R. H. ZANICH. p. 99. ic. 146.
Helxine caule volubili LINN. Cliff. p. 150. ROYEN. p. 217.

Ubique in arvis.

Caulis modo repit, modo erigitur, modo ad vicina dumeta inflexus & volubilis adſcendit. Folia longe cordata. Flos minor ex albo virens, in quo globuli nulli. Semen calice tanquam involucro ſuo continetur, & clauſum matureſcit. Tubae brevisſimae fungoſae. Hanc ſpeciem *Volubilis* nomine ſeparavit a priori MÖHRINGIUS p. 104. & duo foliola minima calycis pro petalis deſcripſit. Poſſet addi, quod flos globulis deſtituatur, ſed videtur tamen habitus, & ſeminis figura & capſula utrumque conjungere.

β *Fagopyrum praelongum dumetorum, ſeminibus tribus alis pellucidis cinctis* RUPP. p. 79. BUXB. GEMEINHART.
Volubilis media ſeu nigra THAL. p. 131. ob locum natalem in ſylvis caeduis.
Fagopyrum ſylvaticum ſcandens flore foliaceo PONT. Antholog. p. 265.
Fagopyrum majus ſcandens VAILL. p. 52.
Fagopyrum vulgare ſcandens, calycibus florum alatis, ſemine nigro ſplendente TILL. hort. Piſ. p. 60.
Fagopyrum praelongum dumetorum ſeminibus alatis duplici more diſpoſitis DILL. Cat. Gieſſ. p. 136. nov. ſpec. p. 60.

Abunde in ſepibus.

Majus eſt, longisſimum, racemis florum crasſioribus, ſeminis involucro. Sed, fateor, facile cum D. LINNAEO conſentio, ut pro varietate habeam. Veteres certe ad unum omnes ſuas icones longisſimas fecerunt, & I. B. de ſtaturae varietate monet. Alae ſeminis modicae ſunt, & per gradus ita minuuntur, ut ad prioris varietatis menſuram redeant.

ATRIPLEX.

TOURN. T. 286. LINN. n. 772. & omnium Auctorum.

In eadem planta invenio alias flores mares & feminas, alias androgynos & feminas. Feminae ſemper majores, calyce fiunt bivalvi, (TOURN. I. K. L. M.) cujus valvulae adplicatae tegunt ſemen compreſſum. Tuba profundiſſime bifida. Androgyni calycem habent, quinquefidum, brevem, qui foliolis recurvis conprehendit ſemen rotundum, conpreſſum, (F. F.). Mares calycem habent uti androgyni, & ſtamina quinque, absque ſemine; ludunt autem quadrifidis floribus & ſtaminibus quaternis. Tales pingit TOURN. A. B. Huic generi, tum Chenopodio, Blito, Amarantho, Urticae, & Parietariae commune eſt, flores ſeſſiles, absque ullis pediculis, gerere in arctiſſimos glomerulos connatos.

1. ATRIPLEX valvis ſeminum dentatis, foliis ſuperioribus integris.
Atriplex ſylveſtris I. MATTH. p. 460. bon. ic.
Atriplex ſylveſtris humillima DOD. p. 615. ſpecimen latifolium,
Atriplex ſylveſtris Polygoni aut Helxines folio LOB. ic. p. 257.
Atriplex vulgaris anguſtifolia cum folliculis I. B. II. p. 973.
Atriplex ſylveſtris anguſto oblongo folio C. B. Baſ. p. 34. P. H. OX. II. p. 607. S. V. T. 32. n. 15. MAGNOL. Char. p. 53. T. aut. de Par. p. II. I. R. H. &c.
Atriplex ſylveſtris anguſtifolia PARK. p. 709. RAJ. Hiſt. p. 192. WEINM. T. 202. *b.*
Atriplex caule annuo foliis ſuperioribus lanceolatis integerrimis LINN. p. 469. ROYEN. p. 218.
β *Hnmifuſa* varietas. SCHOL. BOT. p. 99. VAILL. p. 99.
γ *Anguſtiſſimo oblongo folio* HERM. H. Lugd. Bat. p. 79. VAILL. l. c. Sed diſtinguit ROYENUS.

In gramineis, in hortis, & ſegetibus.

Folia ima in laetiori maxime ſolo, ſagittata, altero ſaepe hamo deficiente, acumine modico. Superiora conſtanter ſimplicia, longa, anguſta, acuta. Spicae graciles, miſtos habent floribus maſculis femininos. Horum valvulae convexitate tuberculoſa, & aſpera, differunt a ſativa. Maſculi minimi ſunt, rubellis geminis apicibus.

Poteſt in oleraceos uſus adhiberi, mollis & aquea, alvo ducendae, & leniendae bili, apta nata, addi juſculis refrigerantibus & emollientibus, quae flavo colore tingit (FABREGOV.) & clyſteribus.

CHENOPODIUM. T. 288. LINN. n. 191.

ATRIPLEX SYLVESTRIS MAGNOL.

BLITUM SYLVESTRE RAII. *method. pl.* p. 23.

Hujus flores omnes hermaphroditici ſunt, androgynis Atriplicis floribus ſimillimi, uti tota facies conſentit. In plerisque ſpeciebus ſtamina vel ſponte, vel levi adtactu, reſiliunt, atque pollinem ſuum elaſtica vi explodunt, nihilo ſegnius, quam in Parietaria. Tubae duae, aut bicornis unica, neque enim facile eſt judicium: ſemen rotundum, conpreſſum.

1. CHENOPODIUM foliis triangularibus, ſagittatis, margine integerrimis, LINN. *hort. Cliff.* p. 84. ROYEN. p. 218.

Gut Heinrich BRUNF. L. I. p. 63. & p. 260. editionis I. non vero ultimae.
Icon DORST. p. 77.
Bonus Henrichus TRAG. p. 317. TAB. p. 425. I. B. II. p. 965.
Rumicis tertium genus FUCHS. p. 463.
Atriplicis ſylveſtris ſpecies, bonus Henricus C. GESN. Tab. coll. p. 61. *b.*
Tota bona DOD. p. 651. THAL. *ſive bonus Henricus* LOB. p. 256.
Lapathum unctuoſum C. B. Baſ. p. 33. MUNT. de vera Brit. p. 83. &c.
Blitum perenne ſpinachiae facie MORISON. II. p. 599.
Blitum, bonus Henricus dictus RAJ. p. 195. WEINM. T. 250. *b.*
Chenopodium folio triangulo I. R. H.

Nihil frequentius in fimetis, ad vias &c.

Folium, quale nomen indicat. Margo undulatus, non ſerratus: facies prona farina adſperſa, quae, dum abſtergitur, unguinoſa videtur. Caeterum ſpicae interruptae ex ſummis foliis, flores majores, tubae craſſiſſimae.

Aſparagi in cibum recipiuntur, tum folia, verno tempore, quaeruntur ad acetaria. Caeterum tota gens alvum ducit leniſſime, ad morbos ex acrimonia & tenſione, ad tuſſim, Pleuritidem, inflammatum pectus convenit contuſa.

2. CHENOPODIUM folio levi, paucis, & amplisſimis, dentibus inciſo, ramis florigeris laxis & ramoſis.

Atriplex ſylveſtris major anguloſo folio BARR. ic. 540. quae figura cum TAB. Pede Anſ. II. manifeſto convenit.
Atriplex Chenopodia Daturae folio MAGNOL. hort. reg. Monſp. p. 29.
Blitum ſeu Atriplex pes Anſerinus dicta, Stramonii acutiore folio racemoſum PLUKNET. Mantiſſ. Botan. p. 32.
Atriplex folio & odore Daturae minori tamen TRIUMPHETT. Obſ. p. 65. RAJ. Hiſt III. p. 123.
Chenopodio affinis, folio lato, laciniato, in longiſſimum mucronem procurrente, florum racemulis ſparſis RAJ. ib.
Chenopodium ſtramonii folio VAILL. T. VII. f. 2. p. 36. BOERH. TILL. ZAN. ic. 51. RAJ. ſyn. III. p. 54.
Chenopodium foliis triangulari ſagittatis, infra medium ſinuato dentatis, racemis longiſſimis LINN. Cliff. p. 85. ROYEN. p. 219.
Atriplex pes anſerinus dicta WEINM. T. 203. *b.*
II. *Chenopodium ſive pes anſerinus II.* TAB. p. 428. cum omnibus, quae inde derivantur, non videtur aliorſum pertinere, cum praeterea fieri vix potuerit, ut planta adeo vulgaris veteres lateret.

In hortis & vallis urbium.

Folia ſature viridia, absque farina, venoſa, duobus tantum aut tribus paribus dentium magnorum, anguloſe inciſa. Flores in racemos, valde ramoſos, quorum alii ex ſumma planta ſe efferunt, alii ex alis foliorum exeunt. Calyx albus, ora virente, per maturitatem vero globuli tota purpuraſcunt.

3. CHENOPODIUM folio levi, multis, & variis dentibus laciniato.

Pes anſerinus FUCHS. p. 633. omnino. DOD. p. 616.
Solatrum quartum TRAG. p. 304.
Blitum quartum TRAG. p. 714.

Atri-

Atriplex ſylveſtris ſive pes anſerinus latifolia laceris laciniis LOB. Ic. p. 254.
Atriplex dicta pes anſerinus I. B. II. p. 475.
Atriplex ſylveſtris latifolia C. B. P. H. OX. II. p. 604. ic. T. 31. RAJ. p. 198.
Chenopodium folio laciniato, coma purpuraſcente VAILL. p. 35.
Chenopodium erectum, foliis ſubtriangularibus, antice ſinuato dentatis, racemis erectis folioſis lateralibus LINN. Cliff. p. 85. ROYEN. p. 219.
Icon MERIANAE CXVII.

In hortorum areis, ruderoſis, ad vias.

Folio pariter virente eſt, dentibus etiam magnis, ſed pluribus, & variis, & difformibus: habitus ramoſiſſimus, & per totum caulem frequentiſſimi ex alis foliorum glomeres, foliis miſti, & breviores, quam folia, pariter, uti prioris, maturi erubeſcentes. Venenatam eſſe ſuesque necare ſuam plantam TRAIUS monet. Haec etiam nota cum priori n. 2. convenit, uti viriditate, & magnitudine dentium.

4. CHENOPODIUM folio ſubtus farinoſo, rhomboideo, multis, & minoribus dentibus ſerrato.

Chenopodium pes anſerinus I. TAB. p. 427. non recedit.
Icon *Chenopodii opuli folio* VAILL. T. VII. f. 1. meam plantam exprimit.
Atriplex ſylveſtris folio ſinuato WEINM. T. 202. *b.*
Icon MERIANAE XLI. huc videtur pertinere.

Ubique ſimilibus locis vulgatiſſimum eſt.

A prioribus manifeſto differt. Folia hinc viridia, inde polline farinaceo conſperſa, rhomboidea fere, lateribus, quae pediculum recipiunt, integris, ultimis vero varie & acute dentatis, dentibus, quam in 2. & 3. multo brevioribus, & frequentioribus, alternatim majoribus, & minoribus, aliquando tamen ita profundis, ut folium quaſi in lobos ſecent. Racemi pariter ramoſi, modo continuis glomerulis, modo alternis & remotis fiunt. Caulis erectus, continuo ramoſus.

Botryn utramque in ruderoſis frequentem, ſciens omitto.

5. CHENOPODIUM foliis inferioribus ovatis, acutis, ſummis lineari lanceolatis LINN. *hort. Cliff.* p. 84. ROYEN. p. 219.

Atriplex ſylveſtris FUCHS p. 119. bon. ic. GESN. Tab. coll. p. 67. DOD. p. 615. I. B. II. p. 972. qui utramque varietatem, ſerratam, & non ſerratam, icone exprimit RAJ. p. 197. &c.
Atriplex ſylveſtris folio ſinuato candicante C. B. Baſil. p. 34. etſi negat VAILL. cum monuiſſe praeſtitiſſet, removenda eſſe a planta CASPARI ſynonyma MATTHIOLI. Baſileae enim haec noſtra naſcitur. Atriplex vero MATTHIOLI ibi nulla provenit.
Chenopodium folio ſinuato candicante I. R. H. T. aut. de Par. p. 16. I. R. H.
β Videtur omnino varietas eſſe
Atriplex ſylveſtris III. CAM. Epit. p. 243.
Atriplex ſylveſtris foliis integris racemoſa I. B. II. p. 973.
Chenopodium foliis integris racemoſum RAJ. ſyn. III. p. 155.
Chenopodium folio oblongo integro DILL. Cat. Gieſſ. p. 154. nov. ſpec. p. 62.

Nihil vulgatius in agris, ad vias.

Caulis minus ramoſus, quam priorum. Folia ex longis pediculis, ima rhomboidea in univerſum, ſecunda portione multo longiori, eaque alias non inciſa, alias dentata, ſed vage & obiter, ſubtus copioſa farina adſperſa. Superiora vero, plerumque, & ſaepe omnia, lingulata, ſimplicia. Integumentum nigerrimi ſeminis peculiare, a calyce diverſum. Sub exitum autumni foliis dejectis fere nudum eſt, & rami meris racemis ſeminalibus undique cinguntur. Racemuli ubique ex alis foliorum eriguntur.

Hactenus in ſcriptorum Chenopodiis eruendis non ſine difficultate verſatus, reliqua facile expedio. Dentes certe ludunt, racemi in planta juniori ex alis proveniunt, in adulta in ſummitatem ſe efferunt: multitudinem etiam ſpecierum VAILLANTII, & RAII in *Synopſi* III. nullis modis adſequi potui, aut certis notis definire.

6. CHENOPODIUM faetidum, foliis farinoſis, glaucis, obtuſe rhomboideis.

Atriplex canina ſ. bonus Henricus TRAG. p. 715.
Atriplicis ſylveſtris altera ſpecies GESN. hort. p. 249. *b.*
Garoſmus DOD. p. 616. bon. ic.
Atriplex olida, puſilla, hircina, & vulvaria garum olens LOB. ic. p. 255.
Vulvaria DURANTE p. 485. LUGD. p. 543. TAB. p. 428. bene.
Atriplex foetida I. B. II. p. 974. C. B. Baſ. p. 34. H. OX. II. p. 605. T. 31. f. 6. &c.
Atriplex olida MERRET. RAJ. p. 198.
Chenopodium foetidum I. R. H. T. aut. de Par. p. 17.
Chenopodium foliis triangulari ovatis LINN. Cliff. p. 84. ROYEN. p. 216

Ad

Ad muros, ſub vineis, in Helvetia calidiori. *Baſileae* in ipſa urbe legi. *Genevae* I. B.
Sequentis n. 7. ſatis ſimile eſt, ſed patulum, ramoſum, procumbens, foliis glaucis, polline farinaceo copioſo adſperſis, rariſſime ſerratis. Racemi breves, exigui. Odor ipſe ad diſtinctionem ſufficit, qui muriam vehementer redolet.
Ad hyſterica mala laudant aliqui: in clyſteribus eo ſcopo CHOMEL.

7. CHENOPODIUM foliis integris, obtuſe acuminatis, racemis per caulem nudis, ramoſis.

Blitum FUCHS. p. 174? icon non recedit.
Blitum tertium TRAG. p. 713. cum icone.
Blitum album GESN. coll. p. 63. *b. ſylveſtre* EJUSD. hort. p. 250. *b.*
Blitum albus minus DOD. p. 617.
Blilum ſylveſtre CAM. Epit. p. 237. bene.
Polyſpermon Caſſiani Baſſi Anguillarae LOB. ic. p. 256.
Polyſpermon TAB. p. 837. bene.
Blitum erectius ſ. tertium Tragi I. B. II. p. 967. RAJ. p. 196.
Blitum polyſpermon C. B. Baſ. p. 34. PARK. HOFM. SIBB. *a ſeminis copia* C. B. P. LOES. HERM. &c.
Blitum minus polyſpermon a ſeminis copia HIST. OXON. II. p. 599. T. 30. f. 6.
Chenopodium Betae folio I. R. H. & aut. de Par. p. 187. cum deſcriptione RAJ. ſyn. III. p. 157. &c.
Blitum foliis ovatis LINN. Cliff. p. 28.
Atriplex ſeu Blitum polyſpermon dictum WEINM. T. 201. *b.* in icone, nam nomen indicat iconem *a.*
Chenopodium foliis ovatis integerrimis caule decumbente ROYEN. p. 218. Sed caulis manifeſto erigitur.
β *Blitum album minus* C. B. Baſ. p. 34. huc referri debet, ob ſynonyma.

C. B. in arenoſis circa *Michelfelden, Cliben, Riehen*, & pratis quibusdam urbis minoris. Bernae etiam in hortis & incultis non infrequens. I. B. Genevae in hortis.
Caulis rectus. Folia ſubhirſuta, ex rotunda latitudine in obtuſum mucronem ſenſim extenuantur. Racemi ramoſi, nudi, ex alis foliorum erecti. Stamina elaſtica. Frequenter ludit flore quadrifido. LINNAEUS ad Blita refert, quae monoſtemona ſunt: ſed fateor, in meis obſervationibus, numerus ſquamarum calycis, & ſegmentorum floris, conſtanter idem eſt, cum toties elaſtica diſſilire viderim.
Chenopodia hactenus dicta oleracea ſunt, & a pauperibus in cibum recipiuntur. Omnium plurimus ſuccus eſt, & ſubſalſus, hinc alvum lubricant, & refrigerant.

B L I T U M.

T. T. 288. LINNAEI n. 56. correctius vero in corollar. p. 56.

A Chenopodio differt calyce trifolio, & unico ſtamine. Species calyce ſucculento dicuntur BOERHAAVIO *Chenopodiomori.*

1. BLITUM foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis ſummis nudis ROYEN. p. 206.

Atriplex ſylveſtris lappulas habens C. B. Prodr. p. 58. & in MATTH. p. 363. bon. ic. PARK. RAJ. p. 197.
Atriplex mori fructu minima HIST. OXON. II. p. 606. T. 32. f. 11. HERM. in flor. & Hort.
Reliquas ſpecies Chenopodiomori, & puto recte, conjungit LINNAEUS.

I. GESNER in *Rhaetia* (Pariſiis JONQUET.)
Folia ſagittata, triangularia, in longis pediculis, margine paucis dentibus inciſo. Ad florum origines racemi florum ſeſſiles, rotundi; facti calycibus virentibus trifidis, qui per maturitatem ſucculenti fiunt, & ruberrimi, & ſemina conplectuntur utrinque gibba, nigra. Stamen unicum, apice didymo, ſemen conpreſſum, roſtratum duabus ſimplicibus antennis.

A M A R A N T H U S. T. T. 118.

AMARANTHI LINNAEI n. 716. aliqui.

Flores trifidi, aut quinquefidi, modo ſexu diſtincti, modo androgyni ſtamina tria aut quinque latis, unguibus MALPIGH. f. 157. Ovarium rotundum, ſed tricorne, monoſpermum, ſemine lenti vitreae ſimili, unico. Aliae ſpecies reperiuntur polyſpermae.

1. AMARANTHUS foliis ovatis emarginatis LINN. *Hort. Cliff.* p. 444.

Bliti ſylveſtris alia ſpecies GESN. hort. p. 250. *b.*
Blitum album minus CAM. Epit. p. 236. bon. ic. I. B. II. p. 967. bon. deſcr. RAJ. p. 200. MAGNOL. Char. p. 50. Bot. Monſp. p. 38.
Amaranthus ſylveſtris & vulgaris TOURN. aut. de Par. p. 385. cum deſcr.
Blitum rubrum minus VAILL. p. 21. cujus ſynonyma non placent DILL. ſyn. III. p. 157. FAB. III. p. 297.

Bernae

Bernae circa hortos. RAIUS *Baſileae.* I. B. Tiguri & *Genevae* in agris, & locis cultis.
Caules ſucculenti, debiles: folia nervoſa, ex rubro virent, apice leniter emargina-te, ſaepe ex rubro varia. Glomeruli florum paſſim circa caulem & in originibus folio-rum ſeſſiles, aliquando ſpicarum initia referunt. Segmenta calycis viridia ovata. Flores alii mares triſtemones, alii feminae ſemine unico, involucro tres tubas edu-cente.

Non credo ſatis diverſum eſſe, etſi ſeparet TOURNEFORTIUS,

Blitum maculis nigris in foliis GESN. tab. coll. p. 63. *b.*
Blitum rubrum minus CAM. Ep. p. 235. bene I. B. II. p. 967. C. B. Baſ. p. 34. H. OX. II. p. 599. RAJ. p. 200.
Blitum rubrum ſupinum LOB. ic. p. 250. bene
Blitum ſilveſtre ſpicatum T. aut. de Par. p. 399. cum deſcr. I. R. H. VAILL. p. 21. FABREG. III. p. 297.

PARIETARIA.

T. T. 289. LINN. n. 771. & omnium Auctorum.

Miſcentur in eodem faſciculo flores trium ſexuum. Maribus calyx profunde qua-drifidus, ſtamina quatuor TOURN. B. C., quae elaſtica vi reſiliunt, uti in Urtica, & cap-ſulas relinquunt inanes. In medio informe imitamentum ovarii. Feminis flos pa-riter quadrifidus, ſed longior. Ovarium ovato conpreſſum, eſt unum ſemen mem-branaceum. Tuba plumoſa TOURN. F. Androgynis, praeter femininas partes, qua-tuor longe minora ſtamina accedunt. Omnibus autem aliquot triangularia foliola, duo, aut tria, pro calyce ſunt.

1. PARIETARIA BRUNFELS I. p. 262. II. p. 23. III. p. 74. TRAG. p. 193. DORSTEN. p. 210. CORD. *hiſt.* p. 106. DOD. p. 102. I. B. II. p. 976. RAI. p. 206. BLAKWALL. T. 156. [non placet.]

Helxine FUCHS. p. 277. non placet MATTH. p. 1113. icon valde ramoſa CAM. Epit. p. 849. LUGD.
Helxine quae parietaria C. GESN. hort. p. 261. *b.* CORD. IV. C. 39.
Helxine Parietaria GESN. coll. p. 80. *b.*
Helxine, Parietaria, Vitriola, ſ. Perdicium LOB. p. 258.
Helxine vulgo parietaria CAES. p. 169.
Parietaria, Helxine TAB. p. 550. bona ic.
Parietaria officinarum & Dioſcoridis C. B. Baſil. p. 34. HIST. OXON. II. p. 600. T. aut. de Par. p. 292. I. R. H. MUR. p. 611. MAGNOL. Char. p. 71. ZAN. ic. 272. non bene.
Parietaria foliis lanceolatis ovatis LINN. hort. Cliff. p. 495.

In Helvetia paſſim. *Baſileae* ſub muris fani D. Margarethae. *Biennae* ad muros hor-torum & vinearum abunde. Tiguri C. GESNER. idemque in alpibus Rhaeticis.

Folia hirſuta, aſpera, venoſa, origine & fine peracuto, fuſi forma. Verticilli florum hiſpidorum, qui veſtibus haerent, ad origines foliorum denſiſſimi. Elaterem ſtami-num RAIUS olim, tum, cum faſtu aliquo, VAILLANTIUS deſcripſit. Sed idem in Urtica, Chenopodio & fere omnibus apetalis reperitur.

Ad calculos, urinam pellendam, & vulnera olim commendavit MATTHIOLUS: ad iſchurias FORESTUS. Succus ad tres uncias potus urinam cito movet CAMERARIUS. Sanguinem ſiſtere dicitur WELSCH. *mictom.* p. 28. Inter emollientes numeratur. Sa-por aqueus eſt.

2. *Parietaria minor ocimi folio*, Gottingae non infrequens, neque in Helvetia reperta eſt, neque forte ſatis a priori differt.

Quid eſt *Parietaria glabra* ACT. HAFN. ann. II. obſ. 130?

URTICA.

T. T. 308. LINN. n. 710. & omnium Auctorum.

Flores mares modo in una planta ſoli, modo in eadem ſtirpe cum feminis, ſimi-les Parietariae floribus, & pariter elaſtici, cum ſimili etiam calyce mellifero in medio, qui quaſi ſedem ovarii deſignat (MALPIGH. f. 216.). Flores feminae fiunt minoribus floſculis, etiam racemoſis, calycem vero efficiunt duae glumae ovales, aequales, quae per apicem hiantem dimittunt tubam pulchre & radiatim plumoſam (MALPHIGI l. c. D.) Semen utrinque acuminatum, nitens. Folia conjugata.

1. URTICA foliis oblongo cordatis LINN. *Cliff.* p. 440. ROYEN. p. 210.

Heiterneſſeln BRUNF. I. p. 151.
Urtica DORST. p. 301. BLAKW. T. 12. ſpec. maſculum, *major* FUCHS. p. 107.
Urtica vulgaris urens prima TRAG. p. 1. 2.
Urtica ſylveſtris major GESN. hort. Germ. p. 287.

Urtica II. MATTH. p. 1126. bene CAM. Epit. p. 862. non bene, CAES. p. 156. qui primus ſexus diverſitatem vidit.
Urtica urens altera DOD. p. 151.
Urtica ſylveſtris aſperior, ſ. Urtica communis ſ. major ſ. Urtica femina LOB. p. 521. eadem.
Urtica major ſ. ſylveſtris aſperior TAB. p. 534.
Urtica urens maxima C. B. Baſil. p. 66. H. OX. III. p. 434. T. aut. de Par. p. 374. I. R. H.
Urtica vulgaris major I. B. III. p. 445. RAJ. Hiſt. I. p. 160. MAGNOL. Char. p. 106.
β *Urtica rubra* TAB. p. 535.
γ *Urtica vulgaris urens altera* TRAG. p. 1. 2.
Urtica ολιγοφυλλος LUGD. p. 1246. quae ſcapus eſt unicus ex TRAGO exſcriptus.
δ *Urtica vulgaris minime urens* MENZ. pugill. rar. TILL. SLEVOGT. de Urtic. p. 9.
Plures varietates habet VAILLANT.

Ubique ad ſepes, & maceries.

Caulis tricubitalis, quadratus. Folia ad pediculum cordata, longo mucrone, ora ſerrata, aculeis urentibus conſperſa: quorum baſis latior & quaſi veſicula eſt. Flores a fructibus tota planta remoti, in julos oblongos. Eſt tamen ut in eodem ſtirpite uterque ſexus reperiatur, quod BOERHAAVIUS vidit, & R. J. CAMERARIUS E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* VI. *Obſ.* 211.

Sapor aquoſus, cum aliqua adſtringente efficacia. Ad haemorrhagias antiquitus laudatur, etiam in fotu DE LA BROSSE *nat. plant.* p. 511. BORELL. *Cent.* I. *Obſ.* 95. Ad ſcorbutum & haemorrhagias ſcorbuticas utilis eſt. Praeſtans antinephriticum eſſe in decocto SPIESS. *diſſ. de herb. antinephr.* & urinas quaſi cruentas pellere, etiam extus adplicatam CHOMEL. *ſuppl. aux pl. uſuel.* p. 170. Idem uncias duas ſucci in haemoptyſi expertus laudat, tum ad pleuritidem, & infuſum ad anginam, rheumatismos &c. Alvum in olere emollit, urinas pellit, pulmonem expedit.

2. URTICA foliis ovatis, amentis cylindraceis, androgyna. LINN. *Lapon.* n. 375.
Icon BRUNFELS. I. p. 154.
Urtica minor FUCHS. p. 108. CORD. p. 108. TAB. p. 535. RAJ. p. 161.
Urtica tertia TRAG. p. 3. CAM. Epit. p. 863. male MATTH. p. 1127. bon. ic. *major* in icone p. 3.
Urtica ſylveſtris minor C. GESN. hort. p. 287.
Urtica urens minima DOD. p. 152.
Urtica minor acrior LOB. p. 522.
Uctica urens minor C. B. Baſil. p. 66. H. OX. III. p. 435. T. aut. de Par. p. 375.
Urtica minor annua I. B. III. p. 446.
Urticoides urens PONT. Anthol. p. 219. ZANICH. p. 280. Novum nomen fecit, quod minime, uti pleraeque urticae, ſexu diſtincta ſit.

Similibus locis cum priore.

In univerſum folia rotundiora ſunt, mucrone obtuſiori, breviori, profundius inciſa, aculeis frequentioribus, caulis humilior, flores maſculi in eadem planta (R. I. CAMERAR. EPH. NAT. CUR. l. c.) ſeparati tamen a feminis SLEVOGT. l. c.

Ordo hic jubet interſeri aliquas plantas, quarum ſtamina in anomala ratione ſunt, incertoque numero, & paulo ſuperant floris ſegmenta.

FAGOPYRUM huc pertinet, ſed ſuperius relictum eſt cum Lapato, & Atriplice.

BISTORTA.

T. T. 291. ex vulgari ſpecie. LINN. n. 328. & omnium Auctorum.

Flores colorati, quinque ſubrotundis ſegmentis fiunt, quae in baſi coaleſcunt. Stamina octo BOERHAAVE. LINN. neque infrequenter decem. Semen alias triquetrum, (E) alias conpreſſum. Tubae etiam alias tres, alias duae.

1. BISTORTA foliis imis appendiculatis, ſemine triquetro.
α Pro varietate magis intorta, folio minus rugoſo.
Icon BRUNFELS. I. p. 61. abſque nomine.
Serpentaria mas ſive Bistorta FUCHS. p. 773.
Colubrina minor TRAG. p. 321. cum icone.
Bistorta minor foliis lenibus C. GESN. tab. coll. p. 63.
Bistorta DOD. p. 333. & de purg. p. 40.
Bistorta major CLUS. p. LXIX. H. EYCHST. Vern. Ord. IX. fol. 2. f. 1.
Bistorta Britannica LOBEL. ic. p. 292.
Britannica minor, colubrina minor TAB. p. 435. folio nimis rotundo.

Bistorta

Bistorta major radice magis intorta C. B. non autem omnia ſynonyma H. OX. &c.
Bistorta media folio minus rugoſo I. B. III. p. 539. RAJ. p. 186.
β Pro varietate minus intorta folio rugoſo
Naterwurz Weiblein BRUNFELS. I. p. 62.
Colubrina ſeu ſerpentaria femina FUCHS. p. 774.
Bistorta major TRAG. p. 321.
Bistorta CAM. Ep. p. 683. bon. ic. BLAKW. T. 254.
Bistorta major rugoſioribus foliis GESN. coll. p. 63. I. B. III. p. 538.
Bistorta major LOBEL. Adverſ. p. 121. RAJ. p. 186.
Bistorta major ſerpentaria TAB. p. 434.
Bistorta major radice minus intorta C. B. Baſil. p. 57. H. OX. I. R. H. GARIDEL. p. 62. ic. 84.
γ Varietas folio dodrantem, & pedem longo, in Helvetia non rara, eſt
Bistorta alpina maxima SCHWENKFELD. p. 31. C. B. Prodr. p. 100. I. B. III. p. 539.

Vulgaris illa in pratis udis montanis, ubique naſcitur. Bernae inter Balneum exterius, & molendina *im Sulgenbach*.

Nulla vera eſt utriusque diverſitas. Radix cylindrica, incurva, inſtar vermis replicata, ſemel, bis, ter, absque certo ordine. Folia ima pediculis longis & appendiculatis innituntur, ſuperiora anguſta ſunt, & caulem amplectuntur: Orae modo planae, modo rugoſae, uti magnitudo diverſiſſima eſt. Spica teres, denſa, ſub quovis flore ſquama argentea ſicca. Flos pediculo inſidet, & perpetuo, quantum vidi, roſei coloris eſt, monophyllos, quatuor, & quinque ſegmentis ovatis, leniter acuminatis. Semen triquetrum, tetraedrum.

Bistortae radix acido auſtero ſucco plena eſt, & valide adſtringit externo uſu, in vacillatione dentium, aut interno, ad diarrhoeas, dyſenterias, haemorrhagias, fluores albos commendata. Sed liceat monere, haec medicamenta tunc demum adhiberi poſſe, quando unice adſtringendum eſt, & fibra roboranda, nocere vero quoties aliquid corrigendum eſt in eo ipſo humore, qui fluxionem facit v. g. in dyſenteriis.

2. BISTORTA foliis ad oram nervoſis, imis ovalibus, ſuperioribus linearibus, ſemine gigartino. 873

Bistorta minima ARET. p. 234. *b*.
Limonii ſpecies minor GESN. add. ad hort. p. 265.
Bistorta minor ſive alpina CAM. Epit. p. 684. egregia icon.
Bistorta minor CLUS. Pann. p. 479. [etſi folia ima deſint] Hiſtor. p. LXIV. RAJ. p. 187.
Bistorta minor noſtras LOB. Illuſtr. p. 80. PARK. p. 392.
Bistorta minima I. B. III. p. 539.
Bistorta alpina media C. B. P. ex CAM. RAJ. p. 187. I. R. H.
Et *Bistorta alpina minor* EJUSD. ex CLUSIO, PARK. I. R. H.
Bistorta minor ſ. alpina MORIS. II. p. 585. ex CAM.
Bistorta alpina minima ſobolifera EJUSD. ib. ex CLUSIO.
Bistorta pumila foliis variis rotundis & longis EJUSD. ib. ex PARKINSONIO.
Bistorta alpina pumila varia PARK. p. 392. RAJ. p. 187. SCHEUCHZ. It. II. p. 130.
Bistorta montana minima BARR. ic. 489. non bene.
Bistorta media folio minus rugoſo PLUKN. T. 151. f. 2. quod ad iconem.
Bistorta alpina minima foliis imis ſubrotundis & minutiſſime ſerratis RAJ. ſyn. III. p. 147.
Bistorta &c. AMMAN. Ruthen. n. 243. p. 199.
Reliqua nomina vide in Itin. Helvet. n. XXXVII. Tres enim & quatuor plantas ex hac unica fecerunt ſcriptores etiam optimi.

In Jurae & Alpium pratis editis. In M. Falconario, & adſcenſu *Dolae* inveni. In Alpibus ubique.

Caulis vix ultra pedalem. Folia ima absque appendicibus, adcurate elliptica, ſuperiora acuta, omnia nervis validis diſtincta, qui oram ita ſecant, ut quaſi punctata videatur, aut ſerrata. Spica multo varior, quam in priori. Flos perpetuo albus, ut male varietatem candido flore diſtinxerit PONTEDERA. Semen acino uvae ſimile, ſive orbiculo adpendiculato. Cuticulam habet, quam facile exuit. Frequenter ſemina in ipſa ſpica in folia degenerant, quod olim vidit CLUSIUS, & TOURNEFORTIUS ex vulgari ſpecie pingit.

PERSICARIA.

T. T. 290. LINN. n. 96. & omnium Auctorum.

Flos, uti Bistortae, ex calyce profunde quinquefido, ſegmentis ovalibus, duorum ordinum, fere quinque. Stamina quinque, ſex, ſeptem, octo. Tuba profunde bifida, aut duae, antennis in globulos terminatis. Semen conpreſſum, duobus angulis terminatum.

Perſicaria 1. cum Bistortis adeo cohaeret, ut, ſi quid mutare placeret, certiſſime Perſicariae genus expungerem. Facies, vis medica, flos, eadem ſunt, ſemen denique in Bistortis inconſtans eſt, ſpicam Bistortae habet Perſicaria prima, ſpicam Perſicariae Bistorta ſecunda, quae eadem ſemen Perſicariae ſimile nacta eſt.

1. PERSICARIA foliis ſerratis, ſpica denſa cylindrica.

Lapathum aquaticum . . foliis . . parum lanuginoſis . . flore bistortae ſimili GESN. Tab. Coll. p. 84. *b.*
Fontalis ſive Potamogeiton DOD. Cereal. p. 227.
Potamogeiton DOD. Hiſtor. p. 582.
Potamogeiton ſive ſtachytes, fontalis & ſpicata LOB. Ic. p. 307. ADV. p. 128.
Potamogetum anguſtifolium TAB. p. 740.
Potamogeton ſalicis folio C. B. LOES. MUR. p. 617. &c.
Potamogeiton ſive fontalis Perſicariae folio 1. B. III. p. 777.
Fontalis major latifolia PARK. p. 1255. in icone *longifolia*,
Et *Fontalis major latifolia vulgaris* id. p. 1254.
Petſicaria ſalicis folio perennis HERM. H. L. B. p. 488. cui florem viridem tribuit in *Catal. plant. indig.* p. 84. BOERH. PETIV. Muſ. n. 94.
Perſicaria ſalicis folio Potamogeton anguſtifolium dicta RAJ. p. 184. I. R. H. aut. de Par. p. 221. &c.
Potamogeton anguſtifolium ſ. ſalicis folio H. OX. II. p. 587.
Perſicaria florum ſtaminibus quinis corollam ſuperantibus ſtylo bifido LINN. Cliff. p. 41. ROYEN. p. 216.
β *Perſicaria paluſtris fluitans, foliis brevioribus, & latioribus, florum ſpica ſpecioſa purpurea conpactiore* RUPP. p. 78. BUXB. ERNDL. LEOPOLD. &c.
γ *Perſicaria acida peculiaris* JUNG. HOFM. flor. Altd. TREW. Comm. Lit. Nor. 1737. T. V. f. 1. 2.
Perſicaria altera cui folium aſperiuſculum & ſine maculis CAES. p. 167.

In piſcinis abunde, & in lacuum litoribus tranquillioribus. Bernae paſſim v. g. in piſcinis *im Sulgenbach.*

Haec planta *amphibia* eſt, uti PLUKNETUS notat. p. 288. In aquis folia ita explanat, ut inſtar Potamogetonis 1. ſuperficiei incumbant. In terram transpoſita mutatur, hirſutula fit, & ſtrictior, erigitur, & ſterilescit., tuncque eſt planta γ. de qua peculiari diſſ. egit SCHULZIUS.

Folia Bistortae, longa, ſolidiora, nervis parallelis conſpicua, ſaepe appendiculata, ora ſubtiliſſime ſerrata. Ex alis foliorum in longis ſcapis aphyllis ſpicae, quas ex aquis effert, Bistortae ſimillimae, denſae, teretes, perpetuo rubellae. Flori cuilibet duo foliola quaſi calycis loco ſunt; ipſe conſpicua ſpecie, eſt, ſtaminibus quinque valentibus, flore brevioribus. Tuba profunde bifida, antennis capitatis. Semen ovatum conpreſſius. In origine cujusque ſegmenti floris macula ſature purpurea.

Laudatur ob vires Lithontripticas: videtur adſtringere, uti Bistortae, & Lapatha, & vulneraria eſſe, ad calculum vero aut pellendum, aut comminuendum vires ſufficere non videntur. Vide TREW. *Commerc. Noric.* 1737. *hebd.* 47. ad finem uſque.

2. PERSICARIA foliis non ſerratis, pene glabris, vaginis florum ciliaribus, ſpicis denſioribus.

α Varietas maculata, quae cum *rubro* & *albo* flore perinde frequenter reperitur.
Perſicaria RUELL. p. 410. FUCHS. p. 630. DOD. Pempt. p. 608. CAES. IV. c. 34.
Molybdaena GESN. ind. p. 65.
Perſicaria altera TRAG. p. 91.
Perſicaria maculata GESN. coll. p. 95. *b.*
Peuſicaria mitis maculoſa LOB. Ic. p. 315. I. R. H. ZANICH. ic. 133.
Perſicaria maculoſa RAJ. p. 183. BLAKW. T. 118. commode.
Huc icones TREWII l. c. 5. 6.
β Hujus varietas maxima & lunata macula, qualem olim DODONAEUS pinxit,
Perſicaria mitis maculis ferrum equinum referentibus SCHOL. BOT. p. 7. PLUKN. BOERH. RAJ. III. p. 117. TILL. VAILL. RUPP. BUXB. &c.
γ Perſicaria non maculata, perinde albo & rubro flore.
Perſicaria DOD. Cereal. p. 271.
Perſicaria altera MATTH. p. 584. CAM. Epit. p. 353. TAB. p. 857.
Perſicaria mitis non maculoſa I. R. H. &c.
Huc icones TREWII l. c. f. 3. 4.
δ Varietas folio ſubtus lanuginoſo.
Perſicaria major in agro Nervienſi &c. LOB. Obſerv. p. 171. niſi potius pertinet ad ſpeciei I. varietatem.
Preſicaria major foliis aſperis THAL. p. 85. niſi & haec ad I. pertinuerit.

Ubique in hortis, agris, foſſis, ad vias.

Radix, quae Bistortae craſſa eſt, gracilis, & longa. Caulis procumbens, ſub foliis nodoſus. Folium non appendiculatum, longum, lanceolatum, inferne nervo & ora

ora hirſutis, & aliquando tota ſuperficie, in varietate δ & ε. ſaepe maculata, ubi latiſſima ſunt, maxime, quae terrae propiora, ſaepe, & ſuperiora fere ſemper, pura. Sub ſingulo flore infundibulum, quod pro vagina eſt, idque perpetuo pilis brevibus, quaſi ciliis, barbatum. Spica rarior prima ſpecie, denſior quinta, non continua, ut primae, ſed interrupta, Floris color variat & inmaturo viridis eſt, qui color novam varietatem dedit MERRETI p. 93. caeterum albus, aut ruber. Tubae unicae antennae duae, globulo terminatae. Stamina plerumque ſex: non raro tamen ſeptem, quina regulariter diſpoſita, unum, aut duo acceſſoria.

Sapor acidulus, adſtringens, mitis, nitroſus. Vulneraria eſt, decoctum laudatur ad injectiones pro repurgando pectore in hominibus, quibus pus emiſſum eſt facta Paracentheſi. Ad ulcera difficilia CRATO *Epiſt.* L. III. p. 281. Ad gangraenas ſiſtendas pariter commendatur, officinis tamen non notiſſima. Aquam deſtillatam calculum expugnaſſe legitur apud BOYLE de *util. phil. exp.* p. 160. quod nimium eſt, neque reſpondit experienti BOERHAAVIO *Prael.*

3. PERSICARIA foliis non ſerratis, ſubtus tomentoſis.

Perſicaria folio ſubtus incano RAJ. ſynopſ. III. p. 145.
Et forte etiam *Perſicaria maculoſa, procumbens, foliis ſubtus incanis* EJUSD. p. 146. licet noſtrae rami erigantur.
Perſicaria mitis, maculoſa, caulibus & ramis nodoſiſſimis, rubris BOERH. Ind. Alt. II. p. 87.

Nimis inſignis haec eſt varietas, quam ut cum prioribus tacite conjungi poſſit. Caules eriguntur, dodrantales, ruberrimi. Folia maculata, aut non maculata, ſubtus ſericeo tomento albo obducuntur, & diffracta fila trahunt. Flores in ſpicis denſis albi, aut rubri, plerumque quadrifidi, cum ſtaminibus ſex, & ciliatis vaginis, quibus, & ſapore, cum miti convenit.

4. PERSICARIA foliis anguſtiſſimis, pene glabris, ſpicis interruptis rariſſimis, vaginis ciliaribus. 879

Perſicaria anguſtifolia C. B. Prodr. p. 43. Baſil. p. 29. PARK. RAJ. p. 183. I. R. H. T. aut. de Par. p. 220.
Perſicaria anguſtifolia ex ſingulis geniculis florens PETIV. Muſ. n. 90. RAJ. ſyn. III. p. 145.
β Nullo modo differt ex ſide horti ſicci C. B.
Perſicaria puſilla repens LOB. Ic. p. 316. PARK. RAJ. Hiſt. p. 183. ſyn. III. p. 145. PETIV. n. 92.
Perſicaria pumila TAB. p. 858.
Perſicaria minor C. B. Phytop. p. 57. Baſil. &c.
Quae floribus *purpureis* variat LEOP. p. 129. & *albis* MAGNOL. Char. p. 152. TILLI BUXB. LEOP. &c.

In foſſis, & gramineis, in quibus aqua ſtagnat. C. B. anguſtifoliam *Michelfeldae*, minorem in agris *Haltingenſibus* & *Huningenſibus*.

Haec vel ſpecies, vel prioris 2. varietas, tota gracilior eſt, foliis anguſtioribus, non maculatis, ſpica ſtrigoſa, & rara, uti in n. 5. fere alterna, vaginis ſub ramis, aut floribus, ſtrictioribus, & in longos pilos exeuntibus. Flos prioris. 2. Media eſt inter 2. & 5.

5. PERSICARIA acris, ſpicis longis ſtrigoſioribus, vaginis non ciliatis. 878

Pulicaria maſcula BRUNF. II. p. 18.
Pulicaria femina id. p. 19. TRAG. p. 90.
Perſicaria DORST. p. 216. *b.*
Hydropiper FUCHS. p. 842. GESN. coll. p. 82. DOD. Cereal. p. 269. CAES. p. 168. LUGD. BLAKW. T. 119.
Perſicaria altera acris quae Hydropiper CORD. Dioſc. II. c. 19.
Hydropiper ſive Perſicaria MATTHIOL. p. 583. CAM. Epit. p. 352. PARKINS.
Hydropeperi DOD. Pempt. p. 607.
Hydropeperi, Perſicaria, Hydropiper LOBEL. Ic. p. 318.
Perſicaria ſ. Hydropiper I. TAB. p. 857.
Perſicaria acris ſ. Hydropiper I. B. III. p. 780. HIST. OXON. II. p. 589.
Perſicaria urens ſeu Hydropiper C. B. Baſ. p. 29. I. R. H. aut. de Par. p. 214.
Perſicaria florum ſtaminibus ſenis, ſtylo bifido LINN. Cliff. p. 42. ROYEN. p. 216.
Icon. TREWII l. c. f. 7. 8.
β *Flore albo* JOHREN. LEOP. &c.

Ubique in foſſis aquoſis.

A miti facile diſtinguitur habitu ſtrigoſo, foliis anguſtioribus, nunquam maculoſis, ſpica graciliori. Flos prioris eſt ſ. ſecundae, tuba profunde bifida, antennis capitatis. Vaginae breves, latae, reſectae, glabrae, non ciliatae, exceptis iis, quae ramorum diviſionibus ſubponuntur. Sapor cauſticus.

Cum acri indole acidam naturam conjungit. Exterius ad tumores oedematoſos cum fructu adhibetur, teſte CHOMELIO & BOERHAAVIO. Ulcera, maxime jumentorum

ſanat & quae per vetuſtatem fiſtuloſa facta ſunt. Aqua deſtillata ad uncias duas vel tres ſpecifica vi vicioſum gluten veſicae & renum expellit. Infuſum in hydrope & in ictero aperiendo convenit, temperatum Acetoſa aut paſſulis *Comm. Noric.* 1739. *hebd.* 18. ubi accuratae analyſes chemicae habentur quatuor ſpecierum Perſicariae.

POLYGONUM.

TOURN. T. 290. LINN. n. 329. & omnium Auctorum.

Calyx coloratus, profunde quinquefidus. Scamina quinque in uno ordine, tria extra ordinem interius. Semen triquetrum, erigit tres tubas breves. Adeoque Bistortae ſimillimum eſt, ſeparari vero poteſt, in methodo naturali, caule procumbente, ramoſiſſimo, vaginis ſub foliis & ramis magnis, coloratis, ſiccis, barbatis. Sed haec cum Perſicaria communia habet, a qua Tubis tribus differt, & ſtaminibus conſtanter octonis.

1. POLYGONUM RUELL. III. c. 79. BLAKWALL. T. 315. LINN. *Cliff.* p. 150. GRON. ROYEN.

Proſerpinaca DORST. p. 235.
Polygonum mas FUCHS. p. 614. MATTH. p. 951. bon. ic. CAM. Ep. p. 688. foliis anguſtioribus DODON. p. 113.
Polygonum maſculum TRAG. p. 390.
Polygonon GESN. coll. p. 98.
Polygonus mas GESN. hort. p. 271. *b.* LUGD.
Polygonum vulgare, *Sanguinaria*, *Centumnodia* LOBEL. Adv. p. 179.
Polygonum quod vulgo centinodia CAES. L. IV. c. 36.
Polygonum majus, *corrigiola* TAB. p. 832.
Polygonum latifolium C. B. Baſ. p. 82. P. H. OX. II. p. 591. T. aut. de Par. p. 351. I. R. H. ZANICH. ic. 201. valde parvum.
Polygonum ſ. Centumnodia I. B. III. p. 377.
Polygonum vulgare RAJ. p. 184.
β Flore *albo* VAILL. GAR. TILL. BUXB.
γ Foliis *rubentibus* SCHWENKF. p. 163.
δ *Aphyllon* BROM. DILL. Cat. Gieſſ. p. 165. ZAN.
ε *Folio brevi*, & *anguſto*
Polygonum II. TAB. p. 433. cujus III. parum differt, neque eſt illud *longo anguſtoque folio* Italiae & Hiſpaniae, ſecundum MORISONI.
Polygonum brevi anguſtoque folio C. B. P. I. B. III. p. 316. RAJ. ſyn. III. p. 376.
ς Foliis ovatis, vaginis majoribus
Polygonum ſaxatile C. B. Prodr. p. 131. PARKINS. RAJ. ſyllog. ext. p. 208. & hiſt. p. 185. I. R. H.

Varietates α. β. γ. δ. ε. ubique promiſcue ad vias, & in agris naſcuntur. Ultimam, quae *marini* ſimilior eſt, in arce *Wallenburg* legit C. B.

Caulis ad foliorum ortum directionem mutat, & intumeſcit. Vaginae ſub foliis, quales dixi. Folia in univerſum ex ellipticis accuminata, ſed modo anguſtiora, modo latiora: majora vero, quae a radice remotiora. Flores ſolitarii, vel pauci, inſident origini foliorum, colorati, calycis imagine picti, uti Fagopyrum.

Siccat, adſtringit. FALLOPIUS ad hernias ſanandas laudat, quas certe ſolus culter fideliter ſanat, CAMERARIUS ad vomitum ſanguinis. In vulneribus recentibus conglutinandis laudatur. Hiſtorias haemorrhagiae, dyſenteriae, ani prolapſi adplicatu curatarum CHOMELIUS habet *ſuppl. aux pl. uſuell.* p. 149. ſucci vero uncias duas, & tres, aut infuſionem in vino vel aqua in dyſenteriis & ſanguinis jacturis expertus laudat idem *pl. uſuel.* p. 575.

HERNIARIA.

TOURN. T. 288. LINNAEI n. 93. & aliorum.

Calyx quinquefolius, ſtamina quinque, ſemen unicum, quod contra CORDUM, TOURNEFORTIUM & PRESTONUM recte obſervat DILLENIUS, emittens tubam bifidam.

1. HERNIARIA calycibus bractea nudis LINN. *hort. Cliff.* p. 41.

Millegrana CORD. I. c. 36. p. 98.
Empetron TRAG. p. 527.
Helleborine vera veterum GESN. Epiſt. p. 134.
Herniaria GESN. hort. p. 261. *b.* Collect. p. 81. DOD. p. 114. RAJ. p. 214. BLAKW. T. 320.
Polygonum minus MATTHIOL. p. 953. CAM. Epit. p. 690. (non placet) HOFM. &c.

Herba

Herba Turca ſive Herniaria LOB. Ic. p. 421.
Herba Turca CAES. IV. c. 20. p. 159.
Herniaria glabra I. B. III. p. 379. I. R. H. &c.
Polygonum minus, ſeu millegrana major C. B. Baſil. p. 83. &c. *ſ. Herniaria vulgaris* H. OX. II. p. 593.
β Hirſuta varietas
C. B. Baſ. p. 85. I. B. l. c. I. R. H. ZANICHELL. ic. 284. &c.

Baſileae ad vias, reperi autem trans pontem Wieſae, ſequendo fluvium, ſed contra fluentum eundo. Genevae locis ſiccis I. B. Tiguri videtur legiſſe GESNERUS.

Facies Polygoni, folia, glomeruli florum, ſed frequentiones: vaginae ſiccae ſub ramis conveniunt, ſtaminibus differt.

Acris eſt, ſubſalſa, ſtiptica. Ad Hydropem, ad pellendum calculum, ad vulnera recentia, ad hernias ab ipſis HOLLERII temporibus laudatur, a quo HOLLERIANA dicta eſt. Experimentum in hydrope a potu nimio aquae narrat CHOMEL. *plant. uſuel.* p. 248. & *ſuppl.* p. 83. addit ita valide urinas pellere, ut noceat in calculo.

CAMPHORATA.

T. *Memoir de l'Acad. des Scienc. 1705.*
SELAGO LINNAEI n. 519.

Fabrica floris paulum differt a prioribus, cum ſegmentis ſit inaequalibus, quinque; ſtaminibus tantum quaternis. Calycem praeterea addit quadrifolium LINNAEUS. Sed habitus conjungere jubet, & exiguitas petalorum permittit, quae TOURNEFORTIUS & MAGNOLIS non viderunt.

1. CAMPHORATA foliis confertiſſimis, inermibus, levibus.
Plinii Camphorata minor Dalech. LUGD. p. 1179.
Camphorata glabra C. B. Baſil. p. 113. RAJ. ſyll. ſtirp. exter. p. 83. HIST. OXON. III. p. 614.
Camphorata minor PARK. p. 569. RAJ. Hiſt. p. 211.*.
Ad agrorum ſemitas verſus *Otlingen* C. B.

Caulis ramoſiſſimus, folia quaſi in laricis faſciculis conferta, ſemitriquetra, leniſſime hirſuta, dura. Ab hirſuta videtur differre. Etſi enim hujus ſpeciei folia, quae flores non continent, non valde hirſuta ſint, caulis tamen ſemper tomentoſus eſt, & mollior.

Camphoratae infuſum ad recentem hydropem laudat BURLET in ACT. ACADEMICIS GALLICIS 1703. *hiſtoir.* p. 65. ſeqq.

2. CAMPHORATA vaginis ſpinoſis.
Anthyllis altera Italorum LOB. p. 404. LUGD.
Camphorata altera TAB. p. 18. AMBROS.
Camphoratae congener C. B. RAJ. ſyll. & hiſtor. p. 210. MAGN. in Hort. & Bot. MOR. III. p. 614.
Camphoratae congener ſive anthyllis altera Italorum PARK. p. 69.
Herniaria foliis longis, anguſtis, acutis, & glabris MAGNOL. Charact. p. 51.
Chenopodium annuum humifuſum folio breviori & capillaceo I. R. H. TILL. VAILL. GAR. FAB. III. p. 160.
Chenopodium folio capillaceo ZANICH. p. 65. ic. 276. male.
STAEHELINUS „naſci, niſi fallor, eodem loco, ubi priorem indicat C. B.

Ad Kalia potius adcedit, Caulis erectus. Folia ex lata & ſeſſili baſi in argutum mucronem extenuantur. Quot folia, tot paria ſquamarum ariſtatarum albicantium. Intra has floſculus nitens, paleacei coloris, quatuor factus inaequalibus ſegmentis. Semen rugoſum, involucro tenaci, ſericeo, obvolvitur.

THESIUM LINNAEI. n. 173.

LINOPHYLLUM PONTEDERAE.
LINOSYRIS KNAUT. p. 32. RUPP. p. 76. BUXBAUM, REHFELD.

Ovarium monoſpermum flore coronatur, ſive fundo calycis ita innaſcitur, ut laciniae quinque ex ſummo ſemine naſci videantur. Calyx campaniformis quinquefidus, aut quadrifidus, interius florali colore tingitur. Ex lateribus calycis tot ſtamina, quot floris ſegmenta. Tuba ſimplex, apice globoſo.

1. THESIUM LINN. *Hort. Cliff.* p. 41.
Anonymos Lini folio CLUS. Pann. p. 312. icon plantae quae ſemine maturo onuſta eſt, Hiſtor. p. 324. VOLC. HOFM. &c.
Anthyllis montana LUGD. p. 1150.
Onobrichis IIII. lutea Dalech. LUGD. p. 491. alia icon, anguſtiori folio.
Linaria montana ſ. ſylvatica THAL. p. 72.

883

Lina-

Linaria adulterina TAB. p. 826. ex CLUSIO RAJ. p. 399. syn. III. p. 702.
Linaria montana floſculis albicantibus C. B. Baſil. p. 62. &c.
Linariae ſimilis I. B. III. p. 461. PLUKNET. p. 223.
Seſamoides montanum procumbens noſtras linariae folio floribus albicantibus H. OXON. III. p. 601.
Sanamunda linariae folio MAGNOL. hort. Monſp. p. 150.
Alchimilla linariae folio calyce floris albo I. R. H. aut. de Par. p. 50. FAB. II. p. 44. cum deſcriptione.
Linophyllum alpinum latifolium majus PONTED. Anthol. p. 262.
β *Flore ſubluteo* I. R. H. PONTED. FAB. &c.
γ *Alchimilla Garganica, Linariae folio, calyce floris tricuſpide* MICHELI apud TILL. hort. Piſ. p. 6.
δ *Alchimilla alpina Linariae folio calyce florum albo in foliorum alis* MICHELI ibid.

In Helvetiae pratis montoſis non rara. In M. *Gurten* haud longe Berna. Inter *Mutetz*, & *Mönchenſtein*, in M. *Reichenſtein* & *Michelfeldae* C. B. In montibus Biennenſibus inter *Ilſingen* & M. *Feuerſtein* copioſiſſime. In M. Genevenſibus. In alpinis humilioribus ubique.

Folia firmula, peranguſta, *linearia*. Caulis ramoſiſſimus: ex ramis juxta totam caulis longitudinem flores; hinc junior planta varietatem δ exprimit. Flos junior viridis, albo pictus, per aetatem flaveſcit.

PERCHEPIER.

RAII. BOERHAAVII.
ALCHIMILLAE ſpecies T. *APHANES* LINNAEI n. 90.

Cum Alchimilla convenit flore ventricoſo, quadrifido, ſtaminibus tantum quatuor, ſemine libero, conico, compreſſo, tuba ex baſi prodeunte: differt calyce tantum quadrifido.

325

1. PERCHEPIER.

Percepier Anglorum LOBELII ic. p. 727. ADV. p. 324. LUGD. RAJ. p. 209. VAILL. &c.
Scandix minor TAB. p. 96. bene
Alchimilla minima montana COLUMN. Ecphraſ. p. 148. ic. p. 146. optima icon, etſi a Perchepier ipſe diſtinguat I. R. H. aut. de Par. p. 48. IC. REG. T. 12. FAB. II. p. 44.
Chaerophyllo nonnihil ſimilis C. B. Baſ. p. 45.
Perchepier Anglorum quibuſdam I. B. III. P. II. p. 74.
Alchimilla annua minima hirſuta, foliis inferne candicantibus H. OXON. II. p. 195. T. 20. f. 4. &c.
Aphanes LINN. Cliff. p. 39. ROYEN. p. 231. GRONOV.

In arvis abunde.

Caulis erectus & tota planta hirſuta, Folia trilobata: lobus medius denuo trifidus, lacinia media tridentata, lateralibus bidentatis: lobi vero laterales bipartiti, laciniis bifidis, & trifidis. Florum faſciculi inſident foliorum alis absque pediculis.

Conjunctio hujus plantae, hinc cum Paſſerina, & Linoſyride, inde cum Alchimilla, retinet hic Alchimillam, quam non male cum LINNAEO poſt Quinquefolia ponerem.

II. PLANTAE APETALAE STAMINIFERAE.

ORDO V.

QUIBUS PAUCIORA STAMINA QUAM SEGMENTA FLORIS SUNT.

ALCHIMILLA.

ALCHIMILLAE ſpecies aliquae T. T. 289.
ALCHEMILLA LINN. n. 83.

Haec una in tota claſſe habet calycis campaniformis, tubuloſi, lacinias bis tot, quot ſtamina, nempe quatuor majora, minora quatuor, omnia triangularia, ad angulum rectum patentia. Quadrata & fungoſa ſubſtantia initium expanſionis calycis oblinit, eaque edit in intervallis ſegmentorum ſtamina quatuor. Tuba per hanc placentam eminet, bifido fine, & latiuſculo, terminata, ex imi ovuli latere orta, quod in calycis fundo ſedet, & apicem per mediam illam coronam quadratam emittit. RAIUS & KNAUTH & alii ſemina duo faciunt, invenio vero perpetuo unicum, ex ovato acuminatum.

1. ALCHIMILLA folio integro ſtellato polygonio.

323

Herba vulneraria BRUNFELS. II. p. 57.
Pes Leonis ib. III. p. 79. FUCHS. p. 612. GESN. coll. p. 96.

Alchi-

Alchimilla DORSTEN. p. 22. *b.* bene TRAG. p. 512. H. EYSTETT. Vern. Ord. VI. fol. 10. f. 2. CAESALP. p. 557. LOBEL. p. 663. DODON. p. 140. RAJ. hiſt. p. 208. BLAKW. T. 72.
Droſium CORD. Hiſt. II. c. 92.
Stella herba GESN. *hort* p. 283.
Stellaria MATTHIOL. p. 1177. CAM. Epit. p. 908. ic. opt. LUGD.
Alchimilla vulgaris CLUS. p. CVIII. C. B. Baſ. p. 90. I. R. H. IC. REG. T. 13. GARID. p. 15. ic. 4.
Alchimilla ſtellaria TAB. p. 86.
Pes Leonis ſive ſtellaria I. B. II. p. 398. *i.*
Alchimilla perennis viridis major foliis ex luteo virentibus H. OX. II. p. 195. S. II. T. 20.
Alchimilla foliis palmatis LINN. Cliff. p. 38. ROYEN. p. 231.
β Calyce floris albo I. R. H.
γ *Alchimilla minor* MORIS. Praelud. p. 228. HIST. OXON. II. p. 195. RAJ. p. 209.
Alchimilla minor perennis alpina WALTH. ind. hort. ſui. p. 51.
Alchimilla alpina minor JONQ. p. 5. IC. REG. T. 12.
δ *Alchimilla alpina maxima* SCHEUCHZ. It. IV. p. 329.

Prima ubique in pratis & ſylvis frequens eſt. Tertiam humilem, duriorem, foliis ſimplicioribus, anguſtioribus, inveni in deſcenſu M. *Scheidek* verſus *Schwarzenbach*. Quartam SCHEUCHZER in alpina valle Glaronenſium, dicta *Bærenboden*.

Folia inſtar ventilabri plicata expanduntur in octogoni, decagoni, dodecagoni ſpeciem, cujus unus alterve angulus pediculo proximus deficit. Angulorum praeterea orae ſerratae ſunt. Flores in laxas umbellas, ſupra folia ſe efferunt, quas ramoſi pediculi faciunt.

Inſigniter adſtringit, ad flagitium uſque. Vulneraria eſt, ad ramices laudatur, ſicca tota, & ſtyptica.

2. ALCHIMILLA foliis digitatis, ſubtus argenteis.

Schaaf-Suppen ARET. Neſſ. 234. *b.*
Argentaria GESN. Mont. fract. p. 64. tab. coll. p. 59. *b. petraea* hort. p. 248.
Stellaria argentea CAM. Epit. p. 909. optime
Heptaphyllon CLUS. Pann. p. 490. Hiſt. p. CVIII.
Alpinum petroſum & minus pentaphyllum LOB. Adv. p. 307.
Tormentilla candida DALECH. p. 1175. non bene.
Tormentilla alpina folio ſericeo C. B. WAGNER.
Pentaphyllum ſive potius heptaphyllum argenteum flore muſcoſo I. B. II. p. 398. l. 598. lit. *f.*
Alchimilla perennis incana argentea, ſeu ſericea, ſatinum provocans H. OX. II. p. 195. T. 20. f. 3.
Alchimilla alpina pentaphyllos RAJ. p. 209. ſyn. III. p. 157. SCHEUCHZ. It. I. p. 29.
Alchimilla argentea montana pentaphyllos BARREL. ic. 756.
Alchimilla pentaphyllaea MUNTING. Phytograph. T. 90.
Alchimilla alpina quinquefolii folio ſubtus argenteo I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 328.
Alchimilla foliis digitatis LINN. Cliff. p. 39. ROYEN. p. 232.
β *Alchimilla alpina argentea enneaphyllos fere habitu toto craſſior & villoſior* SCHEUCHZ. It. I. p. 29. It. IV. p. 328. mera omnino varietas.

Nihil in paſcuis ſterilibus ſummi Jurae & humiliorum alpium frequentius.

Huic folia ad pediculum usque in quinque, ſeptem, & novem lacinias ſecta, quarum apex ſolus ſerratus eſt, uti in Quinquefolio albo flore. Averſa pars foliorum, & caulis, & calyx argenteo villo pulchre ſplendent. Corona quadrata floris fuſcum villum emittit, qui ſemen protegit: & ſaepe totus flos nigricat.

3. ALCHIMILLA foliis levibus lobatis, lobis multifidis.

Alchimilla alpina quinquefolia C. B. Prodr. p. 138. Pin. RAJ. ſyllog. extr. p. 54.
Alchimilla pentaphyllaea alpina JONQUET. p. 5.
Alchimilla minor quinquefolia PARKINS. p. 538. RAJ. Hiſt. p. 209.
Alchimilla alpina minor I. R. H.
II. *Alchimilla alpina pentaphyllaea minima lobis fimbriatis* BOCC. p. 18. T. 1. bon. ic. I. R. H. RAJ. in ſupplem.

Multo rarior. Copioſe tamen in M. *Gotthardo* & *Furca*. In M. *Bernhardo* M. C. B.

Flores umbellati, uti in prioribus. Folia fere quinquelobata, lobi autem ſinguli, uti in Ranunculis, in plures minores, aliquando octonos, varie inciſi. Tota planta levis eſt, viridisque, & ad quatuor uncias adſcendit.

PLANTARUM APETALARUM.

ORDO VI.

DIPLOSTEMONES.

KNAWEL RAII. BOERH. &c.

ALCHIMILLAE ſpecies T. *SCLERANTHOS* LINNAEI n. 366.

Facies cum Theſio convenit, & ſemen pariter cum imo calyce connaſcitur, ut maturum calycis laciniis coronetur. Sed ſtamina bis tot, quot floris ſegmenta (VAILL. T. 1. f. 5. c.) tubae duae. Cl. a BERGEN petala quidem a calyce diverſa invenit, tubas vero reperire non potuit, COMM. LIT. NOR. 1739. p. 35. Unde tanta diverſitas experimenti?

1. KNAWEL annuum, majus, flore minori.

Polygonum Germanis Knawel TRAG. p. 393. bene. HIST. OXON. II. p. 594.
Knawel DODON. p. 115. RAI. ſyn. III. p. 159.
Polygonum minus, polycarpon TABERN. p. 834. bene.
Polygonum anguſtiſſimo & acuto vel gramineo folio minus repens C. B. &c.
Polygonum tertium DODONAEI *ſive tenuifolium* I. B. III. p. 377.
Polygonum Germanicum ſive Knawel Germanorum RAI. p. 213.
Herniaria anguſtiſſimo gramineo folio, non repens MAGN. hort. Monſp. p. 97.
Alchimilla ſupina gramineo folio minori flore I. R. H. FABREGOV. II. p. 45. &c.
Scleranthus LINN. n. 166. ROYEN. p. 215.

β. Varietas mollior, anguſtiſſimo, & longiſſimo folio, Baſileae in agris *vorm Spalerthor* C. B. Bernae verſus *Kuniz*.

Polygonum minus alterum TAB. p. 835. bene.
Polygonum gramineo folio majus erectum C. B. Baſ. p. 83. PLUKN. p. 302.
Alchimilla erecta gramineo folio minori flore I. R. H. FABREGOV. &c.
Herniaria anguſtiſſimo gramineo folio erecta MAGN. l. c.

Prior ubique in agris reperitur.

Radix annua. Caules ramoſiſſimi, plerumque eriguntur, dum juniores ſunt, maturi, a pondere ſeminum detracti, procumbunt. Folia conjugata. Flores conferti ad alas foliorum, duri, ſimiles Theſii, campaniformi fundo calycis ſe circa ſemen conſtringente, ſegmentis quinque ſemipatulis, viridibus, albis marginibus, conſtanter quinquefidi. In fauce floris, quae villoſitate clauditur, ſtamina quinque longiora, quinque breviora. Tubae duae minimae ex ſemine adſcendunt capitatae. Maturius ſemen cum calyce inſeparabili nexu connaſcitur.

2. KNAWEL incanum flore majori, perenne RAI. p. 213. *Synopſ.* III. p. 160. T. V. f. 1.

Anglica Saxifraga LOBEL. Adverſ. p. 183. LUGD. p. 1112.
Polygonum floſculis albis in ſummitate JONQ. p. 102. HORT. BLES. p. 164.
Knawel folio & flore albicante RUPP. p. 76. BUXB. GEMEINH.
Polygonum Germanicum incanum flore majori perenne PLUKNET. p. 302.
Alchimilla gramineo folio majori flore I. R. H. VAILL. p. 4. T. 1. f. 5. FABREGOV. II. p. 45.
An etiam *Polygonum Germanicum caule folioſo, floſculis in ſummitate* PLUKNET. l. c. & T. 103. f. 6. Malim referre ad Alſines ſpeciem, alibi dicendam.

β Teſte BREYNIO, RUPPIO &c. eſt etiam
Polygonum cocciferum CAM. Epit. p. 691.* foliis nimis latis, C. B. &c.
Polygonum Polonicum Cocciferum I. B. III. p. 378. RAI. p. 186. BREYN. de *cocco rad.* fig. 1.
Polygonum minus FRISCH. inſect. Teutſchlands T. II. n. 1.

In arenoſis. Baſileae reperi ad Wieſam, adſcendendo contra fluentum, poſtquam pontem Huningam ducentem ſuperaveris.

Omnia prioris: Caulis etiam humilior, folia ſimilia, brevia, flores majores, in ſumma planti congeſti, ora laciniarum lata, & alba. Radix perennis.

Inſectum ex genere, quae *Progallinſecta* vocat REAUMUR, mutatur in granum ſphaericum, quod adhaeret radici plantae noſtrae, & ortum dat muſcae, atque vermiculo coccineo. Haec gallae ſpecies olim ad tincturam, & ad confectionem Kermeſinam, in Polonia & Pruſſia in uſu fuit: nobis nulla eſt, &, poſt *Cochenillae* frequentiorem uſum obſolevit.

Per hanc plantam, in alia methodo, naturali, & per Cherleriam, transitur ad Alſinen, flore quidem, & ſemine diverſam.

*3. Alchimilla ſupina gramineo folio, ad nodos frequentes copioſiori, elegans, Knaauwel ſimile SCHEUCHZER. It. VI. p. 453.

In alpibus Rhaeticis Italiae finitimis.

Cauliculi maxime nodoſi, ut in palmari cauliculo 14. genicula protuberantia numerentur „ ad nodos decem & plura folia graminea, rigida, recurva, peranguſta

guſta. Verſus ſummitatem eriguntur ex foliorum alis ramuli, qui umbellam gerunt florum quinquepartitorum, ſegmentis acutis, laete viridibus, argenteo margine. Tota planta laeto virore ſplendet.

Videtur potius ad Knawel 2. quam ad CHERLERIAM pertinere.

PASSERINA LINN. n. 856.

SANAMUNDA MAGNOL. *THYMELAEAE* ſpecies TOURN.

Simillima Linoſyridis, differt ſtaminibus, quae octona ſunt. A Thymelaea vero fructu ſicco.

1. PASSERINA TRAG. p. 535. (icon plantae maturae) CAMER. *Hort.*
   Lithoſpermum quartum exiguum DODON. p. 83. abſque icone.
   Lingua Paſſerina TAB. p. 828. bene.
   Linaria altera botryoides montana COLUMN. Ecphraſ. p. 80. ic. opt. p. 82.
   Lithoſpermum linariae folio Germanicum C. B. Baſ. p. 76. &c.
   Paſſerina Tragi I. B. III. p. 456. RAJ. Hiſt. p. 399. ſyllog. exter. p. 148.
   Lithoſpermum Germanicum Paſſerina Tragi PARK. p. 432. cum icone aliena Paſſerinae Lobelianae.
   Sanamunda annua linariae folio MAGNOL. Char. p. 150.
   Thymelaea linariae folio vulgaris I. R. H. aut. de Par. p. 537. VAILL. GARID. FABREG. VI. p. 239.
   Nomen aptius dare non licuit, quod reliquae ſpecies mihi ignotae ſint.

Circa Baſileam in ſtipulis, demeſſa ſegete. Circa *Mathod* verſus *Valeyre* abunde.

Habitus totus eſt Theſii, flos etiam, & Tuba: Sed ſegmenta conſtanter quatuor, & ſtamina octo: quae MAGNOLIUS non bene quatuor facit. Flores unus, duo, tres, in ala folii ſeſſiles. Folia alterna.

THYMELAEA TOURNEF. T. 366.

DAPHNE LINN. n. 311. *CHAMELAEA* KNAUT.

Nomen diſplicuit LINNAEO. Sed graecum eſt, innocentius Daphne, quae veriſſima Laurus eſt.

A Paſſerina ob magnas ſimilitudines divelli non poteſt, etſi flos caducus baccam nudam relinquat, & in quibusdam ſpeciebus coloratus ſit. Unius enim notae diverſitas, apud nos viciniam non mutat, quaecunque demum ea nota fuerit. Ergo Thymelaeae flos longior, tubuloſus, apice quadrifido: ſemen in imo calyce, quod bacca fit monoſperma. Tuba ſimplex, breviſſima. Stamina octo in duobus ordinibus, intra tubum floris.

1. THYMELAEA floribus ex ſummis ramis eminentibus, folio levi, perangusto.
   Zeylan ſpecies minor in altis montibus GESN. Epiſt. p. 84. *b.*
   Laureolae puro ſpecies GESN. Collect. p. 84.
   Piperis montani ſpecies alpina minor GESN. Hort. p. 272. *b.*
   Thymelaea minor CORD. Hiſt. III. c. 32. p. 189. cum icone abſque floribus Sylv. Obſerv. p. 221. *b.*
   Cneorum MATTH. p. 46. bene CLUS. Hiſtor. p. 89. Pann. p. 54.
   Caſia Matthioli Chamelaeae ſpecies TAB. p. 1076.
   Thymelaeae adfinis facie externa C. B. RAJ. 1589.
   Thymelaea minor Cordi I. B. I. P. I. p. 570.
   Thymelaea alpina linifolia humilior flore purpureo odoratiſſimo I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 341.
   β Flore albo I. R. H.

GESNERUS ex montibus prope *Curiam Rhaetorum*. SCHEUCHZER in alpe *Fismat* Uriorum. HUBERUS in M. *Lunae* Rhaetiae.

Humillimus frutex, ramoſus: folia ante mucronem paulo latiora, qui obtuſus eſt, nervus eminens in ſpinulam producitur. Flores ex ſummis ramis confertim in umbellam: tubus longiſſimus hirſutus. Purpurei caeterum exterius, albi intus, & odorati ſunt.

2. THYMELAEA floribus inter folia, folio utrinque hirſuto.
   Exiſtimo easdem eſſe plantas, quas nunc dico
   I. *Chamelaea alpina incana* LOBEL. Adverſ. p. 158. ic. p. 370. LUGD. p. 1665.
   Chamelaea altera CLUS. Hiſpan. p. 171. Hiſtor. p. 87. abſque icone.
   Chamelaea alpina folio inferne incano C. B. MURALT. Par. p. 579.
   Chamelaea incana & lanuginoſa I. B. I. P. I. p. 586. RAJ. p. 1590.
   II. *Chamelaeae hirſutae nomine data* I. B. I. P. I. p. 569.
   I. II. *Thymelaea ſaxatilis oleae folio* I. R. H. MAGNOL. Hort. p. 195. TILL.
   III. *Chamelaea pumila ſaxatilis flore pallido Italica* BARREL. ic. 234.
   Thymelaea ſ. Chamelaea Sabaudica oleae folio utrinque incano flore albo RAJ. ſyll. p. 248.

Thymelaea incana Genevenſis ib. p. 297.
Chamelaea Sabaudica folio utrinque incano flore albo RAJ. Hiſt. p. 1588.
Thymelaea incana Mezeraei folio & facie ſurculis admodum fragilibus PLUKNET. p. 366. T. 229. f. 3. qui de conjungendis his plantis cogitavit.
Thymelaea alpina folio utrinque incano flore albo I. R. H.

LOBELIUS ſuam in alpibus lacui Lemano adjacentibus. RAIUS in ſylvoſis ad latera M. *Saleva*. In alp. *Glaronenſibus* MURALTUS.

RAIUS facit fruticem ſesquipedalem, ramoſum, fragili ligno, cinereo cortice: folia ſpeciei 3. ſed minora, glauca, utrinque hirſuta; Flores ex ſummis ramis quaternos quinosque longo tubo, albis ſegmentis, quadrifidos. LOBELIUS ſuos flores ſubpurpureos, calycem argenteum, qui procul dubio tubus floris eſt.

3. THYMELAEA floribus ſpicatis ſub foliis ellipticis, modice acuminatis, levibus, mollibusque.

Daphnoides FUCHSII p. 227. CAM. Epit. p. 937. optime.
Daphnoides FUCHSII GESNER. Coll. p. 73.
Laureola vulgaris id. ib. 84. *b.*
Piper montanum id. in Hort. p. 272. *b.*
Chamelaea ſeu Mezereum TRAG. p. 959. bene.
Chamelaea Germanica DOD. purg. p. 130. pempt. p. 364.
Laurus puſilla LOBEL. ic. p. 367. ex DOD.
Daphnoides flore purpureo TAB. p. 1074.
Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola femina C. B. P. &c.
Laureola folio deciduo ſ. Mezereum Germanicum I. B. I. P. I. p. 566.
Chamelaea Germanica ſ. Mezereum RAJ. p. 1587.
Thymelaea folio Lauri deciduo, ſive laureola femina I. R. H.
Daphne floribus ſeſſilibus infra folia elliptico lanceolata LINN. Lap. n. 140. Cliff. p. 147. ROYEN. p. 201.
Thymelaea Lauri folio deciduo ſemper virens FABREGOU. VI. p. 241. ridicule, cum praeterea hanc cum diverſiſſima quarta confuderit.
β Flore albido I. R. H. PLUKNET. &c.
γ Flore albo I. R. H. CAM. hort. &c.
δ Foliis variis HERM. H. L. B. PONTED. in Comp. MILL. &c.

In ſylvis per totam Helvetiam primo vero floret. Etiam in *Gemmio* vidi, & M. *Hengſt.*

Flores primos effert in ſpicam, cauli circumpoſitos, cylindrico tubo, ſegmentis cavis, purpureos, odoros. Stamina in duobus ordinibus, quaterna in ſingulo, omnia in tubo floris latent. Tuba brevis, rotunda, cava. Ovarium in imo calyce, fit bacca rubens, rotunda, monopyrena. Folia demum poſt flores erumpunt, & ramorum nudorum vertices coronant, nervo eminente, longe elliptica, modice acuta, utrinque levia.

Tota planta acerrima eſt, urens, ob vim purgantem foetusque pellentem infamis. Doſi quindecim & ultra granorum in Dania exhiberi, ſed cum magno, & diuturno, ſanitatis decremento, ut per menſem tormina ſuperſint BUCHWALD. p. 77. conf. BRESLAV. 1718. menſ. Febr. Cum vino tamen cocta folia menſes movere, non urinam, neque alvum, paradoxa eſt adfirmatio WELSCHII *Mictom.* p. 34.

4. THYMELAEA floribus inter folia acuminata, levia, duraque.

Thymelaea TRAG. p. 957.
Daphnoides MATTHIOL. p. 1217. GESN. hort. p. 291. *b.* CAES. IV. C. 6.
Daphnoides Dodonaei GESN. hort. 256. *b.*
Laureola ſeu Daphnoides GESN. hort. p. 264.
Laureola DOD. p. 365. purg. p. 132. bon. ic. cum fructu RAJ. p. 1587. BLAKW. T. 62. bene.
Laureola cum flore LOBEL. p. 368.
Laureola cum fructu LOBEL. Obſ. p. 200. ic. p. 368. ex Dodonaeo LUGD. p. 213.
Daphnoides ſeu Laureola LOBEL. Adverſ. p. 156.
Daphnoides ſ. Laureola cum flore LUGD. p. 211.
Laureola femina (ex MATTH.) LUGD. p. 212.
Daphnoides cum flore TAB. p. 1074. ex LOBELIO.
Daphnoides cum bacca TAB. p. 1075.
Laureola ſempervirens flore viridi, quibuſdam Laureola mas C. B. P. &c.
Laureola ſempervirens flore luteolo I. B. I. P. I. p. 564.
Thymelaea lauri folio ſempervirens ſive Laureola mas I. R. H. &c.
Daphne floribus racemoſis lateralibus foliis lanceolatis integris LINN. Cliff. p. 147. ROYEN. p. 208.

In montoſis ſylvis Helvetiae, GESNER ad lacum *Lemanum.* C. B. in M. verſus *Reichenſtein.* I. B. *Dornaci*, & circa caſtellum *la Baſtie.* Ego in M. *Münchenſtein*, *Waſſerfall*, *Falconario*, & *Dolaz.*

Rami

Rami fruticis ſcabri, folia ex ſummitate etiam copioſa proferunt, ſimilia proxime priori, ſed duriora, non decidua, mucrone acutiori. Flores inter folia, ex pediculis, inelegantes, ſubvirides; Baccae acuminatae, per aetatem nigrae. Fervor & venenum idem, uti in priori.

CHRYSOSPLENIUM

T. T. 60. LINN. n. 326.

Calyx patens, fiſſus in quatuor ſegmenta ſubrotunda, revoluta. Intus quadratae placentae ſpecies educit ſtamina octo. Fructus bicornis, recurvus, per maturitatem ad modum conchae bilabiatae aperitur, & revolvitur. Semina plurima.

1. CHRYSOSPLENIUM foliis alternis.

Eyerkraut C. GESN. in hort. conf. Epiſt. ad *Kentm.* p. 57.
Saxifraga aurea GESN. hort. p. 279. HORT. AICHST. *hyem.* fol. 6. f. 5. bene.
Hepatica paluſtris HORT. AICHST. vern. ord. frut. T. 3. f. 4.
Saxifraga aurea Dodonaei LUGD. p. 1113. bon. ic. I. B. III. p. 707. ic. & deſcr.
Et *Saxifraga alpina* LUGD. p. 1114.
Chryſoſplenium WEINM. T. 380.

II. *Saxifraga aurea major foliis longius incedentibus* MERRET. p. 109. cum BESLERUM citat.
Saxifraga aurea foliis pediculis oblongis inſidentibus RAJ. p. 207. PLUKNET. p. 393.
Sedum paluſtre luteum majus foliis longis pediculis inſidentibus HIST. OXON. III. p. 477.
Chryſoſplenium foliis amplioribus auriculatis I. R. H.
Chryſoſplenium LINN. Cliff. p. 149.
Chryſoſplenium foliis pediculis oblongis inſidentibus I. R. H.
I. II. Conjunctim cum ſpecie foliis conjugatis
Saxifraga rotundifolia aurea C. B. Baſil. p. 88.

Tiguri, Baſileae, & in planiori Helvetia, rarior. Bernae primo vere frequens eſt, etiam in urbe, & ad ſepes, ripasque fluviolorum. In alpibus locis humectis & umbroſis tota aeſtate.

Caulis ex ſummo ramoſus, humifuſus. Folia ſubhirſuta, reniformia, hilo exciſa, rotunde ſerrata, ex radice longis pediculis innixa: ad ramos congeſta, nidos pro floribus efficiunt, alterna in omnibus, quotquot vidi, ſpeciminibus. Flores congeſti.

Sapor ſtypticus, ſubacris vulnerarius.

Speciem, ſive varietatem, foliis *conjugatis*, pictam apud DODONAEUM & LOBELIUM deſcriptam a PETITO *lettres d'un Medicin* L. III. nunquam vidi.

Clariſſimus LINNAEUS in ordine naturae conjungit cum *Saxifragia*: cum cujus ſpecie prima foliis convenit, tubis autem cum omnibus. Sed flos & ſtamina diverſiſſima ſunt, ipſa florum racemoſa facies a nuda ſpica Saxifragiae diſſentit. Quare hic, etſi non commodiſſimo loco, reliqui.

APETALARUM STAMINIFERARUM

ORDO VII.

POLYSTEMONES.

Quibus, ter, & quater, plura ſtamina, quam ſegmenta floris ſunt.

TITHYMALUS T. 18.

ESULA RIVINI. *EUPHORBIA* LINNAEI n. 429.

Flores, in noſtris quidem, fiunt calyce campaniformi, quadrifido, lato, cui, in ipſa diviſione, adhaerent ſcuta peculiaria, rotunda, aut lunata. Stamina ex ipſo calyce per plures ordines, ter & quater aequant ſegmenta floris: apices gemelli. Ovarium innititur pediculo, qui flore longior eſt, ut maturum extra florem dependeat. Eſt autem triloculare, tricoccon, & emittit tubas tres bicornes. Tithymalis praeterea noſtris omnibus lacteſcens natura, & cymbae latae, bivalves, ex quibus pediculus floriger adſcendit, conſtanter reperiuntur.

1. TITHYMALUS foliis ad caulem cruciatis, lingulatis, ſub floribus cordatis, longe acuminatis, ſcutis bicornibus obtuſis.

Lathyris FUCHS. p. 454. MATTH. p. 1259. DODON. p. 375. optime GESN. Hort. p. 264. CAM. Epit. p. 968. cum Charactere.
Cataputia minor RUELL. n. 634. LOB. Ic. p. 362. ex DOD.

Cataputia CAES. p. 377.
Lathyris latifolia TAB. p. 587.
Lathyris major C. B. RAJ. p. 866.
Lathyris ſive Cataputia minor I. B. III. p. 880.
Eſula major RIVIN. tetrap. irreg.
Tithymalus latifolius cataputia dictus HERM. I. R. H. &c.
Euphorbia inermis folii obpoſitis lanceolatis umbella univerſali trifida polyphylla partialibus triphyllis, reliquis diphyllis LINN. Hort. Cliff. p. 198.
Cataputia minor ſive Lathyris anguſtifolia TAB. p. 587.

HUBERUS inter *Bellinzonam* & *Oſoigne* ad viam.

Folia & habitus levis. Caulis fiſtuloſus. Folia conjugata, aut ternata, accurate cruciata, nervo conſpicuo, oris longe parallelogrammis, ſpinula ex apice obtuſo folii breviſſima. Umbella in apice caulis, quadrifolia corolla ſuccincta. Diviſio quinaria, ut rami quatuor ex corona prodeant, quintus flos ſolitarius caulem continuet. Similis ramorum diviſio, niſi quod rami tantum duo, folia vero duo pro ramis lateralibus adſint. Eadem in plerisque Tithymalis obtinet. Calyx floralis albus, purpuraſcens, quinquefidus, ſcuta petalodea bicornia, obtuſis corniculis. Stamina plurima, numeravi autem ultra triginta: Ovarium leve de more, ex tribus conpactis ſphaerulis, quae mediae finduntur.

Purgante vi infamis eſt, quod ad abigendum foetum adhibeatur. Praeſtat autem & hac, & tota gente abſtinuiſſe, cum cauſticae ſint, & nimis indomabiles.

2. TITHYMALUS foliis ſubhirſutis, ad caulem ellipticis, cymbis florum perfoliatis, leviſſime bifidis, petalis lunatis acutis.

Tithymalus lunato flore COLUMN. Ecpraſ. II. p. 56. bon. ic. p. 57. HIST. OXON. III. p. 334.
Tithymalus lunato flore Columnae RAJ. p. 871.
Tithymalus ſylvaticus lunato flore C. B. Baſ. p. 84. T. aut. de Par. p. 155. I. R. H. &c.
Euphorbia inermis foliis lanceolatis umbella univerſali multifida particularibus dichotomis involucris ſemibifidis perfoliatis LINN. Cliff. p. 199. ROYEN. p. 197.
II. *Tithymalus amygdaloides major tortuoſo caule* BARREL. ic. 839.
Tithymalus amygdaloides minor ſubglaber BARREL. ic. 831.
Et *Tithymalus amygdaloides minimus glaber* BARREL. ic. 830.
III. Neque minus certo idem eſt
Tithymalus Characias MATTH. p. 1250. Epit. p. 960. C. GESN. hort. p. 284. *b.* quem paſſim in Helvetia naſci dicit.
Tithymalus Characias I. CLUS. p. CLXXXVIII. bon. ic. & deſcr.
Tithymalus Characias II. DOD. Purg. p. 140. Hiſtor. p. 368. ead. ic.
Characias Monſpelienſis CLUSII & MATTHIOLI LOBEL. ic. p. 435. ead. ic.
Tithymalus Amygdaloides ſive Characias I. B. III. p. 672. RAJ. p. 864.
Tithymalus Characias rubens peregrinus C. B. HIST. OXON. III. p. 335. I. R. H.
IV. Denique ex loco natali intelligitur eſſe
Tithymalus toto anno folia retinens I. B. III. p. 671.
Tithymalus Characias ſ. ſylvaticus toto anno folia retinens HIST. OXON. III. p. 336.
Plura quod non ita certa ſint, omitto.

Naſcitur in ſylvis totius Helvetiae abunde, tum in montanis ad ſepes, locis lapidoſis &c.

Adgnoſcitur eminus ex faſciculo foliorum, quae ex terra frequentia eriguntur, circa imum caulem. Sunt autem haec folia longa, obtuſa, ſubtus aliquando tenuiter, aliquando inſigniter lanuginoſa. Caulis ex ſinguli fere folii ala unum duosque teneros ramos, & florem ex longo pediculo praefert, caeterum rarioribus foliis veſtitus, hirſutus. Umbella in vertice hic obſcuriſſima, neque lata, quadrifolia corolla. Vaginae ſive cymbae ſub floribus integrae, levi diviſionis nota tantum ſuperſtite. Flos quadrifidus, profundiſſime, ut in quatuor folia dividi poſſit. Scutula nigricant, lunata ſunt, cornubus acutis, dorſis obverſis. Ovarium leve.

3. TITHYMALUS foliis ad caulem ſubhirſutis, ellipticis, brevibus, ſub floribus binis, cordatis, capſularum media parte verrucoſa.

Eſula dulcis TRAG. p. 298. LONIC. GESN. Tab. Coll. p. 76. LUGD. &c.
Erino cognata herba GESN. Hort. p. 257. *b.*
Pityuſa ſive Eſula altera minor floribus rubris LOBEL. ic. p. 385. LUGD. p. 1654.
Tithymalus non acris flore rubro I. B. III. p. 673. RAJ. p. 870.
Tithymalus montanus non acris C. B. Baſil. p. 84. P. H. OX. III. p. 342. fig. 10. T. III. VAILL.
Tithymalus nemoroſus alter foliis latioribus & firmioribus BARREL. ic. 840.
Eſula ſoliſequa RIVIN. Tetrap. Irreg.
An *Tithymalus dulcis tuberoſa radice* BARREL. ic. 909. BOCC. Muſ. di Piante p. 50. T. 44.

An

An *Tithymalus nemoroſus acutiori folio dulcis* BARREL. ic. n. 834.

In ſylvoſis Helvetiae abunde: Bernae ſub *Wabern.* RAIUS & I. B. circa *Genevam.* C. B. in M. *Muteto*, ibidem ego, & circa *Liechtſtal*, omnibusque ſylvis circa *Baſileam.*

Folia ad caulem rara, elliptica, brevia, ſubhirſuta, ora modo integra, modo ſubtiliter ſerrata. Ex foliorum omnibus alis florigeri ramuli. Sed umbella in vertice conſpectior. Radii ovati quatuor & quinque. Cymbae ſub floribus ex cordatis brevibus foliis, latis baſibus obverſis. Petala unguium forma, pallentia. Ovarium verrucis conſperſum, magnis, nigris, quae ad capſularum hiatum utrinque ponuntur, conjunctiones vero capſularum liberas relinquunt. Lac mite, herbaceum.

4. TITHYMALUS foliis ſubhirſutis, ad caulem ellipticis, ſub floribus binis ſubrotundis, diſtinctis, capſulis tōtis verrucoſis.

An *Tithymalus foliis myrti fere ſubhirſutis* GESN. Coll. p. 111.
Tithymalus helioſcopius Dodon. LUGD. p. 1647. non bene.
Tithymalus verrucoſus Dalech. LUGD. p. 1650. male I. B. III. p. 637. RAJ. h. p. 871.
Tithymalus myrſinites fructu verrucae ſimili C. B. Baſ. p. 84. MUR. p. 638. H. OX. p. 341. S. X. T. 3. f. 3. I. R. H. &c.

In Helvetia paſſim. Michelfeldae inveni DIV. in M. *Chaſſeron*, C. B. in montibus *Chriſtianae* & *Muteto.*

Prioris 3. in univerſum ſimilis, corolla umbellae pariter quinquefolia, & ora foliorum ſaepe ſubtiliter ſerrata. Sed folia, quae cymbas florales faciunt, diſtincta, ſubrotunda, ſola anguſtiſſima origine ſibi obverſa, quae in priori lata baſi ſibi obponuntur. Fructus totus verrucis acutis & minoribus obſitus, nulla parte nuda. Petala aurei coloris, & folia ſub floribus pariter flava. Umbellae laxae, & folioſae.

5. TITHYMALUS foliis glabris, ſerratis, ad caulem breviter acuminatis, ſub floribus binis cordatis, fructu verrucoſo.

Tithymalus platyphyllos FUCHSII p. 813. qui ſerras foliorum adeo conſpicuas omiſit.
Tithymalus platyphyllos Fuchſii I. B. III. p. 670. bona deſcr. RAJ. p. 870.
An *Tithymalus pentaclonos* CORD. Hiſt. p. 103. *b.* C. GESN. Hort. p. 284. *b?* Inter verrucoſos eſt. Sed an 3? an 4? aut 5? quis diſtinxerit.
An *Tithymalus Characias* MATTHIOLI TAB. p. 189. Ita I. B. & ſuadet laxiſſimus habitus.
Tithymalus arvenſis latifolius Germanicus C. B. Baſ. p. 84. P. H. OX. III. p. 343. S. X. T. 3. f. 1. I. R. H. &c.
Euphorbia inermis foliis lanceolatis, umbella univerſali partialiumque prima quinquefidis, ſecunda trifida reliquis bifidis ROYEN. p. 198.

In agris circa *Mathod*, *Biennam*, *Neocomum*, *Baſileam*, *Genevam.*

In univerſum tertii ſatis ſimilis eſt, foliis ſub floribus latis, brevibus, cordatis, capſulis verrucoſis, corona ſub umbella quadrifolia, & quinquefolia. Sed huic omnia glabra, niſi quod folia rara pube adſpergantur, folia longiora, diu gracilia, paulo cis mucronem latiora, in mucronem breviter convergunt lanceolata; ora vero evidenter ſerrata eſt. Verrucae etiam minores ſunt, & totas capſulas occupant. Haec ſpecies, quando maturuit, umbellam laxiſſimam facit, & maxime brachiatam. Petala ſubrotunda, flaventia.

6. TITHYMALUS altiſſimus, levis, foliis ſub floribus ternis, cordatis, fructu verrucoſo.

Eſula major TRAG. p. 294. DOD. Purg. p. 158. Hiſt. p. 374.
Tithymalus Dendroides GESN. App. p. 296. *b.* Videtur, ſed p. 284. *b.* dicit in ſaxoſis naſci.
Eſula major foliis oleae GESN. *hort.* p. 258.
Pityuſa grandis THAL. p. 90. CORD. Dioſc. p. 74. 75.
Eſula major Germanica LOBEL. Adverſ. p. 151. ic. p. 385. mala icon. LUGD.
Tithymalus maximus TAB. p. 588. non optime.
Tithymalus magnus multicaulis ſive major I. B. III. p. 671. RAJ. p. 864. ſyll. ext. p. 251.
Tithymalus paluſtris fruticoſus C. B. Baſ. p. 85. H. OXON. III. p. 341. S. X. T. 2. f. 1. ex DOD. I. R. H. aut. de Par. p. 358. ZANICHELL. ic. 217.
Eſula paluſtris RIVIN. ic. RUPP. VOLC. ERNDL. &c.
Euphorbia inermis foliis lanceolatis umbella univerſali multifida polyphylla partialibus triphyllis propriis bifidis LINN. Cliff. p. 200. ROYEN. p. 198.

In paludoſis littoribus *Brojae* ad decem pedes ſe effert. Sub *Michelfelden*, ſed ad leucae fere diſtantiam, copioſe reperitur in pratis humilior.

Caulis latiſſimus. Folia glabra, obtuſo fine lente decreſcunt. Nulla umbella diſtincta caulem terminat, ſed ex omnibus alis rami folioſi & florigeri prodeunt. Folia ſub floribus brevia, obtuſa, terna, argute, uti caulina, per oram ſerrata. Flores flavis obtuſis petalis. Capſulae verrucoſae.

Haec

Haec ſpecies in hortis etiam colitur. Radix craſſiſſima, brachio nihilo tenujor, purgat, ſed raro in uſus eſt. Ex ſeminibus pilulas purgentes fieri BLAIR. p. 294.

7. TITHYMALUS fruticoſus, foliis levibus, non ſerratis, ad caulem linearibus, obtuſis, ſub floribus binis, cordatis.

Tithymalus Characias Pannonicus CLUS. Pann. p. 670. qui
Tithymalus Characias III. Auſtriacus CLUS. Hiſt. p. CLXXXVIII.
Et *Tithymalus Characias IIII.* DOD. Purg. p. 141. Pempt. p. 368. LUGD. p. 1646.
Et *Tithymalus myrſinites altera* LOBEL. ic. p. 361.
Tithymalus, forte dictus Lucae Ghino Pityuſa, quibuſdam Characias Pannonicus I. B. III. p. 665. RAJ. p. 865.
Tithymalus Characias rubens Germanicus C. B. PARK.
II. *Tithymalus praealtus ramulis brevibus ſimplicibus & ſalicis folio* PONTED. Compend. p. 79.
III. *Tithymalus Characias anguſtifolius* C. B. HIST. OXON. l. c. n. 7. T. I. f. 7. ex LOBELIO.
IV. Annon iſte fuerit *Tithymalus myrſinites latifolia* MURALT. p. 639? ob caulem lentum &c.

C. BAUHINUS in Phytopinace dicit *Michelfeldae* naſci, etſi verear, ne viderit ſequentem n. 9. Ego in inſulis *Rheni* reperi, ſed longe ab Helvetia, prope *Schrek* Marggraviatus Badenſis.

Fruticoſus eſt, pene lignoſus. Caules erecti, purpurei. Folia Salicis foliis conjugatis ſimilia, glabra, ſubtus glauca, ora non ſerrata, oris parallelis, acumine obtuſo. Flores non vidi. Sed CLUSIUS umbellam in vertice pingit, radiis latis, fere quinis exceptam: folia ſub floribus bina, cordata, acuta.

*8. TITHYMALUS ....

Eſula ſylveſtris V. ſpec. major TRAG. p. 295. abſque icone.
Eſula minor DOD. p. 374. Purg. p. 159. LUGD. p. 1653.
Tithymalus Pinea LOB. ic. p. 357.
Pityuſa I. pinea officinarum Eſula minor LOBEL. Adverſ. p. 151.
Tithymalo cypariſſiae ſimilis Pityuſa multis I. B. III. p. 665. RAJ. p. 867.
Tithymalus foliis Pini, forte Dioſcoridis Pityuſa C. B. H. OX. III. p. 337. S. X. T. I. f. 27. I. R. H.

I. B. ad Rhenum, prope *Haltingen*, non longe Baſilea.

Planta mihi ignota eſt, & a RAIO, atque VAILLANTIO, ad ſequentem Paralium refertur, quae quidem ſententia cum icone DODONAEI non optime conſentit. Habitus enim in ea icone laxior eſt, folia rara, quae Paralio frequentiſſima ſunt, longiora denique. Deinde DODONAEUS Paralii ſpeciem mediterraneam optime cognitam habuit, & propria icone diſtinxit. Dicitur autem caule cubitali eſſe, folio quam Cypariſſiae firmiori, & mage glauco. Umbellas vero foliis peltatis, non majores eſſe, quam Cypariſſiae.

10. TITHYMALUS foliis glaucis, linearibus, ſpinula terminatis, radiis umbellae plurimis reflexis, petalis obtuſis.

Tithymalus linifolius paralio cognatus CAM. Hort. p. 170.
Eſula altera CAES. L. IX. c. 7. alii *tertiam* malunt.
Tithymalus Paralius ex hortis DOD. p. 570.
Tithymalus Paralius DOD. Purg. p. 144. LOB. ic. p. 354. ead ic.
Tithymalus Paralius Dodon ex hiſt. purg. LUGD. p. 1647.
Tithymalus amygdaloides anguſtifolius TAB. p. 591. I. R. H. VAILL.
Tithymalus linariae folio C. B. Baſ. p. 84.
Tithymalus maritimo affinis linariae folio C. B. RAJ. p. 866.
Eſula candidior CAESALPINI SCHEUCHZ. It. IV. p. 342,
β Varietas maritima foliis arctiſſime congeſtis
Tithymalus paralius RUELL. p. 650. MATTHIOL. p. 1292. CAM. Epit. p. 962. certo, GESN. Hort. p. 284. *b.* TAB. p. 593. LUGD. p. 1643. I. B. III. p. 674. ZANICH. ic. 40.
Tithymalus paralius Dodonaei & Penae LUGD. p. 1647.
Tithymalus paralius ex maritimis DOD. Pempt. p. 370.
Tithymalus maritimus CAES. p. 375. C. B. H. OX. III. p. 337. S. X. T. I. f. 24. I. R. H.
Euphorbia inermis foliis ſetaceo linearibus confertis, univerſali umbella bifida, partialibus ramoſe bifidis LINN. Cliff. p. 200. ROYEN. p. 198.

In *Valeſia* ad vias, poſt SCHEUCHZERUM legi. Sub *Michelfelda*, copioſe, deinde in *Alſatia* ad vias ubique.

Caules erecti, foliis denſe veſtiti, uti Cypariſſiae, non tamen imbricatis. Folia glabra, glauca, firma, ubique aeque lata, mucrone brevi, in ſpinulam extenuato. Nulli niſi in ſumma planta flores; Umbella denſa, multiflora. Cymbae petiolatae. Radii ſeptem ad decem, anguſti, reflexi, ſed folia bina ſub floribus ex ovatis cordata, cymbam faciunt. Petala transverſim longa. Capſulae leves.

11. TI-

11. TITHYMALUS foliis ad caulem linearibus, obtusis, radiis umbellae plurimis, petalis lunatis.

Tithymalus cyparissias FUCHS. p. 812. bene, TRAG. p. 297. MATTH. p. 1254. caule valde crasso, CAM. Epit. p. 964. (qui lunulas floris expressit) TAB. p. 594. I. B. III. p. 663. Bas. p. 85. RAJ. p. 867. H. OX. III. p. 338. f. 29. T. 2. I. R. H. ZAN. p. 260. ic. 114. n. 2.
Tithymalus cupressinus s. humipinus LOB. ic. p. 356.
Esula I. CAES. p. 374.
Tithymalus cupressinus I. TAB. p. 594.
Tithymalus cupressinus II. TAB. p. 595. & hae quidem icones melius quam prior nostrum exprimunt.
Esula RIV. DORST. p. 116. &c.
β Morbosa planta, ab insecto vitiata, & lacte in puncta crocea coacto notata, sterilis, latifolia.
Esula scabiosa GESN. Tab. Coll. p. 76.
Τιθυμαλος σικοφυλλος THALII p. 126. I. B. III. p. 864.
Tithymalus Cyparissias foliis punctis croceis notatis C. B. Basil. p. 85. I. R. H. &c.
Esula degener RIVINI.
γ Varietas summa planta sub autumnum rubente
Tithymalus cyparissias capitulo rubente C. B. I. R. H. GARID. &c.

In tota Helvetia ad vias, & passim in pratis, etiam ad flagitium, frequens.

Multa habet cum decima specie communia, faciem ramosam ex radice, caulem erectum, umbellam in capite, radios sub umbella multos, cymbas illas florales latas, cordatas. Differt foliis angustioribus, obtusis, petalisque lunatis.

Cortex radicis hujus speciei datur ab agyrtis ad hydropem; dosis in substantia est ad scrupulum, & quindecim fructus idem faciunt. POTERIUS hoc medicamento utebatur; sed ob virulentam acrimoniam a plerisque medicis damnatur, molliri vero potest, si in aceto, aut vino incoquatur, & in hydrope, ubi integra viscera adsunt, permittit BOERHAAVE. Ad febrem damnosum medicamentum Agyrtae & in Gallia, & in Germania, variis temporibus (BRESLAV. 1721. M. Aug.) propinaverunt. Succus tamen cum sale tartari digestus, deinde inspissatus, Scammoneae etiam praefertur a CHOMELIO. *plant. us.* p. 25.

12. TITHYMALUS foliis ad caulem linearibus, obtusis, sub floribus lanceolatis, petalis argute bicornibus.

Esula exigua TRAGI p. 296. bene.
Papaver spumeum GESN. Hort. p. 271.
Tithymalus leptophyllos CAM. Epit. p. 966. (magnum specimen) RAJ. p. 866.
Tithymalus cyparissias minor DOD. Purg. p. 149. Hist. p. 369.
Esula exigua Tragi LOB. ic. p. 357.
Tithymalus minimus angustifolius annuus I. B. III. p. 664.
Tithymalus s. Esula exigua C. B. Bas. p. 85. H. OX. III. p. 339. T. aut. de Par. p. 44. I. R. H.
An *Esula* πολυκλων aculeata BARR. ic. 85? foliis tridentatis.
Euphorbia inermis foliis sessilibus alternis linearibus, umbella universali trifida triphylla, partialibus dichotomis diphyllis LINN. Cliff. p. 199. ROYEN. p. 191.
β Foliis latioribus, obtusis, densissime congestis.
Tithymalus minimus TAB. p. 595.
Tithymalus s. Esula exigua foliis obtusis C. B. Prodr. p. 133. I. R. H. MORIS.
γ *Tithymalus exiguus saxatilis* C. B. Prodr. p. 133. MOR. I. R. H. MAGNOL. Bot. Monsp. p. 258. ic.
Tithymalus angustifolius saxatilis MAGNOL. Bot. Monsp. p. 259. descr.

In arvis abunde, inter stipulas.

Humillima nostratium est, in universum prioris II. utcunque similis. Sed folia ad caulem rara, obtusa, quasi resecta. Umbella alias conspicua, alias ob longitudinem ramorum obscura. Radii umbellae tres, quatuor aut quinque; folia sub floribus longa, lanceolata, argute mucronata. Petala lunata, sed argutissimis corniculis. Ovarium leve.

13. TITHYMALUS foliis ad caulem ovatis, sub floribus binis, cordatis, obtusissimis, umbellae radiis paucis vagisque.

Esula rotunda RUELL. p. 654.
Peplos FUCHS. p. 603. MATTHIOL. p. 1261. CAM. Epit. p. 969. DOD. Purg. p. 163. Hist. p. 375. CAES. p. 378. TAB. p. 597. commode.
An *Esula quarta multicaulis* TRAG. p. 294.
Tithymali genus parvum in cultis GESN. Coll. p. 111.
Esula rotunda, peplos GESN. Tab. Coll. p. 76.
Tithymalus Helioscopius MATTH. p. 1253. LUGD.
Peplus s. rotunda Esula LOB. ic. p. 362. I. B. III. p. 669. RAJ. p. 869.
Esula folio rotundo RIVINI.
Tithymalus annuus, erectus, rotundifolius, non crenatus H. OX. III. p. 339. S. X. T. 2. f. II.

Tithymalus rotundis foliis non crenatis HERM. I. R. H. aut. de Par. p. 234.
Euphorbia inermis foliis obverse ovatis integerrimis umbella universali trifida triphylla particularibus dichotomis LINN. Cliff. p. 199. ROYEN. p. 197.

In hortis abunde.

Ab imo ad summum ramosa est; hinc radii umbellae minime conspicui. Folia ovalia: Radii universales pauci, tres. Sub floribus bina folia cordata obtusissima. Floris petala argutissimis corniculis.

Haec species pro *Esula vulgari* est apud BUCHWALD. & ejus cortice ad drachmae semissem uti *Flensburgi* in hydrope, addit idem, p. 119. ibique in officinis prostare.

14. TITHYMALUS non acris, foliis serratis, rotunde terminatis, radiis umbellae quinis, latissimis.

Tithymalus helioscopius RUELL. p. 653. FUCHS. p. 811. GESN. Hort. p. 284. Coll. p. 111. *b.* [& *Heliotropius* ib.] CAM. Epit. p. 963. bene. DOD. Purg. p. 145. Hist. p. 371. bon. icon TAB. p. 593. C. B. RAJ. p. 869. H. OX. III. p. 339. S. X. T. 2. f. 9. I. R. H. &c.
Esula vulgaris TRAG. p. 294.
Tithymalus helioscopius sive soliscquius Portulacae foliis LOB. ic. p. 362.
Tithymalus helioscopius sive soliscquius I. B. III. p. 669.
Esula rotundifolia serrata carnosior BARR. ic. 212.
Euphorbia inermis foliis crenatis umbella universali multifida polyphylla partialibus trifidis propriis triphyllis LINN. Cliff. p. 198. ROYEN. p. 197.

Ubique in hortis, ad vias.

Folia rara ex gracili origine, in semicirculum expansa, serrata. Caulis in summitate ramosus. Umbella regularis & conspicua, quinquefolia: scutula subrotunda, non cornuta. Sapor lactis, uti de helioscopio suo DIOSCORIDES, non acris.

MERCURIALIS. T. T. 308.
LINN. n. 756. & omnium Auctorum.

Flores a fructu tota planta distincti. Juli mares fiunt florum fasciculis disfitis. Eorum calyces expansi plerumque trifidi (TOURN. A.), aut quadrifidi (B). Staminum pedunculi longi, teneri, eorum numerus ad segmenta calycis quadruplex, duodecim, aut sedecim, apices rotundi gemelli. Flores feminae fiunt calycibus solitariis, trifoliis (E), & quadrifoliis (D) & capsulis subasperis (G) gemellis, monospermis, ex quarum apice duae tubae reclinatae prodeunt, cornuum ibicum similes F.

1. MERCURIALIS caule brachiato foliis glabris LINN. *hort. Cliff.* p. 461. ROYEN. p. 203.

α Mas *Mercurialis femina* RUELL. III. C. 156. FUCHS. p. 476. MATTH. p. 1298. CAM. Epit. p. 997. GESN. Hort. p. 267. *b.* Coll. p. 90. *b.* CORD. Dioscor. IV. c. 191. DOD. p. 658. LOB. p. 259. TAB. p. 551. bene I. B. II. p. 977. RAJ. I. p. 163.
Mercurialis vulgaris TRAG. p. 189
Mercurialis quae floret CAES. L. VIII. c. 2. p. 318.
Mercurialis spicata sive femina Dioscoridis & Plinii C. B. Bas. p. 55. P. H. OX. II. p. 612. I. R. H. ZANICH. ic. n. 296. PONTED. Anthol. p. 212.

β Femina
Mercurialis mas (ob similitudinem testiculorum) RUELL. p. 663. DORST. p. 179. FUCHS. p. 475. MATTH. p. 1297. GESN. l. c. DOD. l. c. TAB. l. c.
Mercurialis testiculata TRAG. p. 189.
Mercurialis mascula CORD. l. c.
Mercurialis CAM. Epit. p. 996. GESN. Coll. p. 90. *b.* BLAKW. T. 168.
Linozostis, mercurialis mas LOB. p. 259.
Mercurialis quae fructum fert CAES. l. c.
Mercurialis testiculata sive mas Dioscoridis & Plinii C. B. Bas. l. c. H. OX. II. p. 612. T. aut. de Par. p. 213. I. R. H. PONTED. p. 112.

Ubique in vineis, hortis neglectis, locis ruderosis.

Habitus tener, levis & succi plenus. Juli erecti ex alis foliorum. Annua est.

Alvum ducit aquosa & subsalsa. Inter emollientes habetur, & vel ipsa planta, vel mel, quod succi sesquialteram portionem recepit, & Monspelii frequentissime paratur STROBELBERG. *descr. Gall.* p. 214.; additur clysteribus, pessis uterinis &c. Syrupus simplex in Galliis ad duas uncias datur ad ventrem laxandum, conpositus vero a TOURNEFORTIO descriptus, etiam in EPHEM. NAT. CUR. *Dec.* III. *Ann.* 8. *Obs.* 10. pro admirabili ad prolongandam vitam medicamento venditatur.

2. MERCURIALIS caule simplicissimo foliis scabris *hort. Cliff.* p. 461.

Mas

Cynocrambe Mercurialis ſylveſtris DOD. p. 659. facit androgynam.
Mercurialis ſylvatica femina GESN. Coll. p. 90. *b.*
Mercurialis in ſylvis alia GESN. Hort. p. 268. *b.*
Cynocrambe Mercurialis ſylveſtris & canina braſſica LOBEL. ic. p. 260.
Mercurialis in montibus CAES. l. c.
Mercurialis montana perennis RUPP. p. 264.
α Mas
Cynocrambe femina CAM. Epit. p. 999. bene RAJ. I. p. 163.
Mercurialis montana ſpicata C. B. Baſ. l. c. H. OX. II. p. 613. T. aut. de Par. p. 347. I. R. H.
Cynocrambe ſive Mercurialis repens femina I. B. II. p. 977.
β Femina ſ. fructifera.
Cynocrambe FUCHS. p. 444. bene, MATTH. p. 1299. male
Mercurialis ſylveſtris TRAG. p. 191.
Mercurialis ſylvatica mas GESN. Coll. p. 90. *b.*
Mercurialis agreſtis mas GESN. Hort. l. c.
Mercurialis maſcula ſylveſtris CORD. p. 111. cum ic. GESNERIANA.
Cynocrambe mas CAM. Epit. p. 998. I. B. II. p. 979. RAJ. &c.
Mercurialis montana teſticulata C. B. Baſ. p. 35. H. OX. l. c. T. aut. de Par. l. c. I. R. H. &c.

In ſylvis non rara eſt, & primo vere floret.

Caulis non ramoſus. Juli ut in priori, tum mares, tum feminae. Folia majora, hiſpida. Perennis eſt.

C. GESNERUS in oleribus ait etiam gratiorem eſſe, ſed narcoticam & lethalem nequitiam expertus eſt SLOANE apud RAI. *Synopſ.* III. p. 138. vid. LOWTHORP. *Abridgm.* II. p. 640. Male ergo pro *Mercuriali*, officinali planta, repoſita eſt in herbario BUCHWALDIANO p. 176.

ASARUM.

T. T. 286. & omnium Auctorum.

ASARI LINNAEI n. 385. aliquae ſpecies.

Flos campaniformis, profunde trifidus, ſegmentorum mucrone incurvo: ſtamina duodecim apicibus gemellis, corniculo ex coalitu capſularum educto, ex ſummo ovario orta, circumſtant tubam. Tuba columnari apice ſexfido. Fructus ſexlocularis, polyſpermos.

1. ASARUM BRUNFELS. I. p. 71. RUELL. p. 290. DORST. p. 13. b. TRAG. p. 64. bene. MATTHIOL. p. 36. CAMER. *Epit.* p. 19. egregie. CORD. *hiſt.* p. 112. b. GESNER. *hort.* p. 249. *tab. coll.* p. 60. b. DOD. *purg.* p. 110. bene. *Pempt.* p. 358. CAESALP. p. 389. TABERN. p. 751. LUGD. AICHSTETT. *vern. ord.* 6. T. 9. f. 2. C. B. *Baſil.* p. 58. P. I. B. III. p. 548. RAI. p. 207. I. R. H. *aut. de Par.* p. 318. BLAKWALL. T. 383.

Aſarum, Baccaris ſ. Baccatus LOB. ic. p. 601.
Aſarum vulgare rotundifolium H. OX. III. p. 511.
Aſarum foliis ſubcordatis petiolatis LINN. Cliff. p. 178. ROYEN. p. 207.
β Species *foliis majoribus circa Eremum Virginis* GESN. Hort. p. 249. & CAM. Hort. p. 22.

In Helvetiae ſylvis montoſis. Supra *Münchenſtein* inveni, in via, qua *Mutetum* redivinus. In adſcenſu *Dolae* copioſe. Circa Tigurum, non procul Limago fluvio GESNER.

Folia reniformia, pediculo hilo exciſo. Caules florigeri aphylli, gerunt ſolitarios flores extus, ut folia, hirſutos, intus obſcure purpureos.

Odor totius plantae fortis, non ingratus, ſapor amarus, & acris. Reſolvit valide, & movet. Minori doſi urinas pellit, menſesque, & ſanguinem coactum reſolvit, pulmones liberat; majori doſi, maxime ſi in vino infuſa fuerit, vomitus ciet, datur mente motis, & validiſſimis corporibus. Doſis radicis ſcopo emetico in ſubſtantia drachma dimidia & integra, in infuſo quadrupla. Foliorum unum, duo, tria ad octo BLAIR. In aqua infuſam aiunt urinas pellere, non purgare, FABREGOV. &c. & idem fieri docet BOERHAAVE, ſi diutius radix incocta fuerit. Pulvis per nares adſumtus, eſt errhinum validum, & longo uſu plurimum muci educit, & prodeſt in longis cephaleis. ALLEYNE, BLAIR. *Pharm. Bot.* p. 116.

ARISTOLOCHIA.

T. T. 71. LINNAEI n. 693.

Hanc plantam in methodo naturali ab Aſaro non videtur divellendam eſſe. Habitus, quae notarum princeps eſt, vires medicae, ſtamina, fructus, conſentiunt, petalum ſolum differt. Ergo pediculi aphylli, ex alis foliorum, educunt ovarium oblongo rotundum, huic innaſcitur flos monopetalos, tubuloſus, tubo prope ovarium ventricoſo, in extrema parte oblique hinc quidem reſecto, inde lingulam educente. Placenta informis inſidet orario, & ſtella ſex radiorum coronatur. Ei adglutinantur (MALPIGH. f. 172.) ſex antherarum paria, quorum quodlibet quadriloculare eſt, & duobus apicibus aequivalet, ut recte pro duodecim ſtaminibus numeret BOERHAAVIUS. Fructus ſexlocularis polyſpermos.

1. ARISTOLOCHIA caule ſimpliciſſimo, erecto, foliis cordatis petiolatis, floribus lateralibus confertis CLIFF. p. 432. ROYEN. p. 253.

Oſterlucey BRUNF. I. p. 48.
Ariſtolochia rotunda FUCHS. p. 90.
Ariſtolochia longa TRAG. p. 178. MATTH. p. 648. LUGD. p. 977. (ex MATTHIOLO) *altera hodie dicta* CORD. Dioſc. p. 50.
Ariſtolochia Clematitis vulgaris CLUS. p. LXXI. bene, I. B. III. p. 560.
Ariſtolochia Clematitis GESN. Coll. p. 60. Hort. p. 248. LOB. ic. p. 607. RAJ. p. 762. BLAKW. T. 255.
Ariſtolochia Sarracenica DOD. p. 326. LUGD. p. 979. ex DODONAEO.
Ariſtolochia altera CAES. p. 566.
Ariſtolochia longa vulgaris CAM. Epit. p. 421. H. AICHST. Aeſt. Ord. IV. T. 3. f. 2.
Ariſtolochia Clematitis recta C. B. ZANICH. ic. 180. I. R. H. aut. de Par. p. 175.
Ariſtolochia multiflora RIVIN. Monop. Irreg.

In vineis calidioris Helvetiae.

Longe ſerpit, radice terete, fibroſa, longiſſima. Caules in noſtris proſtrati, & recti, foliis alternis cordatis. Flores aliquot conjunctim e ſingularibus pediculis ex alis foliorum penduli, e luteo virentes.

Sapor acris, amarus, qui Aſari, adeo valens, ut vina gallica corrumpat, ubi frequentior naſcitur CLUSIUS, MAGNOL. Radicis vires maximae ſunt. Ad decocta vulneraria, menſes & lochia pellenda, cachecticos languores olim & noſtris temporibus laudata eſt. Inſperſus pulvis ulcera cacoethe, cum carie conjuncta, carnibusque fungoſis exuberantia repurgat. Doſi paulo majori ſemen aut radix vomitum movent. Datur autem radix in ſubſtantia ad drachmam, quando plurima ſumitur (duas tamen permittit CHOMEL.). Eſſentia ad octoginta guttas quotidie ſumta ad podagram laudatur a BOERHAAVIO in *Prael.* & in E. N. C. *Cent.* IV. *Obſ.* 86. ubi multa adduntur, quae ad virtutes ſpectant. Monet tamen BOERHAAVIUS, diuturno uſu deſtruere tunicam ventriculi villoſam, & nocere languore appetitus & totius corporis illato. In haemorrhoidibus internis decocto & clyſtere etiam perfecta ulcera ſanavit CHOMEL.

APETALARUM STAMINIFERARUM

ORDO VIII.

Hae plantae ſucceſſiva degeneratione a ſimplicitate maxima ad perfectos flores adſcendunt. Cum anomalae ſint, & facies conſentiat, foliorum aut conjugatorum, aut radiatorum, neque alibi opportunius poni poſſint, conjunctas relinquere viſum eſt.

CHARA.

VAILLANT. *Memoir. de l'Acad. 1719.* LINNAEI n. 801.
HIPPURIS DILLEN. E. N. C. *Cent.* V. VI. *Appena.* p. 58. PONTEDERAE *Anthol.* p. 116.

Huic caules ramoſi, folia ſena aut plura verticillata, verſus caulem incurvata, & in ſumma planta collecta in nidi ſpeciem, qualis plerumque plantarum facies eſt, quas hic dicemus. Pro floribus globuli ſunt, qui paſim angulis diviſionum ſeſſiles adnaſcuntur. In horum ſumma parte PONTEDERA & LINNAEUS tubam trifidam, & apicem globoſum. VAILLANTIUS praeterea coronulam dentatam, ſummo globulo innatam, & PONTEDERA calycem bifolium viderunt. Haec omnia nondum reperi.

1. CHARA vulgaris foetida VAILL. 1719. p. 23. T. III. f. 1. 1.

Hip-

Hippuris lacuſtris foliis manſu arenoſis GESN. Tab. Coll. p. 81. *b.*
Equiſetum quintum, Chara Lugdunenſibus LUGD. p. 1070. abſque icone.
Equiſetum foetidum ſub aqua repens C. B. Prodrom. p. 25 cum icone, Theatr. p. 250. Baſ. p. 16. P. PARK. H. OX. III. p. 621. RAJ. p. 130. SCHEUCHZ. It. IV. p. 333. T. aut. de Par. p. 268.
Hippuris aquatica, foetida, polyſperma PONTED. Anthol. p. 116.
Chara vulgaris LINN. Lap. n. 469.
Chara caulibus levibus ROYEN. p. 533.

In omnibus foſſis & aquis dormientibus Helvetiae nimis familiaris.

Cauliculi modo leves, ſtriati, modo corallinarum more quadam arenoſa cruſta tecti, modo tuberculis inſignioribus exaſperati, ramoſiſſimi. Folia octo, novemque, teretia, ramoſa, ramis paucis & brevibus, modo levia, modo aſpera. Globuli aurantii coloris, originibus ramorum in ipſo angulo inſident, plerumque quaterna, quorum duo inmatura ſunt. Odor foetidus, quaſi allii. Manſa ſtrepit, & per ſiccitatem friabilis aegre ſervatur: Saepe tota e flavo rubet. Venenatam eſſe odor cicutae non diſſimilis, & putredo loci natalis, demonſtrat, ut facile credam Cl. IUSSIEU, qui venenatam indolem aquarum Sequanae, cauſam morborum epidemicorum ejus anni, huic plantae tribuit: uti e diverſo de Confervae venenata natura, quam eodem loco accuſat, vix fidem ipſi adhibeo.

2. CHARA major ſubcinerea fragilis VAILL. p. 23. *Synopſ.* RAI. p. 132.
Equiſetum fragile majus, ſubcinereum, aquis immerſum H. OX. III. p. 621. S. XV. T. 2. f. 9.
Equiſetum ſive Hippuris lacuſtris foliis manſu arenoſis RAJ. Cat. Angl. p. 97. PLUKNET. p. 135. T. 29. f. 4. pro vulgari. Sed in RAJI hiſtoria *Hippuris lacuſtris* diſtinguitur a planta BAUHINI.

Quam I. GESNERUS & STAEHELINUS miſerunt, a priori ſtatura pedali, & planiſſimis foliis differre videtur, quae primae teretia ſunt. Sed utramque notam ad primam invenio accedere, & explanari folia, quando putredo ſuccum extraxit.

3. CHARA major caliculis ſpinoſis VAILL. l. c. f. 3.
Equiſetum ſive Hippuris muſcoſus ſub aqua repens in Hibernia PLUKNET. p. 135. T. 193. f. 6. quae icon a VAILLANTIANA inſigniter differt.

Qualis ad me miſſa eſt, certo non differt a prima: tubercula enim, & eminentiae arenoſae in eodem ſpecimine alibi adſunt, alibi nulla reperiuntur.

4. CHARA translucens major flexilis VAILL. l. c. & f. 6.

STAEHELINUS hanc miſit, omnino diverſam. Statura altior, cauliculi plani, tenues, pellucidi, absque cruſta arenoſa, hinc per ſiccitatem rugis inſcripti. Folia integra, absque ramis, longiſſima, recta. Racemi longe copioſiores, ex octo pluribusve globulis collecti.

LIMNOPEUCE.

VAILLANT. l. c. T. 1. f. 3.
PINASTELLAE ſpecies RUPP. *flor. Ien.*
PINASTELLA DILL. *Suppl. Append. ad pl. Gieſſ.* p. 168.
HIPPURIS LINNAEI n. 1.

Folia verticillata. Quot folia, tot ovaria in verticillum, monoſperma, ovata, quae ex apice, qui alba corolla coronatur, verſus caulem tubam, recurvam, & anterius antheram craſſiſſimam pediculatam effert. Nomen VAILLANTII reliqui, ſi enim Peuce Picea eſt, nihilo incertius eſt, Hippurim eſſe Equiſetum. 397

1. LIMNOPEUCE CORD. *hiſt.* p. 150. VAILL. RAI. *Syn.* III. p. 136.
Aquatica pinus RUELL. p. 581.
Polygonum femina MATTH. p. 952. Epit. CAM. p. 689. GESN. Hort. p. 273. *b.* DOD. Cereal. Pempt. p. 113. LUGD. TAB. p. 835. &c.
Polygonum femina ſemine vidua LOB. Adv. p. 354. ic. p. 792.
An *Similis Equiſeto* CAESALP. L. XVI. c. 16?
Equiſetum paluſtre brevioribus foliis polyſpermon C. B. Theatr. p. 242. H. OX. III. p. 621. RAJ. p. 129. T. pl. aut. de Par. p. 268. SCHEUCHZ. It. VII. p. 511. WEINM. T. 480. *f.* (& *e.* ibid.)
Equiſeti facie, polygonum femina I. B. III. p. 732.
Pinaſtella ſurrectior RUPP. p. 275.
Limnopeuce vulgaris VAILL. memoires l. c. p. 19.
β Eadem Michelfeldae indicata, & prope patibulum, ubi vulgarem legi a. 1728. & 1736.
Equiſetum paluſtre linariae ſcopariae folio C. B. Prodr. p. 24. Baſ. p. 15. Theatr. p. 241. H. OX. ſyn. RAJ. III. &c.

In paludoſis Helvetiae ubique. In lacubus, v. g. Moratenſi, erigitur ad plures pe-

des, & ex aqua, etiam profundiſſima, caulem effert. In fluviis inclinatur, & fluento obſequitur.

Caulis ſimplex, in cylindros diviſus, uti Equiſetum, aqua plenus. Folia verticillata, duodena & ultra, erecta, ſub aqua reflexa, fere Gallii albi vulgaris, oris parallelis, modice acuminata. Ovaria diximus. Interponuntur autem ovariis corpuſcula grandiora, quae non ſunt, niſi gemmae.

ZANICHELLIA.

MICHEL. p. 70. T. 34. LINN. n. 700.
ALGOIDES VAILL. *Memoir. de l'Acad.* l. c. p. 15. T. 1. f. 1.
APONOGETON PONTEDER *Anthолog.* p. 117.
GRAMINIFOLIA DILLEN. *in append.* p. 168.

Folia conjugata, & habitus Potamogetonis. Sed flores mares a feminis diſtincti, licet commiſti ſint. Feminae ſunt clypeoli aliquot ſcabri, lenticulares, apice ex pediculo efferente bracteam coloratam. Hos communis bifidus calyx recipit omnes. Maſculus flos in eadem ala folii, extra vaginam, eſt craſſus apex, longe petiolatus.

1. ZANICHELLIA tubae liugula integra.

Potamogeton capillaceum capitulis ad alas trifidis C. B. Prodr. p. 101. RAJ. p. 190.
Potamogetoni affinis Graminifolia aquatica RAJ. p. 190. FABREGOU. VI. p. 73. ex RAJO.
Potamogetoni ſimilis Graminifolia ramoſa, & ad genicula polyanthos PLUKN. p. 305. T. 102. f. 7.
Aponogeton aquaticum graminifolium ſtaminibus ſingularibus PONT. Anth. p. 117. RAJ. ſyn. III. p. 135.
Potamogeton capillaceo folio, floſculis ad foliorum alas RUPP. p. 52.
Algoides vulgaris VAILL. l. c.
Graminifolia DILL. Nov. Gen. p. 168.
Zanichellia LINN. Lapon. n. 321. Cliff. p. 437. ROYEN. p. 9.
Zanichellia paluſtris major, foliis gramineis acutis, flore cum apice quadricapſulari, embryonis clypeolis integris, & vaſculo non barbato, capſulis ſeminalibus ad coſtam dentatis MICHEL. l, c. & f. 1. optime.

In fonte pagi *Bubendorf* agri Baſileenſis STAEH. Tiguro miſit I. G. Supra *Curiam* verſus *Sax* in paludoſis I. C. BAUHINUS. In Germaniae rivulis frequens eſt.

Caulis ramoſiſſimus, ex geniculis radiculas, & folia bina emittit, graminea, lineata, acuta. Ibidem oriens ramus lata vagina excipitur. Clypeoli quatuor, ad ſex, ſubaſperi, ex vertice tubam emittunt, cujus ſummitas in latam cordiformem bracteolam reflectitur, quae margine integro eſt.

STELLARIA.

VAILL. *Bot. Pariſ.* p. 190. T. XXXII. f. 10. DILLEN. *nov. gen.* p. 119. T. VI.
CORISPERMI LINNAEI n. 3. ſpecies.

Huic pariter folia conjugata: flores duorum generum. Mares in ſuprema planta inter folia conferta, quae in roſulam ſpicatam congeruntur; feminae juxta caulem inferius foliis ſolitariis plerumque inſident, & ſerius florent. Utrique duo petala in lunae creſcentis ſpeciem eminent ad latera caulis. Mari ſtamen unicum eſt, pediculo multoties petalis longiore, apice ſubrotundo biloculari. Feminae ovarium quater inciſum cum duabus tubis. Biloculare plerique faciunt, DILLENIUS quadriloculare. Nondum inquiſivi.

1. STELLARIA foliis omnibus anguſtis, apice reſecto.

Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio in apice biſecto LOES. p. 140. ic. 38.
Stellaria aquatica foliis longis tenuiſſimis RAJ. Cat. Angl. PLUKNET. p. 357. VAILL. p. 190. qui a priori ſeparat, DILL. ſyn. RAJAN. III. p. 290.

In uliginoſis, ubi aqua exſiccata lenticulas, nudas, coenumque molle reliquit. Hanc legi in via, quae ducit ad pagum *Worb*, paulo ultra *Muri*.

Caulis ex ſingulis geniculis radiculas agit. Folia obpoſita, ad angulos rectos exeunt, oris parallelis, fine quaſi reſecto. In ſummo caule folia paululum latiora, cruciatim & decuſſatim congeruntur in capitulum. Flores argentei, facile apice recurvo conglobantur.

2. STELLARIA foliis ad caulem anguſtis, in ſummitate ſubrotundis.

Stellaria aquatica LOB. p. 792. C. B. P. PARK. RAJ. p. 1323. & Cantabr. p. 160. cum deſcriptione.
Foeniculum aquaticum ſtellatum TAB. p. 187. ex LOBELIO.
Alſine aquis innatans foliis longiuſculis I. B. III. p. 786.
Stellaria DILL. ſynopſ. RAJ. III. p. 289.

Ubi-

Ubique in ſtagnis, foſſis, locisque udis.

Folia inferiora Gallii albi minoris, lineam lata, parallelis oris, obtuſa. Quae vero capitulum efficiunt, ea ſubrotunda ſunt, aut ovata, ſerpylli.

3. STELLARIA foliis omnibus ſubrotundis.

Alſine aquatica ſurrectiori I. B. III. p. 786.
Callitriche Plinii COL. Ecphr. p. 315. ic. p. 316.
Lenticula paluſtris bifolia fructu tetragono C. B. P. ex COLUMNA, LOESEL. p. 139. MAGNOL. append. ad Botan. p. 300.
Lenticula aquatica bifolia Neapolitana PARK. p. 1262.
Alſines paluſtris facie, puſilla, repens, foliis carnoſis, didymophoros PLUKNET. Almag. p. 21.
Stellaria minor foliis ſubrotundis conjugatis RUPP. p. 44. BUXBAUM.
Stellaria minor & repens DILL. Cat. Gieſſ. p. 120. ſyn. III. p. 289.

Ubique, ſimilibus locis.

Huic folia etiam ad caulem, qualia priori ſuprema ſunt, ſubrotunda, ſerpylli. Pridem conjunxit omnes PLUKNET, & nuper LINNAEUS *Coriſpermum* dixit *foliis obpoſitis* Flor. Lapon. n. 2. hort. Cliff. p. 3. quod nomen etiam ROYENIUS habet p. 205. Tertiam enim cum prima conjungere videtur ſecunda, quae inter utramque media eſt. Dum liqueat, interim ſequi viſum eſt conſentientes Botanicos.

POTAMOGETON.

TOURN. T. 103, LINNAEI n. & omnium Scriptorum.

Vita aquatica & habitus priorum, foliaque in vertice conferta. Vaginae amplexicaules, ſub originibus ramorum, & ſuper folia. Folia in plerisque ſpeciebus alterna, & ad ramorum originem conjugata. Sed fructus floresque effert in racemis nudis. Petala, nam delabuntur, & ſemina nuda relinquunt, quatuor, herbacei coloris. Stamina ſeſſilia octo, craſſis gemellis apicibus. Semina nuda quatuor, lenticulata, & unguiculata, cum recurvis roſtris, loco tubarum, ornentur.

1. POTAMOGETON foliis oblongo ovalibus petiolatis LINN. *hort. Cliff.* p. 40.

Potamogetum FUCHS. p. 651. bene.
Alga IIII. Potamogetum TRAG. p. 688. ead. ic.
Potamogeiton altera folio rotundiori CORD. Dioſc. IV. c. 101.
Potamogeton MATTH. p. 1137. non placet CAM. Epit. p. 873. CAES. VIII. c. 22.
Potamogeton ſpicata TAB. p. 739.
Potamogeton I. LUGD. p. 1007. ex MATTH.
Potamogeton rotundifolium C. B. Baſ. p. 57. P. RAJ. p. 188. I. R. H. aut. de Par. p. 128. FABR. VI. p. 72.
Potamogeton rotundiori folio I. B. III. p. 776. cum icone aliena.

Ubique in ſtagnis, & fluviis tranquillioribus.

Folia inſtar Nymphaeae tota innatant aquae, ex ellipticis acuta, firma, uti Nymphaeae, nervis ellipticis, ex longis pediculis enata. Spica floralis ex foliorum alis erigitur, dum floret, longa inter congeneres, & gracilis, denſaque.

2. An POTAMOGETON rotundifolium alterum. LOESEL. p. 206. ic. 65. RAI. *Syn.* III. p. 149.

In horto ſicco HAGENBACHII, Bernae lectum.

Caulis fluitans, & radiculas edens ex geniculis, uti reliqui Potamogetones. Folia ſeſſilia, orbiculata, dura, uti 1. ſpeciei. Florem non vidi. A ſequente diverſiſſima eſt.

3. POTAMOGETON foliis cordatis amplexicaulibus LINN. *Lapon.* n. 69. ROYEN. p. 212.

Potamogeton tertia DOD. p. 582. folio juſto anguſtiori.
Potamogeton μαλακοφυλλον THALII. p. 86.
Potamogeton foliis latis ſplendentibus C. B. Baſ. p. 57. MUR. p. 617. I. R. H. aut de Par. p. 223.
Potamogeton altera Dodon. I. B. III. p. 778.
Potamogeton perfoliatum RAJ. p. 188. VAILL. FABR. &c.

In lacubus, ſtagnisque Helvetiae.

Haec ſpecies, & ſequentes omnes, folio ſunt tenui, viridiſſimo, pellucido, uti charta eſt, oleo intincta. Folia cordata, appendicibus baſeos caulem intercipiunt, cordis apice aliquando modice anguſtiori, alias rotundo. Nervi folii elliptici, ora undulata. Spica validiſſimo bacillo inſidet, brevis, & craſſa.

4. POTAMOGETON foliis ovatis, longiſſimis, pediculatis.

Potamogeton altera DOD. p. 582. omnino.

Potamogeton foliis anguſtis ſplendentibus C. B. P. RUPP. &c.
Fontinalis lucens major I. B. III. p. 777. bene
Potamogeiton aquis inmerſum folio pellucido, lato, oblongo, acuto, RAJ. p. 188. &c.
Potamogeton alpinum plantaginis folio I. R. H. FABREG. l. c.
Potamogeton foliis lanceolatis in petiolos deſinentibus LINN. Hort. Cliff. p. 40. ROYEN. p. 212.
β *Potamogeton folio longo ſerrato* C. B. P. I. R. H. aut. de Par. p. 223. VAILL. FABREG. l. c.
Lapathum fluitans folio longo ſerrato I. B. II. p. 988. bene.

Longiſſimo caule, ex profundisſimis lacubus Helvetiae, ad decem & ultra orygias in ſuperficem adſcendit, ſylvulasque ſub aqua facit. In lacu *Biennenſi*, *Moratenſi*, *ſelino*, fluviis *Dubi*, *Broja* &c.

Folia Malabathri. Longa ſunt, in tota gente ampliſſima, in priori varietate ovalia, in altera ex ſtrictiori ellipſi acuta, nervis ellipticis, ora plicata, ut ſerrata videri poſſit. Pediculi ex alis foliorum conjugatorum crasſisſimi, gerunt ſpicas cylindricas, denſas, longasque. An diverſa fuerit varietas β? Nondum liquet.

5. POTAMOGETON foliorum oris plicatis & molliter ſpinoſis.

Alga ſecunda TRAG. p. 688. obſcure
Tribulus aquaticus minor CLUS. Pann. p. 714. 715. duae icones. Hiſt. p. CCLII. unica & prior.
Puſillum Fontilapathum LOB. ic. p. 286. bene
Potamogeton ουλοφυλλον THAL. p. 86.
Potamogeton foliis criſpis ſ. lactuca ranarum LOES. HERM. MUR. p. 691. T. aut. de Par. p. 297. I. R. H. *prior ſpecies* C. B. P.
Potamogeton foliis anguſtis & undulatis FABREG. VI. p. 72.
Fontinalis criſpa I. B. III. p. 778. RAJ. p. 189.
Potamogeton foliis lanceolatis alternis undulatis ROYEN. p. 212.

Vulgaris in rivulis, quorum fluentum ſequitur inclinatis cauliculis.

Folia alterna, nervis non ellipticis, parallelis, ad mediam coſtam inclinatis, ora criſpa, contracta, ſpinulas emittente, longa caeterum, orisque parallelis. Pediculi ex ſuprema planta exigui brevesque. Capitulum breve.

* POTAMOGETON foliis denticulatis I. B. quod MURALTUS citat p. 729. Id nomen apud I. B. non exſtat. An Fluvialem Piſanam intelligit, nondum viſam in Helvetia? an tantum proxime priorem Potamogetonem?

6. POTAMOGETON foliis lanceolatis oppoſitis acuminatis ROYEN. p. 213.

Tribuli aquatici minoris ſpecies altera CLUS. Pann. p. 713. Hiſt. p. CCLII. abſque icone.
Potamogeton foliis criſpis ſiue lactuca ranarum altera ſpecies C. B. P.
Fontalis media lucens I. B. III. p. 777. RAJ. p. 189.
Potamogeiton lucens folio plano mucronato brevi PLUKNET. p. 304.
Potamogeiton minus foliis denſis, mucronatis, non ſerratis MAGN. Bot. Monſp. App. I. R. H. TILL.
Potamogeiton ramoſum anguſtifolium VAILL. p. 163. malum nomen.

Cum priori, pariter vulgaris.

Folia conjugata, caulis dichotomos. Folia latiuſcula, ſed juxta nervum plicata, ut anguſtiora videantur, lanceolata, acuta, in ſumma parte congeſta, imbricata. Pediculus floriger brevis, capitulum florigerum minimum. Semina vix ultra quatuor maturantur.

7. POTAMOGETON foliis gramineis, latiuſculis, crasſisſimis ſeminibus.

Potamogeton gramineum latifolium LOES. ic. 66. p. 206. bene, RAJ. ſyn. III. p. 149.

Locum natalem ignoro, & communicatum poſſideo.

Graminis ſimillimus eſt, caule longo, plano, magnis vaginis, foliis lineatis, ſubito acuminatis, decreſcentibus, acutiſſimis, neque ſerratis, neque undulatis, ad ortum ramorum conjugatis. Pediculi unciales, ſemina pauca in meis ſpeciminibus, & ex maximis gerunt, quae ſequentium ſpecierum ſemina inſigni ratione ſuperant.

8. POTAMOGETON caule terete, foliis planis, longisſimis, ſpica craſſa & denſa.

Potamogeton racemoſum anguſtifolium C. B. Prodr. p. 101. I. B. III. p. 778. FABR. l. c. (ramoſum)
Potamogeton fluviatile longiſſimo gramineo folio noſtras PLUKNET. Mantiſſ. p. 155. Amalth. p. 177. RAJ. ſyn. III. p. 150. n. 12.
An *Potamogeton ingens gramineo folio longiori* VAILL. T. 32. f. 5? Videtur.

STAEHELINUS nuper miſit, lectum in agro Baſileenſi. In rivis circa Gottingam frequens eſt.

Caules longisſimi, fluento obſequioſi, ramoſi, teretes, denſisſime intricati. Folia quatuor, & quinque unciarum, ubique intra lineam lata, margine deorſum convoluto. Petioli florales ex ſummis cauliculis brevisſimi; ſpicae denſae, craſſaeque.

9. PO-

9. POTAMOGETON caule plano, foliis gramineis, undulatis, ſpica exigua.

Potamogeton ramoſum caule conpreſſo folio graminis canini MERRET. p. 97. RAJ. *Cant.* p. 124. DILL. Cat. Gieſſ. p. 112.

Potamogeton caule conpreſſo folio graminis canini RAJ. Hiſt. p. 189. PLUKNET. T. aut. de Par. p. 352. I. R. H. FABREGOV. &c.

Potamogeton foliis linearibus, obtuſis, caule compreſſo LINN. Hort. Cliff. p. 40. ROYEN. p. 213.

In paludoſis inter *Gümligen* & *Muri*. Baſileae in fonte Palatii *Badenſis*. *Fridlingae* STAEHEL.

Facies congeſta prioris. Sed folia breviora, vix duas uncias ſuperant, & frequenter undulata ſunt. Ex gracili pediculo capitulum minimum.

10. POTAMOGETON caule terete, foliis anguſtiſſimis, ſpica minima.

Potamogeton gramineum ramoſum C. B. Prodr. p. 101. I. B. III. p. 778.

Potamogeton gramineum tenuifolium LOESEL. p. 206. ic. 67. bene.

Potamogeton puſillum folio gramineo breviori VAILL. T. XXXII. f. 4.

Potamogeton puſillum folio gramineo caule rotundo RAJ. Cant. p. 125. Hiſt. p. 190. PLUKN. I. R. H. &c.

Potamogeton ramoſum foliis gramineis FABREGOV. VI. p. 72.

Potamogeton foliis linearibus alternis remotis ROYEN. p. 213.

I. G. miſit, & DIVERNOI in *Reuſa* fl. naſcens, ubi in lacum Neocomenſem ſe effundit. In paludoſis *Gürben-Moos*.

A priori n. 9. differt foliis anguſtiſſimis: deinde ſpicae minimae breves & pauciflorae, ex paucis ſeminibus divergentibus, quam plurimae ex ſumma planta adſcendunt.

11. POTAMOGETON pediculis florigeris longiſſimis, glomerulis florum remotis.

Potamogeton millefolium ſeu foliis gramineis ramoſum RAJ. Hiſt. p. 189.

Potamogeton puſillum BOCC. plant. rar. ſicil. p. 42. T. 20. f. 5. ob verticillos diſſitos.

Potamogeton foliis linearibus acutis longiſſimis, alternis, confertis ROYEN. p. 213.

I. GESNERUS miſit, & STAEHELINUS, & Gottingae inveni.

Folia peranguſta, utrinque convexa, linea diviſa, ad duas uncias longa. Rami florigeri nudi, omnium Potamogetonum longiſſimi, habeo enim pedales: in iis glomeres florum remoti, uti in Mercuriali, aliquando per aliquot uncias, rotunduli. Totius gentis minimus eſt, & Zanichelliae ſimilior.

PENTAPTERIS.

MYRIOPHYLLUM PONTEDER. *Anthолog.* p. 199. VAILL. *Memoir. l. c. p.* 30. T. 2. f. 3. LINN. n. 724.

PENTAPTEROPHYLLON DILL. *nov. plant. gen.* p. 125. T. VII.

Potamogeton iproxima, facile differt. Folia verticillata, fere quina. Flores omnium ſexuum. In ſumma planta frequentes mares, in ima feminae. Inſident autem orientibus foliis, uti in Limnopeuce, & Stellaria. Androgynorum haec eſt ratio. Ovarium obtuſe parallelepipedon, quadriloculare, tetraſpermon, ex ſummo apice educit calycem breviſſimum, quadrifidum, petala vero quatuor, excavata, ovata. Intra haec ex ſummo ovario ſtamina octo, breviſſimis pediculis, antheris validiſſimis, per longitudinem fiſſis. Tubae quatuor repandae. In maribus ovarium & tubae, in feminis, uti facile eſt videre, ſtamina deficiunt. Character paulum diverſus traditur. VAILLANTIUS, DILLENIUS & PONTEDERA omnes flores androgynos faciunt, LINNAEUS nullos. Idem cum PONTEDERA calycem omittit, quem enim deſcribit, ſunt petala. Ita certe, uti deſcribo, inveni in ſpecie, quae dicitur minor.

1. PENTAPTERIS ſcapo florigero nudo.

Alga III. TRAG. p. 688. Ita I. B. ſed eſt Hottonia.

Millefolium aquaticum pennatum C. B. in TAB. p. 188.

Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum C. B. in MATTHIOL. p. 813. Prodr. p. 73. H. OX. III. p. 622. MURALT. p. 604.

Millefolium pennatum aquaticum I. B. III. p. 783. ex fratre

Potamogeton foliis pennatis I. R. H. aut. de Par. p. 224. RUPP. &c.

Myriophyllum aquaticum pennatum & ſpicatum PONTED. p. 198.

Myriophyllum aquaticum majus VAILL. Mem. 1719. p. 30. Bot. Par. p. 143. FABREG. V. p. 252.

Myriophyllum LINN. flor. Lapon. n. 342.

Myriophyllum floribus maſculis interrupte ſpicatis LINN. Cliff. p. 446. ROYEN.

Haec ſpecies rarior eſt. Genevae I. B. circa Noſodochium. Neocomo miſit DIVERNOI. In lacubus & ſtagnantibus aquis circa *Tigurum* MURALT.

Caulis, uti in altera, longus, per intervalla anulis crasfioribus diftinctus, ex quibus radiculae oriuntur, & quinque folia divergunt. Haec fiunt coſta, ex qua conjugata capillaria fila per plurima paria prodeunt, extremo inpare. Caulis in floralem longisſimum ſcapum, perfecte aphyllum, producitur, ad quem exigui glomeres florum magnis intervallis diſponuntur.

2. PENTAPTERIS floribus foliis inſidentibus.

Millefolium aquaticum minus CLUS. p. CCLII. C. B. Phyt. 1. B. III. p. 783. BARK. RAJ. p. 1322.
Millefolium aquaticum floſculis ad foliorum nodos C. B. LOESEL. p. 165. cum deſcr. &c.
Potamogeton floſculis ad foliorum nodos I. R. H. aut. de Par. p. 224. BOERH. LIND. &c.
Myriophyllum aquaticum ad foliorum nodos floriferum PONTED. p. 198.
Potamogeton foliis pennatis alterum & ſurrectius ad nodos florens RUPP. p. 53.
Myriophyllum aquaticum minus VAILL. Memoir. 1719. p. 31. Bot. Pariſ. p. 143. malum nomen, eſt enim priori majus, durius, longius. CLUSIUS autem ad Ranunculum conparaverat.
Pentapterophyllon aquaticum floſculis ad foliorum nodos DILL. Cat. Gieſſ. p. 112. ſyn. III. p. 316.
Myriophyllum vulgare majus FABREGOV. VI. p. 252. malum nomen.
Myriophyllum floribus omnibus verticillatis LINN. Cliff. p. 446. ROYEN. p. 213.
β *Millefolium aquaticum, denſioribus verſus ſummitatem pennis, colore rubro* MERRET. p. 78. Tale in lacubus reperio.
γ *Millefolium aquaticum pennatum minus, foliolis ſingularibus, latiuſculis, floſculis ſubjectis* HIST. OXON. III. p. 627. S. XV. T. 4. f. 7.
δ In Horto ſicco C. B. ponitur cum nomine
Millefoliis aquatici MATTHIOL. p. 1140. quae icon ficta & monſtroſa eſt.
Millefolii alterius coriandrifolii ADVERS. p. 333.
Stratiotis millefolii aquatici LUGD. p. 770.
Millefolii aquatici umbellati Coriandri folio C. B.

Haec ſpecies abunde in foſſis, lacubus, & paludoſis riguisque pratis, circa *Moratum* & *Bernam* reperitur, v. g. in paludoſis inter *Muri* & *Wittighofen*.

Similis fabrica, ſed longisſimi caules, in lacubus aliquot orgyarum. Folia in ſumma planta ſterili, aut juniori, collecta nidum faciunt, ſaepe rubentem. Haec eſt varietas δ. Deinde in ſummo caule, priusquam ſuprema folia perfecta ſint, ut ſcapus floralis pene nudus videatur, naſcuntur florum verticilli: quorum inferiores, uti dictum, magis feminae, ſuperiores potius mares ſunt, & foliorum alis inſident. Eo tempore, quando foliorum juniorum unum ante reliqua increvit, videtur eſſe planta γ, quam nemo praeter MORISONUM vidit. Per aetatem folia ſumma ſubcreſcunt, & flores inter folia magis abſconduntur.

An ſatis diverſum eſt *Potamogeton pennatum floſculis ad foliorum nodos quaternis* BUXBAUM. Cent. V. T. 16. p. 8.

CERATOPHYLLUM LINN. n. 725.
DICHOTOPHYLLUM DILLENII *nov. gen.* pl. p. 917.
HYDROCERATOPHYLLUM VAILLANT. *Mem de l'Acad.* 1719. T. 2. p. 20.

Folia multa, ad 12. uſque, verticillatim, ex eodem caulis puncto, uti in hac claſſe frequens eſt. Flores alii mares, ad foliorum alas ſeſſiles, ſunt ſtaminum nudorum congeries, multifido calyce conprehenſorum. Feminarum locus natalis, & calyx ſimilis, ſed capſula unica fiunt, tribus aculeis armata, monoſperma.

1. CERATOPHYLLUM foliis aſperis, bis bifurcatis.

Millefolium aquatrum cornutum I. B. III. p. 784. deſcriptio, non vero icon RAJ. p. 191. T. aut. de Par. p. 290.
Equiſetum ſub aqua repens foliis bifurcis LOESEL. p. 67. ic. n. 12. bene
Dichotophyllon DILL. Cat. Gieſſ. p. 149. T. 3.
Pinaſtella infirmioribus & hamoſioribus caulibus foliis inſtar cornu cervi diviſis RUPP. p. 275.
Hydroceratophyllon folio aſpero quatuor cornubus armato VAILL. l.c. p. 21. cum icone RAJ. ſyn. III. p. 135.
Ceratophyllum LINN. Hort. Cliff. p. 446. ROYEN. p. 214.

In Helvetia non ita vulgaris, uti in Germania. I. B. Genevae in paludoſis circa Noſodochium. Baſileae in foſſa urbis, ad portam lapideam, tum *Michelfeldae*.

Caulis longus, ramoſisſimus. Folia craſſa, conpreſſa, raris ſpinulis ſerrata, in duos ramos ad angulum acutum diviſa: Rami denuo ſub pari angulo bifidi, in ſumma planta colliguntur in denſisſimos glomeres nidosque viridisſimos, inter quos frequenter glomeruli ſedent, qui germina ſunt, & ramorum futurorum primordia.

2. MILLEFOLIUM aquaticum cornutum minus nondum deſcriptum C. B. P. RAI. *Syllog.* p. 184. *Michel-*

Michelfeldae in aquarum fundo.

Quae ſpecimina ex herbario *Spörliniano* poſſideo, ea ſubtiliſſima ſunt, & vix extricari poſſunt. Habitus verticillatus, & ſubdiviſio ramoſa foliorum, fere prioris. Sed levia ſunt, & ita ſubtilia, ut Confervam aliquam ſpumae ſimilem referant: totus verticillus vix quatuor linearum latitudine eſt.

PLANTARUM APETALARUM STAMINIFERARUM ORDO IX.

GRAMINA.

Graminis Character univerſalis eſt „ ſemen, & ſtamina gerere in calyce bifolio, cujus altera gluma major eſt, & gibba, alia minor, & plana. Unicum excipitur *Panicum*, in quo tertia gluma, ſed quaſi clanculum accedit. In harum glumarum intervallo latet ſemen unicum, nudum, tubas emittens binas, plumoſas, & ſtamina tria, excepto ſolo *Anthoxanto*, longis, bicapſularibus apicibus. Praeterea commune eſt omnibus monocotyledona eſſe, & caulem ex foliorum convolutione conpactum educere, & folia ipſa longa, acuto fine, lineis ad nervum parallelis, ora integerrima facere. Diviſiones hujus maximi inter omnia genera, Fungo forte excepto, varii tentaverunt varias. MICHELIUS nihil niſi nomina generum reliquit, LINNAEUS ex fabrica calycum tum intimorum, tum exteriorum, SCHEUCHZERUS partim ex fabrica, ſed ex ſitu maxime, & poſitione. Cum autem viderem vicia methodi SCHEUCHZERIANAE, & cogitarem „ loliacea gramina male diſcerpi, cum ſpicata a paniculatis aliquando ne ſpecie quidem diverſa ſint „ Claſſem heteromallam ab iisdem loliaceis male ſeparari, & praeterea, genera continere, quae nemo pro heteromallis acciperet „ Dactyloidea gramina farraginem eſſe characterum diverſiſſimorum „ inter ſpicata referri Typhoidea aliqua, & Panica, & Myoſuroidea, quae paniculata ſunt, cogitavi de alio ordine, & aliquem, etiam non perfectum, quam nullum ſequi malui. Nomina non mutavi, quia mea 23. genera graminum nominibus inſignire non viſum eſt, cum poſſit alius Auctor aptiores diviſiones invenire, cui nominum arbitrium relinquo.

Praetermitto Frumenta, quae omnia exotica ſint. In Helvetia calidiori, etiam montana, fere Triticum ſerunt, in temperata Speltam, in montanis ſterilibus avenam, in alpium frigidis vallibus ultimo Hordeum ſolum provenit. Zeam unicoccam, & Amyleam pasſim aliqui, ſed ſinguli fere ruſtici ſerunt. Mayz non admodum, uti ad *Rhenum*, frequens eſt, neque Milium, neque Panicum.

GRAMINA.

I. FOLLICULO BIGLUMI.

I. CALYCE NULLO.

I. LOCUSTA UNIFLORA.

NARDUS LINNAEI n. 52.

1. GRAMEN ſparteum juncifolium C. B. *Theatr.* p. 69. *Pin. Syn.* RAI. III. p. 393. *hiſt.* p. 1260. *pl. aut. de Par.* p. 463. 1. I. SCHEUCHZER. *It.* I. p. 38. *It.* IV. p. 335. I. SCHEUCHZER. p. 90. T. 2. f. 10 A. B. C.

Spartum noſtras parvum LOB. ic. p. 90.

Gramen loliaceum minimum foliolis junceis, panicula unam partem ſpectante MONTI p. 43. ic. 31. I. R. H. VAILL. RUPP.

Nardus ſpica lineari LAP. n. 40.

β *Gramen ſparteum Baſileenſe ſive capillaceo folio* C. B. Baſ. p. 7. [Michelfeldae], P.

Gramen ſparteum Baſileenſe capillaceo folio majus C. B. Prodr. n. 29. Theatr. p. 69. I. B. II. p. 513. ex fratre. Ita videtur: etſi in iconibus, & herbario C. B. abſque floribus exſtet.

γ *Gramen ſparteum Hollandicum ſ. capillaceo folio minus* C. B. Prodr. n. 30. Theatr. p. 69. icon p. 70. certe reſpondet, atque ex horto ſicco C. B. habeo.

Gramen ſparteum minus ſ. Hollandicum I. B. II. p. 513. C. B. P.

Gramen ſparteum capillaceo folio minus HIST. OXON. III. p. 217. T. 7. f. 8. bon. ic.

I. I. SCHEUCHZERUS in M. *Hirzel*, & in alpibus. Ego in alpibus & Jura frequens inveni, in M. *Vogelberg* Baſileenſium, in M. *Neunenen*, & Gemmio &c. I. SCHEUCHZER in urbis Tiguri aggeribus.

Magni ceſpites foliorum capillaceorum, rigidiuſculorum. Culmi ſemipedales, & pedales ad ſummum, gerunt ſpicam longam, heteromallam, raram, quam faciunt locuſtae longae, ſtrictae, conicae, debiliter ariſtatae, ſaepe violaceae.

GENUS II.
OMNIA UT PRIUS
II. LOCUSTA QUADRIFLORA

1. GRAMEN avenaceum locuſtis gracilibus, purpuraſcentibus, longiſſimis petiolis inſidentibus MONTI p. 57. ic. 67.

Feſtuca dumetorum utriculis lanugine flaveſcentibus, *Aegilops Dioſcoridis*, C. B. Theatr. p. 149. quod ad figuram totius plantae.

Aegilops Bromoides juba purpuraſcente I. B. II. p. 436. SCHEUCHZ. p. 267. T. 6. f. 1.

Gramen ſparteum feſtuceum, ſeu Aegilops ſpartea villoſa BARREL. ic. 18. n. 2.

Gramen avenaceum glabrum, panicula purpuro argentea ſplendente HIST. OXON. III. p. 213. & RAJ. Meth. p. 180. non autem p. 179.

I. SCHEUCHZERUS in imis faucibus vallis *Miſox.*

Eſt ex avenaceo genere, ſed anomalum. Culmi bipedales, folia adusque ſeſquilineam lata, ſubhirſuta. Panicula ſparſa, ſemipedalis. Locuſtae nudae, villo tantum fulvo ad baſin exceptae. Folliculi quatuor. Duo ſeſſiles fiunt glumes duris, ciliatis. Horum alter duas ariſtas edit ex gluma exteriori, alter glumam unicam ariſtatam, & pro altera gluma, longiſſimam ariſtam habet, tortilem, avenaceam. Duo vero folliculi pediculati ſunt. Horum tres ſunt glumae. Extima, quae pro calyce eſt, ariſtam rectam emittit, altera brevem etiam ariſtam, tertia mutica eſt.

GENUS III.
I. CALYCE NULLO.
II. LOCUSTIS TRIFLORIS.
ARISTIS SUB FOLLICULO.
HORDEUM LINNAEI n. 45.

1. GRAMEN Hordeaceum, minus, & vulgare. C. B. *Theatr.* p. 134, *Baſil.* p. 12. P. SCHEUCHZER. p. 14.

Lolium tertium TRAG. p. 670.

Hordeum ſpontaneum ſpurium LOB. Adv. p. 7.

Graminis loliacei tertium genus, minus THAL. p. 51.

Hordeum ſpurium Ariſtidia TAB. p. 238.

Hordeum murinum CAES. IV. p. 58. I. B. II. p. 431.

Gramen ſecalinum vulgatiſſimum viarum HIST. OXON. III. p. 179. T. 6. f. 4.

Gramen ſecalinum & ſecale ſylveſtre RAJ. Hiſt. p. 1258. ſyn. III. p. 391.

Gramen ſecalinum ſpicatum, vulgare, I. R. H. MONTI p. 60.

Hordeum floſculis lateralibus maſculis, ariſtatis CLIFF. p. 24. ROYEN. p. 70.

Ubique ad vias, & muros &c.

Culmus cubitalis: folia hirſuta, tres lineas lata. Spica denſa, latiuſcula. Ad unum ſcapi, qui Triticeus eſt, denticulum, tres floſculi. Loco glumarum calycis laterales duae ariſtae longae, ciliatae, baſi foliacea, & tertia interior, breviſſima, absque folio. Folliculi medii gluma exterior longe ex apice ariſtata, interior mutica. Laterales duos floſculi imperfecti, perangusti, fere ariſtas ſolas oſtendunt.

2. GRAMEN hordeaceum montanum, ſpica ſtrigoſiore, brevius ariſtata SCHEUCHZER p. 16. *Prodr.* T. I.

Graminis loliacei tertium genus majus THAL. p. 51.

Gramen hordeaceum montanum ſ. majus C. B. Theatr. p. 135. Baſ. p. 12. P. Omnino, uti ex horto ſicco adparet.

Gramen ſecalinum majus ſylvaticum MONT. p. 60. H. OX. III. p. 180. ſyn. III. p. 392. RAJ. p. 1258.

Gramen ſecalinum montanum majus caule bicubitali MONTI p. 60.

Gramen ſecalinum, ſpica longiore & anguſtiore I. R. H.

I. SCHEUCHZER in ſylvoſis *M. Regii.* GAGNEBIN *dans les Combes d'Erguel & de Valengin.* C. B. in M. *Waſſerfall.* STAEHELINUS etiam miſit.

Statura culmi, quae humana, folia pene glabra, tres lineas lata, praelonga. Spica triuncialis, rarior, quam in vulgari: locuſtae longiores, breviores ariſtae. Alterum, *ſecalinum* DILL. in *Syn.* RAI. quod in Germaniae pratis non rarum eſt, in Helvetia nondum inveni.

*3. GRAMEN ſpica ſecalina *Prodr.* n. 57. *Baſil.* P. Reliqui vero, ut PARKINSON, RAIUS, MOR. I. R. H. unice C. B. ſequuntur.

In notis meis invenio ab ipſo Secali non differre. Deſcriptio brevis, & obſcura.

GENUS

GENUS IV.
I. GRAMINA FOLLICULO BIGLUMI.
II. CALYCE UNIGLUMI.
I. LOCUSTA SIMPLICI.
I. ARISTA EX DORSO GLUMAE.

1. GRAMEN dactylon ſpicis villoſis C. B. *Theatr.* p. 116. MONTI p. 62. ZANICH. p. 117. ic. 194. n. 11. SCHEUCHZER. p. 94. T. 2. f. 11. A. B.

Iſchaemum II. TAB. p. 222.

Gramen digitatum hirſutum I. B. II. p. 445. RAJ. Hiſt. p. 1273.

Gramen dactylon ſpicatum, ariſtis geniculatis BARR. ic. 753. n. 11.

Gramen dactylon anguſtifolium ſpicis villoſis C. B. Baſ. p. 11. H. OX. II. p. 185. 1. R. H. PET. Muſ. n. 59. &c.

II. Omnino conjungo

Gramen canarium alterum LOB. Obſ. p. 11. ic. p. 23.

Gramen dactylon ſcoparium C. B. 1. R. H.

Gramen ſcoparium Iſchaemi paniculis id. ib.

III. *Gramen dactylon, villoſum, ramoſum, altiſſimum Gallo Provinciale,* 1. R. H. GARIDEL.

Ad vias locis ſiccis Bernae paſſim, & Baſileae. SCHEUCHZER circa *Sargans.*

Culmus bipedalis. Folia hirſuta, lineam lata. Spicae ex apice culmi confertae, ſed non vere digitatae, unciales, plerumque ſubpurpureae. Folliculi alterni, ſimplices, calyce uniglumi, ariſta ex dorſo glumae exterioris longa, geniculata. Copioſa lanugo ex ſcapis folliculorum.

GENUS V.
OMNIA UT IV.
II. ARISTA EX BASI GLUMAE.
ALOPECURUS LINNAEI n. 50.

1. GRAMEN aquaticum geniculatum, ſpicatum C. B. *Theatr.* p. 41. P. RAI. p. 1264. SCHEUCHZER. p. 72. T. 2. f. 6. C. D. E. 1177

Gramen aquaticum ſpicatum LOB. l. c. p. 13.

Gramen fluviatile album TAB. p. 217.

Gramen cum parva cauda muris, radice nodoſa, non repens I. B. H. p. 472. non autem icon.

Gramen alopecuroides fluviatile geniculatum procumbens H. OX. III. p. 194. T. 4. f. 15. nimis bicorne.

Gramen ſpicatum aquaticum ſpica cylindracea brevi I. R. H. &c.

Gramen typhinum aquaticum, molle, ſpica glauca MONTI p. 49.

Alopecuros culmo infracto, ariſtis gluma longioribus ROYEN. p. 54.

In foſſis aqua plenis Tiguri, Baſileae &c.

Culmi reclinati, frequenter geniculati. Folia glabra, ſesquilineam lata. Spica culmum terminat, denſa, glauca, quaſi piloſa. Calyx unifolius muticus. Inter calycem, & baſin glumae exterioris ariſta prodit, flore longior. Glumae de more duae longae, albo virides. Omnino paniculatum eſt, ſive multis ad eumdem ramum pedicellis.

2. GRAMEN ſpicatum, ſpica cylindracea tenuiſima longiore I. R. H. SCHEUCHZER p. 69. 1167 ?

Gramen alopecurinum minus alterum LOB. ic. p. 9.

Gramen alopecurinum II. TAB, p. 203.

Gramen cum cauda muris purpuraſcente I. B. II. p. 473.

Gramen typhoides ſpica anguſtiore C. B. Theatr. p. 53. P. &c.

Gramen typhoides ſpica anguſtiore longiore C. B. Baſ. p. 7. ZAN. ic. 66. n. 3. MONT. p. 49. ic. 51.

Gramen alopecuroides ſpica longa tenuiore H. OX. III. p. 192. T. 4. f. 12. bene.

Gramen myurum, ſpica e viridi albente BARREL. ic. 124. n. 11?

An *Gramen typhinum longiſſima ſpica Phalaridis molli albicante* BARREL. ic. 14. n. 1?

An *Gramen typhinum minori ſpica Phalaridis duriore ſubfuſca* ib. n. 2?

Gramen typhinum plantaginis ſpica ariſtis geniculatis EJUSD. ic. 699. bene.

Alopecuros culmo erecto ROYEN. p. 54.

β *Staminibus albis* PONTED. Comp. p. 52.

γ *Spica breviore* C. B. I. R. H. GAR. MONTI p. 50.

In agris Helvetiae.

Culmus erectus cubitalis, folia glabra, duas lineas lata. Spica culmum terminat, laxior priori, & longior. Fabrica eadem. Calycis unica gluma mutica. Inter eam & folliculum ariſta inflexa, locuſta longior. Folliculus albus, biglumis, muticus. Spica modo viridis, modo purpurea.

GENUS VI.
I. FOLLICULO BIGLUMI.
II. CALYCE UMGLUMI
II. LOCUSTA COMPOSITA. SPICATA.
LOLIUM LINNAEI n. 49.

Horum graminum a Triticeis diverſitas ponitur 1. in calyce unifolio, qui Tritico bifolius eſt. II. in ſitu florum, qui locuſtam conponunt. His enim graminibus gluma convexa, exterior, ſcapo obvertitur.

1215

1. GRAMEN loliaceum anguſtiori folio & ſpica C. B. *Theatr.* p. 127. cum icone, *Baſ.* p. 13. RAI. *hiſt.* p. 1263. I. R. H. ZANICHELL. p. 117. ic. 66. n. 1. MONTI p. 40. ic. 19. SCHEUCHZER p. 25.

Phoenix ſive Lolium murinum DOD. Pempt. p. 540.
Phoenix LOB. Obſ. p. 21. MATTH. p. 1023. CAES. p. 185. &c.
Phoenix lolio ſimilis I. B. II. p. 436.
Gramen loliaceum vulgare anguſtiore folio & ſpica H. OX. III. p. 182. T. 2. f. 2. ſpica ſimplici.
Lolium ſpicis muticis radice perenni LINN. Hort. Cliff. p. 24. ROYEN. p. 69.
β Spica ariſtata
VAILL. p. 80. T. XVII. f. 3. I. R. H.

Ubique ad vias.

Caules conferti naſcuntur, pedales, folia duas lineas lata, retroverſu aſpera: ſpica longiſſima, ſaepe pedalis, ſed rara, & interrupta, ut tamen locuſtae plerumque ſe adſequantur. Locuſtae ſuſcipiuntur gluma calycina, magna, unica. Flores in una locuſta ſeptem, octo. Horum gluma exterior mutica plerumque, aliquando tamen ariſtata eſt.

2. GRAMEN loliaceum anguſtiore folio & ſpica, ſpicis partialibus rarius & ab invicem remotius ſitis SCHEUCHZER p. 26.

Gramen loliaceum majus ſpicis longius diſtantibus I. R. H. VAILL. BUXB. MONT. p. 40.
Gramen loliaceum majus ſpicis rarius diſpoſitis H. OX. III. p. 182. Huic ſpicae multo majores.

SCHEUCHZER in pratis circa Tigurum. Ego Badae, & Baſileae.

Caulis humilior. folia linea non latiora. Locuſtae 5. & 7. floribus factae, exiguae, remotae, ut inferior ſuperiorem non adtingat, ſed tribus, & ultra, lineis diſtet. Fateor, fere pro varietate mihi haberi.

*3. GRAMEN loliaceum latifolium ſpica anguſtiore C. B. *Theatr.* p. 127. *Prodr.* n. 60. [licet in horto ſicco triticeum gramen cum eo nomine ſervetur] H. OXON. III. p. 181. RAI. p. 1263. ex C. B. I. R. H. SCHEUCHZER p. 27.

Non video in deſcriptione SCHEUCHZERI quomodo a 1. differat, praeter quam foliis, quae praeter culmum naſcuntur, peranguſtis, vix lineam latis.

*4. GRAMEN loliaceum radice repente, locuſtis teretiuſculis muticis SCHEUCHZER p. 28.

Circa muros foſſasque Tiguri.

Notas facit „ locuſtas magis teretes, factas glabris omnino folliculis, qui in prioribus ad microſcopium piloſam habeant glumam exteriorem.

5. GRAMEN loliaceum ſpica lata, ex plurimis ſpicis duplici verſu diſpoſitis, conſtante SCHEUCHZ. p. 29. T. II. f. 2. & T. I. f. 7. D.

Gramen loliaceum ſpicis brevibus, & latioribus, conpreſſis H. OX. III. p. 182. S. VIII. T. 2. f. 2. I. R. H. VAILL. GARID. BUXB.
Lolium ſpicis mediis majoribus latioribus ROYEN. p. 69.

In ſemitis, & viis agrorum, locis ſiccis.

A Gramine ſpica Brizae differt calyce uniglumi, cum caeteroquin facies diſticha, teretesque & longae locuſtae accedant. Folia unam, duasque lineas lata. Locuſtae plusquam ſemunciales, duodenae, ſeptiflorae.

6. GRAMEN loliaceum ſpica longiore, ſive lolium Dioſcoridis C. B. *Theatr.* p. 121. SCHEUCHZ. p. 31. T. I. f. 7. E. F.

1216

Lolium MATTH. p. 41. CAM. Ep. p. 198. DOD. Pempt. p. 538. non bene CAES. L. IV. C. 49. LOB. Obſ. p. 21.
Lolium & triticum temulentum LOBEL. ic. p. 35. Adverſar. p. 10.
Lolium gramineum ſpicatum, caput tentans I. B. II. p. 437.
Lolium verum H. OX. III. p. 181. T. 2.
Gramen loliaceum ſpica longiore ariſtas habens I. R. H. MONTI p. 39. ic. 18. &c.
Lolium album PARK. p. 1144. RAJ. p. 1262. ſyn. III. p. 395.
Lolium ſpicis ariſtatis radice annua CLIFF. p. 23. ROYEN. p. 69.

β Varietas mutica
C. B. Theatr. I. R. H. MONTI VAILL. RUPP. BUXB. GEMEINH.

In ſegetibus humidis.

Folia levia, duas lineas lata, ſpica pedalis, raris locuſtis, plurimis, ad octodecim. Gluma calycina mutica, longitudine totius locuſtae. Floſculi octo, quorum gluma exterior emittit ariſtam ſemuncialem, ſiccam: Interna plana eſt, ovata: ſemen ovale, utrimque conpreſſum.

Venenata vis, qua panis ſaepe viciatur, notisſima eſt. Olim ex eius eſu dolores capitis, & ulcera nata fuiſſe GALENUS L. I. *de aliment.* Somnum autem, vertiginem, & temulentiam maxime facit, etiam in canibus, CAMERAR. *de lolio temul.* vomitus & alia ſynonyma WAGNER. E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* III. *Obſ.* 186. dat enim reſinam acrem RIDEUX *Memoir. de l'Acad. de Monspel.* 1729. & ſpiritum, qui valide inebriat, & additur ad augendas vires dementantes frumenti deſtillato liquori CAMERAR. haecque vis in ipſo grano eſt, id. ib.

GENUS VII.
I. FOLLICULO BIGLUMI.
III. CALYCE BIGLUMI.
I. NON ARISTATO.
I. FOLLICULO EMITTENTE ARISTAM.
I. EX DORSO GLUMAE.
I. SPICATA.

TRITICI LINNAEI n. 44. ſpecies.

Huic character eſt „ caulem terminare ſcapo alternis inciſuris exſculpto, quae totidem ſeſſiles locuſtas recipiant. Locuſtae vero fiunt calyce univerſali biglumi, axi etiam denticulato, & floribus, quales Gramini tribuimus, aliquot, ad ſeptem uſque, ad axin adnatis. Porro locuſtarum peculiarium media plana facies, qua glumae conmittuntur, ſcapo obvertitur: In Lolio vero, cum reliqua eadem ſint, dorſum, ſive convexitas exterior glumarum axin reſpicit.

1. GRAMEN latifolium ſpica triticea conpacta C. B. *Theatr.* p. 131. *Prodr.* n. 53. cum icone, p. 17. PARKINSON. RAI. p. 1257. cum aſteriſco, H. OXON. III. p. 177. S. VIII. T. I. f. I. I. R. H. VAILL. SCHEUCHZ. *Agroſt.* p. 4.

Gramen latifolium ſpica triticea latiore conpacta C. B. Baſil. p. 12. Pin. I. B. II. p. 477. &c.

Circa Baſileam, & in Germania vulgare inveni. Circa Tigurum ad ſepes.

Huic proceritas ſumma, ad tres cubitos, Folia latiſſima, ad octo lineas, hinc hirſuta, inde glabra, retro verſa aſpera. Spica totalis dimidium pedem longa, primis locuſtis diſſitis, reliquis plus quam duobus longitudinis trientibus ſe adtingentibus. Locuſtae 5. ad 7. folliculis ſive floribus fiunt. Et in calycis utraque gluma, & in gluma florum exteriori ariſtae, ſed hae longiores ſunt.

β. GRAMEN latifolium ſpica triticea divulſa C. B. *Prodr.* n. 54. *Baſil.* p. 4. *Pin.* PARK. LOESEL. AMBROS. RAI. *Meth.* ERNDL.

Gramen loliaceum ſpica divulſa, breviſſimis ariſtis armata MONTI p. 41. C. B.

Non diſtinguo ſpecimina, quae ſimilibus locis prope Gottingam inveni.

Tribuit autem CASPARUS huic varietati „ ſpicas partiales (locuſtas) diſſitas, ariſtas breves. Sed utramque notam in priori invenio. Locum facit aquoſa prope *Huningen.*

2. GRAMEN caninum arvenſe ſive gramen Dioſcoridis C. B. *Baſil.* p. 3. P. [in *Theatro* addit „ *ſive primum*, & iconem ex LOBELIO ponit, non bonam] SCHEUCHZ. p. 5. 1213

Vetuſtiora nomina incertiſſima ſunt.

Gramen etiam *canarium* LOB. ic. p. 20. vix adgnoſcitur.

Gramen repens officinarum forte, triticeae ſpicae aliquatenus ſimile I. B. II. p. 457. RAJ. p. 1255. &c.

Gramen caninum arvenſe MAGNOL. Bot. Monſp. & Hort. p. 90.

Gramen caninum repens vulgatius H. OX. III. p. 178. T. I. f. 8. [muticum]

Gramen loliaceum radice repente, ſive gramen officinarum I. R. H. MONTI p. 41. ic. 25. ZANICHELLI p. 119. ic. 197. n. 1. male

Triticum radice repente foliis viridibus LINN. flor. Lap. n. 33. Hort. Cliff. p. 24. ROYEN. p. 70.

Ad ſepes Tiguri, Baſileae, in Germania.

Radix inſignius repit, & per intervalla novos caulium faſciculos protrudit. Hi in univerſum humiliores ſunt, folia anguſtiora, duarum linearum latitudine, & ipſa ſuperne paucis pilis hirſuta. Spica tota brevior, triuncialis, paulo rarior. Locuſtae minores, ariſtae breviſſimae.

Hujus, ſed adfinium praeterea bene multarum plantarum, radicem ad medicamen-

ta

ta recipiunt officinae. Mitisſima vis eſt in decoctis diaeteticis, qua leniter, & absque impetu reſolvit, & abſtergit. Non alteri medicamento plus tribuebat in ſcirrho hepatis reſolvendo PRAECEPTOR optimus, BOERHAAVIUS.

β In herbario ſicco C. B. omnino idem fuit.

Gramen loliaceum lātifolium ſpica anguſtiore C. B. Theatr. p. 127. Aliam autem cum hoc nomine plantam, dicam inferius.

3. GRAMEN Tritici ſpica mutica ſimile anguſtifolium C. B. *Theatr.* p. 132. *Prodr.* n. 56. *Baſ.* p. 12. I. B. II. p. 477. RAI. *hiſt.* p. 1257. HIST. OXON. III. p. 178. S. VIII. T. I. n. 5. SCHEUCHZ. p. 7.

Gramen loliaceum ſpica mutica, anguſtiori, minus expanſa MONTI p. 41.

C. B. circa *Cliben* ad Rhenum. SCHEUCHZER ad limites agrorum Valeſiae inferioris, juxta Rhodanum.

Specimina Baſileenſia culmo ſatis alto ſunt, bipedali, valde multiplici, foliis peranguſtis, vix ſesquilineam latis, glabris; Majores vero locuſtae, & ſemunciales, muticae. Addit SCHEUCHZERUS, aliquando ariſtam, ſed brevem reperiri, & plantae colorem glaucum eſſe.

4. GRAMEN anguſtifolium ſpica triticea compacta C. B. *Theatr.* p. 131. *Prodr.* n. 55. PARK. RAI. p. 1257. H. OX. III. p. 177.

Gramen loliaceum anguſtifolium ſpica conpacta MONTI p. 41.

SCHEUCHZER cum priori. C. B. locis ſiccis extra Blaſianam portam minoris Baſileae.

Culmus quatuor pedum, folia glabra, glauca, ad duas lineas lata, locuſtae magnae, ſeptem & ultra linearum, muticae:

5. GRAMEN loliaceum radice repente, ſive Gramen officinarum, longioribus ariſtis donatum I. R. H. VAILL. p. 81. T. 17. f. 2. BUXBAUM. *Centur.* IV. *Tab.* 50.

Graminis ſpica triticea repentis vulgaris varietas, cum ſpica ariſtata RAJ. ſyn. III. p. 390. SCHEUCHZ. p. 9.

Gramen loliaceum ariſtis longioribus donatum MONTI p. 41. ic. 26.

Annon eſt *Gramen caninum non repens elatius ſpica ariſtata* H. OX. III. p. 177. S. VIII. T. I. f. 2. RAJ. Hiſt. III. p. 598. Icon certe MORISONI noſtram exprimit.

Gramen caninum ariſtatum radice non repente ſylvaticum RAJ. ſyn. III. p. 390.

SCHEUCHZER Tiguri. Ego in Germania, aut idem, aut ſimile, inveni.

A Gramine 2. differt fere folio glabro, locuſta conpactiori, brevi, ariſtis duarum linearum longitudine.

6. GRAMEN ſpica Triticea, conpacta, hirſutum, ariſtatum SCHEUCHZ. p. 9.

β. Gramen ſpica triticea conpacta, longioribus ariſtis donatum SCHUCHZ. p. 10.

Ad ſepes Tiguri. In Germania ftequens ad aquas.

Vagina & folii ſupernae facies hirſutae; latitudo ad tres lineas. Spica rara, ſtrigoſa, ad triuncem longa, locuſtae ſemunciales: calycis breviſſimae ariſtae, exterioris vero floris glumae ariſta in priori varietate duas, in altera ſex & ultra, lineas longa.

Quae hactenus dixi, gramina, notae diſtinguunt fere a ſolis menſuris deſumtae, ſed eas locus natalis, & aetas varias facit. Quare ita ſibi proxima ſunt, ut pro unius ſpeciei varietatibus absque magno damno haberi poſſint.

7. GRAMEN loliaceum corniculatum TOURN. *aut. de Par.* p. 92. *cum deſcr.* RAI. *Hiſt.* III. p. 601. *Meth.* p. 172. SCHEUCHZ. p. 35. T. I. f. 7. lit. H.

Gramen ſpica Brizae majus C. B. Theatr. p. 133. Prodr. n. 58. Baſil. p. 13. certo, I. B. II. p. 477. MORIS. III. p. 205. RAJ. Hiſt. p. 1257. &c.

Gramen loliaceum altiſſimum ſpica Brizae praelonga, ariſtis brevibus donata I. R. H. MONTI p. 42. ic. 16.

Gramen corniculatum ſpicis villoſis VAILL. p. 81. I. R. H.

Feſtuca culmo alternatim ſpicato, ſpicis teretibus LINN. flor. Lapon. n. 29. ROYEN. p. 67.

SCHEUCHZER locis ſylvoſis apricis. C. B. ad ripam Rheni, & adſcenſum M. *Grenzach.* Ego in ſylvis & dumis ubique reperio.

Caulis bicubitalis, folia, & vaginae villoſae. Foliorum latitudo ad tres lineas. Calycis mutici glumae inaequales, minores, quam glumae florum: Et calyx & glumae exteriores ciliatae pilis longiuſculis. Eaedem glumae ariſtas 3. & quatuor linearum edunt. Flores in una locuſta ad 13. imbricati. Commiſſura glumarum ſcapum reſpicit. Eſt ergo, ex omnibus notis, verum gramen triticeum.

8. GRAMEN loliaceum corniculatum latifolium, ſpicis teretiusculis anguſtis & glabris SCHEUCHZ. p. 36.

Feſtu-

Feſtuca dumetorum C. B. Theatr. p. 148. ex ſide horti ſicci Prodr. n. 69. Baſil. p. 13. I. B. II. p. 545. RAJ. p 1262.
Gramen loliaceum corniculatum ſpicis glabris I. R. H. VAILL. p. 81. cum malis ſynonymis.
Gramen avenaceum dumetorum ſpicatum RAJ. p. 1262. Meth. p. 174. ſyn. III. p. 394. &c.
Gramen avenaceum dumetorum ſpica ſimplici SUTHERLAND. p. 138. BROMEL. p. 40.
Gramen avenaceum dumetorum anguſtiore folio ſpicatum H. OX. III. p. 214.

In ſylvis, dumetis, vepribus circa *Tigurum*, *Baſileam*, *Neocomum*. In montanis etiam reperi v.g. ſylvis M. *Dolaz*.

Folia hinc glabra, inde hirſuta, tres lineas lata. Spica rara ex alternis locuſtis cauli adpreſſis, longis, teretibus, unciales. Glumae ſubtiliter hirſutae, ut glabrae videantur: exteriores edunt ariſtam duas lineas longam.

Hoc pariter *triticeum* eſt, ut olim VAILLANTIO viſum.

*9. GRAMEN loliaceum corniculatum, villoſum, molliuſculum SCHEUCHZER p. 37.

An *Gramen loliaceum nemorenſe, latifolium, hirſutum* RUPP. p. 246.

SCHEUCHZER in via cooperta *Tiguri minoris*.

„ Folia facit tota utrinque villoſa, & mollia; Locuſtas minores, pariter villoſas, ariſta breviori, caeterum fere ſimiles. Genicula culmi prae villoſitate candicantia.

10. GRAMEN loliaceum corniculatum, montanum, ſpica partiali ſubhirſuta fragili SCHEUCHZER p. 38.

In ſylvoſis M. *Rigi Switenſium*, qua parte adſcenditur a pago *Art*.

Folia retroverſa aſpera, hinc hirſuta, inde ſolis nervis ſerratis. Locuſtae diſſitae, dodrantem unciae longae, ariſtis longioribus ad quinque lineas, calycis gluma majori ſaepe ariſtata: Locuſtae per ſiccitatem deciduae. Diſtinctum eſt.

GENUS VIII.
OMNIA UT VII.
II. PANICULATA.
FESTUCA LINNAEI n. 41.

1. GRAMEN bromoides ſegetum latiore panicula PARK. p. 1149, VAILL. p. 95.
Feſtuca graminea effuſa juba C. B. Theatr. p. 144. Prodr. n. 65. I. B. II. p. 479. RAJ. p. 1290. SCHEUCHZ. p. 262. T. V. f. 15.
Gramen feſtucae effuſa juba TOURN. plant. aut. de Par. p. 91.
An *Gramen loliaceum locuſtis longis ariſtatis* MONTI p. 35. ic. 2. Icon commoda, ſynonyma diverſa.

In ſylvis minime rarum. SCHEUCHZERUS in agris.

Culmus tripedalis & ultra. Folia ex latioribus, ad quinque lineas, glabra, aut paucioribus pilis adſperſa, retroverſa aſpera. Panicula laxa, maxima, multiplex, debilis, nutans. Calycis glumae mucronatae, non ariſtatae, colore viridi, oris albis, leviſſimae. Locuſtae teretes, ex quatuor aut quinque folliculis. Ariſtae debiles, non rectae, ſemunciales. Pariter ut in ultimo fragiles locuſtae, & deciduae.

2. GRAMEN ſylvaticum, glabrum. panicula recurva VAILL. p. 93. T. XVIII. f. 3.
Gramen avenaceum dumetorum, paniculatum, majus, glabrum H. OX. III. p. 213.

In ſylvis montis *Grandvi*.

Culmus altiſſimus, humanam fere ſtaturam aequat. Folia glabra, ad quatuor lineas lata. Locuſtae cernuae, ſimiles ultimae ſpeciei, a qua modice differt.

3. GRAMEN bromoides montanum hirſutum, panicula minus ſparſa, corniculata SCHEUCHZER p. 263. T. V. f. 16.

In nemoribus M. *Legerberg* SCHEUCHZERUS. Ego in remotis ſylvis iſthmi, *die Enge*, ad Arolam.

Culmus humilior bipedalis. Folia pariter ad quatuor uſque lineas lata, ſubhirſuta. Panicula pene ſpicam adfectat, rara & anguſta, locuſtae ſemunciales, ad ſummum, ſubalbidae, glumis exterioribus totis villoſis. Ariſta ad duas lineas longa.

4. GRAMEN bromoides, aquaticum, latifolium, panicula ſparſa, tenuiſſime ariſtata SCHEUCHZ. p. 264. T. V. f. 13.
Gramen avenaceum glabrum, panicula e ſpicis ſtrigoſis compacta, ariſtis tenuiſſimis RAJ. Hiſt. p. 1909. Cat. Angl. app. p. 9. PLUKN. p. 174. H. OX. III. p. 214. I. R. H. VAILL. p. 93. MONTI p. 57. ic. 71.
Feſtuca foliis digiti fere latitudinl, longiſſimis, panicula laxa ROYEN. p. 69.

? 1275

Tiguri, unde misit I. G., SCHEUCHZERUS locis aquosis Ex Anglia etiam habeo.

Folia latissima, ad sex lineas, glabra. Panicula laxa, sparsissima, pedalis. Locustae parvae, semunciales, teretes, ex spadiceo & viridi variae Folliculi quinque, aut sex. Arista longa, fere semuncialis, debilis.

A specie 1. differt foliis penitus levibus, locustis paulo minoribus.

5. GRAMEN arundinaceum, locustis viridi spadiceis, loliaceis, brevius aristatis. SCHEUCHZER p. 266. T. V. f. 18.

An *Gramen arundinaceum aquaticum panicula avenacea* HIST. OXON. III. p. 215. RAJ. Cat. Angl. app. p. 9. Hist. p. 1909. cui tribuuntur locustae muticae.

Gramen avenaceum aquaticum I. R. H.

SCHEUCHZER Tiguri locis umbrosis ad aggerem *Silae*. Ego *Basileae* legi, in aquosis.

Caulis altissimus, ad quinque pedes. Folia multo angustiora, unam, alteramve lineam lata. Panicula rarior, minus lata, brevior. Locustae parvae, vix quatuor linearum, utrinque acuminatae, juniores totae violaceae, adultae variae sunt ex eo & viridi colore. Folliculi leves, tres, quatuor, quinque. Aristae alias nullae, alias brevissimae. Adfinitas non permittit separationem a proxime antecedente.

6. GRAMEN bromoides pratense, foliis praeter culmum angustioribus, rara lanugine villosis SCHEUCHZ. p. 255. T. V. f. 13.

Festuca pratensis lanuginosa C. B. Theatr. p. 148. Prodr. p. 19. n. 68. Bas. p. 13. RAJ. p. 1291. ex C. B.
Gramen avenaceum incanum HIST. OXON. III. p. 213. ex C. B.
Gramen avenaceum dumetorum panicula sparsa RAJ. syn. III. p. 415.
Gramen avenaceum dumetorum paniculatum majus hirsutum H. OX. III. p. 213. T. 7. f. 27.
Gramen loliaceum, locustis longis, aristatis MONTI p. 35. ic. 2. justo minor.
Gramen, quod festuca pratensis lanuginosa VAILL. p. 93. T. XVIII. f. 2. cum malis synonymis.
β Foliis glabris VAILL. l. c.
γ *Festuca dumetorum foliis angustissimis & pilosis* C. B. Theatr. p. 148. Prodr. n. 70. Basil. p. 13. HIST. OXON. l. c. n. 28. RAJ. p. 1291. cum asteriſco

SCHEUCHZER in pratis siccioribus. C. B. Basileae, ego Bernae, in sylvosis.

Caulis sex pedum. Folia hinc glabra, inde hirsuta, retroversa aspera: ad culmum duas, ad terram unicam lineam lata: inde facta varietas γ, quam circa *Cliben* in dumetis ponit CASPARUS. Panicula nutans, non maxima, & pene spicata. Locustae longissimae, unciales, & ultra, ex octo & decem folliculis factae, variae ex violaceo & pallido. Juniores teretes sunt, adultae omnino distichae & plantae facie mutata. Calyx muticus.

Quae sequuntur, locustis magis, quam priores, distichis sunt.

7. GRAMEN pratense paniculatum elatius, panicula laxa heteromalla SCHEUCHZER p. 289.

Gramen loliaceum spica divisa pratense majus MORIS. III. p. 183. S. VIII. T. 2. f. 15. bene.
An *Gramen sparteum longa & spicata panicula, lolii utriculis, festucae potius, majus* BARREL. ic. 1. n. 13? Non recedit.

In pratis *Helvetiae* vulgare est.

Firmi caules, cespitosi, ad tres pedes alti. Folia glabra, duas lineas lata. Panicula longa, non valde sparsa, saepiuscule ad unum latus vergens. Locustae erectae, distichae, latae, ad decem lineas longae. Calyx de more muticus. Gluma vero exterior aristam lineam longam emittit. Color ex violaceo & viridi varius.

β Varietas *hirsutis* locustis.

8. GRAMEN pratense, panicula duriore laxa, unam partem spectante RAI. p. 1285. *syn.* III. p. 413. T. XIX. f. 1. *T. aut. de Par.* p. 455. I. R. H. VAILL. p. 94. n. 81. SCHEUCHZER. p. 285. non autem synonyma.

Gramen loliacea panicula ramosum, maritimum HIST. OXON. III. p. 182. S. 8. T. 2. f. 11.
Festuca foliis setaceis radicalibus, minoribus, panicula inferne ramosa, nutante, spicis adscendentibus hispidis ROYEN. p. 68.

In pratis ubique.

Folia vix tertiam partem lineae lata, culmi duri, locustae, & reliqua omnia fere prioris.

9. GRAMEN alpinum, pratense, panicula duriore laxa, locustis majoribus, SCHEUCHZER p. 287. T. 6. f. 9.

In alpibus Rhaeticis & Helveticis passim. In M. *Jurae* culminibus, dictis *Suchet*, & *Dolaz*. Cespi-

Ceſpites foliorum junceorum, uti priori n. 8. Culmus a 2. ad octo uncias altus, paucifolius, ſuperne purpuraſcit. Paniculae minime heteromallae, ſed Brizae ſimiliores, diſtichae: Locuſtae pulchrae, majuſculae, diu teretes, ex 4. & ſex floribus. Glumae exteriores & calyx ad baſin ſpadiceo colore ſunt, reliqua parte viridi vel flava; ariſtas educunt parvas, unam, vel duas lineas longas. Gluma exterior ſubhirſuta eſt.

10. GRAMEN foliolis junceis, brevibus, majus, radice nigra C. B. *Theatr.* p. 73. *Prodr.* n. 34. *Baſil.* p. 7. P. RAI. p. 1309. cum aſteriſco. SCHEUCHZER p. 279. T. 6. f. 8.

Gramen loliaceum foliolis junceis brevibus majus radice nigra H. OX. III. p. 183. ex C. B.

Gramen loliaceum minus capillaceo folio, ſpica Brizae longiſſima I. R. H.

An *Gramen loliaceum foliis junceis panicula unam partem ſpectante* MONTI p. 36. ic. 5. cum variis ſynonymis.

II. *Gramen foliolis junceis brevibus minus* C. B. Baſ. p. 7. [ad ripam *Rheni* verſus *Crenzach*, certo idem eſt cum noſtro, etſi ſynonyma, & ipſa icon ſint alterius graminis, Helvetiae non indigenae, locuſtis muticis, diverſi a LOESELIANO] I. I. SCHEUCHZ. It. I. p. 38.

Frequens locis ſiccis, & in muris, etiam in montes adſcendit.

Folia tenuiſſima, dura, per longitudinem ſulcata. Panicula rara, & anguſta. Locuſtae juniores, conicae, vetulae diſtichae, ex tribus, quatuor, & quinque floribus, totae violaceae: ariſtae lineam longae. Color glumarum multum habet de violaceo.

11. GRAMEN folio tenui, duroque, inferius paniculatum, ſuperius ſpicatum.

Gramen exile junceum mollius, feſtucea panicula, radice rufa, BARREL. ic. n. 100. Omnino convenit, etſi aliorſum referat VAILL.

Inveni in horto *Spörliniano.* Circa Bernam legi, in muris medio ſoli expoſitis.

Simile eſt Gramini ſparteo juncifolio, ſed locuſtae dianthae, & trianthae, ariſtam longam educunt. Juniores teretes ſunt, & ſtrictiſſimae. Calyx bifolius, altera gluma exiliſſima. Totum viret ex glauco. Eadem ſpecies pro *Gramine murorum ſpico longiſſima* ex Anglia miſſa eſt, diverſa a cognomine SCHEUCHZERIANA, exiguitate locuſtarum, & villoſitate nudo oculo inviſibili.

GENUS IX.
I. FOLLICULO BIGLUMI.
III. CALYCE BIGLUMI.
I. MUTICO.
II. LOCUSTA MUTICA.
I. POLYANTHA.
POA LINNAEI n. 55.

1. GRAMEN montanum foliis capillaceis longioribus, panicula heteromalla, ſpadicea, & fere amethyſtina SCHEUCHZER p. 276. T. 6. f. 7.

Gramen pratenſe, panicula duriore, laxa, unam praecipue partem ſpectante ſine ariſtis I. R. H.

An *Gramen loliaceum . . . paniculis minoribus non ariſtatis* MONTI p. 36?

SCHEUCHZER locis ſiccis & montoſis: in M. *Albis* & *Utliberg.* Inter meas etiam eſt.

A Gramine n. 8. p. 210. modice differt. Folia certe juncea, culmus etiam elatior bipedalis, locuſtae majuſculae, 4. & 6. florum, colore ſaepe violaceo, muticae.

β. GRAMEN paniculatum ſparteum alpinum panicula anguſta, ſpadiceo viridi, proliferum SCHEUCHZER p. 213. T. app. 1.

Gramen murale junceum, minus, allii radicibus, panicula janthina, non criſpa BARREL. ic. 272.

Gramen montanum panicula foliacea, capillaceo folio minus. HIST. OXON. III. p. 200.

Gramen ſparteum, alpinum, panicula ſpadiceoviridi, uno plerumque verſu diſpoſita, ſpicata I. I. SCHEUCHZ. It. VI. p. 457. fig. 20.

Gramen proliferum, panicula bulbulis foliaceis donata MONTI p. 38. qui conjungit cum priori.

II. *Gramen montanum ſpica foliacea graminea majus* MERRET. p. 58.

Gramen montanum panicula foliacea majus HIST. OXON. III. p. 200.

Gramen montanum ſpica foliacea graminea RAJ. Hiſt. p. 1270.

Haec ſynonyma, ut dudum ſuſpicatus ſum, & confirmor ex ſpecimine DILLENIANO, ad ſpeciem *latifoliam* relata a SCHEUCHZERO, huc omnino ad juncifolium gramen pertinent.

I. II. *Poa ſpiculis ovatoanguſtis acutis, vivipara* LINN. flor. Lapon. n. 56.

Gramen ſparteum montanum ſpica foliacea graminea majus & minus Syn. RAJ. p. 410. T. 22. f. 1.

I. SCHEUCHZER in ſiccioribus alpium pratis, I. I. SCHEUCHZER in udis circa fontem Rheni poſterioris.

Culmus humilior, ſemipedalis: folia anguſtiſſima juncea, locuſtae quadriflorae,

1226

flores alii foecundi, unus autem, vel alter, viviparus,folia ex folliculo, loco ſeminis & ſtaminum emittit.

Ex ſpecimine, quod unicum a I. GESNERO acceptum habeo, ob magnas locuſtas, videtur varietas eſſe *Graminis montani foliis capillaceis, longioribus, panicula heteromalla, ſpadicea, & fere amethyſtina* n. 1. hujus.

*2. GRAMEN alpinum latifolium, panicula heteromalla ſpadicea, locuſtis pennatis SCHEUCHZER p. 278.

An *Gramen capillaceum, loeuſtellis pennatis, non ariſtatis* I. I. SCHEUCHZ. It. I. p. 39.

In humidis alpium Rhaeticarum SCHEUCHZ.

„ Folia lata, ad duas lineas, brevia: culmi, quando altiſſimi, pedales. Panicula ſpadicea, laxa; locuſtae diſtichae, tres lineas longae: floſculi in eadem locuſta tres, quatuor, & quinque: Gluma exterior, uti in pluribus praecedentium, ad microſcopium villoſa.

3. GRAMEN loliaceum, panicula multiplici & ſpicata I. R. H. SCHEUCHZER p. 200. T. 4. f. 6.

Phoenix multiplici ſpicata panicula PARK. p. 1146. MORIS. I. R. H. VAILL. MONT. pro varietate graminis Loliacei, a quo differt biglumi calyce.

An *Lolium nonum* TRAGI p. 671? Non repugnat.

Vulgare ad vias.

Culmi bipedales. Folia retroverſu valde aſpera, lata ad duas lineas & ultra, glabra. Panicula magna, laxa, ſaepe ad alteram partem inclinata. Locuſtae teretes, acuminatae, per aetatem diſtichae: Floſculi ad octo uſque, omnes cum calyce ex ſpadiceo & pallido varii.

β. GRAMEN paniculatum elatius, paniculis ſeu ſpicis muticis, ſquamoſis SCHEUCHZER p. 202.

1227 *Gramen paniculatum elatius, ſpicis oblongis, muticis, ſquamoſis* RAJ. p. 1286. ſyn. III. p. 411. *Feſtuca panicula ſpicata, ſpiculis uno verſu inclinatis, ſubmuticis* ROYEN. p. 68. a qua ſeparandum ſynonymon SCHEUCHZERIANUM.

II. Huc videtur pertinere *Calamagroſtis* LOBEL. Ic. p. 6. Obſ. p. 12.

Gramen Calamagroſtis Lobel. I. B. II. p. 480. cum icone aliena, non antem PARKINSONI aut RAJI, quod eſt ex genere arundinaceo. Haec & alia vetuſta nomina non poſſunt certiſſima inponi.

In aggere portus Tigurini SCHEUCHZER. Ad lacum *Seedorfenſem.*

Varietatem prioris SCHEUCHZERUS facit, & ego.

Folia anguſtiora: panicula minus ſparſa, ſpicae ſimilior, violacea, apices cyanei, qui priori lutei ſunt.

4. GRAMEN aquaticum fluitans, multiplici ſpica, αγροστις ποταμιος C. B. P. SCHEUCHZER p. 199. T. 4. f. 5.

1237 *Gramen anatum* TRAGI p. 682. LONIC. AMBROS. &c.

Gramen aquis innatans LOBEL. Ic. p. 12.

Gramen fluviatile TAB. p. 216. PARK. MERR. &c.

Gramen aquaticum fluitans multiplici ſpica C. B. Theatr. p. 41. cum ic. Baſ. p. 5. &c. non male.

Gramen aquaticum cum longiſſima panicula I. B. II. p. 450. RAJ. ſyn. III. p. 412. Hiſt. p. 1281.

Gramen loliaceum fluitans ſpica longiſſima diviſa H. OX. III. p. 183. S. 8. T. 3. f. 16. commode.

Gramen miliaceum aquaticum, Brizae locuſtis, ſemine ruſo BARREL. ic. 7.

Gramen paniculatum aquaticum fluitans I. R. H. VAILL. p. 92. &c

Gramen phalaroides fluitans aquaticum, panicula multiplici MONTI p. 46. ic. 35. non bene.

Poa ſpicis oblongis erectis LINN. Hort. Cliff. p. 28. ROYEN. p. 62.

Ubique in foſſis aqua plenis.

Caulis procumbens, longus, ramoſus. Folia lata ad tres lineas, glabra, mollia, nervo aſpero. Panicula longa, laxa, fit julis alternis ſive locuſtis teretibus unciam longis. Et calycis breviſſimae & folliculorum glumae ovatae, pallide virides, ala alba foliacea auctae. Ad unam locuſtam flores ad decem uſque. Folliculi gluma interior longior, quod rarum eſt, apice fiſſo. Maturae diſtichae fiunt, & facies tota mutatur.

Quae ſequuntur *TREMULA* veteribus dicuntur *BRIZAE* LINNAEO n. 39.

Locuſtis ſunt fere triangularibus, obtuſis, utrinque conpreſſis.

5. GRAMEN tremulum majus C. B. *Baſ.* p. 4. *Theatr.* p. 22. cum ic. ZANICHELL. p. 129. ic. 220. SCHEUCHZER p. 204. T. IV. f. 8.

Lolium

Lolium TRAG. p. 671. *Aegilops* EJ. in ic. p. 670.
Aegilops Cordi C. GESN. Hort. p. 245.
Amourettes tremblantes CLUS. p. CCXVIII. deſcriptio, non icon.
Phalaris pratenſis minor, Trago Aegilops Plinii LOB. Adv. p. 16. deſcriptio, non vero icon; quae eſt maximi p. 44.
Gramen leporinum: gramen tremulum TAB. p. 231. commode.
Duae in arvis, prior CAESALP. p. 156.
Gramen tremulum I. B. II. p. 469. non autem icon. RAJ. Hiſt. p. 1274. ſyn. III. p. 412. &c.
Gramen tremulum vulgare, minus, locuſtis rotundioribus HIST. OXON. III. p. 203. fig. 45. T. 6.
Gramen tremulum ſ. phalaroides minus, lata, ſparſa panicula BARR. ic. 16. MONTI p. 45. ic. 39.
Briza ſpicis ovatis, calyce floſculis breviore LINN. Hort. Cliff. p. 23. ROYEN. p. 63.

Ubique in paludoſis, in apricis &c.

Culmus rectus, aliquando cubitalis. Folia ad duas uſque lineas lata. Panicula aliquamdiu latet in ſinu folii, deinde expanditur, rara, triangularis, pedicellis tenuiſſimis. Locuſtae, quales dixi, ad duas lineas longae, paulo latiores. Utriculi imbricatim ſe contegunt, & diſtiche diſponuntur, ſeptem, ad novem. Calycis glumae ſimiles exterioribus glumis floris: interiores vero minimae.

β. GRAMEN tremulum minus panicula parva C. B. *Theatr.* p. 24. *Prodr.* n. 9. *Baſil.* p. 4. P. SCHEUCHZER p. 205. T. 4. f. 5. 1235

Gramen tremulum minus I. B. II. p. 470. ex C. B.
Gramen tremulum minus ſpica non ramoſa, ex utriculo prodeunte H. OX. III. p. 203. ic. 46. T. 6.
Gramen phalaroides ſeu tremulum minus locuſtis parvis, paniculis non expanſis MONTI p. 45.

SCHEUCHZER in montoſis & alpinis; diverſitatem ponit „ in panicula parum ſparſa, floribus paucioribus, ad ſex. Sed ex horto ſicco C. B. & aliunde certus ſum, plantam iſtam eſſe unice exemplar junius prioris n. 5.

Quae ſequuntur, ſunt locuſtis planioribus, imbricatis, ſemidiſtichis, *Eragroſtidis* ſimilibus.

6. GRAMEN paluſtre paniculatum altiſſimum C. B. *Theatr.* p. 38. *Baſil.* p. 5. P. VAILL. LOES. &c. SCHEUCHZER p. 191. T. 4. f. 1.

Gramen majus aquaticum LOBEL. ic. p. 4. I. B. II. p. 481. RAJ. ſynopſ. III. p. 411.
Gramen harundinaceum aquaticum RAJ. Hiſt. p. 1280.
Gramen paniculatum aquaticum, latifolium H. OX. III. p. 201. T. 6. f. 25. bene I. R. H. VAILL. p. 91.
Gramen phalaroides paluſtre, arundinaceum, radice ampliſſima MONTI p. 46. ic. 38. bene.
Eragroſtis major, latifolia, aquatica MARTIN. plant. Cantabr. p. 108.
Poa panicula contracta, ſpiculis ovatis, teretiuſculis ROYEN. p. 61. Hort. Cliff. p. 496.

C. B. *Michelfeldae*, *Crenzaci.* SCHEUCHZER in *Broja* fl. Ego *Biennae* legi.

Culmi altiſſimi, ſex pedum: folia ad quatuor lineas lata. Panicula pedalis, ex locuſtis innumerabilibus facta. Locuſtae majores ſequentibus, uti prioribus minores ſunt, naturaliter diſtichae, ſed imbricatae, uti ſequentes, ex floſculis ſex & octo fiunt. Color e viridi, & ſpadiceo miſtus.

7. GRAMEN paniculatum, radice repente, culmo conpreſſo, locuſtis diſtichis, pulchellis SCHEUCHZER p. 198. 1246

Gramen caninum vineale C. B. Theatr. p. 11. Baſil. p. 3. Prodr. p. 1. n. 1. I. B. II. p. 458.
Gramen pratenſe paniculatum medium, n. 5. RAJ. ſyn. III. p. 409. Videtur ob ſynonymon BUDDLE.
Gramen paniculatum, radice repente. culmo conpreſſo VAILL. p. 91. T. 18. f. 5.
Gramen loliaceum procumbens, caulibus conpreſſis, paniculis rigidiuſculis MONTI p. 39. ic. 10.

Ubique frequens SCHEUCHZER. Circa *Bernam* inveni in argilletis verſus *Pümpliz*. Gottingae in agris ſterilibus dominatur. C. B. in vinearum viis.

Culmi ſemiprojecti, cubitales, plani, neque teretes. Folia ad lineam lata. Panicula parva, parum ſparſa. Locuſtae pulchellae, maxime dum juniores, imbricatae, quaſi diſtichae, multum de ſpadiceo habent. Longitudo eſt fere trium linearum, floſculi ſex. Calycis glumae pene aequales.

8. GRAMEN alpinum majus, panicula ſpecioſa, variegata SCHEUCHZER p. 186. ic. T. app. 3.

Gramen loliaceum: panicula variegata, radicibus bulboſis MONTI p. 38. ic. 13.

In omnibus alpium, & altioris *Jurae* pratis reperi.

Specioſiſſimum inter congenera, locuſtis prioris etiam majoribus, congenerum maximis, e violaceo & flavo pulchre variis, tres lineas facile longis: folliculis vero factis quinque, & ſeptem. Culmus caeterum ab unciali, ad pedalem, folia lineam lata. Panicula triangularis, denſa, multiflora.

9. GRAMEN alpinum latifolium, panicula laxa, foliacea, foliolis in panicula paucioribus, & mage criſpis SCHEUCHZ. p. 22. T. 4. f. 14.

Gramen montanum ſpica foliacea graminea I. I. SCHEUCHZ. It. Alp. I. p. 38. T. IV. f. 2. non bene.
Gramen montanum panicula magis foliacea MONTI p. 38.

Eſt degeneratio *Graminis panicula ſpecioſa variegata* n. 8. Ergo folia, noſtro, pariter latiora: locuſtae ex violaceo & luteo variae &c. Sed modo aliqui, modo omnes flores loco ſtaminum & ſeminis, duo longuiſcula, & incurva foliola ex gluma educunt.

β. GRAMEN arvenſe anguſtifolium, panicula denſa, foliacea, foliolis in panicula anguſtiſſimis SCHEUCHZ. p. 211. T. 4. f. 13. A. B. C.

Gramen arvenſe pauicula criſpa C. B. Theatr. p. 32. Baſil. p. 4. Prodr. n. 11. MURALT. p. 715.
Gramen cum panicula molli rubente I. B. II. p. 464.
Gramen arvenſe panicula criſpa, pallida, ſ. majus BARR. ic. 703. n. 2. idemque *minus* ib. ic. n. 1.
Gramen montanum panicula foliacea criſpa breviore HIST. OXON. III. p. 200. T. 5. f. 14. ex C. B.

C. B. in agris locis ſiccioribus, ad ripam *Rheni*, *Wieſae*, & circa *Mönchenſtein*, I. B. *Genevae* ſupra muros, *Baſileae* ad margines agrorum circa Telonium. *Bernae* in *Wylerfeld*.

Eſt varietas *Graminis Xerampelini* LOBELII. A priori vix differt, niſi foliis dimidia parte anguſtioribus.

*10. GRAMEN pratenſe paniculatum minus rubrum SCHEUCHZ. p. 190.

Gramen paniculatum elegans, paniculis ex ſpadiceo, viridi, & argenteo variegatis EJ. in Prodr. & T. III. I. I. SCHEUCHZ. It. VI. p. 457. f. 17.
Gramen elegans paniculatum alpinum ex GOTTH. I. I. SCHEUCHZ. It. Alp. IV. p. 335.
Reliqua ſynonyma SCHEUCHZERI ſatis certo deſignant plantam vulgatiſſimam n. 11.

In alpium pratis etiam juxta nives & glaciem.

„ Folia inquit SCHEUCHZER, uncialia . . . adusque lineam lata . . . Culmi biuncia-les & palmares . . . panicula uncialis . . . locuſtae duas & tres lineas longae . . . folli-culi ad ſex uſque: hinc ſpadiceae, inde vel totae vel ex parte virides. Quomodo a meo, n. 8. deſcripto, aut 11. diverſum ſit, nondum novi.

11. GRAMEN pratenſe paniculatum minus C. B. P. *Theatr.* p. 30. 31. nam in *Baſil.* non reperitur. SCHOL. BOT. VOLC. &C. SCHEUCHZER p. 189. T. 3. f. 17. E.

Gramen paniculatum minus album TAB. p. 206. I. B. II. p. 465. I. R. H. &c.
Gramen pratenſe minus I. B. II. p. 542.
Gramen pratenſe minimum album H. OX. III. p. 201. T. 5. f. 21. bene.
Gramen pratenſe paniculatum minus album VAILL. p. 91. RUPP. &c.
Eragroſtis pratenſis minor vulgaris MART. Cant. p. 108.
Gramen loliaceum paniculatum minus vulgatiſſimum MONTI p. 58.
β *Rubrum* [*ſive locuſtis ex ſpadiceo, aut violaceo variis*] TAB. p. 207. I. R. H. VAILL. RUPP. MONTI &C.
Olim conjunxerunt in eumdem numerum I. B. II. p. 465. & H. OX.
γ *Gramen caninum ſupinum* LOBEL. p. 21.
Gramen caninum ſupinum minus C. B. Theatr. p. 13. P. Baſ. p. 1. In horto ſicco certe non aliud adfuit.

Nihil vulgatius locis ſiccis. Caulis ſemiprocumbens, non teres, latera enim duo acute eminent: humiles ſunt, dodrantales, faſciculoſi. β Folia lata, ad duas lineas, brevia, glabra. Panicula denſa, triangularis. Locuſtae glabrae, majuſculae, ad duas lineas.

12. GRAMEN pratenſe paniculatum medium C. B. *Baſ.* p. 4. *notis meis* non repugnantibus *Theatr.* p. 30. P. RAI. p. 1285. ex C. B. *Syn.* III. p. 409. n. 2. H. OXON. III. p. 201. I. R. H. &c. SCHEUCHZER p. 180.

Gramen minus LOB. ic. 1. Adv. p. 2. TAB. p. 201. Ita C. B. ſed quis dixerit?
Gramen elatius vulgatiſſimo ſimile LOB. Illuſtr. p. 1. poteſt eſſe ex adfinitate.
Gramen loliaceum paniculatum vulgare, panicula minus expanſa MONTI p. 37. ic. 9. Non repugno.

Culmus paulo altior, folia pariter brevia, lineam lata, glabra. Panicula triangularis, denſa: locuſtae paulo minores, ſeſquilineares: quarum gluma exterior ad baſin adnatam habet copioſam lanuginem. Hac nota ſeparatur a n. 11. Folliculi adusque quinque.

13. GRAMEN pratenſe paniculatum medium anguſtiore folio SCHEUCHZER p. 181. & cum hoc nomine in C. B. *Theatr.* p. 30, & *Baſ.* p. 4. planta reperitur.

A priori n. 12. differt foliis anguſtioribus, ſubhirſutis, locuſtis minoribus, vix niſi trianthis.

14. GRAMEN pratenſe paniculatum maius, foliis praeter culmum anguſtioribus, in culmo latioribus SCHEUCHZER p. 183. T. 3. f. 17. C.

A n. 12. videtur unice differre, folio ſubhirſuto, & locuſta paulo majori, duas lineas cum dimidia longa.

15. GRAMEN pratenſe paniculatum majus anguſtiore folio C. B. *Theatr.* p. 29. *Baſil.* p. 2. *Prodr.* n. 10. I. B. II. p. 461. RAI. p. 1285. HIST. OXON. III. p. 201. T. 5. f. 19. bene. I. R. H. SCHEUCHZER. p. 178. T. 3. f. 17. B.

Gramen loliaceum anguſtifolium paniculis ſtrigoſioribus MONTI p. 38.
Poa ſpiculis ovato oblongis foliis ſubulatis LINN. flor. Lapon. n. 52.

In pratis Baſileae, Tiguri, Bernae.

Culmus altior, tripedalis, folia peranguſta, vix lineam lata, panicula ſaepe ampliſſima, pedalis. Locuſtae minimae, dianthae, & trianthae, villo in gluma exteriori evidenti. Ineleganter virent flores, oris glumarum albis.

16. GRAMEN paniculatum, aquaticum, anguſtifolium, panicula ſpecioſa, locuſtis parvis SCHEUCHZER p. 184.

An *Gramen paluſtre panicula ſpecioſa*, C. B. Prodr. n. 15. Theatr. p. 39. I. B. II. p. 542. MOR. H. OX. p. 201. T. 6. f. 17. De hoc ultimo ſatis certum eſt.

Culmus ad tres pedes altus, folia aſpera, ſi retrorſum ſtringantur, ad duas lineas lata: Panicula ſemipedalis, expanſa. Locuſtae pulchellae, dianthae, trianthae, aliquando tetranthae; duas lineas longae. Lanugo ad baſin glumae exterioris rarior.

17. GRAMEN paluſtre paniculatum minus SCHEUCHZER p. 157. C. B. *Theatr.* p. 39. *Prodr.* n. 16. I. B. II. p. 542.

STAEHELINUS ad SCHEUCHZERUM miſit, & ad me. C. B. in dumetis humidis, circa M. *Crenzach* & in udis *Michelfeldenſibus*, ſed hoc quidem fuit varietas *medii*.

Culmi ad tres pedes: folia adusque duas lineas cum dimidia lata, vaginae piloſae. Panicula non expanſa: Folliculus baſi villoſa, unus aut duo. Ex gluma exteriori ariſta longiuſcula, quae ob ſummam adfinitatem non facit, ut ſeparari debeat.

18. GRAMEN pratenſe paniculatum maius C. B. *Theatr.* p. 28. P. RAI. p. 1285. SCHEUCHZ. p. 177. T. 3. f. 17. A.

Gramen pratenſe paniculatum majus latiore folio C. B. Baſ. p. 2.
Gramen pratenſe paniculatum majus, latiore folio, πoα Theophraſti C. B. P. H. OX. III. p. 201. S. 8. T. 5. f. 18. VAILL. p. 90. cum deſcr. I. R. H. &c.
Gramen pratenſe majus vulgatius LOB. Obſ. p. 9. Adverſ. p. 1. non recedit.
Gramen pratenſe LOB. ic. p. 1. RAJ. in Cant. Cat. A. &c.
Gramen vulgare TAB. p. 200. ex LOB. PANCOV. ic. 54.
Gramen pratenſe vulgare ſpica fere arundinacea I. B. II. p. 461.
Gramen loliaceum, paniculatum, vulgare, locuſtis minoribus, radice nodoſis bulbillis praedita MONTI p. 38. ic. 14.
Poa ſpiculis ovatis, conpreſſis, muticis LINN. Hort. Cliff. p. 25. Conjungit totam fere hanc familiam. Sed haec ſpecies a prioribus 13. 14. 15. 16. differt defectu villi in floribus.

Facies ultimae ſpeciei n. 15. Culmus tripedalis. Folia unam, & ſeſquilineam, & ad tres uſque lineas lata. Panicula pedalis, locuſtae parvae, vix ſeſquilineares, inelegantes: dianthae & trianthae.

19. GRAMEN paniculatum anguſtifolium montanum, panicula denſa, locuſtis parvis, muticis SCHEUCHZ. p. 180.

In apricis M. *Legerberg*. Miſit etiam IOH. GESNERUS. In muris horti, in pago *Agy* reperi.

A priori, n. 18. modice differt. Habitus durior, humilior, folia lineam lata quando plurimum; locuſtae parvae dianthae, durae, absque lanugine. Panicula rara,

MELICA LINNAEI n. 837.
POAE ſpecies LINN.
AIRAE ſpecies LINN.

Hanc claſſem ultimae paniculatorum ſpecies 17 - 19. orſae ſunt. Quae ſequuntur vix unquam plures tribus, plerumque autem duos in eadem locuſta flores praeferunt, neque tamen videntur a prioribus ſeparari debere.

*20. GRAMEN murorum radice repente C. B. *Prodr.* p. 2. *Theatr.* p. 17. P. *Baſ.* p. 3. PARKINS. RAI &c.

Gramen paniculatum radice repente murorum H. OX. III. p. 200. n. 7. C. B. in muris ipſius urbis ſuae interioribus.

De-

Deſcriptio brevis eſt, ſed vicinam priori eſſe, ſatis exprimit. In *notis meis* reperio „ locuſtas perexiguas eſſe, quae aliqua foret diverſitas. Sed hujus omnino cenſus eſt.

21. GRAMEN paniculatum autumnale panicula ampliore, ex viridi nigricante, I. R. H. SCHEUCHZ. p. 207. T. 4. f. II. bene.

Scirpi primum genus TRAG. p. 684.
Graminis loliacei VIII. ſpecies THALII p. 51.
Gramen harundinaceum montanum TAB. p. 231.
Gramen arundinaceum enode majus montanum C. B. Theatr. p. 66. P. &c.
Gramen arundinaceum enode I. B. II. p. 481. RAJ. p. 1281.
Gramen loliaceum autumnale, panicula ampliore ex viridi nigricante MONTI p. 37. ic. 8. quae peſſima eſt. VAILL. RUPP.
Non eſt *Arundo montana enodis* H. OX. III. p. 219. etſi ſynonyma conveniant, ea enim vera eſt arundo.
Non eſt *Arundo culmo enodi, panicula contracta* LINN. flor. Lap. n. 44. noſtra enim pappo deſtituitur.

In ſylvoſis SCHEUCHZER. In pratis circa *Mathod* exeunte aeſtate.

Culmus fere absque geniculo, tripedalis: folia ad tres lineas lata, pedem unum, alterumve longa, vaginis piloſisſimis. Panicula longa, pedalis, anguſta. Locuſtae longae, gracilesque. Calyx violaceus brevis. Flores duo, longis, conicis, acuminatis glumis, viridibus.

β. GRAMEN arundinaceum, enode, minus, ſylvaticum, C. B. *Theatr.* p. 97. P. SCHEUCHZER. p. 209. 1252

Scirpi alterum genus TRAG. p. 684.
Gramen arundinaceum enode minus I. B. II. p. 481. RAJ. II. p. 1281.
Gramen pratenſe ſerotinum, panicula longa purpuraſcente MORIS. p. 201. S. 8. T. 5. f. 22. locuſtae non placent. RAJ. p. 1288.
Gramen paniculatum, autumnale, panicula anguſtiore, ex viridi nigricante MONTI p. 37.
Poa ſpiculis ſubulatis, panicula rara contracta LINN. Lapon. n. 54. ROYEN. p. 61.

C. B. in ſylvula prope *Neuhaus*, in ſylvula *Wylenſi* & *Waſſerfall*: SCHEUCHZER. in M. *Regio* & *Alpibus*. Ego, ni fallor, Bernae reperi.

A priori modice differt. Culmus ad radicem vaginis exceptus, ut bulborum ſimilitudo naſcatur, humilior, folia tantum ſeſquilineam lata, folliculi aliquando ſolitarii.

γ GRAMEN arundinaceum, enode, montanum, panicula longiſſima, locuſtis anguſtiſſimis SCHEUCHZER.

In *Utliaci*, & *Albii* ſylvoſis.

Et ipſum penultimi n. 21. varietas eſt. Folia etiam latiora, ad quinque lineas, culmus paulo humilior, de locuſta dubitat SCHEUCHZERUS, an monantha ſit.

22. GRAMEN avenaceum, locuſtis rubris, montanum C. B. *Theatr.* p. 154. 155. &c. ic. *Prodr.* n. 71. *Baſil.* p. 14. RAI. *Syn.* III. p. 403. SCHEUCHZER p. 71. T. 3. f. 16. D. E. F.

Gramen locuſtis rubris I. B. II. p. 434.
Gramen avenaceum montanum locuſtis rubris RAJ. hiſt. p. 1289. H. OX. III. p. 215. T. 7. f. 48. 1. R. H. MONTI p. 54. ic. 73.
Melica floribus ſub culmo pendulis LINN. flor. Lap. n. 36. ROYEN. p. 57.
β Omnino perſuadeor, junius exemplar, atque locuſtis viridibus, produxiſſe hanc alteram plantam
Gramen montanum ſpicatum CLUS. Pann. p. 716. Hiſt. p. CCXVIII. VOLC. PARK. &c.
Gramen ſylvaticum II. TAB. p. 226.
Gramen montanum, ſpicatum, flore herbaceo, caule enodi I. B. II. p. 492.
Gramen montanum avenaceum ſpicatum C. B. Theatr. p. 153. 154. LOESEL. RAJ. ſyll. &c.
Omnes unice CLUSIUM ſequuntur.

Elegans graminis ſpecies in nemoribus Helvetiae, maxime circa *Bernam* frequens eſt. In *Albio* M. SCHEUCHZERUS,

Culmus erigitur, pedalis: folia fere duarum linearum latitudine. Panicula ſpicata, heteromalla, rara, locuſtis obeſis, horizonti parallelis. Glumae calycis & floris breves, ſemiovales, obtuſae. Calyx plerumque purpureo colore eſt. Folliculi in Locuſta bini, terni, quorum gluma exterior etiam purpuraſcit. Quartus flos plerumque abortit.

Ergo *Melicae* LINNAEI n. 837. character ad noſtram, & ſequentes plantas, non pertinet, quarum nulla monantha eſt.

Gramen avenaceum locuſtis rarioribus C. B. Theatr. p. 155. HIST. OX. III. p. 215. T. 7. f. 49. non videtur differre: neque aliud fuit in horto ſicco C. B.

23. GRA-

23. GRAMEN montanum, avenaceum, locuſtis muticis, tumentibus, non piloſum SCHEUCHZER. p. 170. T. 3. f. 16. A. B. C.

Gramen avenaceum parvum, procumbens, paniculis non ariſtatis RAJ. Hiſt. p. 1288. PLUKNET. p. 174. T. 34. f. 1. recte monet erigi, MONTI p. 53. ic. 77. & T. II. VAILL. &c.

1. SCHEUCHZER in ſylvoſis circa *Tigurum*, & ad radicem M. *Tſchierae*. Ego in lapidoſis paſcuis ſummi M. *Suchet.*

Folia glabra, ex piloſa origine, lineam lata; plerumque convoluta, peranguſta. Culmus palmaris, erectus. Panicula rariſſima, ex quatuor, aut quinque locuſtis. Calyx bifolius, valde inaequalis. Glumae longae, ſemiellipticae, virentes; folliculi tres, & quatuor. Tota locuſta viridis, obeſa.

24. GRAMEN avenaceum lanuginoſum

α Glumis denſioribus

Gramen montanum avenae ſemine CLUS. Pannon. p. 719. Hiſt. p. CCXIX.

Gramen avenaceum montanum lanuginoſum C. B. Theatr. p. 156. mal. ic. RAJ. p. 1269. H. OX. III. p. 215. n. 40. & 45. T. 7. ic. 27. I. R. H. MONTI p. 58. ic. 83.

Gramen cum locuſtis parvis, candidis, piloſis, ſemine avenaceo I. B. II. p. 434. icon ex TAB.

Gramen ſparteum alopecurum ſpica ſericea glumoſa typhina BARREL. ic. 3. n. 2. non placet.

Gramen avenaceum, ſpica ſimplici, locuſtis denſiſſimis, candicantibus, & lanuginoſis I. R. H. I. I. SCHEUCHZ, It. I. p. 37. T. 4. f. 1. It. II. p. 134. I. SCHEUCHZ. p. 174. T. 3. f. 16. G. H. I. K.

Melica floribus horizontaliter patentibus ROYEN. p. 57. ſed & prioris flores nihilo minus *patent.*

β *Gramen avenaceum lanuginoſum, glumis rarioribus* C. B. Theatr. p. 157. melior icon. Prodr. n. 72. P. I. B. II. p. 464. RAJ. p. 1269. &c.

C. B. *Wallenburgi* in muris. I. I. SCHEUCHZER in ſterilibus ſaxoſis *Rhaetiae*, in muris *Badae*, & *Altorfi*. I. SCHEUCHZER in muris circa *Badam*, & ante portam *arcis novae.* Ego *Biennae* inter vineas, & in *Valleſia*, ad muros vulgare inveni.

Culmus cubitalis, gracilis. Folia mediam lineam lata, glabra. Panicula ſpicata, denſior, rariorve. Locuſtae fiunt calyce bifolio, ſubflavo, magno, cujus major gluma mucrone, & quaſi breviſſima ariſta terminatur: altera omnino mutica eſt. Folliculi fere tres. Horum unus inperfectus manere, alter glaber eſſe ſolet, tertius junior etiam glaber eſt, ſed adulti gluma ſericeo nitente pappo ciliata eſt.

*25. Quomodo differt *Gramen ſpicatum, ſpicis longis, laxis, pappo ſericeo caneſcentibus*, SHERARD in muris arcis cujusdam ultra *la Baſtie*, non procul *Geneva*, apud RAIUM in *ſyllog. exter. ſtirp.* p. 399.

Gramen indicum Alopecuroides, holoſericum, majus, ſpica longa pappeſcente PLUKNET. Almageſt. p. 177. Phyt. T. 92. f. 5.

26. GRAMEN ſpica criſtata ſubhirſutum C. B. *Theatr.* p. 43. *Prodr.* n. 19, *Baſ.* p. 5. P. I. B. II. p. 469. RAI. p. 1269. H. OXON. III. p. 194. & T. 4. f. 7. commode, I. R. H. VAILL. SCHEUCHZER p. 167. T. 3. f. 15.

Gramen pumilum hirſutum, ſpica purpuro-argentea, molli RAJ. ſynopſ. III. p. 396.

Gramen montanum hirſutis foliis, ſpica leucophaea dirupta PLUKNET. p. 177. T. 33. f. 7.

Gramen avenaceum, ſpecioſum, purpuro-argentea collecta panicula MONTI p. 56. ic. 78.

Aira panicula ſpicata, floribus muticis, pedunculo longioribus, glumis aculeatis inaequalibus ROYEN. p. 61.

In pratis ſiccis *Helvetiae* ubique.

Folia hirſuta, aſpera, ad duas lineas lata. Panicula, denſa, anguſta, utcunque ſpicae ſimilis. Calycis glumae inaequales, albae, media parte viridi, purpureo mucrone. Utriculi in una locuſta duo, & tres. Glumae exterioris mucro, quod & de calyce valet, acutus, ariſtae quadam ſimilitudine.

27. GRAMEN Valeſianum, tenuifolium, panicula ſpicata, viridi argentea, ſplendente SCHEUCHZER p. 169.

Ad margines agrorum *Valeſiae inferioris.*

A priori 26. cujus ſimile eſt, differt folio peranguſto, vix mediam lineam lato: (ſed in meis, a I. GESNERO miſſis, pleraque folia lineam lata ſunt) ſpica magis compacta, conica, unciali, gluma exteriori, quae priori levis eſt, villoſa.

28. GRAMEN alpinum paniculatum minus, panicula ſpadiceo viridi, elegans I. SCHEUCHZER p. 163. ic. in *Prodr.* T. IV.

Gramen paniculatum alpinum, parvum, panicula ſpicata, ſpadiceoviridi, elegans I. I. SCHEUCHZ. It. VI. p. 457. & T. 6. f. 16.

In pratis alpium editioribus. I. GESNERVS miſit.

Folia plerumque dimidiam lineam lata; Culmi infirmi ſemipedales; Panicula ad ſeſcuncem longa, rara. Locuſtae ad duas lineas longae, firmulae. Calycis glumae

inaequales, argute mucronatae, ut ariſtae breviſſimae fere ſimiles ſint. Folliculi duo, inaequales. Lanugo villoſa, brevis, intra folliculum & in dorſo glumarum.

29. GRAMEN paniculatum anguſtifolium, alpinum, locuſtis rarioribus, & anguſtioribus, non ariſtatis I. SCHEUCHZER p. 164. T. 2. *Prodr.*

Gramen ſylvaticum, panicula tenui, e raris locuſtis conpoſita DILL. Cat. Gieſſ. p. 130. Spec. Nov. p. 57.
Gramen nemoroſum, panicula laxa, radice repente VAILL. p. 90.
Gramini canino vineali ſimile anguſtioribus foliis, paniculis rarioribus, non ariſtatis I. I. SCHEUCHZ. It. II. p. 135. T. 18. f. 3.
Gramen loliaceum alpinum, paniculis ex rarioribus, & exiguis locuſtis conpoſitis MONTI p. 39. ic. 12.
β *Gramen cirrhoſa, & villoſa ſpongiola ad ſingula genicula donatum, paniculatum, minimum, alpinum* BOCC. Muſ. di Piante p. 70. I. I. SCHEUCHZ. It. I. p. 38. T. V. f. 1. RAJ. Hiſt. III. p. 613.
Gramen cirrhoſis & villoſis ſpongiolis ad ſingula genicula donatum BOCCONE l. c. T. 69.
Gramen alpinum anguſtifolium, globulis ad genicula rufeſcentibus, brevi panicula ſparſa TRIUMPHETTI Obſerv. p. 46. MONTI p. 39.
Gramen cirrhoſa & villoſa ſpongia ad ſingula genicula donatum, paniculatum, alpinum SCHEUCHZ. p. 165.
Gramen loliaceum alpinum anguſtifolium globulis ad genicula rufeſcentibus, brevi ſparſa panicula ZANICHELL. p. 132. ic. 204. mala ic.

Non in alpinis ſolum, ſed circa Bernam in dumetis abunde. Varietas β. Gottingae vulgaris eſt.

Culmus ſemiprocumbens; folia dimidiae lineae latitudine, glabra. Panicula rara, debilis, vaga. Locuſtae triflorae, & biflorae, exiguae, virides, oris albicantibus. Calyx bifolius, inaequalis. Gluma exterior ſubhirſuta. In varietate β circa genicula contorquetur volumen ex chordis duris, flaveſcentibus, arcte conpactum.

30. GRAMEN miliaceum aquaticum RAI. *Syn.* III. p. 402. SCHEUCHZ. p. 176.

Gramen dulce udorum LOBEL Ill. p. 10.
Gramen caninum ſupinum, paniculatum, dulce C. B. Theatr. p. 13. Prodr. n. 2. P. ex Anglia I. B. II p. 459. HIST. OXON. III. p. 202.
Gramen paniculatum aquaticum minus RAJ. p. 1281.
Gramen paniculatum aquaticum miliaceum I. R. H. VAILL. p. 89. T. 17. f. 7. bon. ic. ſed locuſtae nimis clauſae.
Gramen miliaceum aquaticum MONTI p. 51. ic. 60.
Aira culmo inferiore repente, floſculis muticis, calyce longioribus, altero pedunculato ROYEN. p. 60.

In paludoſis valleculae, quae dicitur *Marzili*, prope Bernam.

Culmus erectus dodrantalis, pedalis. Folia pauca, glabra, lata ad duas lineas cum dimidia. Panicula laxa, ſparſa, verticillata. Locuſtae ex omnium minimis, quaſi reſectae. Calyx ſature violaceus; gluma folliculi albiſſimo apice inter calycis foliola eminet. Locuſtae aliquando monanthae, plerumque vero dianthae.

GENUS X.
I. FOLLICULO BIGLUMI.
III. CALYCE BIGLUMI.
I. MUTICO.
II. LOCUSTA MUTICA.
II. SIMPLICI, UNIFLORA.
I. GRACILISSIMA.
AGROSTIS LINNAEI.

1. GRAMEN radice repente, panicula delicata, ſpadiceo viridi. SCHEUCHZER p. 127. T. 3. f. 5. A.

Huc SCHEUCHZERUS refert *Gramen* CAM. Epit. p. 741. quod eſt
Gramen Camerarii repens I. B. II. p. 458. RAJ. p. 1270. ſed ſpica peſſime picta judicium difficile facit.

SCHEUCHZER exeunte aetate circa Tigurum locis incultis.

Culmi bipedales, ad terram ſtrati. Folia glabra, tres lineas lata. Panicula erecta, ſparſa, craſſior ſequentibus. Locuſtae lineam longae, peracutae, per maturitatem ſpadiceae, juxta SCHEUCHZERVM leves. Nam in meis, latifoliis exemplaribus, perpetuo calyce ſunt aſpero, uti ſequentia; & idem in SCHEUCHZERIANIS obtinere per literas monuit I. GESNERUS.

2. GRAMEN caninum ſupinum minus SCHEUCHZERI p. 128. non autem CASPARI BAUHINI.

Gramen montanum miliaceum radice repente RAJ. ſyn. III. p. 402. Quod hoc nomine miſit DILLENIUS, utcunque majoribus eſt locuſtis, viride & 7. ſimilius, niſi denticulorum ſeriem in calyce obſervarem.

An

An *Gramen parvum repens, paniculis atrorubentibus* HIST. OXON. III p. 199?
Agroſtis culmo repente, vagina ſupremi folii ventricoſa ROYEN. p. 59.

Ad vias abunde.

Culmus proſtratus: Folia tantum unam lineam lata, calycis glumae denticulis aſperae. Panicula caeterum colore variat, matura autem purpurea eſt.

3. GRAMEN montanum panicula ſpadicea delicatiore maius C. B. *Prodr.* n. 12. &c.
Gramen montanum, panicula miliacea craſſa I. R. H.
An *Gramen miliaceum majus panicula ſpadicea* MONTI p. 52.

Circa Bernam in incultis v. g. ad pedem praecipitii *im Altenberg.*

Cum primo hujus tribus convenit: latitudine folii, culmo tripedali. Sed erigitur; Locuſtae omnium maximae ſunt, ſeſquilineares, aſperae, e purpureo virides. Folliculi albi. Panicula alternata, ut faſciculus maior minori perpetuo obponatur, & in inmatura planta interrupta, quae prioribus continua eſt, & ſpicata.

4. GRAMEN montanum panicula ſpadicea delicatiore C. B. *Theatr.* p. 36. *Prodr.* n. 12. *Baſ.* p. 5. var. minor. I. B. II. p. 476. I. R. H. SCHEUCHZER p. 129. T. 5. B. non autem MORISONI, quod ariſtatum eſt, & videtur eſſe *capillatum* I. B. 1183
An *Gramen pratenſe panicula fere arundinacea* RAJ. Hiſt. p. 1286.
Gramen miliaceum minus panicula rubente MONTI p. 52. ic. 64.
Milium montanum, panicula ſpadicea delicatiore MARTIN. p. 107.
Agroſtis panicula conpreſſa, calycibus ſubulatis, aequalibus, hiſpidiuſculis, coloratis ROYEN. p. 57.
II. *Gramen montanum panicula miliacea ſparſa* C. B. Prodr. n. 50. Theatr. p. 141. Baſ. p. 12. in M. *Crenzach.* I. B. II. p. 462. RAJ. p. 1283. I. R. H. Ex fide horti ficci HAGENB.

In pratis montoſis.

A *ſupino* differt caule erectiori, panicula longiori, magis ſparſa. Color inconſtans eſt, junius viret, paulatim miſcetur color purpureus, effoetum flaveſcit.

5. GRAMEN minimum, paluſtre, panicula ſpadicea delicata, tenuifolium, ſemine exiguo, rotundo SCHEUCHZER p. 131.

Circa lacum *Felinum* in paludoſis.

Quod I. GESNERUS miſit, eſt varietas ſupini: diverſa humillimo culmo, vix biunciali. Addit SCHEUCHZERUS, ſemen ſubrotundum eſſe, terminatum mucrone tenuiſſimo.

6. GRAMEN alpinum, panicula fere arundinacea, ſpadiceo viridi, locuſtis muticis SCHEUCHZ. p. 131.

In alpium udis.

Neque in deſcriptione, neque in planta a I. GESNERO miſſa veram diverſitatem reperio, qua diſtet a *ſupini* minoribus ſpeciminibus. Folia tamen ad duas uſque lineas lata.

7. GRAMEN miliaceum anguſtifolium glumis perexiguis *Syn.* RAI. III. p. 404. n. 10. I. GESNERUS miſit.

Hoc gramen vere diverſum eſt, cum priora nullam ſatis perpetuam notam diverſitatis nacta ſint.

Culmus repens & facies ſupini. Sed panicula parva, rara, ex albo virens, calycibus perfecte levibus, qui prioribus omnibus aſperi ſunt.

GENUS XI.
OMNIA UT PRIUS
II. LOCUSTA OBESA.
MILIUM LINNAEI n. 48.
I. PANICULATA.

Praeter notas univerſales addi debet „ breves eſſe, & ſemiovatas latiuſculas glumas, & ſemen obeſius, ſplendens.

1. GRAMEN ſylvaticum, miliacea panicula ſparſa C. B. *Theatr.* p. 140. 141. (non placet) I. R. H. PONTEDER *Antholog.* p. 192. SCHEUCHZ. p. 133. T. 3. f. 6. 1159
Gramen pratenſe quartum DOD. p. 561.
Miliaceum gramen LOB. ic. p. 3. I. B. II. p. 462. ex LOB. TAB. p. 205. RAJ. p. 1212. &c.
Gramen miliaceum vulgare PARK. p. 1153. HIST. OX. III. p. 197. T. 5. f. 10. bene.
Gramen miliaceum, montanum, panicula miliacea ſparſa MONTI p. 51. ic. 61.
Milium glumis diphyllis CLIFF. p. 25. Lapon. n. 35.

Vulgare in ſylvis.

Culmi tripedales, folia ad quatuor, & ultra, lineas lata. Panicula aequaliter ſparſa, rara, perampla. Locuſtae latiuſculae, linea breviores, uniflorae, virides; glumae aequales, breves, acutae, cavae. Folliculus calycis ſimilis.

*2. GRAMEN paniculatum alpinum panicula miliacea ſparſa SCHEUCHZ. p. 134.
Milium floſculis confertis ROYEN. p. 57.

In ſylvis *M. Tſchierae vallis ſexamniae.*

Culmi ad duos cubitos: folia mollia, lata ad 7. lineas: Locuſtae plures, denſius confertae. An ſatis diverſum?

GENUS XII.
EADEM UTI XI.
II. SPICATA.

1160

1. GRAMEN dactylon folio latiore C. B. *Theatr.* p. 114. *Baſil.* p. 11. RAI. p. 1272. I. R. H. MONTI p. 62. VAILL. p. 85. SCHEUCHZER p. 101. T. 2. f. 2. G. H.
Dactylus CLUS. Hiſp. p. 497.
Iſchaemon Plinii CLUS. p. CCXVII.
Gramen album ſeu hirſutum C. G. Hort. p. 260. *b.*
Iſchaemum vulgare LOB. ic. p. 24. Adv. p. 4.
Iſchaemum, gramen ſanguinarium I. TAB. p. 222.
Graminis genus, dens caninus tertius, ſive gramen primum, vel galli crus I. B. II. p. 444.
Gramen dactylon annuum folio latiore HIST. OXON. III. p. 184. T. 3. f. 2.
II. *Gramen dactylon aquaticum* C. B. Theatr. p. 118. H. OX. III. p. 184. T. 3. f. 2. RAJ. p. 1273. ex C. B.
Gramen aquaticum geniculatum TAB. p. 215. omnino.
Gramen aquaticum, geniculatum, digitatum, atro purpureum I. B. II. p. 491.

Baſileae & Tiguri in hortorum areis C. B. & I. SCHEUCHZER. Ego ad Rhenum, & in Germania ad foſſarum aggeres reperio.

Canlis dodrantalis, ſaepe tamen vix uncialis. Folia glabra, ad tres lineas lata. Spicae duae, tres, ad octo, alternae, non digitatae. Scapus floralis biuncialis & ultra, heteromallus, hinc ſterilis, planus, inde floriger, foveolis propriis locuſtas excipit. Locuſtae pediculatae, miliaceae. Glumae calycis inaequales, altera folliculi magnitudine, altera minima. Glumae folliculi ex cavatae, ex ovato acuminatae, pene aequales. Folliculus latiuſculus violaceus: Tubae plerumque & ſtamina eodem colore.

β. GRAMEN dactylon eſculentum C. B. *Baſil.* p. 11.
Eſt hujus varietas, quam in Helvetia non vidi.

1204

2. GRAMEN dactylon folio arundinaceo maius Germanicum C. B. *Theatr.* p. 112.
Gramen in arenoſis & muris minus GESN. Tab. Coll. p. 79. *b.*
Gramen CLUS. Hiſp. p. 397. CAESALP. IV. C. 57.
Gramen legitimum CLUS. p. CCXVII.
Gramen repens cum panicula graminis Mannae I. B. II. p. 459. cum ic. RAJ. Hiſt. p. 1271.
Gramen crucis, ſeu cruciatum, tetradactylon BARRELIER. ic. 755. non bene
Gramen Dactylon perenne folio arundinaceo majus HIST. OX. III. p. 184.
Gramen dactylon radice repente ſive officinarum I. R. H. SCHEUCHZ. p. 104. T. 2. f. 11. I.
Gramen dactylon folio arundinaceo majus MONTI p. 61. ic. 99. ZANICH. p. 116. ic. 92.
II. *Minus*, ex Galliae provinciis calidioribus habetur apud C. B. Theatr. p. 113. P. H. OX. S. 8. T. 3. f. 4. RAJ. Meth. p. 175. MAGNOL. Char. MONTI ZANICHELL. &c.
β cum breviſſimis ariſtis I. R. H. GARIDEL.

C. B. in arenoſis ad Rhenum STAEH. in loco dicto *die Baar.* SCHEUCHZER in declivitate foſſae aqua plenae *Tiguri minoris.*

Culmi repentes, ad radicem ſquamarum copia tecti, teretes, craſſiſſimi. Folia brevia, acutiſſima, quatuor lineas lata, vagina villoſa. Spicae non vere dactyloideae, ex uno puncto, ſed ſucceſſive & vage quatuor, aut quinque ad ſeptem, ex ſummo culmo. Locuſtae ſeſſiles, hinc ſpica arctior. Scapus, ut in priori, hinc planus & ſterilis, inde floriger. Si curatius inſpicias, vere paniculatum eſt, petiolis multifloris.

GE-

GENUS XIII.
GRAMINA
I. FOLLICULO BIGLUMI.
III. CALYCE BIGLUMI MUTICO.
III. LOCUSTA PAPPOSISSIMA.
ARUNDO T. p. 526. MONTI p. 31. LINNAEI n. 53.
I. ARUNDINES MUTICAE.

Hoc genus divellere nolui, ne naturaliter cohaerentes plantae ſepararentur. Caeterum Gramina paniculata ordiuntur Arundines, cum & ipſa pappum edant inter glumas.

1. ARUNDO vulgaris ſive Phragmites Dioſcoridis C. B. *Baſ.* p. 16. 1. R. H. MONTI p. 32. cum icone B. SCHEUCHZ. p. 161. T. 3. f. 14. D. ZANICHELL. p. 132. ic. 183. n. II. male.

Arundo vulgaris RUELL. L. I. c. 54. C. B. Theatr. p. 269. LINN. flor. Lapon. n. 41.
Arundo paluſtris MATTH. p. 148. CAM. Epit. p. 73.
Arundo vallatoria LOBEL. Obſerv. Adverſ. p. 27. RAJ. Hiſtor. p. 1275. &c.
Arundo vulgaris paluſtris I. B. II. p. 485. HIST. OXON. III. p. 218. T. 8. f. 1. CLIFF. p. 24.
Arundo panicula laxa, calycibus quinquefloris ROYEN. p. 66.

In omnibus ſtagnis *Helvetiae*, maxima vero copia in lacu *Biennenſi*,

Culmi ſimplices, ad quinque & ſex pedes: Folia unciam lata, oris ſecantibus. Panicula pedalis, denſiſſima. Locuſtae ſtrictae, peranguſtae, quatuor lineas longae. Calycis gluma parva purpurea. Quae altera eſt, ea non raro conparem habet glumam & interjecta ſtamina ſemenque, tuncque calyx omnino uniglumis eſt. Folliculi duo, ad quatuor. Gluma exterior mucronata, quaſi ariſtata, longe ex calyce educta & eminens, altera dimidio brevior. Scapi folliculorum copioſiſſimo pappo ſericeo barbati, qui nihilo brevior eſt locuſta.

Haec, ut alia gramina, dulci ſucco plena eſt, qui abſtergit, & purgat.

*β. ARUNDO media vulgaris, foliis & culmo in ſummo fuſiforme corpus conponentibus I. SCHEUCHZER p. 162.

In foſſis pratorum uliginoſorum circa *Wahlenſtatt*.

Valde dubito veram plantam eſſe.

2. GRAMEN arundinaceum, panicula molli, ſpadicea, majus C. B. *Theatr.* p. 94. MONTI p. 58. ic. 85. ZANICH. p. 127. SCHEUCHZ. p. 122. T. 5. *Prodr.* icon optima & T. 3. f. 3. B.

Gramen tomentoſum & aceroſum, Calamagroſtis quorundam, & vulgo gramen plumoſum LOB. ic. p. 6.
Gramen plumoſum Lobel. ſpica candida, & ſerici modo lucens I. B. II. p. 476.
Calamagroſtis ſylvae S. Johannis LOBEL. Illuſtr. p. 42. & apud PARK. & RAJUM p. 1282.
Gramen dumetorum panicula aceroſa, ſemine pappoſo RAJ. p. 1287.
Gramen ſparteum, Bromoides, panicula ſpicata, majoribus utriculis BARREL. ic. 18. non optime.
Arundo ſylvatica elatior, panicula molli, candida, & ſerici modo lucenti H. OX. III. p. 238. T. 8. f. 2.
Arundo caule ramoſo LINN. flor. Lapon. n. 42. ROYEN. p. 66.

Secus aquas SCHEUCHZERUS. Ad *Arolam* ſupra *Bernam* C. B. *Michelfeldae*.

Culmi tripedales, & ultra, graminum more ramoſi; Folia lata ad quatuor lineas, dura, retro ſtrictu aſpera. Panicula longa, ramoſa, interrupta, anguſta, quaſi ſpicata. Locuſtae longae, mucronatae. Calyx bifolius, cujus longius folium in mucronem pene ariſtae ſimilem producitur. Intra calycem copioſus pappus, qui folliculum abſcondit longum, conicum, muticum.

3. GRAMEN arundinaceum, paniculatum, montanium, ſemine pappoſo I. SCHEUCHZER. p. 124.

Gramen montanum panicula flaveſcente, modo ariſtata, modo ariſtis carente MONTI p. 58. ic. 86.
Gramen arundinaceum, aquaticum, praealtum, latifolium, glabrum, panicula longa, ex viridi purpuraſcente, locuſtis aceroſis, ſemine pappoſo TILLI p. 73.

SCHEUCHZER in ſylvoſis radicibus M. *Tſchierae* paulo ſupra *Anders*, *vallis ſexamniae*. I. GESNERUS miſit.

„ Culmi cubitales, & ſesquicubitales: Folia lata ad duas lineas, inferne ſubtiliter hirſuta: panicula quandoque dimidium pedem longa. Locuſtae virides, peracutae, ſeſquilineares, calyx autem apice violaceo. Floſculum unicum pappus circumdat. In meo ſpecimine nullam ariſtam reperio.

4. GRAMEN aquaticum, paniculatum, Phalaridis ſemine I. R. H. SCHEUCHZ. p. 126. T. 3. f. 4. A. B. C.

Calamagroſtis aquatica Anglo Britannica aceroſa gluma LOBEL. Illuſtr. p. 44.

Gramen arundinaceum, aceroſa gluma, noſtras PARK. p. 1273. RAJ. Hiſt. p. 1280. ſyn. III. p. 400. HIST. OXON. III. p. 203. T. 6. f. 41. bene. VAILL. &c.

Gramen miliaceum aquaticum Phalaridis ſemine MONT. p. 52. ic. 59.

Arundo foliis planis, panicula ſpicata, ſpiculis confertis CLIFF. p. 24. ROYEN. p. 66.

Huc autem omnino pertinet

II. *Gramen arundinaceum minus* TAB. p. 212. MERR. &c.

Gramen arundinaceum minus cum ſpica I. B. II. p. 481.

Gramen arundinaceum ſpicatum C. B. Th. p. 94. P. TOURN. in *Schol. Bot.* & pl. aut. de Par. COMM. &c.

III. *Gramen harundinaceum paniculatum* TAB. p. 211. I. B. II. p. 542.

Gramen paniculatum aquaticum latifolium C. B. Theatr. p. 40. cum ic. mala I. R. H.

Gramen arundinaceum, paniceum, ſpica diviſa LOESEL. p. 119. ic. 34. bene.

IV. *Gramen ſulcatum vel ſtriatum album* LOBEL. Ic. &c.

SCHEUCHZERUS ad aquas circa Tigurum. Ego *Michelfeldae* legi.

Caulis craſſus, bicubitalis: Folia octo lineas lata, glabra: Panicula pedalis, ramoſa, erecta, conferta. Locuſtae breves, latiuſculae. Calycis glumae aequales, violaceae aut albae, tum floſculi, ſed iſtae breviores: Ad radicem folliculi tenuis pappus. Folliculus nitidus, levis.

II.
ARUNDINES
ARISTATAE.

5. GRAMEN avenaceum, montanum, panicula anguſta, e dilutiſſimo fuſco albicante, & pappoſa SCHEUCHZER append. ad *Agroſtogr.* p. 507.

Gramen avenaceum, ſemine pappoſo, panicula aceroſa DILL. Cat. Gieſſ. p. 93. Nov. Spec. p. 48.

SCHEUCHZER in ſeptentrionali latere M. *Utliberg*, ſupra arcem *Mannegg*, & in ſylvoſis ad *Silam* fl. Bernae vulgare eſt.

Caules circiter duos pedes alti. Folia duas lineas lata, glabra. Panicula longa, ramoſa, erecta, anguſta. Locuſtae conicae, ex viridi albidae, violaceo apice. Calyx aequalis. Gluma exterior emittit tenuem ariſtam, bilinearem, articulatam. Folliculus lento pappo circumdatur.

*6. GRAMEN arundinaceum, panicula denſa e viridi argentea, ſplendente SCHEUCHZER p. 146. T. 3. f. II. A. B.

In arduo littore Rheni poſterioris, fere e regione caſtri *Rætziins*, ad viam quae ducit ad *Fontem rubrum.*

„ Culmi tripedales: Folia retrorſum ſtrictu aſpera, ad duas & tres lineas lata. Panicula anguſta, ad ſemipedem alta. Locuſtae tres lineas longae. Glumae calycis ejusdem longitudinis, virides, albo margine. Folliculus calyce longior, ſericeo villo obſitus: ariſta quatuor lineas longa.

GENUS XIV.
I. FOLLICULO BIGLUMI.
III. CALYCE BIGLUMI.
I. MUTICO.
I. FOLLICULO ARISTATO.
II. EX DORSO.
I. ARISTA FLEXA.
I. FOLLICULO SIMPLICI.
AVENAE MONANTHAE.

1. GRAMEN parvum, paniculatum, alpinum, panicula ſpadicea, ariſtatum SCHEUCHZER p. 140. T. IV. *Prodr.* & T. 3. f. 9. A. B.

In ſiccioribus pratis alpium Helveticarum & Rhaeticarum.

Culmi ſemipedales: Folia dimidiam lineam lata, ſaepe in junceam teretitudinem convoluta. Panicula anguſta, unam & alteram unciam longa. Locuſtae unam, & ultra, lineam longae; Ariſta recurva, una linea longior folliculo.

An ſatis differt a ſequente?

2. GRAMEN paniculatum, capillaceo folio, locuſtis parvis, ſpadiceo fuſcis, ariſtatis SCHEUCHZER p. 141.

In

In alpium apricis SCHEUCHZER. Ex *Gotthardo* M.

Folia juncea, tertiam partem lineae lata. Cauliculus fere aphyllos ſemipedalis. Panicula exigua, triangularis. Calyx ſpadiceus, argutiſſimis mucronibus. Folliculi albi, calyce minores. Ariſta alba, trans flexionem fuſca.

3. GRAMEN paniculatum, ſupinum, ad infima culmorum genicula foliorum capillarium faſciculis donatum SCHEUCHZER p. 141. T. 3. f. 9. C.

Graminis primi Dioſcoridis ſpecies minima THAL. p. 50. & ex eo I. B. II. p. 459.
Gramen caninum ſupinum, paniculatum, folio varians C. B. Theatr. p. 12. H. OX. III. p. 201. RAJ. p. 1256.
II. *Gramen capitulo globoſo foliaceo* AMBROS. p. 253. 254. cum icone RAJ. Hiſt. III. p. 614.
Gramen miliaceum, capitulo foliaceo MONTI p. 52.

SCHEUCHZER in paluſtribus turfaceis, circa *lacum felinum* &c. Ego Bernae in agris verſus *Wyler*.

Culmi repentes, crebro geniculati, bipedales. Faſciculi foliorum ex imis geniculis undique exſtant, anguſtiſſimorum, ad originem albentium. Vera folia lineam lata. Panicula laxa, biuncialis & ultra. Locuſtae minimae, ex ſpadiceo virentes. Ariſta lente vitrea demum conſpicua, paulo locuſta longior.

GENUS XV.
EADEM UTI XIV.
II. LOCUSTA POLYANTHA.
AVENA LINN. n. 42. MALPIGH. I. f. 128. 291.
I. DIANTHAE.

1. GRAMEN paniculatum minimum molle MAGNOL. *Bot. Monſp. app.* p. 297. RAI. III. p. 612. SCHEUCHZER p. 215. T. 4. f. 15. 1197

Gramen paniculatum, locuſtis purpuro-argenteis annuum RAJ. Hiſt. p. 1286. Meth. p. 181. ſyn. III. p. 407. I. 1. SCHEUCHZ. It. II. p. 134. T. 18. f. 2. BUXBAUM. &c.
Gramen paniculatum, purpuro-argenteum, locuſtis parvis, annuum H. OX. III. p. 200. T. 5. f. 11. bene.
Gramen avenaceum paniculis ex parvis locuſtis purpuro-argenteis compoſitis MONTI p. 56. ic. 60.
Aira foliis ſubulatis, ariſtis e baſi floſculorum tortilibus, floſculo altero pedunculato ROYEN. p. 60.

In ſterilibus alpium paſcuis I. I. SCHEUCHZER.

Folia capillaria, brevia. Panicula magna, ſparſa, laxa. Locuſtellae minimae, acutae, conicae. Calyx purpureus, albo apice, muticus, ex glumis pene aequalibus. Folliculi duo, aeque alti, uti in ultimo generis prioris; Ariſta ex medio dorſo glumae exterioris, articulata, recurva, tenera, una linea floſculo longior. Plantae vetulae locuſtae albicant, tuncque eſt

Caryophyllus arvenſis, glaber, minimus, C. B. *Prodr.* n. II. p. 105. Ita SCHEUCHZER. Nam ad alterum, ſimillimum, MONTI refert, neque notae meae aliquid addunt.

2. GRAMEN foliolis junceis oblongis radice alba, C. B. *Theatr.* p. 72. 73. P. H. OX. III. p. 200. T. 3. f. 10. RAI. *hiſt.* p. 1309.* SCHEUCHZ. p. 242. T. 4. f. 29. 30.

Gramen junceum DALECHAMP. p. 425.

C. B. in moeniis *Baſileenſibus*: In catalogo tamen non habet.

Folia ceſpitoſa, dura, juncea; Caules dodrantales. Panicula triangularis. Locuſta acuta, per aetatem bicornis. Calyx aequalis. Color locuſtae argenteus, quem in juniori planta violacei apices purpura diſtinguunt. Floſculi bini, qui ex imo dorſo glumae exterioris ariſtam recurvam, albam, emittunt, in apice clavatam, ad modum antennarum inſecti alicuius.

3. GRAMEN avenaceum, paniculatum, alpinum, foliis capillaceis, brevibus, locuſtis purpureo argenteis, ſplendentibus, & ariſtatis SCHEUCHZER p. 216. T. 4. f. 16. A. B. C. T. IV. *Prodr.* MONTI p. 55. ic. 74. 1194

Gramen avenaceum, capillaceum, minoribus glumis RAJ. Cat. Angl. p. 138. Hiſt. p. 1288. I. R. H. MONTI p. 55. &c.
Gramen nemorale, avenaceum alterum, ex fuſco xeranthelinum & lucidum, Danicum LOBEL. Adverſ. P. Alt. p. 465. I. B. II. p. 463.
Feſtuca avenacea alpina, anguſtiſſimis, junceis, foliis &c. I. I. SCHECHZ. It. VI. p. 455. f. 15.
Aira panicula rara, calycibus fuſcis LINN. flor. Lapon. n. 49.

I. I. SCHEUCHZER in M. *Bernhardino* Rhaetiae. I. SCHEUCHZER. in pratis apricis alpium Helveticarum, & Rhaeticarum.

Folia ad terram plurima, ad caulem pauca, juncea, & fere teretia. Panicula laxa, rara. Locuſtae breves, latiuſculae, biflorae. Calix violaceus & albus, muticus. Ex imo dorſo locuſtae exterioris ariſta tenera, incurvata. Vereor ut ſatis ſit diverſum a ſequente.

4. GRA-

4. GRAMEN alpinum, nemoroſum, paniculatum, foliis anguſtiſſimis, locuſtis ſplendentibus, ariſtatis I. SCHEUCHZER. p. 218. T. 4. f. 16. D. & *Prodr.* T. IV.

Gramen nemoroſum paniculis albis, capillaceo folio C. B. Theatr. p. 97. H. OX. III. p. 200. ſyn. III. p. 407. VAILL. &c.

Gramen avenaceum capillaceo folio, panicula ampliore, locuſtis ſplendentibus I. R. H.

Aira panicula rara, calycibus albis LINN. flor. Lapon. n. 48.

I. SCHEUCHZER in ſylvoſis alpium, ubi paſſim inveni, ſed copioſiſſime in toto itinere ad *Gotthardum* M. a pago *Waſen* ſurſum. C. B. *Michelfeldae.*

Omnia prioris; Calix in planta juniori violaceus, ſplendens, albo apice; in adulta vero planta colores languent, & obſoleſcunt. Quare nullum diſcrimen utriuſque plantae reperio, & hanc 3. puto eſſe vetulum exemplar prioris.

* Gramini canino vineali ſimile alpinum anguſtiſſimis paniculis ſplendentibus ariſtatis.

I. G. iconem miſit.

Caulis pedalis: folia dimidiam lineam lata, panicula ſatis ſparſa, locuſtis ovalibus . . . An diverſum?

** Feſtuca avenacea alpina anguſtiſſimis junceis foliis, locuſtis parvis, purpuro argenteis, ſplendentibus, ariſtatis, in ſpicam collectis, petiolis tamen longis & tenuiſſimis inſidentibus.

I. G. iconem miſit.

Culmus pedalis, folia ad terram multa, ad culmum unicum; panicula brevis, ſpicata, locuſtis longiuscule ovatibus.

5. GRAMEN pratenſe, villoſum, panicula ex argenteo dilute ſpadicea vel fuſca. SCHEUCHZ. p. 220. T. 4. f. 17. A. B.

SCHEUCHZER in pratis. Locus natalis meus excidit.

Culmus tripedalis: folia ſuperne brevi villo pubeſcunt, inferne glabra, aut villoſa, lineam fere lata. Panicula parum ſparſa, rara. Locuſtae majores, ad tres lineas longae, craſſiuſculae, biflorae, modice ſplendent. Calyx ex ſpadiceo viridis, fuſco tinctus. Ex glumae exteriori imo dorſo ariſta valens, recurva, pene nuda. Folliculi pallide virent.

6. GRAMEN avenaceum, paniculatum, alpinum, humile, locuſtis in ſpicam collectis, varicoloribus, ariſtatis SCHEUCHZER p. 221. T. *Prodr.* 6.

In ſiccis ſummarum Alpium, rara.

Culmus tripedalis, ſub panicula villoſus: Folia lineam lata, glabra. Panicula denſa, ſpicata. Locuſtae bilineares. Calyx fuſcus. Folliculi ſpadicei nitentes, emittunt ex gluma exteriori ariſtam inſtar hami deorſum recurvam.

7. GRAMEN avenaceum, pratenſe, elatius, panicula flaveſcente, locuſtis parvis RAI. *Cat. Angl.* p. 139. *hiſt.* p. 1284. *Syn.* III. p. 407. I R. H. VAILL. MONTI p. 55. ic. 79. SCHEUCHZER p. 223. T. 4. f. 18.

Gramen avenaceum panicula flaveſcente, locuſtis parvis H. OX. III. p. 215. T. 7. f. 42.

Avena panicula laxa, calycibus trifloris, brevibus, floribus omnibus ariſtatis ROYEN. p. 66.

In horto ſicco HAGENBACHII exſtat cum nomine Gr. ſegetum altiſſimi, panicula ſparſa.

β *Gramen avenaceum, pratenſe, elatius, panicula denſa, flaveſcente, locuſtis majoribus villoſis* SCHEUCHZ. p. 225. T. 4. f. 19.

I. SCHEUCHZER in pratis. I. GESNER ex *M. Pilati* miſit. Ego in ſegetibus circa *Mathod* copioſe naſcens inveni.

Culmi tripedales, vaginis leniter villoſis. Folia modo levia, modo hirſuta, duas lineas lata. Panicula non ſparſa, longa, ſemipedalis. Locuſtae conpreſſae, nitentes, ex viridi et ſtramineo colore variae. Ex glumae exterioris dorſo, ad tertiam partem longitudinis, ariſta pallida, inflexa, debilis. Folliculi ſaepe tres, varietati β etiam quatuor, inde locuſta ad tres cum dimidia lineas longa.

II.
OMNIA UT PRIORI ORDINI.
II. FOLLICULIS NON OMNIBUS aut perpetuo ARISTATIS.

Hic ordo characterem habet a diverſo tempore, quo locuſtae matureſcunt: junioses enim ariſtam brevem, rectam, aut nullam oſtendunt.

8. GRA.

8. GRAMEN pratenſe paniculatum molle c. B. *Theatr.* p. 27. & *Prodr.* p. 5. cum icone non mala. *Baſil.* p. 4. HIST. OXON. III. p. 202. T. 6. f. 34. bene. RAI. p. 1285. I. R. H. SCHEUCHZ. p. 234. T. 4. f. 24. A. B.

Gramen lanatum DALECHAMP. p. 425. I. B. II. p. 460.
Gramen paniculatum molle panicula dilute coerulea LOESEL. p. 111. ic. 25.
Gramen miliaceum pratenſe molle MONTI p. 52. ic. 56.
Aira flore maſculino ariſtato, feminino mutico Hort. Cliff. p. 27. ROYEN. p. 60.

Nihil vulgatius ad oras ſtagnorum, & in pratis non ſiccis.

Culmus, folia, glumae, molli villo pubeſcunt. Panicula triangularis, modice denſa: Calyx violaceus, aut purpureus, aut albus. Locuſta brevis, per aetatem bicornis, biflora. Majori glumae calycis reſpondet flos muticus, hermaphroditicus: minori alter, qui brevem, ſed flexam ariſtam emittit, & aut maſculus eſt, aut ſemen abortivum continet.

* Gramen montanum paniculatum odoratum, MURALT in M. *Uetliaco* naſci dicit. Sed SCHEUCHZERUS, adeo peritior, non videtur niſi a BREYNIO habuiſſe exoticum.

9. GRAMEN nodoſum, avenacea panicula c. B. *Theatr.* p. 18. *Prodr.* p. 3. cum icone *Baſil.* p. 3. I. R. H. MONTI p. 53. ic. 76. SCHEUCHZ. p. 237. T. 4. f. 27. 28.

Graminis vel avenae ſylveſtris genus GESN. Coll. p. 79. *b.*
Gramen bulboſum nodoſum LOBEL. Adverſ. p. 2.
Gramen nodoſum LUGD. p. 429. abſque flore I. B. II. p. 456.
Gramen avenaceum gemmea radice ſ. nodoſa minor H. OX. III. p. 214. S. 8. T. 7. f. 38. bene.
Gramen caninum nodoſum RAJ. p. 1284.
Avena panicula nutante, calycibus biſloris, altero floſculo ariſtato ROYEN. p. 66.
Tres varietates habet MERRET. p. 49. 50.

Tiguri, Bernae, Baſileae frequens peſtis frugum.

Radices tres, aut plures ſibi inpoſitae, rotundae, ſupra & infra conpreſſae. Culmi tripedales. Folia ad tres lineas lata, ſubaſpera. Panicula longa, laxa. Folliculi in locuſta duo, ad baſin villoſi, quatuor lineas longi, quorum alter ex imo dorſo ariſtam longam inflexam emittit, alter ſub apice brevem, rectamque. Color ex albo viridis.

10. GRAMEN avenaceum alpinum latifolium, locuſtis argenteo aureis in ſpicam laxiorem diſpoſitis, ariſtatis SCHEUCHZER in *herb. vivo.*

I. GESNERUS miſit.

Culmus pedalis, latiora folia lineae latitudine. Panicula ſparſa, ramoſa. Locuſtae trianthae, hiſcentes. Calycis glumae albae valde inaequales. Folliculorum pediculi lanuginoſi. Gluma exterior inſigniter major, apice ſerrato, ariſta ex medio longa, valente & geniculata, interior longe minor. Colores in ſicco ſpecimine obſoleti.

11. GRAMEN avenaceum elatius juba longa ſplendente HIST. OX. III. p. 214. S. 8. T. 7. f. 17. VAILL. SCHEUCHZ. p. 239.

Gramen caninum, avenacea panicula, non nodoſum, ad agrorum margines MERRET. p. 50.
Gramen avenacea panicula non nodoſum MONTI p. 53.
An *Gramen avenaceum pratenſe, glumis xerampelinis, craſſioribus, & ſplendentibus, praecocius* RUPP. p. 255.

In pratis abunde.

Statura, folium, locuſtae, facies prioris, ſed radix non bulboſa.

12. GRAMEN avenaceum locuſtis lanugine flaveſcentibus DILL. *Cat. Gieſſ.* p. 174. ic T. 2. SCHEUCHZER p. 239. T. 5. f. 1.

Aegilops DOD. Cereal. p. 143. bene.
Feſtuca prior DOD. Pempt. p. 539.
Aegilops bromoides Belgarum LOBEL. Obſ. p. 20. Ic. p. 33. eadem ic.
Avena ſylveſtris grano multa lanugine obducto CAESALP. L. IV. c. 47. MONTI p. 6.
Avena ſylveſtris ſ. nigra THAL. p. 14. PONT. Anthol. p. 81.
Feſtuca utriculis lanugine flaveſcentibus C. B. P.
Feſtuca dumetorum, utriculis lanugine flaveſcentibus, Aegilops Dioſcoridis C. B. Theatr. p. 149. quod ad iconem locuſtae majorem.
Aegilops quibuſdam, ariſtis recurvis, avena piloſa I. B. II. p. 433. RAJ. p. 1254.
Feſtuca dumetorum utriculis lanugine flaveſcentibus BARREL. ic. 75. n. 2.
Avena ſylveſtris piloſa, ariſtis recurvis H. OX. III. p. 209. T. 7. f. 5.
Gramen avenaceum &c. ſ. avena ſylveſtris locuſtis duplo minoribus TILLI p. 74.
Avena ſeminibus baſi hirſutis LINN. flor. Lapon. n. 30. ROYEN. p. 65.

HAGENBACH in ſegetibus ſuis aeſtate praecalida legit. Gottingae vulgare eſt.

Culmus quatuor pedum. Folia paulo anguſtiora uncia, glabra, retro verſu aſpera. Panicula ampla, rara, pendulis locuſtis, fere uncialibus. Calycis glumae albo mucrone, longitudine locuſtae. Folliculi tres ex petiolis, qui flavo pappo nitent. Gluma exterior, villoſa, ex tertia parte dorſi, ſub apice emittit ariſtam, valentem, quae ad tertiam partem longitudinis inflectitur. Ovum villoſo cortice, ex pappoſo capite educit tubas duas pulchre plumoſas. Quem folliculum muticum vocant, is junior eſt, & ſerius maturatur.

II.
OMNIA UT IN I.
SED LOCUSTAE POLYANTHAE, TERETES.

13. GRAMEN avenaceum panicula purpuro argentea ſplendente RAI. *Cat. Angl. app.* p. 9. *hiſt.* p. 1909. 1. R.H. VAILL. MONTI p. 55. ic. 65. SCHEUCHZER p. 226. T. 4. f. 20.

Gramen avenaceum glabrum, panicula purpuro-argentea ſplendente PLUKN. p. 174. RAJ. Meth. p. 179. non autem p. 180.

Gramen avenaceum erectum, foliis latioribus, hirſutis H. OX. III. p. 213.

Gramen avenaceum locuſtis ſplendentibus & bicornibus VAILL. T. 18. f. 1.

Gramen avenaceum 7. ſive glabrum panicula purpuro-argentea ſplendente Syn. RAJ. III. p. 406. T. 21. f. 6

Avena ſpicis erectis, calyce ſpicis breviore LINN. flor. Lapon. n. 31. ROYEN. p. 65.

Formoſum gramen in pratis Helvetiae frequens eſt, *Tiguri*, circa *Mathod* &c.

Culmus tripedalis; folia ad quatuor uſque lineas lata, hirſuta. Panicula longa, rara, ſpicata, erecta. Calyx ex glumis duabus aequalibus & inter ſe, & cum gluma majori folliculi: ex viridi caeterum albicat. Flores tres, ſeſſilis unus, duo flavis & villoſis petiolis inſident, uti n. 12. Baſis glumae exterioris violacea, apex ſerratus, albus. Ariſta ex dimidio dorſo, atroſpadicea.

14. GRAMEN avenaceum alpinum, anguſtifolium, locuſtis ariſtatis in ſpicam diſpoſitis SCHEUCHZ. p. 228. T. 4. f. 21. 22.

I. SCHEUZER circa *Spelugam* M. Miſit etiam IOH. GESNERUS.

Culmus pedalis: folia glabra, aſpera, lineam lata, glauca. Panicula rara, longa, ſpicam adfectat, & in meo ſpecimine vera ſpica eſt. Locuſtae teretes, longae plus quam ſemunciam. Calycis glumae inaequales, baſis viridis, deinde ſpadiceus color venit, apex albet, haec omnia pallida ſunt. Folliculi ad quinque uſque; ariſta praelonga.

15. GRAMEN avenaceum, anguſtifolium, alpinum, ſpicata panicula, ex purpureo, viridi, & argenteo variegata SCHEUCHZ. p. 230.

Gramen avenaceum erectum, foliis anguſtioribus glabris H. OX. III. p. 217. T. 7. f. 21.

Gramen avenaceum, montanum, ſpica ſimplici, ariſtis recurvis RAJ. Cat. Angl. app. p. 9. Hiſt. p. 1290. ſynopſ. III. p. 405. T. 20. f. 1. 1. R. H. MONT. p. 55. ic. 66.

In alpium *Rhaeticarum* pratis inferioribus v. g. in pratis M. *Surſee* vallis Sexamniae, ſupra ſylvam I. SCHEUCHZER.

Cum ſequente convenit colore, figura, magnitudine locuſtarum. Sed totus habitus altior eſt, cubitalis, folia lineam lata, ſpica laxior, pediculis longioribus, uncialibus, magis paniculata.

16. GRAMEN avenaceum, paniculatum, alpinum, locuſtis varicoloribus, majoribus, ariſtatis I. SCHEUCHZER p. 231. T. III. *Prodr.*

Feſtuca avenacea, humilior, alpina, locuſtis varicoloribus, majoribus, in ariſtas purpureas deſinentibus I. I. SCHEUCHZ. It. VI. p. 455. & f. 19.

SCHEUCHZERUS major in jugis *Adulae* M. Frater in alpibus *Helveticis*, & *Rhaeticis*, v. g. Surſee. Ego copioſe legi in adſcenſu ad *Gotthardum* M.

Pulchrae plantae culmus pedalis; folia mollia, glabra, duas lineas lata. Panicula longa, anguſta, ſpicata. Locuſtae erectae, teretes, quadriflorae. Calyx ſplendidus, purpureus. Gluma exterior flava, purpureo colore pulchre diſtincta. Ariſta longa, fuſca, geniculata, & ſcapus floſculorum villoſus, uti in priori.

*17. Feſtuca avenacea humillima, alpina, locuſtis varicoloribus ſplendentibus, in purpureas ariſtas deſinentibus, caule hirſuto.

I. I. SCHEUCHZER *It.* VI. p. 456.

Hirſutie caulis differre dicitur, & humilitate palmari, & colore luteo, fulgido, paniculae. Sed vereor, ne ſit varietas.

GE-

GENUS XVI.
GRAMINA
I. FOLLICULO BIGLUMI.
III. CALYCE BIGLUMI.
I. MUTICO.
I. LOCUSTIS ARISTATIS.
II. ARISTA INFRA APICEM GLUMAE PRODEUNTE.
II. RECTA, AUT MINUS EVIDENTER GENICULATA.
BROMUS LINNAEI n. 40.
I. LOCUSTA POLYANTHA.

Haec gramina modice a prioribus differunt. Quae enim nunc dicam, ariſtam ſaepe habent reflexam, unciformem, nihilo obſcurius, quam avenaceorum aliqua, quia nempe origo lata, finis teres & debilior eſt. Quare ordo naturae conjungit utraque. Prima haec ſeries erit Bromorum, quibus locuſtae obeſae, per maturitatem diſtichae ſunt, & Aegilopis nomen fecit DILLENIUS *nov. gen.* ad T. III.

1. GRAMEN avenaceum, locuſtis amplioribus, candicantibus, glabris, & ariſtatis VAILL. p. 93.
   Feſtuca graminea glumis vacuis C. B. Prodr. n. 64. Theatr. p. 144. Baſil. p. 13. I. B. II. p. 479. ex fratre, SCHEUCHZ. p. 251. T. 5. f. 11.
   Gramen Phalaroides majus, aceroſum, nutante ſpica BARREL. ic. 24. bene. ZANICHELL. p. 127. ic. 67. MONTI p. 44. ic. 32.
   Et *Gramen phalaroides minus, erecta ſpica, obliquis ariſtis* BARREL. ib. n. 11.
   Feſtuca graminea longiſſimis ariſtis, glumis vacuis HIST. OXON. III. p. 212.
   C. B. Baſileae in muris & tectis Ego in *Valleſia* legi.

Culmus pedalis, inferius, una cum mollibus foliis, hirſutus. Panicula pauciflora, ſparſa, per maturitatem nutans. Locuſtae latae, conicae, unciales: modo hirſutae, modo glabrae, minus obeſae, ob ſeminis tenuitatem. Calyx ſemiovalibus & inaequalibus glumis fit. Utriculi ad quatuordecim uſque, colore ſtraminis, albo margine. Ariſta retrorſum reflexa, ad quatuor lineas longa, infra fiſſum apicem glumae exterioris.

2. GRAMEN avenaceum locuſtis villoſis craſſioribus I. R. H.
   An *Lolium* TRAG. p. 668? Videtur.
   Altera Feſtuca DOD. Cer. p. 144. Pempt. p. 539.
   Bromos ſterilis altera, Feſtuca altera Dodonaei LOBEL. ic. p. 33.
   Siphonium, Bromos herba, Feſtuca altera TAB. p. 234. mala icon, ſi huc pertinet.
   Gramen murorum LUGD. p. 428. huic ſimilius eſt.
   Feſtuca graminea glumis hirſutis C. B. Theatr. p. 143. Baſ. p. 13. SCHEUCHZ. p. 250. T. 5. f. 9.
   Gramen gros Montbelgardenſium I. B. II. p. 438. VAILL. p. 94. &c.
   Gramen avenaceum, locuſtis majoribus ſquamatis, ſegetale majus H. OX. III. p. 212. T. 7. f. 16. commode.
   Et *Gramen ſpica hirſuta ad gramen du gros accedens* H. OX. p. 213.
   Gramen phalaroides, majus, aceroſa, erecta, parva, panicula, glumis hirſutis MONTI p. 44.
   Feſtuca culmo paniculato, ſpicis conpreſſis ovatis LINN. flor. Lapon. n. 28. ROYEN. p. 67. Noſtrae certe ariſtae infra apicem exeunt.

In ſegetibus *Helvetiae.*

Culmi ad tres pedes. Folia oris aſperis, lata ad 2. & tres lineas, hinc levia, inde hirſuta. Panicula rara, pauciflora. Locuſtae hirſutae, per maturitatem nutantes, omnium graminum noſtrorum maximae, uncia longiores: Calyx locuſtis minor. Floſculi duodecim: Ariſta rectior ex fiſſura glumae exterioris, non raro tamen per ſiccitatem inflexa.

   β *Feſtuca graminea glumis glabris* C. B. Theatr. p. 144. Baſ. p. 13. SCHEUCHZ. p. 251. T. 5. f. 10.
   Feſtuca avenacea ſpica habitiore glabra Syn. RAJ. III. p. 414.
   Gramen avenaceum arvenſe glumis non villoſis & veluti conpreſſis? RUPP. p. 254.
   Haec, ut recte olim C. B., prioris varietas eſt,

3. GRAMEN bromoides locuſtis conicis, glabris, tenuibus, foliis aſperrimis.
   An *Feſtuca graminea arvenſis minor* C. B. Theatr. p. 148. ex THALIO. Non recedit.
   Gramen phalaroides majus aceroſa erecta parva panicula BARREL. ic. 9. n. 1. MONT. p. 44. ic. 33. Videtur de MONTIANO, alterum non reſpondet.
   Feſtuca avenacea, ſpicis ſtrigoſioribus, e glumis glabris compactis RAJ. ſyn. III. p. 414. n. 7.
   Aegilops major, caule & foliis arundinaceis, locuſtis glabrioribus, & rarioribus, ex fuſco xerampelinis DILL. Cat. Gieſſ. p. 130. Nov. Spec. p. 60.
   Gramen avenaceum locuſtis glabris, purpuraſcentibus & ariſtatis I. R. H. huc refero ob colorem.

Pridem habui, & Gottingae frequens inveni.

Facile diſtinguitur a prioribus. Statura tripedalis. Folia duas lineas lata, retro ſtrictu aſperrima, ſubhirſuta. Panicula longa, laxa, multiflora. Locuſtae ſtrictiores, teretes, pene unciales; frequenter purpureae, oris albis. Floſculi quinque, ad novem. Ariſtae primo fuſcae, deinde flaveſcunt.

β. Hujus varietatem inveni *muticam*, aut certe rariſſimis & exiguis ariſtis.

4. GRAMEN avenaceum locuſtis villoſis, anguſtis, candicantibus, & ariſtatis

I. R. H. SCHEUCHZ. p. 254. T. 5. f. 12.

Dort CORDI Dioſc. II. c. 122. Ita enim noſtri vocant.

Gramini murali Dalechampii ſimile, ſi non idem I. B. II. p. 438.

Gramen Bromoides ſpicatum hirſutum PARK. p. 1149. icon.

Et *Gramen Bromoides maximum hirſutum* id. p. 1150. deſcr.

Feſtuca graminea hirſutis Brizae glumis conpactior BARREL. ic. 83. n. 1. non bene.

Gramen avenaceum pratenſe panicula ſquamata & piloſa H. OX. III. p. 213. T. 7. f. 18. bene

Gramen avenaceum locuſtis villoſis craſſioribus VAILL. p. 95.

Feſtuca avenacea hirſuta paniculis minus ſparſis RAJ. Cat. Angl. p. 105. ſyn. III. p. 413.

β Varietas inſignis locuſtis glabris

Feſtuca avenacea glumis non hirſutis erectior BARREL. ic. 75. n. 1? non placet.

Gramen avenaceum pratenſe, ſquamoſa gluma longiore glabra H. OX. III. S. 8. T. 7. f. 19.

Gramen avenaceum pratenſe gluma tenuiore glabra H. OX. III. p. 213. Syn. RAJ. III. p. 414.

Ad omnes vias, in foſſis, in agris ſterilibus, multo frequentius quam gramen *du Gros*.

Huic folia ad tres lineas lata, mollia, oris aſperis, hirſuta. Panicula longa, nutans, multiflora. Locuſtae conicae, virides, lineatae, oris albis. Folliculi ſex, ſeptem, imbricati.

*γ. GRAMEN avenaceum villoſum locuſtis amplioribus, viridantibus, margine argenteo cinctis SCHEUCHZ. p. 253.

Feſtuca graminea, nemoralis, latifolia, mollis C. B. Theatr. p. 144. 145. ex THALIO deſcripta, I. B. II. p. 479.

Quomodo diverſum ſit a prioris varietate locuſtis ſubhirſutis, non video, etſi ſpecimen SCHEUCHZERI ad manus ſit.

5. GRAMEN avenaceum panicula ſparſa, locuſtis majoribus & ariſtatis I. R. H. SCHEUCHZ. p. 258. T. 5. f. 14. RUPP. &c.

Aegilops MATTHIOLI p. 1205.

Aegilops ſ. feſtuca CAM. Epit. p. 927.

Bromos herba DOD. p. 540. Cereal. p. 141. LUGD. p. 405. ex LOBELIO.

Bromos ſterilis LOBEL. ic. p. 32.

Avena Graeca CAES. IV. C. 48. p. 178.

Aegilops, avena fatua TAB. p. 234.

Aegilops Matthiolo forte I. B. II. p. 439.

Feſtuca avenacea ſterilis elatior C. B. Baſil. p. 13. P. RAJ. p. 1289.

Feſtuca avenacea ſterilis elatior ſive Bromos Dioſcoridis C. B. Theatr. p. 146. H. OX. III. p. 212. ic. 11. T. 7. bene.

Gramen loliaceum locuſtis longiſſimis modo purpuraſcentibus, modo viridibus MONTI p. 35. ic. 1.

Bromus culmo paniculato ſpicis conpreſſis LINN. Hort. Cliff. p. 25. ROYEN. p. 67.

Ad vias & muros ubique.

Culmus pedalis & ultra. Folia mollia, piloſa, adusque quatuor lineas lata. Panicula longiſſima, ad alterum latus nutans. Locuſtae maximae, unciales, floribus ſex ſeptemve factae. Calyx muticus, gluma vero exterior uncialem aſperam ariſtam emittit. Ultra eam alba appendix e gluma erigitur, unde factum eſt, ut Bromis accenſuerit LINNAEUS, & nervus ipſe in ariſtam exit.

6. GRAMEN avenaceum panicula ſparſa locuſtis minoribus & ariſtatis I. R. H.

Feſtuca avenacea ſterilis humilior C. B. Theatr. p. 148. Baſ. p. 13. P. RAJ. p. 1289. H. OX. III. p. 212.

Lolium quintum Trago, hordei granis, ariſtis non admodum multis I. B. II. p. 436.

Similibus locis.

A priori differt folio peranguſto, lineam lato, locuſtis nihilo minoribus. A feſtuca, quam *Spirae* legi, caeterum ſimili, ſed erecta, diverſum eſſe videtur.

Reliqua hujus generis *heteromalla* vocat SCHEUCHZERUS. Sed raro hoc nomen merentur.

OMNIA

II. OMNIA UT PRIORIS
II. LOCUSTIS DIANTHIS.

7. GRAMEN Typhoides molle c. B. *Theatr.* p. 50. *Baſ.* p. 7. P. SCHEUCHZER p. 246. T. 5. f. 5.

Gramen Alopecuroides LGBEL. ic. p. 8.
Gramen Alopecurinum I. TAB. p. 208.
Gramen Alopecuroidi accedens & Phalaridis ſpica longiuſcula I. B. II. p. 474.
Gramen Alopecurum viridi & molli ſpica BARREL. ic. 123.
Gramen typhoides medium folio lanuginoſo H. OX. III. p. 191. T. 5. f. 8. bene.
Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea molli, & denſa I. R. H. &c.
Gramen equinum molle, ſemine fere hordei, magnum a C. GESNERO circa *Tigurum* lectum huc pertinere videtur.

C. B. circa *Baſileam.* Gottingae vulgare eſt ad aquas.

Habitus totus hirſutus, & mollis, ſpica denſa, lata, breviuſcula. Ramuli tamen florigeri ramoſi. Locuſtae fere quadriflorae; ex gluma exteriori ariſta tenuis prodit infra apicem. Totae albae ſunt, villoſae, lineatae, latae, compreſſae.

8. GRAMEN ſegetum altiſſimum panicula ſparſa SCHEUCHZ. p. 244. T. 5. f. 2. 3. non autem BAUHINI, neque Veterum. 1 1193

Segetum gramen panicula ſpecioſa latiore LOBEL. ic. p. 2.
Gramen ſegetale ſ. arvenſe paniculatum TAB. p. 203. ex LOBELIO.
Gramen ſegetum altiſſima panicula ſparſa C. B. Theatr. p. 34. Baſ. p. 2. H. OX. III. p. 199. T. 5. f. 1. non vero SCHEUCHZERI.
Gramen miliaceum majus, nutante panicula arundinaceum BARR. ic. 754? MONTI p. 51. ic. 62.
Gramen paniculatum pratenſe altiſſimum locuſtis parvis ſplendentibus non ariſtatis VAILL. p. 86.
Gramen miliaceum glumis ariſtatis ſpadiceis & pallidis Syn. RAJ. III. p. 405.
β *Gramen arundinaceum ſorghi panicula ſparſa* C. B. Theatr. p. 142. Hoc nomine in horto ſicco HAGENBACHII repoſitum fuit.

Paſſim frequens. Tiguri, Baſileae, & Bactiaci, & circa Mathod, & ex alpibus retuli.

Culmus procerus, trium, quatuorve pedum. Panicula undique ſparſa, ampliſſima, ramoſiſſima, denſiſſima. Locuſtae minimae, variegatae, cum calyx xerampelinus, mucro folliculorum albus ſit. Ex baſi dorſi glumae exterioris ariſta recta, tenerrima.

GENUS XVII.
OMNIA UT PRIUS.
II. LOCUSTA UNIFLORA.
AGROSTIS LINNAEI n. 54. aliae ſpecies.

*1. GRAMEN caninum vineale SCHEUCHZER p. 143. 144. T. 3. f. 9. D. E. non vero C. B. atque adeo neque I. B.

Circa *Tigurum* in viis vinearum.

Culmi reclines, ad ſeſquipedem alti. Folia unciam lata, margine ſubaſpero: Locuſtae lineam longae. Gluma exterior emittit ariſtam rectam aegre viſibilem, locuſta vix longiorem. Panicula anguſta, e ſpadiceo viridis.

2. GRAMEN ſegetum, altiſſima panicula ſparſa SCHEUCHZER p. 144. T. 3. f. 10. non autem C. B. 1186

Gramen capillatum I. B. II. p. 462. RUPP. &c.
Gramen capillatum paniculis rubentibus I. R. H. VAILL. &c.
Et *Virentibus* EOR. ib.
Gramen miliaceum majus, glumis ariſtatis ſpadiceis MONTI p. 51. n. 63.
Agroſtis petalo exteriore ariſtam rectam, longam, & ſtrictiſſimam emittente ROYEN. p. 59.
Varietas rariori, & interrupta ſpica
β *Gramen capillatum paniculis interruptis anguſtioribus* VAILL. p. 88. T. 17. f. 4.
Gramen capillatum minus DILL. Cat. Gieſſ. p. 90.
Sed omnino huc pertinent
Agrorum venti ſpica, & gramen agrorum, latiore arundinacea & comoſa panicula LOBEL. ic. p. 3.
Gramen harundinaceum arvenſe TAB. p. 212.
Gramen ſegetum panicula arundinacea C. B. Baſil. p. 5. Theatr. p. 35. &c.
Gramen agrorum Lobelii I. B. II. p. 461. RAJ. p. 1284.
Gramen agrorum venti ſpica PARK. p. 1159. H. OX. III. p. 200. &c.

In agris Helvetiae, maxime calidioris, non rarum.

Culmi tripedales; folia retro ſtrictu aſpera, lata ad tres lineas. Panicula denſiſſima, ſparſa, ſemipedalis, & pedalis, ſaepe nutans, violacea, aut, dum junior eſt, viridis. Folliculus calyce brevior. Ex gluma exteriori ariſta recta tres lineas longa.

GENUS XVIII.
GRAMINA.
I. FOLLICULO BIGLUMI.
III. CALYCE BIGLUMI.
II. ARISTATO.
I. FOLLICULO ARISTATO.
I. SIMPLICI.
I. PANICULATA.

1. FESTUCA junceo folio C. B. *Theatr.* p. 145. *Prodr.* p. 19. P. RAI. p. 1291. I. SCHEUCHZER T. 3. f. 13. A. p. 151.

Feſtuca junceo folio ſpica gemina I. B. II. p. 544.

BURSER in Valeſia prope *Sedunum.* SCHEUCHZER ad petram prope balneum fontis rubri in Rhaetia.

Culmi tripedales: Folia lineam lata, ſed in junceam teretitudinem convoluta. Panicula anguſtiſſima, pedalis, quaſi ſpicata. Calycis gluma major ariſtam emittit quatuor lineas longam. Folliculus unicus, ejus baſis villoſa emittit ariſtam fere pedalem.

GENUS XIX.
UTI XVIII.
II. SPICATA.
ANTHOXANTHON LINNAEI n. 51.

1. GRAMEN pratenſe ſpica flaveſcente C. B. *Theatr.* p. 44. ic. *Baſ.* p. 6. VAILL. SCHEUCHZER p. 88.

Graminis ſpecies parva THAL. p. 52.
Gramen anthoxanthon Dalech. LUGD. p. 426.
Gramen anthoxanthon ſpicatum I. B. II. p. 466. I. R. H.
Gramen avenaceum odoratum ſpica flaveſcente MONTI p. 57. ic. 84.
Gramen alopecurum vernum pratenſe ſpica flaveſcente H. OX. III. p. 193. T. 7. f. 25.
Anthoxanthon floſculis diandris CLIFF. p. 25. ROYEN. p. 58.
Varietas montana ſpica paulo laxiori
Gramen erectum pomum & melilotum redolens panicula cupreſſina BOCC. Muſ. p. 67. T. 57. RAJ. III. p. 604.
Gramen anthoxanthon majus DILL. Nov. Spec. p. 44. Cat. Gieſſ. p. 79.
Gramen montanum odoratum ſpicatum SCHEUCHZ. p. 89. ex LOESEL. ic. 22. quae certe noſtram plantam non exprimit.

Primo vere ubique. Varietas β in alpinis. SCHEUCHZER circa lacum felinum.

Culmi pedales, folia duas lineas lata, breviſſime in acumen terminata, qua ſola nota cognoſcitur. Spica culmum terminat laxa, ex faſciculis locuſtarum facta. Calycis glumae inaequales, major ariſtata, altera mutica. Folliculus unicus, biglumis, utraque gluma ariſtata. Stamina tantum duo.

GENUS XX.
GRAMINA UT PRIUS XVIII. XIX.
II. LOCUSTA MULTIFLORA.

1. GRAMEN glumis variis C. B. *Theatr.* p. 158. cum icone *Prodr.* n. 73. *Baſ.* p. 14. SCHEUCHZER p. 83. T. 2. f. 9. A. B.

Nardus gangitis ſpuria Narbonenſis LOB. Ill. p. 62.
Gramen verſicolor I. B. II. p. 466. cum icone aliena RAJ. p. 1270.
Gramen parvum montanum ſpica craſſiore, purpuro coerulea brevi RAJ. Hiſt. III. p. 603. ſynopſ. III. p. 399.
Gramen avenaceum glumis variis RAJ. Hiſt. III. p. 603.
Gramen alopecuroides minus, enode fere, ſpica ſubcoerulea H. OX. III. p. 192.
Gramen phalaroides montanum ſpica verſicolore MONTI p. 48.
Cynoſurus bracteis integris ROYEN. p. 64. CLIFF. p. 495.

In omnibus montoſis & alpinis Helvetiae vere floret.

Folia ad radicem congeſta, lineam lata. Culmus pedalis, nudus, terminatur ſpica brevi, laxa. Haec fit locuſtis alterne adnatis. Cuilibet calyx biglumis eſt, ejuſque altera gluma ad apicem ariſtae forma educitur. Locuſta ipſa teres, denſe congeſta. In ea locuſta tres, aut duo flores biglumes, ex quorum gluma utraque in apicem ariſta educitur, ſed altera longior eſt. Tota ſpica violaceo ſplendente colore ornatur, & ſicca eſt.

2. GRAMEN ſpicatum folio aſpero C. B. *Theatr.* p. 45. bon. ic. *Prodr.* p. 2. *Baſil.* p. 6. HIST. OXON. III. p. 202. T. 6. f. 38. bene, SCHEUCHZER p. 299. T. 6. f. 15.

Gramen ſpicatum DALELHAMPII p. 427. non bene.

Gramen aſperum I. B. II. p. 467. RAJ. p. 1287. non autem ZANICHELL. p. 132. ic. 194. n. 1. quod eſt Caricis ſpecies.

Gramen arvenſe ſpica conpacta divulſa LOESEL. p. 110. ic. 23.

Gramen ſpicatum, folio aſpero, ſpica grumoſa longiore BARR. ic. 26. n. 1. & *breviore* id. ib. n. 11. Non placet.

Gramen paniculatum ſpicis craſſioribus & brevioribus I. R. H.

Gramen loliaceum aſperum, paniculis contractis MONTI p. 36.

Hippagroſtis vulgaris folio aſpero MARTIN. p. 107.

Poa floſculis confertis, uno verſu diſpoſitis LINN. Hort. Cliff. p. 28. ROYEN. p. 62.

In pratis, & ad vias, vulgatiſſimum.

Folia aſpera, ſubhirſuta, glauca, tres, & quatuor lineas lata. Panicula rara, fit ex paucis faſciculis ſubrotundis craſſis & conpreſſis, nutantibus, quos faciunt locuſtae denſe ſibi invicem adplicatae, ad racemoſos pediculos ſeſſiles. Calycis duo folia inaequalia. Ex utroque ariſta breviſſima eminet. Glumae exteriores hirtae, & breviter etiam ſub apice ariſtatae. Locuſtae ſexflorae.

GENUS XXI.
OMNIA EADEM PRIORIBUS XVIII-XX.
II. FOLLICULIS MUTICIS.
TYPHOIDES.
PHLEUM LINNAEI n. 37.

His calycis glumae aequales, cavae, ſuperne latae, ex angulo exteriori ariſtatae, modo evidentibus, modo obſcurius bicornes, prout gluma ſuperne acuta eſt, aut late terminatur. Folliculi glumae aequales, ſemi ovatae; ſemen ex ovato acuminatum. Spicata facit SCHEUCHZERUS, ſed facile eſt demonſtratu, vere pleraque paniculata eſſe, ramis florigeris diviſis, & ſubdiviſis.

1. GRAMN typhoides alpinum ſpica graciliori, delicata & villoſa SCHEUCHZER. p. 65.

Gramini caudae muris purpuraſcenti, aliquantum ſimile I. B. II. p. 473. RAJ. p. 1265.

Gramen alopecuroides cum cauda muris purpuraſcente ſpica H. OX. III. p. 192.

In pratis ſupra *Ilſingen.* SCHEUCHZER in pratis alpium Rhaeticarum, v. g. montis *Tſchierae.*

Vere paniculatum eſt. Culmus cubitalis: folia ad ſeſquilineam lata. Panicula ita arcta, ut a ſpica non differat, niſi pedicillis locuſtarum ramoſis, laxior tamen veris Typhoideis. Calyx aequabilis, longe breviſſime ariſtatus, minus, quam in ſequentibus, bicornis, longior, oris ciliatis. Folliculus unicus muticus. Color calycis albus, ora purpuraſcente, cum admiſto virore.

2. GRAMEN typhoides alpinum, ſpica brevi denſa, & veluti villoſa SCHEUCHZER p. 64. T. *Prodr.* 3. MONTI p. 50.

Phleum ſpica ovali cylindracea LINN. flor. Lapon. n. 25.

In omnibus alpium pratis abunde.

Culmus pedalis terminatur ſpica unica, modo breviſſima, modo longiori, uti in omnibus Typhoideis obtinet. Folia ſeſquilineam lata. Glumae calycis villoſae, breviter ariſtatae, aequales, quae hiatu ſuo quaſi exſciſſae lunulae cornua adparent. Folliculus unicus, muticus.

3. GRAMEN typhoides aſperum alterum C. B. *Theatr.* p. 52. icon bona, *Baſil.* p. 7. MONTI p. 49. SCHEUCHZER p. 62.

Gramen pratenſe ſeptimum DOD. p. 562.

Gramen typhinum LOBEL. ic. p. 10.

Gramen

Gramen typhinum minus Danicum LOBEL. Ill. p. 29. [ob bulbillos]
Gramen cum cauda muris parva, radice nodosa repens I. B. II. p. 472. in eodem titulo cum altero radice non nodosa.
Gramen typhoides minus H. OX. III. p. 194. T. 4. f. 3.
Gramen typhinum minus PARK. p. 1170. RAJ. H. p. 1267.
Gramen typhinum pratense, tuberosum, spica aspera BARR. ic. 22. n. 2.
Et *Gramen typhinum arvense radice tuberosa, spica aspera longa* ib. n. 1.
Et *Gramen typhinum supinum tuberosum, spica non aspera* ib. ic. 53.
Gramen spicatum spica cylindracea crassiori I. R. H.
II. *Gramen nodosum spica parva* C. B. Theatr. p. 20. Prodr. n. 6. r.
Gramen spicatum, spica cylindracea brevi, radice nodosa I. R. H.

Hujus notae faciles sunt. Caules ad terram vaginati, quasi bulbosi. Calycis glumae & dorso ciliatae. Evidentius, quam prius, bicorne est, & aristae longitudine lineae mathematicae, spica pariter modo ovata, modo longior. Spicatum est.

4. GRAMEN typhoides culmo reclinato C. B. *Basil.* p. 7.
Gramen Alopecuroides minus LOBEL. ic. p. 9.
Gramen cum cauda muris foliis hirsutis I. B. II. p. 471. RAJ. Hist. p. 1266.
Gramen alopecuroides hirsutum, caule reclinato H. OX. III. p. 191.
Basileae & Gottingae vidi.
Non satis certus sum, hoc a priori differre. Nam bulbis caulis non destituitur, & calyx ciliatus est.

5. GRAMEN typhoides maximum, spica longissima C. B. *Theatr.* p. 49. bene. *Prodr.* n. 25. *Basil.* p. 6. HIST. OX. III. p. 188. T. 4. f. 1. bene. RAI. *hist.* p. 1266. ZANICHELL. ic. 144. n. 1. MONTI p. 49. ic. 52. SCHEUCHZER p. 60.
Gramen cum cauda muris majori, longa, majus I. B. II. p. 472.
Gramen typhinum, vel typhae effigie, cylindrica spica LOB. Ill. p. 28.
Gramen spicatum spica cylindracea longissima I. R. H.
Phleum spica longissima cylindracea LINN. Hort. Cliff. p. 22. ROYEN. p. 53.
In pratis, & agris.
Huic pariter glumae calycis ciliares; folia vero ad quatuor lineas lata, spica quatuor unciarum, cornua breviora, quam sequenti, bulbi nulli.
Hujus varietas est *Gramen typhoides latifolium spica foliacea prolifera, longissima* SCHEUCHZ. p. 66. supra *Horgen.*
Gramen typhoides asperum primum, spica foliacea VAILL. p. 84.

6. GRAMEN typhoides asperum primum C. B. *Theatr.* p. 51. *Bas.* p. 7. MONTI p. 49. SCHEUCHZ. p. 61.
1170 × *Gramen cum cauda muris minus* I. B. II. p. 471.
Gramen typhoides medium s. vulgatissimum H. OX. III. p. 193. T. 4. f. 2.
Gramen typhinum majus seu primum RAJ. Hist. p. 1267.
Gramen typhinum, spica conoide, striata, culmo violaceo BARR. ic. 21. n. 1. MONT. p. 49.
Gramen supinum Italicum minus BARR. ic. 54.
Gramen paniceum, utriculatum, amplo utriculo EJ. ic. 28?
Gramen spicatum, spica cylindracea, tenuiori, longa I. R. H. &c.
In agris.
Distinctum est, folio angustiori, duas lineas lato; calyce glabro; fabrica evidentius bicorni, asperiori; aristis magis conspicuis. Vere paniculatum est.

GENUS XXII.
GRAMINA FOLLICULO BIGLUMI.
IV. CALYCE DUPLICI.
CYNOSURI LINN. n. 36. species.

1. GRAMEN pratense cristatum s. spica cristata levi C. B. *Theatr.* p. 42. *Prodr.* n. 18.
1232 *Bas.* p. 5. SCHEUCHZER p. 79. T. 2. f. 8. A. C.
Gramen cristatum C. Bauhini LOBEL. Adv. II. p. 467. bene
Britannicum gramen cristatum LOBEL. Ill. p. 30. etsi distinguat.
Gramen cristatum Anglicum PARK. p. 1159. H. OX. III. p. 194. T. 4. f. 6. non placet.
Gramen typhinum, plantaginis spica glumosa, heteromalla, digitatum majus BARR. ic. 27. n. 11.
Gramen spicatum, glumis cristatis I. R. H. &c.
Gramen loliaceum spicae locustis cristatis MONTI p. 42. ic. 23.
Cynosurus bracteis pinnatifidis ROYEN. p. 64. CLIFF. p. 493.
β *Spica multiplici s. quadrata* PARK. RAJ. I. R. H.

Vul-

Vulgare in pratis.

Culmus cubitalis, folia anguſta, lineam lata, glabra. Summos ramos ſpica terminat, quae fit ramis ad geniculatum ſcapum receptis. Quaevis locuſta ſubpoſitum habet majus folium nitide pinnatum. In huius folii ſinu locuſta eſt aperta, hians, triflora, & ultra, calyce bivalvi mutico, ariſta ex gluma majori folliculi exeunte.

GENUS XXIII.
GRAMINA.
III. FOLLICULO TRIGLUMI.
I. ARISTIS SUB FOLLICULO.
PANICUM LINNAEI n. 43.

1. GRAMEN paniceum ſ. panicum ſylveſtre ſpica ſimplici C. B. *Theatr.* p. 138. SCHEUCHZER p. 46. T. 2. f. 2. E. 1164

Lolium ſextum TRAG. p. 671.
Panici effigie gramen ſimplici ſpica LOB. ic. p. 13. exemplar ſupinum ſurculoſum, qualia pleraque invenio.
Gramen paniceum I. TAB. p. 228.
Panicum ſylveſtre dictum, & dens canis I. B. II. p. 443.
Gramen paniceum ſpica ſimplici Elymagroſtis C. B. Baſ. p. 11. H. OP. III. p. 189. T. 4. f. 10.
Gramen paniceum ſpica ſimplici levi RAJ. p. 1261.
Panicum vulgare ſpica ſimplici & molliori I. R. H. MONTI p. 10. &c.
II. Quomodo differt
Anglobritannicum Panici effigie gramen ſylveſtre LOBEL. Illuſtr. p. 17.
Gramen paniceum ſylveſtre Anglicum PARK. p. 1155.

In agris, exeunte aeſtate, inter ſtipulas.

Culmi dodrantales. Folia tres lineas lata, brevia, in ortu tomentoſa. Spica unica, flava, piloſa, caulem terminat. Locuſtarum haec ratio eſt. Cuivis duo folliola pro primo calyce ſunt, & ea in multas ariſtas terminantur. Sequitur bifolius calyx, folliculo brevior, ſquamis latis, inaequalibus. Tunc folliculus ſupereſt ſemiovalis, cui ad rectilineam reſectam faciem ſquama calycis tertia aequalis huic faciei ſe adplicat. Ipſe folliculus fit ſemiovali cartilaginea convexa gluma, & altera, hinc concava, inde plana, quae convolutis marginibus, in priorem ſe adaptat, & ſtamina ſemenque continet.

2. GRAMEN paniceum ſpica aſpera C. B. *Theatr.* p. 139. ic. *Baſ.* p. 12. RAI. p. 1262. SCHEUCHZ. p. 47. 1162

Lolium ſeptimum TRAG. p. 671.
Panicaſtrella CAES. p. 184.
Gramen geniculatum TAB. p. 200. bene.
Gramen paniceum ſpica ſimplici & aſpera I. R. H. MONTI p. 10. &c.
Panicum ſpica conpoſita ariſtis ſpica longioribus ROYEN. p. 55. conjungit priori, a quo certe aegre differt.

In hortis.

Altius eſt priori, & aſperius, tum foliis, tum ſpica, ut veſtibus adhaereat: ſpicae laxiores.

II. NULLIS SUB FOLLICULO ARISTIS.

3. GRAMEN paniceum ſpica diviſa C. B. *Baſil.* p. 11. RAI. p. 1267. SCHEUCHZ. p. 49. 1165
Herbariorum Panicum ſylveſtre LOB. ic. p. 42. Obſ. p. 25.
Panicum ſylveſtre MATTH. p. 407. ADV. p. 15. TAB. p. 279.
Gramen paniceum ſ. Panicum ſylveſtre ſpica diviſa C. B. Theatr. p. 136.
Graminis genus quibuſdam, Gallis dens caninus 2. &c. I. B. II. p. 443.
Gramen paniceum ſpica diviſa primum H. OX. III. p. 189. T. 4. f. 15.
Panicum vulgare ſpica multiplici, aſperiuſcula I. R. H. MONTI p. 9. &c.
Panicum ſpicis alternis remotis, laxis LINN. Cliff. p. 27.
II. *Gramen ſorghi effigie* LOBEL. ic. p. 5.
Gramen ſorghi panicula C. B. Baſ. p. 12. Huningae lectum
Gramen ſorghi panicula erectum Theatr. p. 142.
Gramen pratenſe quintum DOD. p. 560.

Ad foſſas.

Culmus bipedalis, folia quatuor lineas, & ultra, lata. Paniculae paſſim ex alis foliorum, fiunt ſpicis alternis paniculatis. Cuivis locuſtae primo calyx inaequalis, bi-

folius, altera gluma ariſtata, tunc tertia calycina gluma, quae demum continet folliculum ſplendidum, arcte ſemini connatum, biglumem, cujus altera gluma ariſtata eſt, caeterum levem, politum, uti prior.

β *Gramen paniceum ſpica ariſtis longis armata* C. B. Baſ. p. II. SCHEUCHZ. p. 48.
Gramen paniceum ſ. panicum ſylveſtre, ariſtis armatum C. B. Theatr. p. 137.
Panicum ſylveſtre CAMER. Epit. p. 196.
Panici effigie gramen ariſtis circumvallatum LOBEL. ic. p. 14.
Gramen paniceum II. TAB. p. 228.
Gramen paniceum ſpica diviſa ariſtis longis armata H. OX. III. p. 189. T. 4. f. 16.
Panicum ſylveſtre ſpica multiplici, longis ariſtis circumvallatum I. R. H. MONTI p. 9.

Calycis gluma major producitur in ariſtam aliquando uncialem, multo certe longiorem, quam in priori.

PLANTAE APETALAE STAMINIBUS DONATAE.

ORDO X.

GRAMINIBUS ADFINES.

Hae cum ordine IX. conveniunt foliis, habitu toto, & unica cotyledone. Sed in flore diverſitas eſt: Cum enim GRAMINA ſemen gerant unicum in biglumi plerumque folliculo, his ſemen vel eſt unicum, unica gluma protectum, vel unicum cum calyce triglumi, vel demum unum plurave cum flore apetalo hexaphyllo.

I. TRISTEMONES UNIGLUMES

1. CYPERI.

His in univerſum, ſemper ad unam glumam ſtamina tria ſunt, ſemen autem folliculo involutum, unicum, & Tuba tricornis. Duo ſtamina SCHEUCHZERUS facit, & MICHELI, ſed certo, & perpetuo, tria ſunt.

I.

CYPEROIDES.

I. R. H. SCHEUCHZERI p. 406. MICHELI p. 55.
CARICIS LINNAEI ſpecies.

His glumae utriusve ſexus in arctas ſpicas umbricatim congeruntur. Hae plantae, caeterum ſimiles, trium ſexuum ſunt. Haec prima, & numeroſa, claſſis floriferas ſpicas a fructiferis ſejunctas habet, aut omnes, aut plerasque, ſed in eadem planta: Secunda, in una planta maſculum, in alia femininum ſexum gerit. Tertia perpetuo utrumque ſexum in eadem ſpica miſtum fert. Quare, ſi genera non diſtinguere viſum fuerit, diſtinguentur certe non incommode ordines, ne voces ſexum experimentes ſingulis addendae ſint. LINNAEUS cogitur omnes in Monoecia conjungere, quod certe turbat lectorem, cum plantas ſuis in claſſibus non inveniat, reperturus in claſſibus diverſiſſimis.

I.

SPICA MASCULA UNICA
1. *SEMINALIBUS SESSILIBUS.*

1. CYPEROIDES ſpicis ſeminalibus ad culmum adpreſſis, in vagina latentibus.
Cyperoides montanum, humile anguſtifolium, culmo veluti folioſo, ſpicis obſeſſo SCHEUCHZ. Agroſt. p. 407. T. 10. f. 1. *capſulis oblongis, turbinatis, gibbis, trilateris* MICHELI p. 63. n. 65. T. 32. f. 8.
SCHEUCHZER in clivo M. *Utliberg* ſupra villam *Frieſenberg.*
Radix, ut fere in tota gente, multa foliorum capita educit. Dura haec, & ſubaſpera ſunt, ad lineam lata. Culmi humiles, triunciales, frequentes habent adnatas vaginas, ſpadiceas, oris albis, quae totidem ſpicas ſeminales occultant. In apice mas unica, ſquamis ſature ſpadiceis, ora argentea, lata & ampla ſquama ad baſin excepta.

2. CYPEROIDES longifolium, culmo pumilo veluti folioſo, ſpicis obſeſſo SCHEUCHZER p. 408. T. 10. f. 2.

Ti-

Tigmri in ſylvoſis.

Non videtur differre; etſi foliis latioribus, ad duas lineas, ſpicis minoribus, purpuraſcentibus, dorſo viridi diſtinguat SCHEUCHZERUS.

3. CYPEROIDES ſpicis duabus ſeminalibus ſpadiceis, obeſis, conjunctis, ſeſſilibus, maſculam contingentibus.

Cyperoides montanum foliis anguſtis parvis, ſpica ſpadicea diviſa SCHEUCHZ. p. 419. T. X. f. 8. 9.

SCHEUCHZERUS in M. *Utliberg*, ego in *Waſſerfall* M.

Culmi rufis vaginis ad terram obſiti, humiles, neque dodrantales, pene nudi. Folia lineam lata, levia, & dura. Spica mas media, teres, obeſa, conica, feminis major, ſemiuncialis & ultra. Spicae feminae, una, duae, tres, mari proximae, ſibi ita vicinae, ut eidem folio acute caudato inſideant. Breviſſimae ſunt, vix trium linearum, obeſae, pauciflorae. Capſulae ad lentem vitream tomentoſae. Utriusque generis ſquamae ſature ſpadiceae. ſunt, media vero dorſi linea flava.

4. CYPEROIDES ſpicis femininis ſeſſilibus, marem contingentibus, obeſam, ex albo & fuſco variam.

Cyperoides alpinum foliis Caryophyllaeis, ſpicis brevibus ex nigricante & albido variis I. SCHEUCHZ. p. 421. T. 10. f. 10.

Carex ſpicis plurimis remotis ſeſſilibus, ſubrotundis, turgidis LINN. flor. Lapon. n. 332? Non videtur, etſi ſynonymon conſentiat.

In monte *Surſee* vallis *Sexamniae*. I. GESNERUS miſit.

Foliorum ceſpes denſus, Caryophyllorum ſimilitudine. Folia brevia, lata ad ſesquilineam, linea media depreſſa, glauca. Culmi nudi, triunciales; ſpica mas brevis, latiſſima, obtuſa, concinne varia, ſquamis obtuſis, quarum ima pars fuſca eſt, ora late albet. Spica femina unica, vel duae, aut tres, proxime marem ſeſſiles, longe minimae, vix trilineares, ſtrictae, totae ſpadiceae, orae minima parte alba.

5. CYPEROIDES ſpicis femininis ſpadiceis ſeſſilibus, gracilibus, marem contingentibus, ſeminibus villoſis.

Gramen ſpicatum anguſtifolium montanum C. B. Theatr. p. 47. Prodr. n. 20. Baſil. p. 6. 1. B. II. p. 479. ex fratre.

Cyperoides anguſtifolium, montanum, folliculis ſeminalibus villoſis SCHEUCHZ. p. 423.

An *Cyperoides exiguum ſeminibus bullatis, ſubhirſutis* DILL. Cat. Gieſſ. p. 86?

Cyperoides n. 86. MICHELI.

SCHEUCHZER in ſylvoſis *am Utliberg*, & ad *Silam. Bernae* in ſylvula *Murienſi*, verno tempore. *Baſileae* in montoſis C. B.

Folia multo longiora prioribus, lineam dimidiam lata, & ultra. Culmi pedales, nudi. Spica mas teres, longula, gracilis. Feminae tres, duae, vel unica, breviſſimae, ex ſex fere floſculis factae, ſeſſiles, arcte inter ſe & ad marem congeſtae: ſeminum capſula villoſa, ſquamae ſpadiceae, nervo virente, aut pallido.

6. CYPEROIDES tenuifolium, ſpicis femininis ſeſſilibus, breviſſimis, marem contingentibus.

A I. GESNERO habeo.

An eſt MICHELIANUM p. 56. n. 8? Poteſt

Folia anguſtiſſima, hinc convexa, inde carinata. Culmus pedalis, nudus. Spicae in ſummo culmo fere tres. Suprema mas eſt, gracilior, ſemuncialis. Feminae duae, latiores, vix tres lineas longae. Sub inferiori feminarum foliolum in ariſtam eductum. Squamae latae, ſpadiceae, ora flaveſcente.

7. CYPEROIDES ſpicis ſeminalibus ſeſſilibus, diſtantibus, gracilibus, ſumma marem contingente.

Cyperoides ſylvaticum anguſtifolium, ſpicis parvis, tenuibus, ſpadiceoviridibus I. SCHEUCHZ. p. 425. T. 10. f. 11.

In umbroſis & ſylvoſis radicibus M. *Utliberg*. I. GESNERUS miſit.

Folia longa, erecta, lineam fere lata, ora nervoque aſperis. Culmi ſex linearum. Spica mas ſquama ad baſin ariſtata praedita, gracilis, acuta, octo linearum longitudine. Spicae feminae breviores, ſemunciales, una & altera, foliolo ſingula ſuo inſidet. Suprema marem contingit. Glumae ſpadiceae, nervo virente latiuſculo.

8. CYPEROIDES foliis ceſpitoſis, brevibus, latiſſimis, ſpica femina unica, proxime marem ſeſſili.

I. GESNERUS miſit.

Elegans gramen ceſpitem efficit Caryophyllaeum, foliorum levium, durorum, duas lineas latorum, totidem uncias longorum. Culmi triunciales ad ſummum. Spica mas brevis, trilinearis, ſed lata, & obeſa. Femina unica, aut contingit marem, aut proxima ſedet, in ala folioli caudati, brevior, acuta, gracilis. Squamae utriusque ſpadiceae, nervo flavo. Collum feminis longum ſubtiliter bifidum.

9. CYPEROIDES ſpicis albis, femininis pediculatis, ſuprema ſupra marem elata.

Gramen ſylvaticum anguſtifolium ſpica alba C. B. Theatr. p. 47. Prodr. n. 21. Baſil. p. 6. PARK. SCHEUCHZ. p. 410. T. 10. f. 3. 5.
Gramen cyperoides polyſtachyon minimum ſpicis per maturitatem albicantibus H. OX. III. p. 244. RAJ. Hiſt. p. 1295. Syllog. ſtirp. extra Brit. p. 138.
Gramen cyperoides exiguum ſeminibus bullatis PLUKNET. p. 178. T. 91. f. 2.
Cyperoides &c. MICHELI p. 65. n. 79.
Carex ſpicis femininis pedunculatis, laxis, maſculina erecta, fulcris pediculorum aphyllis, ſpathaeformibus LINN. Hort. Cliff. p. 439.

RAIUS *Genevae*. *Tiguri* SCHEUCHZERUS. *Bernae* in ſylva *Bremgarten* & alibi, primo vere. C. B. in ſylva *Huningenſi*.

Folia longa, lineam lata. Spicae feminae ex uno caule duae, aut tres, vaginis magnis, albis, pediculis erectis: ſuprema maſculae altitudinem adtingit. Omnes per maturitatem rarae ſunt, paucigranae, validiſſimis ovis, ventricoſis, valentem educentibus mucronem. Spica mas unica, teres, gracilis, acuminata, aeque ac feminae immaturae albicat, cum flavedine.

10. CYPEROIDES ſpicis e luteo & ſpadiceo variis, feminali ſuprema ſuper ſpicam marem elata.

Gramen caryophyllatum montanum, ſpica varia C. B. Theatr. p. 47. Prodr. n. 23. Baſ. p. 6. I. B. II. p. 479. ex fratre H. OX. III. p. 243. T. 12. f. 15. RAJ. p. 1298. cui ignotum fuit. SCHEUCHZ. p. 448. T. X. f. 14. mala ic.
Gramen caryophyllatum, polycarpon, fructu triangulo LOESEL. p. 112. ic. 27. plantae maturae.
Cyperoides montanum, foliis caryophyllatis, ſpica varia MONTI p. 20.
Cyperoides MICHELI p. 65. n. 77. T. 32. f. 9.

C. B. in M. *Muteto*, locis ſaxoſis. Circa Bernam verno tempore in ſylva *Bremgarten* frequens.

A priori non ſinit ſeparari ordo naturae, etſi ima ſeminalium ſpicarum pediculo aliquo inſideat. Folia plana, nervo eminente, retrorſum ſtrictu aſpera, duas lineas lata. Culmi nudi, dodrantales. Spicae feminae, duae, tres, quatuor, inferiores pediculatae. Omnes raris ſunt, & paucis floſculis, fere ſex, quorum ſquamae latae, dilute ſpadiceae ſunt, nervo virente. Suprema mari aut par, aut altior eſt. Mas ſurſum ſtricta, anguſta, ſquamis ſpadiceis, ſed lata ora albicante, ſicca, ornatis.

11. CYPEROIDES ſpicis ex ſummo caule pluribus, digitatis, feminis mare nihilo brevioribus.

Gramen caryophyllatum nemoroſum ſpica multiplici C. B. Theatr. p. 47. Prodr. n. 22. Baſil. p. 8. I. B. II. p. 479. RAJ. p. 1298. cui ignotum fuit. SCHEUCHZ. p. 450.
Gramen parvum ſylvaticum, paniculis forma pedis avium I. B. II. p. 497.
Gramen caryophyllaeum, anguſtiſſimis foliis, ſpicis ſeſſilibus, brevioribus, non conpactis H. OX. III. p. 243.
Cyperoides MICHELI p. 65. n. 78. T. 32. f. 14. bene.

C. B. in dumetis humidis ad *Wieſam* & *Birſam* fl. . In ſylva *Bremgarten* prope *Bernam*, Genevae I. B.

Totum minus eſt priori, & humilius: Folia breviora, ſed latiora, ad duas lineas & ultra. Culmi nudi, vix ſemipedales. Spica ad longitudinem culmi, vel unica, vel nulla: ſed in ſummo caule tres, quatuor, quinque, ex uno fere puncto, uti in dactylis graminibus. Mas unica, gracilis, acuta, ſquamis dilute ſpadiceis, ora late albicante. Feminae ex eodem colore & dilute luteo variae, raris, & modice imbricatis ſquamis, conſtant floſculis circiter ſeptem, uti proxime prior. Sunt autem aut aequales mari, aut altiores.

II. SPICIS SEMINALIBUS PETIOLATIS.

12. CYPEROIDES capſulis ſubrotundae ſpicae undique rigentibus.

Gramen paluſtre echinatum LOBEL. ic. p. 15. I. B. II. p. 497. RAJ. Hiſt. p. 1296. &c.
Gramen aculeatum LUGD. p. 1003.
Gramen paluſtre aculeatum Germanicum vel minus C. B. Baſ. p. 11. Theatr. p. 109. bon. ic.

Cype-

Cyperoides paluſtre aculeatum ſpica breviori I. R. H. SCHEUCHZ. p. 426. MICHELI p. 58. n. 22. ZANICH. n. 79. ic. 79. non bene.

Folia longa, ad duas uſque lineas lata, retro ſtrictu glabra. Culmi triquetri, pedales. Spica mas teres, gracilis, decem linearum longitudine, triangularibus ſquamis, ſpadiceis, virente nervo. Spicae feminae duae, tres, quarum ſupremae aliquando marem pene contingunt. Omnes foliis majuſculis inſident, & petiolo innituntur in imis unciali, in ſuprema breviſſimo. Inmaturae latiuſculae, ſunt ex ſpadiceo & viridi variae. Maturae ſpicae fere ſphaericae fiunt, undique rigentibus capſulis, collo longo, ſubtiliter bifido.

13. CYPEROIDES ſpicis feminalibus breviter pediculatis, & inter ſe, & a mare remotiſſimis.

Gramen cyperoides gracile alterum, glomeratis torulis ſpacio diſtantibus LOBEL. Illuſtr. p. 61. HIST. OX. III. p. 243. T. 12. f. 18.

Gramen cyperoides ſpicis parvis, longiſſime diſtantibus RAJ. Hiſt. p. 1295. &c.

Cyperoides ſpicis parvis, longe diſtantibus I. R. H. MONTI, SCHEUCHZ. p. 431. MICHELI. p. 58. n. 18.

Quomodo differt *Cyperoides ſpicis parvis, longe diſtantibus, abſque pediculis* MICHELI p. 58. n. 18.

SCHEUCHZER circa *Wiedikon*, & in udis torfaceis circa *Rüte*. Ego paſſim in paludoſis reperi, v. g. inter *Frieniſperg* & *Bagwyl*.

Culmus triquetrus, cubitalis. Folia non aſpera, ſeſquilineam lata, & lineam. Spica mas caulem terminat obtuſa, latiuſcula, uncia brevior. Sub ea vidi aliam, ſed minimam, adſeſſiſſe cauli. Spicae feminae mare breviores, duae, tres, alis foliorum in brevibus pediculis inſident, magnis capſulis exſtantibus, triquetris, collo ſubtiliter bifido. In univerſum immaturiores ſpicas prioris n. 12. ſatis referunt.

14. CYPEROIDES ſpicis feminalibus breviter pediculatis, rufis, marem obeſam contingentibus.

An *Gramen cyperoides ſpicatum* RAJ. p. 1294?

Cyperoides minus ſpicis denſioribus I. R. H. SCHEUCHZ. p. 433.

Scriptores hanc plantam cum *nigroluteo verno* ita miſcuerunt, ut non poſſit diſtingui.

Circa *Bernam* adulto vere.

Foliorum ceſpes ad radicem, uti in Caryophyllis. Sunt autem duas lineas lata, medio nervo depreſſa, nervo orisque aſperis. Culmi humiles, triunciales. Spicae in ſummo caule tres, quatuorve congeſtae. Mas craſſior reliquis, obeſa, acutis ſquamis, dilutius ſpadiceis, nervo luteſcente. Feminae duae, tres, graciliores, breviores, per maturitatem tamen lateſcunt, capſulis tunc craſſescentibus, obtuſis, vix mucronatis.

15. CYPEROIDES ſpicis feminalibus longius pediculatis, nutantibus, ſuprema marem gracilem, & albidam contingente.

Gramen ſpicatum Caryophyllatae folio majus C. B. Theatr. p. 46.

Gramen cyperoides polyſtachyon flavicans, ſpicis brevibus, prope ſummitatem caulis H. OX. III. p. 243. S. 8. T. 12. f. 16. bene RAJ. Hiſt. p. 1294. PLUKN. p. 178. T. 34. f. 5.

Cyperoides polyſtachyon, flavicans, ſpiciis brevibus prope ſummitatem caulis I. R. H. MONTI p. 20. MICHELI p. 61. n. 45. T. 32. f. 13. SCHEUCHZ. p. 430.

Carex ſpicis ex apice pendulis, maſculinis & femininis albis LINN. flor. Lapon. n. 326.

SCHEUCHZER in pratis umbroſis circa Tigurum non frequenter. Ego Bernae legi, & *Badae*, & in *Gotthardo* M. alibique.

Culmi folioſi, pedales. Folia oris retrorſum ſtrictu aſperis, ſeſquilineam lata. Spicae in ſumma planta congeſtae. Mas gracilis, acuta, alba, cum virore. Feminae breviuſculae, ſquamis pallide rubellis, aut luteis, ſeminibus ovatis turgidis, absque mucrone, pallentibus, ex pediculis uncialibus, per maturitatem nutantibus.

*16. CYPEROIDES ſpicis viridibus, brevibus, e ſquamis anguſtioribus conpoſitis, latifolium SCHEUCHZER p. 435.

Ad radices ſylvoſas M. *Utliberg*.

Folia conferta, duas lineas lata, retrorſum ductu aſpera. Culmi dodrantales. Spica mas uncialis, lineam lata, ſquamis ex fuſco luteis, nervo virente. Similes ſquamae feminarum, quae duae ſunt, ad quatuor, & foliolis inſident, dimidio breviores maribus, & duplo latiores.

*17. CYPEROIDES alpinum, pumilum, ſpicis ex albicante, & ſpadiceo variis SCHEUCHZER p. 437. T. 10. f. 12.

In M. *Avicula* & alpibus Rhaeticis SCHEUCHZ.

Folia carinata, retroverſu aſpera, ad ſeſquilineam lata. Culmi ad quatuor uncias, ſpica mas ſemuncem longa, obtuſo mucrone, obeſa, ſquamis denſis, ſpadiceis, dorſo medio luteſcente. Spicae ſeminales duae, tres, quarum ima petiolo unciali inſidet, in ala folii; ſunt autem anguſtae, & breviores.

*18. CYPEROIDES alpinum, pumilum, ſpicis ſpadiceo viridibus, brevioribus, & craſſioribus SCHEUCHZ. p. 428. *In Alpibus Helveticis.*

Huc refert *Cyperoides alpinum, pumilum, ſpica ſpadiceo viridi minus, alpinum, ſpicis brevioribus & habitioribus* l. l. SCHEUCHZ. It. VI. p. 458.

Culmi palmares. Folia ad lineam unam lata. Spica maſcula, obtuſa, latiuſcula, ſemuncialis, atroſpadicea, nervo glumae tenui, virente. Huic adſidet alia, ſaepe androgyna. Spicae ſeminales duae, diſtantes, inferior petiolata, utraque autem foliolo inſidet; breviores caeterum mare, denſae, concolores. Quod cum hoc nomine habeo, in Gemmio lectum, non ſatis diverſum eſt a n. 21.

*19. CYPEROIDES latifolium, hirſutum, ſpicis tenuiſſimis SCHEUCHZ. p. 412.

In nemoroſis M. *Zurichberg* minus frequenter.

Folia ad tres uſque lineas lata, carinis & oris aſperis: culmi ad dodrantem uſque. Spica maſcula, obtuſa, unciae dodrantem longa, culmum terminat, ejusque ima ſquama in longum mucronem educitur. Spicae feminae non ultra duas, ex ſeſcuncialibus pediculis, virides, dodrantem unciae longae, & laxae.

20. CYPEROIDES anguſtifolium, ſpica ſpadicea tenujore SCHEUCHZER p. 413. T. 10. f. 6.

In M. *Tſchiera*, ego ex itinere *Valeſiaco* & ex M. *Neunenen.*

Radix multa foliorum capita emittit. Levia haec & ultra lineam lata. Culmus ad pedem usque altus, fere nudus. Spica mas longa, uncialis, gracilis, ſpadicea, lineis per dorſum pallentibus, ſquama ſub ſpica obtuſa. Spicae feminae duae, minores, ex longis pediculis, etiam graciliores mare, ſemunciales.

21. CYPEROIDES alpinum ſpicis ſeminiferis tenujoribus atroſpadiceis SCHEUCHZER p. 415.

SCHEUCHZER ex alpibus Valeſiacis. Ego ibidem, & in *Gotthardo* M. in *Scheidek*, in *Chaſſeral.*

Huic ceſpites etiam foliorum, ut in priori, quae lineam & ultra lata, & retroverſu aſpera ſunt. Pediculi ſpicarum feminarum ſeſcunciales. Ipſae ſpicae utriusque ſexus breves, ſemiunciales; Feminae pauciflorae, octo fere florum, ſquama exigua ad baſin poſita, ſpadiceae, oris ſquamarum & nervis flavis. Mas paulo craſſior, dilutius ſpadicea. Ad 6. ſatis accedit, ſed ſpicis remotis, & latis foliis differt.

Varietatem, quam dicit I. SCHEUCHZERUS p. 416. faciunt maturiora ſpecimina, in quibus viridia ſemina ultra ſpadiceas ſquamas calycinas eminent.

22. CYPEROIDES alpinum anguſtifolium, ſpicis ſeminiferis tenuibus, fuſco viridibus SCHEUCHZ. p. 416. T. X. f. 7.

An *Cyperoides anguſtifolium ſpica ſpadiceoviridi, minus, alpinum ſpicis longioribus* l. l. SCHEUCHZ. p. 458.

Mea ſpecimina, quae iconem SCHEUCHZERIANAM exprimunt, a priori n. 21, non ſatis diverſa ſunt. Spicae enim mares unciales equidem, feminae etiam longiores ſunt, & tenuiores, folia paulo anguſtiora, ſed facile video, conjungi per medios gradus cum priori.

23. CYPEROIDES ſylvarum tenuius ſpicatum I. R. H. MARTIN. RUPP. SCHEUCHZER p. 418. MICHELI p. 56. n. 4.

Gramen cyperoides tenuius ſpicatum LOB. Ill. p. 60. PARK. H. OX. III. p. 243. S. 8. T. 12. f. 9. RAJ. Hiſt. p. 1295. ſynopſ. III. &c.

Gramen arundinaceum calamagroſtis dictum, ſpica multiplici C. B. Theatr. Bot. p. 92. ex notis, etſi icon diverſiſſima ſit.

In ſylvis *Helveticis* abunde.

Culmus cubitalis, folioſus. Folia levia, retrorſum ſtrictu aſpera, tres lineas lata. Spicae in ſummo culmo multae, ex ordine, quarum ſuprema mas eſt, reliquae feminae. Biuncialis illa, gracilis, ex albo viridis, ad baſin floſculum hermaphroditicum habet. Feminae ad quinque usque, ex longis pedicellis, rarae, longiſſimae, non teretes. Glumae ex albo virent. Semen longo & bifido collo eſt. Imae ſpicae ſeminales ſaepe ſocias minores accipiunt, ut quaſi ramoſae ſint.

24. CY-

24. CYPEROIDES ſpicis ſeminiferis latis, ovalibus, pendulis.

Cyperoides ſpica pendula breviore, ſquamis ex ſpadiceo, vel fuſco, rutilante, viridibus SCHEUCHZ. p. 443. T. 10. f. 13.

In torfaceis circa lacum *Felinum.* I. GESNERUS miſit.

Viticuli longe repentes edunt culmos pedales, folia a ſemilinea ad lineam lata, aſpera, longiſima. Spica femina in meis unica, (alias duae, SCHEUCHZER) ex ala folii, non longe ſub ſpica maſcula, latiſima, & brevis, ſquamis latis, fuſcis, & ſemine ovali, conpreſſo, mucronem exigente breviſimum.

25. CYPEROIDES ſpicis ſeminalibus longis, & aſperis, ex longis pediculis pendulis. 1153

Cyperoides ſpica pendula breviore SCHEUCHZ. p. 440. 1. R. H. MONTI.

Pſeudocyperus DOD. Pempt. p. 339. Hac icone reliqui ſcriptores uſi ſunt.

Gramen cyperoides ſpica pendula breviore C. B. Theatr. p. 85. Baſ. p. 9. H. OX. III. p. 242. T. 12. f. 5. [non placet] RAJ. p. 1294. &c.

Carex ſpicis pendulis omnibus femineis, unica androgyna, inferne maſcula LINN. Hort. Cliff. p. 439. ROYEN. p. 74. GRONOV. &c.

SCHEUCHZER in udis circa Tigurum & lacum *Felinum.* DIVERNOI in *creux du Vent.* C. B. *Baſileae.*

Folia ſpongioſa, amplisſima, ad octo lineas lata. Culmi tripedales. Spica mas unica, duas lineas (ad quatuor) lata, longa ad duas uncias, dilute fuſca, ſquamis leniter hirſutis, acuminatis, quaſi ariſtatis. Feminae paris magnitudinis, duae, tres, ex longis pediculis pendulae. Capſulae quaſi diſtichae, ſed confertae, longo collo, bifido. Totae flaveſcunt.

26. CYPEROIDES latifolium, ſpicis ſeminalibus ſemimaſculis, ex longis petiolis pendulis. 1154

Cyperoides ſpica pendula longiore & anguſtiore I. R. H. MICHELI. p. 59. n. 28. SCHEUCHZ. p. 445.

Gramen cyperoides ſpica pendula longiore & anguſtiore C. B. Theatr. p. 85. Prodr. n. 42. I. B. II. p. 497.

Gramen cyperoides ſpica pendula longiore H. OX. p. 242. T. 8. f. 4. RAJ. Hiſt. p. 1294.

Gramen cyperoides latifolium, ſpica pendula longiore BARREL. ic. 45.

Locis umbroſis, & udis M. *Utliberg*, circa villam *der Hökler* SCHEUCHZERUS. Circa *Bernam* in ſylva *Bremgarten* ſupra villam *Hasle.*

Culmus tripedalis. Folia latiſima, ad ſex lineas, ora nervisque aſperis. Spicae duae. tres, quatuor, feminae, ad baſin autem maſculae, longiſimae, ad quatuor uncias, apice craſſiori, hinc pendulae. Semina virenti elliptica capſula, brevi mucrone: ſquamae inter ſemina ſpadiceae, nervo luteo, praelato. Vidi ſpicas etiam ramoſas fuiſſe. Spica mas praelonga, unica, apice craſſeſcit.

III. CYPEROIDES SPICIS MASCULIS UNA PLURIBUS.

Frequenter in hoc ordine ſecunda ſpica androgyna eſt, ſuperius maſcula, femina inferius.

27. CYPEROIDES paluſtre, anguſtifolium, ſpicis habitioribus, ſpadiceo viridibus SCHEUCHZER p. 452.

In udis circa *Tigurum*, & lacum *felinum.* Quod GESNERUS miſit, tum, quae ego inveni ſpecimina, vix diverſa ſunt a n. 33.

Folia glauca, retrorſum ſtrictu aſpera, lineam & paulo ultra lata, longa. Culmus bipedalis, triquetrus, nudus. Spica mas ſuprema longa, ad duas uncias, gracilis, fuſca, obſcuri coloris. Proxima androgyna, majori parte mas, ſola baſi feminea. Tres aliae ſeſſiles, quarum ima notabile folium ſubjectum habet, unciales. Squamae parvae, obſcure fuſcae, nervo vix conſpicuo, mucrone nullo: ſemina late nuda eminent, inde nomen.

*28. CYPEROIDES ſylvaticum, ſpicis tenuibus, e viridi albicantibus SCHEUCHZER. p. 454.

In ſylvoſis & udis radicibus M. *Utliberg*, ſupra villam *der Höckler.*

Folia ad radicem fere tres lineas lata, retrorſum ſtrictu aſpera. Spica mas ad unciam longa, ſquamis veluti membranaceis, marcidis. Feminae tres, & quatuor, quarum ſuprema ſola ſeſſilis eſt, eademque androgyna. Unciales ſunt, rariores, ſquamis viridibus, margine dilute fuſco.

29. CYPEROIDES foliis latis & aſperis, ſpicis plurimis, fere ſeſſilibus, duabus androgynis. 1157

An

An hoc *Gramen cyperoides* LOBEL. ic. p. 11. LUGD. p. 433. TAB. p. 219. Non recedit.
Gramen cyperoides latifolium, ſpica rufa ſ. caule triangulo C. B. Theatr. p. 83. Baſ. p. 8. H. OX. III. p. 242. T. 12. f. 1. exprimit ſpicas mares.
Gramen cyperoides cum paniculis nigris I. B. II. p. 494. RAJ. p. 1293.
Cyperoides latifolium, ſpica rufa ſ. caule triangulo I. R. H. SCHEUCHZ. p. 458.
Cyperoides &c. MICHELI p. 57. n. 10. T. 32. f. 6. Ita videtur, ob collum brevius ſeminis

Nihil vulgatius in paludoſis, atque hoc inprimis gramen, cum ceſpitoſum ſit, & terram congreget, inſulas facit, quibus tuto inſiſtitur, aliquando natantes.

Culmi triquetri, aſperi, bipedales. Folia carinata, retrorſum ſtringendo aſpera, ſemuncem & ultra lata. Spicae numeroſae, ad octo. Mas ſuprema latiuſcula, uncialis & ultra, rubiginoſe fuſca, ſquamis longis, & anguſtis, unde ſingularis facies. Huic adſidet ſpica brevis, androgyna, inferne femina. Sed & tertia, major androgyna eſt. Reliquae feminae, ſeſſiles omnes, aut pediculo certe non conſpicuo, fuſcae, longae, graciles, dum inmaturae. Capſularum collum breviſſimum, color ſublividus.

30. CYPEROIDES nigroluteum vernum majus I. R. H. VAILL. &c.
Gramen cyperoides anguſtifolium ſpica ſpadiceoviridi minus C. B. Theatr. p. 84. Prodr. n. 41. Baſ. p. 8. 1. B. II. p. 495. ex notis.
Gramen cyperoides majus anguſtifolium PARK. p. 1295. RAJ. p. 1293. SCHEUCHZ. p. 462.

Satis frequens, an diverſum a n. 33?

Culmi pedales. Folia duas lineas lata, retrorſum ſtrictu aſpera. Spica ſuprema mas, uncialis, ſpadicea, diluta, oris albis. Sub ea altera, & tertia florifera adſidet. Spicae feminae tres, aut duae, quarum inferiores breviter petiolatae ſunt, ex alis foliorum ſingulorum. Squamae breviores, ſtrictae, nervo viridi conſpicuo.

1147

31. CYPEROIDES ſpicis maribus obeſis, femininis imis longe petiolatis, gracilibus.
Gramen quoddam duriuſculum GESN. Coll. p. 80.
Gramen ſpicatum foliis Vetonicae Caryophyllatae LOBEL. ic. p. 10. Omnino.
Gramen nigrum LUGD. p. 1004.
Gramen ſpicatum caryophyllatae foliis minus ſpica divulſa C. B. Theatr. p. 46. ex notis.
Gramen nigro luteum vernum I. B. II. p. 494.
Gramen cyperoides foliis caryophyllaeis H. OX. III. p. 243. T. 12. f. 11? Non videtur.
Gramen cyperoides foliis caryophyllaeis vulgatiſſimum RAJ. Hiſt. p. 1293.
Cyperoides nigroluteum vernum minus I. R. H. MONTI p. 19. SCHEUCHZ. p. 460.
Carex ſpicis erectis, oblongis, ſeſſilibus, alternis, folio florali brevioribus, ſuperioribus maſculinis CLIFF. p. 349. ROYEN. p. 74.

In agris ſterilibus & ad aggeres abunde. In alpibus etiam vidi, paulum diverſum, ſpicis feminis ſeſſilibus, & craſſioribus. Sed nolui ſeparare, cum ſatis noverim „ omnia Cyperoidea petiolos ſuos per aetatem producere.

Habitus prioris n. 30. & folia, Culmi ſemipedales. Spica mas uncialis, ſquamis ſaturе ſpadiceis, obtuſis, nervo gracili, virente: juniores ob magnos & eminentes apices ſtaminum ex nigro & luteo variae ſunt. Huic mari adjacet ſaepe ſimilis, ſed exigua, pariter mas, alias duae, alias nulla. Vidi tres mares fuiſſe, & androgynam, vidi unam marem, unam androgynam, abſque femina. Feminae longae, & graciles, quaſi alternae, & totae fuſcae ob nervorum anguſtiam: imae ex longis pediculis.

? 1147

32. CYPEROIDES ſpicis maribus gracilibus, feminis turgidis & erectis.
Gramen cyperoides caryophyllaeum, elatius, granis tumidioribus, ſpicis pediculis tenuiſſimis appenſis H. OX. III. p. 243. n. 13.
Gramen cyperoides foliis caryophyllaeis, ſpicis ex rarioribus & tumidioribus granis conpoſitis PLUKN. p. 178. T. 91. f. 7. RAJ. ſyn. III. p. 418.
Cyperoides MICHEL. n. 49. T. 32. f. 11. etiam monandriam facit.

Habitus 30. laxus, rarus, culmus nudus, cubitalis. Folia ad terram longa, ad duas lineas lata, glauca. Spica mas aut unica, quod ſaepe fit, aut ſubjunctam habens androgynam, ſtricta, ſemuncia longior, ſpadicea. ora & nervo luteis. Spicae feminae pulchrae, ex brevibus pediculis, foliis inſident, remotae: ſquamas habent ſpadiceas, nervo luteo. Ultra ſquamas eminent ova turgida, flava, abſque collo, mucronata, ſubhirſuta.

1150

33. CYPEROIDES ſpicis feminis pendulis, turgidis, & obtuſis, atrorubentibus, maribus longis, & gracilibus.
Gramen nemoroſum ſpica ſubnigra recurva C. B. Theatr. p. 98. quoad iconem, nam in horto ſicco alia fuit.
An *Gramen cyperoides paluſtre ſpica pendula* LOESEL. p. 116. ic. 30.

Gramen

Gramen cyperoides anguſtifolium ſpica nutante minus BARREL. ic. 113. n. 11.
Gramen cyperoides, caryophyllaeum, folio longiore & anguſtiore, ſpicis ſeſſilibus, conpactis, erectis H. ox. p. 243. T. 12. f. 14. omnino.
Gramen cyperoides foliis caryophyllaeis, ſpicis oblongis, e pediculis longioribus pendulis Synopſ. RAJ. III. p. 418.
Cyperoides paluſtre, ſpicis purpuro ſpadiceis, tenuibus pediculis inſidentibus SCHEUCHZ. p. 467.
Cyperoides MICHELI p. 67. n. 57.

Satis frequens, v. g. in paludoſis inter viam *Murienſem*, & *Wittighofen*.

Habitus priorum 32. & 30. Culmi ſumma pars ſola nuda: eſt autem cubitalis. Folia glabra, glauca, ora ſola aſpera, ſesquilineam, & duas lineas lata; ſpicae multae. Vidi tres mares fuiſſe, vidi duas cum androgyna. Mas, quae culmum terminat, uncia longior, ſtricta, ſature ſpadicea. Proxima & ipſa mas, ſeſſilis, brevior. Feminae longe pediculatae, uncia etiam longiores, ex alis foliorum. Immaturae graciles ſunt, & ſpadiceae, maturae craſſae, & ſature purpureae, qui color eſt capſularum ſeminalium, quae breves, craſſae, & obtuſae ſunt: tunc etiam pendent. Saepe ſub ſpica longe accedunt ſingulares, & ſparſae, cum ſuis foliolis, capſulae. Nigro-luteo valde adfine eſt.

34. CYPEROIDES ſpicis maribus gracilibus, femininis ſeſſilibus, erectis, ex nigro & luteo variis. 1129

Gramen cyperoides, foliis caryophyllaeis, ſpicis erectis ſeſſilibus, e ſeminibus confertis compoſitis Syn. RAJ. III, p. 418?

Satis vulgare in paludoſis. Inter *Frienisberg* & *Baggwyl*. A n. 30. mediocriter diverſum eſt.

Folia longiſſima, pedalia, lineam lata & ultra, oris ſolis aſperis. Culmum terminat ſpica maſcula longa, unciali major, dilute fuſca, gracilis; cui alia ſaepe ſimilis adſidet. Feminae duae, tres, non remotae a ſuprema, inſident alis foliorum, fere unciales, fere graciles, dum immaturae ſunt, totae nigrae: Maturioribus variae ſunt, eminente brevi, & modice acuminato, bifurco, lato, luteo, folliculo.

*35. CYPEROIDES latifolium, ſpica ſpadiceo viridi, maius SCHEUCHZ. p. 464.

Hunc ſolum cito, nam gramen, cui hoc nomen eſt apud C. B. erat utique rufi caule triangulo, ſpecimen fructu maturiori.

SCHEUCHZER in udis & lacuſtribus circa *Tigurum*.

Culmi triquetri, tripedales & ultra: folia duas & tres lineas lata, ora, nervoque aſperis. Spicae multae, ad octo. Mares duae, tresve. Maxima ſuprema eſt, biuncialis, ſpadicea, nervo ſquamarum tenui pallente; Feminae ſeſſiles, pariter biunciales: capſulae mucro brevis, obtuſus, & rotundatus.

*36. CYPEROIDES paluſtre latifolium, ſpicis teretibus, erectis, ex terreo obſcure fuſcis SCHEUCHZER p. 465.

In paludoſis circa lacum *Felinum*.

Folia longiſſima, duas lineas, & paulo ultra, lata, carinata, retroverſu non aſpera, niſi in apice, qua nota a 29. diſtinguitur. Culmi bipedales, & ad quatuor uſque pedes alti. Spicae obſolete fuſcae, duae, tres, quatuor etiam, mares, confertae aut una alterave androgyna; ſuprema ſeſcuncialis, ſquamis fuſcis, ala, & exiguo nervo pallentibus praeditis. Seminiferae ſeſſiles ſunt in ala ſuorum foliorum. Folliculi triquetri, utrinque acuminati. An differt a 34?

37. CYPEROIDES ſpicis maſculis gracillimis, femininis pendulis, capſulis ventricoſis, collo longo & bifido.

Cyperoides veſicarium glabrum ſpica pendula longiore I. R. H.
Cyperoides veſicarium ſpicis viridantibus, vel ſubfuſcis SCHEUCHZ. p. 470.
Cyperoides MICHEL. p. 57. n. 13.

SCHEUCHZER in udis circa *Tigurum*. Ego prope *Bernam*, in torfaceis *Gumlingenſibus*.

Folia longiſſima, duas lineas lata, retrorſum ſtrictu aſpera. Culmi ad tres pedes. Spicae mares duae, & tres, duas uncias longae, perquam graciles, dilute ſpadiceae. Feminae duae, ad quatuor, quarum ima biunciali pediculo nititur, & plerumque pendet, ſuperioribus brevior eſt. Craſſae ſunt, denſiſſimae, ſpadiceis ſquamis, veſicariis folliculis, in longiuſculum, bifidum, apicem extenuatis.

38. CYPEROIDES ſpicis maribus gracillimis, femininis erectis, capſulis ventricoſis, collo longo & bifido. 1155

Gramen cyperoides anguſtifolium ſpicis longis erectis C. B. Theatr. p. 84. Baſ. p. 9. I. B. II. p. 495.
Gramen cyperoides majus, praecox, ſpicis turgidis, teretibus, flaveſcentibus H. OX. III. p. 242. T. 12. f. 6. bene.
Gramen cyperoides polyſtachyon majus ſpicis teretibus erectis Synopſ. RAJAN. III. p. 419.
Cyperoides polyſtachyon ſpicis teretibus erectis I. R. H. MONTI p. 19.
Cyperoides veſicarium majus DILL. Cat. Gieſſ. p. 63. Nov. Spec. p. 41.
Icon eſt inter MERIANAE *Europeas* n. LXXVI.
Cyperoides veſicarium ſpicis teretibus erectis majus SCHEUCHZ. p. 476. tum *medium* EJ. p. 174. & *minimum* p. 472.
Cyperoides &c. MICHELI p. 59. n. 29.

C. B. ad *Birſam*, inter *S. Jacob* & *Brüglingen.* SCHEUCHZER ad lacum *Felinum.* Ego ad Arolam, retro ſylvam *Dælhölzlein* ſupra *Bernam.*

Culmi altiſſimi, aliquando quinque pedum, triquetri, angulis aſperis. Folia longiſſima, bipedalia, ad duas, & tres lineas lata, retrorſum ſtrictu aſperrima. Spicae mares duae, tres, graciliſſimae, biunciales, ſubrufae. Feminae duae, ad quatuor, & ipſae ex brevibus pediculis, biunciales, latae, folliculis pariter tumidis, collo bifido, flavis, majoribus, quam priori, a quo praeterea brevibus erectarum ſpicarum pediculis differt. Tres varietates facit SCHEUCHZER, magnitudine diverſas.

39. CYPEROIDES polyſtachyon lanuginoſum I. R. H. MONTI p. 19. SCHEUCHZER p. 478. MICHEL. p. 57. n. 15.
Gramen ſpicatum foliis & ſpicis hirſutis mollibus C. B. Theatr. p. 48. Baſ. p. 6.
Gramen cyperoides polyſtachyon lanuginoſum H. OX. III. p. 243. T. 12. f. 10. RAJ. Hiſtor. p. 1294. PLUKNET. p. 178. T. 34. f. 6. non bene.

C. B. in dumetis circa *Michelfeldam*, in dumetis & ad agros *Huningae* & ad *Birſam*, *Bernae* non rarum v. g. ad aggeres inter duo balnea ſuburbana.

Tota planta mollis, & hirſutula eſt; Folia lineam & duas lineas lata. Spicae mares duae, tres, confertae, ſuprema maxima, uncialis, reliquae minores, ſquamae latae, hirſutae, fuſcae, per aetatem albidae. Feminae tres, ex alis foliorum, brevibus petiolis, erectae, laxae: Capſulae evidentiſſimae hirſutae, conicae, vertice bifido.

In univerſum haec familia pleriſque aliis incertior eſt. Vereor ne multiplicaverim non paucas, & repetierim diverſis nominibus. Ita v. g. vix videtur fieri potuiſſe, ut n. 32. SCHEUCHZERI induſtriam effugerit. De 7. 30. 34. & 36. valde dubito, num ſatis diverſa ſint, uti de 23. & 35. de 21. & 22. aliisque. Per aetatem enim mire inmutantur, ſpicae quae ſeſſiles fuerant, pediculos efferunt, & ſaepe propendent, quae breves, educuntur in longitudinem, colores omnes debilitantur, & dilutiores fiunt, capſulae eminent, ſquamas abſcondunt, & colores alios, ſpicaſque faciunt craſſiores, ſpicae etiam mares aliquando in ſecunda claſſe ſingulares nonnunquam, in prima vero geminae viſae ſunt. Folia & latitudine, & aſperitate ludunt. Figura folliculorum obſcura eſt in inmaturis, & in diverſis ſpeciebus parum diverſa.

CYPEROIDUM GRAMINUM.

ORDO II.

SPICIS FLORIFERIS A SEMINIFERIS TOTA PLANTA REMOTIS.

ULVA.

1. ULVA ſpica ſolitaria oblonga.
Gramen nemoroſum ſpicis parvis aſperis C. B. in Herb. Viv. non autem in operibus.
Gramen cyperoides, minimum, ſeminibus deorſum reflexis, puliciformibus H. OX. III. p. 244. T. 12. f. 21. PLUKNET. p. 178. T. 34. f. 10.
Et *Gramen cyperoides minimum ſpica ſimplici, caſſa* H. OX. l. c. f. 22. planta mas.
Gramen cyperoides ſpica ſimplici caſſa SCHEUCHZ. p. 497. T. 11. f. 9. 10.
Carex minima &c. MICHEL. p. 66. T. 33. f. 1.
Et *Cyperoides parvum &c.* EJ. p. 56. T. 32. f. 1.
Utriuſque eadem adducit ſynonyma. Eſt autem
Carex ſpica androgyna, ut & pulicare MORISONI & PLUKNETII

In udis circa Bernam non rara, v. g. inter *Siechenhaus* & *Worlauffen.* *Tiguri* frequens. Folia peranguſta, hinc convexa, inde carinata, duriuſcula, non longe ſub mucrone quaſi infracta. Culmus pedalis, aut humilior, in utroque ſexu unica ſpica terminatur. Mares unciam longae, laxae, ſtrictae, ſquamis dilute fuſcis, ad baſin pallentibus

lentibus. Feminae juniores fere ſimiles, maturae diverſae ſunt, ſquamae enim delabuntur, & nudas relinquunt capſulas, ad angulum rectum ex culmo exſtantes, peracutas, conicas, mucrone ad microſcopium bifido. Videtur frequentius androgyna, quam femina ſpica eſſe.

2. An Carex ſpica androgyna CLIFF. p. 438.
Gramen cyperoides, minimum, ranunculi capitulo ſimplici, aſperiore, rotundo H. OX. III. p. 245. ic. 36. T. 12.
Cyperoides &c. MICHELI p. 36. n. 2. T. 32. f. 2.
Inter meas eſt, lecta circa villam *Ballenbühl.*
Omnia prioris, ſed ſpica brevior, maſcula quidem tres lineas longa, androgyna etiam brevior, capſulis tumidioribus & brevioribus. Vix puto ſatis diverſum eſſe.

III.
GRAMINA CYPEROIDEA SPICIS OMNIBUS ANDROGYNIS.

CAREX RUPPII p. 258. MICHELII p. 66.
SCIRPOIDES IUSSIEU in BARRELIER p. 114. MONTI p. 16.

ORDO I.
SPICIS SOLITARIIS SIMPLICIBUS.

1. CAREX ſylvaticus ſpicis parvis ſeſſilibus in foliorum alis RUPP. p. 259.
Gramen cyperoides minimum Boelii, tenuifolium, parvis per caulem diſtinctis torulis LOBEL. Illuſt. p. 54. breviſſime deſcriptum.
Gramen cyperoides anguſtifolium ſpicis ſeſſilibus in foliorum alis H. OX. III. p. 243. T. 12. f. 17. bene RAJ. Hiſtor. p. 1295.
Gramen cyperoides anguſtifolium, ſpicis parvis, ſeſſilibus, in foliorum alis PLUKNET. p. 178. T. 34. f. 3. Synopſ. RAJAN. III. p. 424.
Cyperoides anguſtifolium ſpicis ſeſſilibus in foliorum alis I. R. H. VAILL. p. 44. & p. 178. inter Scirpoidea, SCHEUCHZ. p. 483.
Carex &c. MICHELI p. 70. n. 3. T. 33. f. 16.
SCHEUCHZER ad rivulorum ripas. Bernae in ſylvis udis. STAEHELINUS ex montanis.
Facilis cognitu. Caulis laxe ramoſus, & folioſus. Folia peranguſta, vix lineam lata. Ad alas foliorum in ſuperiori parte plantae ſpicae, aliae ramos terminant, aliae in alis ſedent, minimae in toto genere, androgynae. Squamae albae, linea virente diſtinctae. Capſulae decem & duodecim in eadem ſpica, turgidae, mucrone bifurco.

II. SPICA COMPOSITA.
I. EX SPICIS ARCTE CONGESTIS IN UNAM MAIOREM CONFLUENTIBUS.

2. CAREX ſpica tripartita, culmum terminante, obeſa, ſquamis ad baſin cordatis.
Gramen cyperoides juncifolium, ſpica ſimplici in ſummitate culmi atrofuſca SCHEUCHZ. p. 492. T. 11. f. 7.
Carex &c. MICHEL. p. 68. n. 6.
In pratis ſuperioribus alpium Rhaeticarum, M. *Surſee* vallis *Sexamniae*, rarior. In *Gotthardo* legi.
Culmi inferius quaſi bulboſi, quatuor circiter unciarum. Folia quaſi juncea, caniliculo excavata, lineam dimidam ad ſummum lata, retrorſum ſtrictu aſpera. Spica fuſca ad ſemiunciam longa, & dimidiam partem lata. facta ſpicis ſecundariis duabus, & tribus, quarum ſquamae omnes acutae ſunt, ſpicas vero foliolum anguſtum diſtinguit.

3. CAREX ſpicis tribus, alternis, culmum terminantibus, foliolo diſtinctis.
Cyperoides alpinum, tenuifolium, ſpica brevi, ferruginea SCHEUCHZ. p. 493. T. 11. f. 8.
SCHEUCHZER in alpibus Rhaeticis, M. *Avicula* &c.
Folia juncea, fere prioris, & culmus: Spica evidenter tripartita, ex tribus ſpicis partialibus, ſeſſilibus, non per latitudinem ſed alterne congeſtis. Squamae ad baſin peramplae, fuſcae, ora dilutiori, nervo in ſpinulam educto, qui uti tota ſpica flaveſcit.

4. CAREX ſpicis plurimis in latiſſimam ſpicam arcte congeſtis.

Gramen alpinum parvum, latifolium, ſpica ſubrotunda ferruginea I. I. SCHEUCHZ. It. VI. p. 458. f. 18.
Gramen alpinum, enode, ſpica parva, ſubrotunda, ferruginea I. SCHEUCHZ. p. 495. T. poſt opus IV.

I. I. SCHEUCHZER in M. *Bernhardino.* I. SCHEUCHZER in alpibus *Urienſibus* & *Rhaeticis.* Ego copioſe reperi in M. *Gotthardo.*

Folia ceſpitoſa, ſesquilineam & duas lineas lata. Culmus unica ſpica terminatur, ſex lineas longa, lataque, obſcure ſpadicea, quam faciunt congeſti & frequentiſſimi faſciculi florum, ſive minores ſpicae. Squamae acutae ſunt, ſemen longum collum educit, bifurcum. Figura ſpicae modo lata eſt breviſque, modo longior & anguſtior.

4. CAREX ſpica multipartita, calycibus ſpicularum bifoliis.

Juncus lithoſpermi ſemine JONQ. p. 67. HORT. BLES. p. 106. H. R. M. BOT. M. SCH. BOT. &c.
Juncus levis panicula glomerata nigricante H. OX. III. p. 233. T. 10. f. 28. bon. ic. Cat. Angl. PLUKN. &c.
Gramen junci facie lithoſpermi ſemine I. R. H.
Scirpus panicula glomerata nigricante MONTI p. 16.
Junco affinis capitulo glomerato nigricante SCHEUCHZ. p. 349. T. 7. f. 13. 14. 15.
Melanoſchoenus paluſtris anguſtifolius, junci facie, lithoſpermi ſemine MICHELI p. 46.
Melanoſchoenus junci facie, lithoſpermi ſemine ZANICHELL. ic. 41.
Schoenus floribus ſpicatis LINN. Hort. Cliff. p. 22.

In pratis udis *die Fymatten.* Circa *Ballenbühl* &c. SCHEUCHZER ad *lacum Felinum.*

Ceſpites foliorum & culmorum: Culmi pedales, duri, ex teretibus anguloſi, duobus angulis. Folia ejuſdem fabricae, teretia, ſed carinata. Culmo ſummo inſidet ſpica. Huic bifolius calyx eſt. Gluma utraque ſpadicea, alia longe ſupra ſpicam in mucronem educta, brevior altera. Spica totalis fit faſciculo ſpicarum minorum. Cuivis bifolius calyx, ſpadiceus, glumae vero aliquot, in teretem locuſtam congeſtae, flore triſtemone, & tuba trifida. Semina ſplendentia, glauca.

III.
SPICA MANIFESTO COMPOSITA.
I. EX SPICIS SESSILIBUS.

5. CAREX ſpicis teretibus, acutis, alternis, ſe contingentibus.

Gramen foliis & ſpica junci minus C. B. in horto ſicco.
Gramen cyperoides elegans, ſpica conpoſita aſperiore H. OX. III. p. 245. RAJ. Hiſt. p. 1297.
Carex &c. MICHEL. p. 70. n. 4. T. 33. f. 17.

Paſſim reperi. In alpibus Bernenſibus, in *Muteto* M. Gottingae vulgaris eſt.

Culmi triquetri, retrorſum ſtrictu aſperi, cubitales. Folia longiſſima, lineam lata. Spicae in ſummo culmo ſeptem, novem, congeſtae, ut in Gramine ſpica Brizae, alternae, in eodem plano, ſpicam totam quaſi diſticham faciunt. Hae denſiſſimae ſunt, albae, aut ex albo virentes, teretes, graciles, acutae.

6. CAREX ſpicis alternis, latis, laxius in longam ſpicam diſpoſitis.

Cyperoides polyſtachyon, ſpicis laxis, paniculam veluti conponentibus SCHEUCHZ. p. 187. T. 11. f. 4.

SCHEUCHZERUS in alpibus legit. Ego Lipſia habeo, miſſum a Cl. LUDWIGIO.

Culmi bipedales, fere nudi. Folia unam, & duas lineas lata, retrorſum ſtrictu aſpera. Spica totalis, longa, aliquot unciarum. Hanc efficiunt ſpicae partiales, latae, octo lineas longae, fuſcis ſquamis & acutis, capſulis conicis longiuſcule prominulis.

7. CAREX ſpicis obeſis, ſubrotundis, in ſummo caule ſe alterne contingentibus.

Gramen cyperoides paluſtre minus TAB. p. 220.
Gramen cyperoides paluſtre majus, ſpica diviſa C. B. Theatr. p. 88. [quod eſt idem. Etſi enim icon non reſpondeat, hoc tamen eſſe docet hortus ſiccus] H. OX. III. p. 244. T. 12. f. 29. bene.
Gramen cyperoides ſpicis curtis divulſis LOES. ic. 32.
Gramen cyperoides ex M. Ballon ſpica diviſa I. B. II. p. 497. cum citet fratrem, etſi folium ſub ſpica pingat.
Gramen cyperoides ſpica e pluribus ſpicis mollibus conpoſita SCHEUCHZ. p. 456. T. 10. f. 15. bona icon RAJ. Hiſt. p. 1296.
Gramen cyperoides ſpica e pluribus ſpicis brevibus mollibus conpoſita Syn. RAJ. III. p. 422.
Carex radice fibroſa, caule triquetro, ſpica ſpadicea, brevi, capſulis marginatis MICHEL. p. 67.

Michelfeldae C. B. Bernae in ſylva *Bremgarten.* *Gottingae* frequens.

Culmus bipedalis & ultra, nudus. Folia lineam lata. In ſummo culmo abſque ullis alicujus momenti foliis, ſpica ex quinque, & octo ſpicis arcte congeſtis conpoſita. Facillime vero cognoſcuntur, quod breviſſimae ſimul & latiſſimae ſint, ſubrotundae, &

& conpreſſae. Squamae valde arcte imbricatae, triangulares, pallide ſpadiceae, nervo luteo. Folliculi roſtrati.

8. CAREX ſpica conpoſita ex plurimis ſpicis teretibus, acutis, ſquamae latae inſidentibus.

Gramini cyperoidi ex M. Ballon ſimile, ſpica totali e pluribus ſpicis conpoſita PLUKNET. p. 178 T. 34. f. 7. HIST. OXON. III. p. 245. 1. I. SCHEUCHZ. It. I. p. 39. Syn. RAJ. III. p. 423. certo, ex ſpeciminibus DILLENIANIS.

An *Gramen cyperoides parvum aquaticum* LOBEL. ic. p. 19.

An *Gramen nemoroſum, majus, ſpica rufeſcente* PARKINSON. p. 1183. Icon non recedit..

An *Gramen ſylvaticum parvum, tenuifolium, rigidiuſculum* I. B. II. p. 509.

An *Cyperus alpinus, ſpica rufa ſplendente, e pluribus velut ſpicis conpoſita* I. I. SCHEUCHZ. It. VI. p. 458. ſupra *Valentiam.* Nullum certe Cyperum alpinum habet junior SCHEUCHZERUS, ut videatur iſtum ſub alio nomine in Agroſtographiam retuliſſe.

Carex paluſtris elatior &c. MICHELI p. 67. T. 33. f. 3. non placet.

Bernae, *Michelfeldae*, circa *lacum Felinum* &c.

Culmus bipedalis, folioſus. Folia longa, lineam lata, & ultra. Spica conpoſita ex viginti & ultra minoribus ſpicis, quae, inferius rariores, in ſummo culmo in unum cacumen conjunguntur. Inſident autem triangulari ſquamae, quae in imis ariſtam educit, aliquando uncialem, ſuperius mutica eſt. Teretes ſunt, conicae, a prioribus diverſiſſimae, triplo ſtrictiores, ex ſpadiceo & flavo variae, uti ſquamae ſub ſpicis. Sub ſpica totali non raro foliolum viride.

9. CAREX ſpicis brevibus, ſeſſilibus, echinatis, in ſummo culmo cohaerentibus.

Gramen cyperoides majus ſpica conpacta C. B. Th. p. 87. ex LOBEL. Baſ. p. 9. H. OX. p. 244. T. 12. f. 24.

Gramen cyperoides paluſtre LOB. ic. p. 9. icon non bona..

Gramen cyperinum paluſtre TAB. p. 220. eadem.

Gramen cyperoides paluſtre triquetrum, ſpica integra I. B. II. p. 497. melius.

Gramen cyperoides paluſtre majus ſpica conpacta RAJ. Hiſt. p. 1297. ſyn. III. p. 423. &c.

Juncus repens grumoſa & echinata ſpica BARR. ic. 114. n. 11.

Scirpoides paluſtre majus ſpica conpacta MONTI p. 17. T. iconum F. H.

Carex major ſpica conpacta RUPP. p. 258. &c.

Carex ſpica ſupradecompoſita, ſpiculis androgynis, ovatis, ſeſſilibus, confertis, ſuperne maſculis — LINN. Hort. Cliff. p. 438. ROYEN. p. 74.

Carex &c. MICHELI p. 69. Ord. VI. n. 1.

β Gramen cyperoides ſpicis minoribus minuſque conpactis C. B. Theatr. p. 87. maxime 1. varietas Prodr. n. 43. Baſ. p. 9. I. B. II. p. 497. H. OX. III. p. 244. SCHEUCHZ. p. 488. T. II. f. 5. Omnino.

Gramen cyperoides minus, repens ſpica diviſa LOESEL. p. 116. ic. 31. ſpecimen junius.

An *Gramen ſparteum cyperoides echinata ſpica nemorum majus* BARREL. ic. 19. omnino.

An *Gramen cyperoides paluſtre echinata ſpica medium* BARREL. ic. 20?

Carex MICHEL. p. 68. Ord. V. n. 3. T. 33. f. 14. meam plantam exprimit.

C. B. circa *Baſileam*; circa *Tigurum* in udis. *Bernae* ad ſepes, viaſque non infrequens.

Culmus triquetrus, pedalis, fere nudus. Folia non aſpera, longiſſima, ad ſeſquilineam lata. Spica totalis unciam longa, fit ſpicis ſpecialibus tribus, ad ſex. Imae diſtant, ſupremae ſe contingunt, unde nomen. Omnes ſeſſiles ſunt, breves, latae, ſquamaeque brevi, longe ariſtatae, inſident. Glumae in juniori virent, admiſto flavo colore, adultis ſpadiceae ſunt. Semina bicornia, valentia, undique exſtant.

γ *Gramen cyperoides ſpicatum minus* RAJ. ſyn. III. p. 424.

Carex MICH. p. 69. O. VI. n. 3. T. 33. f. 9.

DILL. ad me miſit, & Bernae naſcitur, videtur autem a n. 9. vix differre, niſi ſpicarum raritate, qua ad 10. accedit. Sed haec diverſitatis nomen non mutat.

10. CAREX ſpicis brevibus, echinatis, ſeſſilibus, diſtinctis.

Gramen nemoroſum ſpicis parvis, aſperis C. B. Theatr. p. 100. Baſ. p. 10. H. OX. III. p. 244. T. 12. f. 26.

Gramen ſpicis minoribus minuſque conpactis 2. varietas C. B.

Gramen ſylvaticum tertium TAB. p. 227.

Gramen ſylvaticum tertium Tabern. tenuifolium, cum ſpica aculeata I. B. II. p. 509.

Gramen cyperoides ſpicatum minimum, ſpica divulſa aculeata RAJ. Hiſt. p. 1298. ſyn. III. p. 424. SCHEUCHZ. p. 485. T. 11. f. 3.

Scirpoides ſpica laxa minus MONTI p. 17.

Gramen cyperoides echinata & rara ſpica nemorum minus BARR. ic. 20. n. 11.

Carex MICHEL. p. 69. n. 5. ic. 11. n. 6. ic. 12. & plures alii.

C. B. *Michelfeldae.* SCHEUCHZER in udis circa *Tigurum.* Ego ex alpibus retuli.

Culmus ſemipedalis; folia linea anguſtiora, retroverſu aſpera, culmi longitudine Spica laxa, tota interrupta, neque in vertice congeſta. Spicae partiales, ſeſſiles, bre-

vesque, ut priori. Glumae triangulares, bifidae uti in gramine ex M. *Ballon*, ora pallente, figura orae parallela tinctiori: maturae rigent exstantibus seminibus, quorum longus, acutus, & angustus mucro est. Spicarum suprema ima parte gracillima, mascula, superius lata, & femina est. Folium sub spica minori aristatum.

IV. SPICA CONPOSITA.
II. EXSPICIS PEDICULATIS.

11. CAREX spicis obesis, simplicibus, petiolatis.
Cyperoides alpinum, pulchrum, foliis caryophyllaeis, spicis atris & tumentibus SCHEUCHZ. p. 481. T. 10. f. 1. 2.
Gramen cyperoides alpinum majus spicis atris BURSER. in Act. Suec. 1724. p. 499.
Carex spicis androgynis terminatricibus petiolatis, floreſcentibus erectis, fructiferis pendulis LINN. Hort. Cliff. p. 438.
Carex &c. MICHELI p. 69. Ord. 7. n. 1.

In alpibus *Valesiacis*, & in M. *Scheidek* copiose reperi. SCHEUCHZERVS in alpibus *Angelimontanis* v. g. *Ochsenstock* &c.

Folia dura, glauca, lata duas lineas, levia, cespitem faciunt caryophyllaeum. Culmus ad summum fere semipedalis. Spicae ex apice culmi ternae, quaternae, oblongis pediculis, obesae, hinc per aetatem pendulae, fiunt squamis atrofuscis, pene nigris, & flavis seminibus, quorum breve collum est. Sub ima spica unciale folium.

V. SPICA CONPOSITA.
III. EX SPICIS RAMOSIS, SIVE PANICULATA.

1122

12. CAREX spica paniculata.
I. *Cyperus longus inodorus sylvaticus* C. B. Theatr. p. 221. Prodr. n. 24. Bas. p. 11. PARK. p. 1263. certo.
Cyperus longus inodorus sylvaticus, vel montanus I. B. II. p. 504.
II. *Cyperus alpinus, longus, inodorus, panicula ferruginea, minus sparsa* SCHEUCHZ. Tab. Prodr. VIII.
Gramen Cyperoides spica longiore laxa EJ. Agr. p. 499.
Gramen cyperoides palustre spica longiore laxa RAJ. Hist. p. 1296.
Gramen cyperoides palustre, elatius spica, longiore laxa H. OX. III. p. 244. T. 12. f. 23. RAJ. III. p. 422.
Scirpoides palustre spicis ferrugineis divisis MONTI p. 17.
Carex polycephalos s. paniculatus griseus RUPP. p. 259.
Carex &c. MICH. p. 68. f. 7. spicae admodum crassae sunt & breves, ut aegre adgnoscam.
III. Non video, qua ratione diversum sit
Cyperoides palustre spica laxa minus SCHEUCHZ. p. 501.
Cyperoides &c. varietas alia RAJ. syn. III. p. 422.

SCHEUCHZER in uliginosis M. *Regii* qua adscenditur ad locum *der Thierhand*, &, minorem varietatem, circa *lacum Felinum*. STAEHELINUS in M. *Muteto*. (Gottingae non rarum.)

Altissimus caulis, tripedalis, triquetrus, asper. Folia aspera, duas lineas lata. Panicula longa, rara, spicata, fit ex ramis alternis qui conferti in juniore proveniunt, per aetatem laxiores. Sub quavis spica partiali squama spadicea, quae in longum mucronem exit. Ad quamlibet spicam specialem, sive ramum, aliquot spicae coeunt minimae, sesiles, confertae, paulum distinctae tamen, suo foliolo exceptae, ex flavo spadiceo, & albo, colore variae. Semen nigrum, anguloſe conicum, mucrone subtiliter bifido.

CYPERUS.

MICHELI p. 44.
CYPERI plerique SCHEUCHZERI p. 382. LINNAEI n. 32.

A Carice fere differt distichis spicis, quae illi imbricatae sunt. Vide quam incommode in methodo artificiali totis classibus dimoveatur uterque.

1. CYPERUS minimus, panicula sparsa flavescente I. R. H. MONTI p. 13. SCHEUCHZER p. 385.
Gramen cyperoides minus paniculâ sparsa subflavâ C. B. Theatr. p. 88. bene.
Cyperus minor pulcher panicula lata compressa subflavescente H. OX. III. p. 239. T. 11. f. 37.
Cyperus minimus annuus, panicula sparsa subflavescente MICHEL. p. 16. n. 16.
β Varietas minor SCHEUCHZ. p. 386. T. 8. f. 13. & THAL. l. c.

Michelfeldae C. B. *Tiguri*, *Bernae* ad fossas. In paludosis inter *Orbam* & *Ebrodunum* magna copia.

Radiculae fuscae, adnatos habent bulbillos. Caulículi dodrantales, ubi altissimi. Fo-

Folia fere ſingula ad ſingulos cauliculos, carinata, dimidiam lineam lata. Spicae plurimae collectae in echinatum capitulum, cui ſubſternuntur longa folia, longe producta. Spicae ipſae planiſſimae, diſtichae, ſenae, & paulo ultra, e viridi luteae, fiunt glumis cavis imbricatis, arcte congeſtis, alternis, obpoſitis. Stamina tria, ſemen conicum, tuba purpurea.

2. CYPERUS minimus panicula ſparſa nigricante I. R. H. MONTI p. 13. SCHEUCHZER p. 384.

Quartum graminis genus TRAGI. p. 676.
Calamagroſtis icon exterior p. 679.
Juncus exiguus pratenſis EJ. p. 686.
Calamagroſtis III. & IIII. icon exterior LUGD. p. 1006.
Gramen cyperoides minus panicula ſparſa nigricante C. B. Theatr. p. 89.
Cyperus minor, pulcher, panicula conpreſſa nigricante H. OX. III. p. 239. T. 11. f. 38. bene.
Cyperus minimus annuus panicula ſparſa nigricante MICHEL. l. c. n. 15.

Paulo rarior. SCHEUCHZER circa lacum *Felinum.* Ego ad viam Worbenſem, in paludoſis. I. H. STAEHELINUS. BENEDICTI p. *Sebae* agri Solodurenſis ad molendinum.

Omnia fere eadem, ſed locuſtae minores, acutiores, ſature ſpadiceae.

3. CYPERUS longus odoratus, dicitur apud C. GESNERUM naſci, in pratis humidioribus circa *Raperswyl*, de *hort. Germ.* p. 246. Sed vereor, ut fama, erat enim nonniſi fama, ſatis firma ſit.

SCIRPUS.

MICHEL. p. 49. TOURNEFORTII. SCHEUCHZERI p. 353. LINNAEI n. 33.

Glumae uniflorae, locuſtae obeſae, ut in Carice, ſed ſemen ariſtis circumvallatum. Hac una nota a *Linagrostide* differt, filamentis nempe calyce brevioribus.

ORDO I.
SCIRPI PANICULATI.

1. SCIRPUS planifolius, caule triquetro, panicula foliis inſidente. 1106

Scirpocyperus aquaticus latifolius annuus MICHELI p. 48.
Pſeudocyperus GESNER. Hort. p. 256.
Cyperus graminea ſ. miliacea LOB. ic. p. 79. non placet.
Gramen cyperoides miliaceum C. B. Theatr. p. 90. bene.
Cyperus gramineus I. B. II. p. 504. RAJ. p. 1301. I. R. H. MONTI p. 13. SCHEUCHZ. p. 393.
Cyperus longus, latifolius, locuſtis plurimis, minoribus & brevioribus H. OX. III. p. 237. T. II. f. 15. bene.
Gramen arundinaceum, foliis acutiſſimis, panicula acutiſſima, cyperi facie LOES. p. 119. ic. 33. bene.

In aquoſis frequens.

Culmi pedales. Folia tres, & quatuor, lineas lata, oris aſperrimis. Ex apice caulis, aliquot ex uno loco folia divergunt. Inter haec folia panicula laxa, ex plurimis pediculis, qui & ipſi ramoſi multas locuſtas praeferunt. Locuſtae conpactae, teretes, obtuſe conicae, glauci vel plumbei coloris, ex tubarum copia fere villoſae. Semen circa baſin ariſtis circumvallatum.

2. SCIRPUS teres, panicula ſub apice culmi ramoſa. 1104

Mariſcus RUELL. p. 602.
Juncus paluſtris major TRAG. p. 685.
Juncus aquaticus maximus LOBEL. ic. p. 85. RAJ. Hiſt. p. 1304.
Juncus maximus ſ. ſchoenos C. B. Theatr. p. 178. cum icone.
Juncus maximus ſ. ſcirpus H. OX. III. p. 231. T. 10. f. 1.
Scirpus paluſtris altiſſimus MONTI p. 15. SCHEUCHZ. p. 354. Syn. RAJ. III. p. 428. I. R. H. MICH. p. 49.
Scirpus ſpicis copioſis ROYEN. p. 48.
β *Juncus ſylvaticus* TAB. p. 250. I. B. II. p. 524.
Juncus ſ. ſcirpus medius C. B. Theatr. p. 181. cum ic. ex TAB. H. OX. III. p. 231. T. 10. f. 2. non bene RAJ. &c.
Scirpus paluſtris humilior SCHEUCHZ. p. 356.
Scirpus paluſtris medius MICH. p. 50.
Scirpus medius MONTI p. 15.

Prior ubique in aqueis non rarus eſt, alterum legi in inſulis *Rheni* Alſatiam a Badenſi Principatu ſeparantibus.

Culmi

Culmi & folia ſimplicisſimi, ſpongioſi, molles, erecti, alti ad ſex pedes, & pollicem craſſi. Paulum ſub acuto culmi apice ſeſſilis eſt panicula ex aliquot ramoſis pediculis, ſingulis paniculatis, facta locuſtis rufis, obeſis, acutis. Hae fiunt ſquamis arcte conſtipatis, retro quas ſemina ſunt, hinc gibba, inde plana, baſi filamentis cincta.

3. SCIRPUS ſpicis paucisſimis, ſub apice culmi conglomeratis.

Juncellus LOBEL. Adverſ. p. 44.
Gramen juncoides exile omnium tenuiſſimum Pleymuthenſe LOBEL. Illuſtr. p. 67.
Juncus humilis I. B. II. p. 522.
Et *Juncus minimus fontis admirabilis* EJ. p. 523. ob ſynonymon C. B.
Juncellus inutilis ſ. chamaeſchoenos C. B. Prodr. n. 22. Theatr. p. 183.
Juncellus ſ. chamaeſchoenus PARK. p. 1192.
Gramen junceum magis exile paucifolium PARK. p. 1270. prima icon, & p. 1271.
Granmen junceum exile omnium tenuiſſimum Plymmoſtis PARK. p. 1270. & 1271.
Juncellus omnium minimus H. OX. III. p. 232. T. 10. f. 23. commode.
Juncus gramineus, minimus, capillari folio, capite ſquamoſo BARR. ic. 118. n. 11. icon a ſculptore deturpata.
Scirpus omnium minimus capitulo breviori I. R. H. SCHEUCHZ. p. 358.
* *Scirpus foliaceus humilis* Syn. RAJ. III. p. 430.
Scirpus omnium minimus capitulo majori & minori MONTI p. 16.
Scirpus ſetaceus, omnium minimus, binis plerumque capitulis nigricantibus, ſcapo ſupra eadem capitula longius producto, ſemine ſtriato MICHELI p. 50.

I. B. & MUR. circa *lacum Felinum*. I. GESNERUS ex paludoſis M. *Jurae*.

Culmi & folia teretia, tenuisſima, ad dodrantem uſque longa. Semunce circiter ſub culmi apice ſeſſilia ſunt capitula, ſub quibus ligula ex culmo breviuſcula exit. Haec capitula conſtant duabus & tribus brevibus & obeſis locuſtis, ex ſpadiceo & pallente variis. Non omittendum eſt, ita ſe habere Anglica ſpecimina, noſtratia vero in univerſum ſimilia, ſpicis tamen eſſe craſſioribus, conicis, polyanthis, quadruplo majoribus.

ORDO II.

SCIRPI SPICA DISTICHA, CONPOSITA, CULMUM TERMINANTE.

4. SCIRPUS planifolius, locuſtis in ſpicam diſticham, culmum terminantem, diſpoſitis.

Gramen cyperoides ſpica ſimplici conpreſſa diſticha SCHEUCHZ. p. 490. T. II. f. 6. nimis laxe H. OX. III. p. 245. RAJ. ſyn. III. p. 425. Hiſt. p. 1911. PLUKN. T. 34. f. 9. p. 178.
Carex montanus ſpica conpreſſa diſticha RUPP. p. 259. GEMEINH.
Cyperella montana, ſpicata, radice repente, caule rotundo, triquetro, ſpica fuſca, conpreſſa, diſticha, ſemine cinereo MICHEL. p. 53.

SCHEUCHZERUS circa *Tigurum*, *Bernae* non rara, v. g. in aggere & palude exigua inter utrumque balneum *Marſilianum*.

Culmus teres, cubitalis, pedalis. Folia longa, ſeſquilineam lata, plana, glabra. Spica in ſummo culmo uncialis & ultra. Folium longum, & ſupra ſpicam eminens, ſubſternitur. Ipſa ſpica fit alternis locuſtis, ad ſcapum alterne flexum ſeſſilibus, in eodem plano jacentibus: ſunt autem ſpadiceae, nitidae, foliolo exceptae, quod tota locuſta paulo brevius eſt. Intus ad glumas ſingulas ſemen ſex ariſtis circumdatum, e globoſo conpreſſum, & ſtamina terna.

ORDO III.

SCIRPI SPICA UNICA SIMPLICI CULMUM TERMINANTE.

5. SCIRPUS caule aphyllo, ſpica imbricata, terete.

Juncus aquaticus minor capitulis equiſeti LOBEL. ic. p. 86. &c.
Juucus lychnanthemos tenuis major THAL. p. 60.
Juncus clavatus Dal. LUGD. p. 986.
Juncus capitulis longis ſ. clavatus I. B. II. p. 523.
Juncus equiſeti capitulis C. B. Theatr p. 186. RAJ. p. 1305. MURALT. p. 717.
Juncus capitulis equiſeti major C. B. Baſ. p. 25. H. OX. p. 233. T. 10. f. 32.
Scirpus equiſeti capitulo majori I. R. H. MONTI p. 15. Syn. RAJ. III. p. 429. SCHEUCHZ. p. 360.
Scirpus paluſtris clavatus, caule rotundo, molliſſimo, nitido, atrovirente MICHELI p. 50.
Scirpus caule nudo, ſpica terminatrici ſubovata ROYEN. p. 48.
II. Omnino non differt *Scirpus equiſeti capitulo major alter* SCHEUCHZ. p. 361. T. 7. f. 17.
Scirpus paluſtris minor, culmo tereti tenuiori MICHELI p. 50.
Juncus capitulis equiſeti longioribus MORIS. l. c. T. 10. f. 33.
Et *Juncus capitulis equiſeti ſeu clavatis minor* EJUSD. ib.

In

In paluſtris non rarus.

Caules aphylli, faſciculoſi, pedales, aut ſemipedales. Unica ſpica culmum terminat cyperoidea, ſquamis arcte conpactis, in quibus fuſcum triangulum eſt, alba ora circumſcriptum. Baſin lata ſquama veſtit, in junioribus inſignior. Longitudo varia, a paucis lineis ad unciam. Semen ovatum, pileatum, ſive diademate tectum, inter quatuor, plerumque, alba filamenta latet, quae ex eodem ordine cum ſtaminibus naſcuntur.

6. SCIRPUS caule aphyllo, ſpica imbricata ſubrotunda, glumis obtuſis.

Juncus capitulis equiſeti alter PARK. p. 1195?

Juncus clavatus minor, capitulis rotundioribus H. OX. II. p. 233. T. 10. f. 34. bene.

Juncellus cyperoides capitulo ſimplici LOESEL. p. 131. ic. 36. huc refertur, ſed eſt potius minus ſpecimen prioris.

Scirpus capitulis equiſeti brevioribus & habitioribus, pumilus & multicaulis RUPP. p. 256.

An *Scirpus paluſtris minor culmo tereti tenuiori* MICHELI p. 50. Deſcriptio convenit, ſed citatur SCHEUCHZERUS, cujus icon repugnat.

I. G. miſit, & ex STAEH. patris herbario poſſideo.

In univerſum ſimilis eſt prioris Scirpi, culmo aphyllo, ſpica unica terminante culmum, ſed differt ſpica breviori, omnino ovata, aut rotunda, denſiori, quam ſquamae, non uti in n. 5. acutae, ſed rotundulae faciunt. Squamae ſub ſpica exiguae. Colores ſimiles ſunt, tota planta humilior, culmi ſtrictiores.

7. SCIRPUS culmo unifolio, ſpica bivalvi, latiuſcula, rariori.

Gramen junceum foliis & ſpica junci minus C. B. Theatr. p. 79. Baſ. p. 82. ubi vide ſynonyma.

Juncus parvus paluſtris cum parvis capitulis equiſeti PLUKNET. T. 40. f. 6. Ita DILL. nam refert potius priorem n. 6. RAJ. p. 1306. n. 22? an 24? an uterque?

Juncus parvus montanus cum parvis capitulis luteis I. B. II. p. 523. H. OX. III. p. 233. T. 10. f. 35.

Scirpus montanus capitulo breviore I. R. H. ſyn. III. p. 429.

Scirpus minimus capitulo ſquamoſo breviore & craſſiore fuſco SCHEUCHZ. p. 366. T. 7. f. 21. Videtur.

An *Scirpus folio culmi unico* LINN. flor. Lapon. n. 20. ROYEN. p. 49.

1097

In alpibus Helveticis I. s. & circa lacum *felinum*. Miſit etiam DILL. & copioſe in *M. Bructero* provenit.

Faſciculoſi pariter culmi, ſemipedales, aut humiliores. Ligula unica peranguſta, ne uncialis quidem, circa medium caulem. Culmus terminatur ſpica, quaſi articulata. Squamae calycinae amplae, duae, inaequales, quarum major toti ſpicae aequalis eſt, mucrone producto. Intus non multi floſculi, omnes, cum ſquamis, dilute ſpadicei. Semen ſtrictum ariſtis, quibus circumdatur, brevius. Tuba longa trifurca.

8. SCIRPUS caule duro, ſtriato, ſpica bivalvi minima.

Scirpus montanus capitulo breviore SCHEUCHZ. p. 363. T. 7. f. 18. non autem cujusquam alterius ſcriptoris.

SCHEUCHZER in alpibus *Rhaeticis* & *Helveticis*. Ego copioſe in *Gotthardo* reperi. HUBERUS ex *Rhaetia*.

Facile adgnoſcitur ſulcatis, duris, firmis, fere ſemper incurvis culmis, ſunt autem fere palmares aphylli, praeter ligulam ex vagina radicali. Eos terminant vel abortivae quaedam ſpicae, vel verae, ſed inter minimas, linea paulo longiores. Eas folia faciunt duo majora, pene aequalia, cava facie paucos floſculos conplexa. Color in junioribus flavus eſt, in adultis ſpadiceus. Semina, ut ſolent, villo cincta; Tubae purpureae.

9. SCIRPUS ſpica bivalvi, ſpadicea, obeſiori.

Scirpus minimus, ſpica breviore, ſquamoſa, ſpadicea SCHEUCHZ. p. 364. T. 7. f. 19.

SCHEUCHZER ex paluſtribus alpinis, & in valle *Miſauceuſi* ad *Muſam*. I. GESNERUS miſit.

Culmi palmares, aphylli, praeter ligulam ad radicem exeuntem, multo, quam in priori, teneriores. Capitulum majus & ſimilius Scirpi n. 7. craſſius etiam & laxius, & pluribus floribus conſtat. Squamae univerſales duae, pene aequales, ex atro ſpadiceae, oris albidis.

In his Scirpis minoribus ſumma fuit difficultas conciliandorum ſynonymorum SCHEUCHZERI cum aliis ſcriptoribus. Neque video, ſi quidem confero ſtirpes SCHEUCHZERI & DILLENII, qua ratione v. g. *Scirpus montanus capitulo breviore* SCHEUCHZERI & Anglorum potuerit conjungi a MICHELIO p. 51.

10. GRAMEN junceum minimum capitulo ſquamoſo c. B. *Theatr.* p. 79. *Prodr.* n. 42.

Circa *Altorf* Uriorum & *Einſidlen*

Exemplar quod ex herbario C. B. ſupereſt, demonſtrat eſſe *Juncello inutili* ſimile, monoſtachyon, ſpica ſeſſili ſub ſummo culmo, lateraliter adnata. Talis eſt icon *Juncelli capitulis equiſeti* BOCCONE *plant. rar.* T. 20. & p. 42. diverſa ſitu ſpicae a Junco omnium minimo capitulis equiſeti PLUKNETI p. 201. T. 40. f. 7. cui ſpica culmum terminat.

LINAGROSTIS

T. append. p. 664. MICHELI p. 53. T. 31. SCHEUCHZERI p. 302. *ERIOPHORUM* LINNAEI n. 34.

Facile diſtinguitur pappo, qui ſeminis baſi circumponitur, adeo longo, ut ultra glumas longe emineat, atque tomentoſa faciat capitula. MICHELIUS ſtamina tantum duo habet, tubam bifidam. Uterque numerus ternarius eſt.

ORDO I.
PANICULATAE foliis gramineis.

1109 1. LINAGROSTIS foliis planis ſpicis multiplicibus.

Gnaphalium TRAG. p. 682. LON. GESN. Coll. p. 80.
Gramen eriophoron DOD. Pempt. p. 562. bene.
Juncus bombycinus Tragi, tomentum &c. LOB. ic. p. 87.
Juncus bombycinus LOB. Adverſ. p. 44. bene diſtinguendus a *Junco bombycino* C. B.
Gramen tomentarium, linum pratenſe TAB. p. 230.
Gramen tomentoſum, pratenſe, panicula ſparſa C. B. Theatr. p. 60. ex TAB. RAJ. p. 1306. H. OX. III. p. 224. T. 9. f. 1. PLUKN. p. 179. cum malo ſynonymo.
Gramen pratenſe junceum, multicaule, ampla, ſparſa, & bombycina panicula BARR. ic. 12.
Linagroſtis panicula ampliore I. R. H. VAILL. T. 16. f. 1. MONT. p. 28. ic. L. SCHEUCHZ. p. 306. MICH. p. 54.
Eriophorum ſpicis pendulis LINN. flor. Lapon. n. 22. Cliff. p. 22.
β *Linagroſtis panicula minori* I. R. H. VAILL. l. c. f. 2. MONTI SCHEUCHZ. MICH. l. c.
Gramen tomentoſum panicula minus ſparſa BROM. p. 44.
γ *Linagroſtis paluſtris anguſtifolia panicula ſparſa, pappo rariore* SCHEUCHZ. p. 308, MICH. p. 54.

Ubique in pratis paluſtribus, tum in udis torfaceis.

Huic folia firma, lata ad duas & tres lineas, longo mucrone. Culmus pedalis & cubitalis. In apice duo foliola, unciam longa, ex quibus numeroſi pediculi diverſae longitudinis prodeunt. Hi, dum juniores ſunt, erecti, per maturitatem nutant, & propendent. Fit autem ſpica ſquamoſa congeſtione glumarum ſiccarum, tenerarum, lividi coloris, longe triangularium, quae in junioribus integrae adparent, in maturis plantis a pappo occultantur. Retro quamque ſemen ovato-triquetrum, tubam exigens unam longam, trifidam, quam circumſtat pappus, qui brevis ab initio, per maturitatem uncialis fit, & tria longa ſtamina valde brevis aevi. Varietas β eſt planta junior.

ORDO II.
SPICA UNICA CULMUM TERMINANTE

1108 2. LINAGROSTIS foliis teretibus, ſpica unica ſubrotunda.

Phalaris ſylveſtris minor THAL. p. 91.
Juncus alpinus capitulo lanuginoſo C. B. Theatr. p. 187. Prodr. p. 23.
Juncus alpinus cum cauda leporina I. B. II. p. 514. PLUKN. RAJ. p. 1306. I. I. SCHEUCHZ. It. I. p. 41.
Juncus capitulo lanuginoſo vernus JUNGERMANN. HOFMAN. flor. Altdorf.
Gramen junceum lanatum alterum Danicum PARK. p. 1271. H. OX. III. p. 224. T. 9. f. 6.
Et *Gramen junceum ſ. juncus alpinus capitulo lanuginoſo* HIST. OX. ib. ic. ex C. B.
Linagroſtis capite ſingulari alopecuroides VAILL. p. 117.
Linagroſtis capitulo unico ſurrecto MONTI p. 28.
Linagroſtis ſylvatica ſpica ſimplici RUPP. p. 260.
* *Juncus alpinus capitulo lanuginoſo, ſive ſchoenolaguros* SCHEUCHZ. p. 302. T. 7. f. 1. 2. 3. T. Pr. VII.
Linagroſtis alpina major, capite ſingulari minori MICH. p. 54.
Eriophorum ſpica erecta, caule tereti LINN. flor. Lapon. p. 23. ROYEN. p. 51.

Circa lacum *Felinum* SCHEUCHZER. Copioſe in paludoſis M. *Bruckeri Itin. Hercyn.*

β *Gramen tomentoſum alpinum & minus* C. B. Theatr. p. 62. Prodr. n. 33. I. B. II. p. 543. PARK. HIST. OX. III. p. 224. I. I. SCHEUCHZ. IV. p. 336.
Linagroſtis capitulo unico, ſurrecto, majori MONTI p. 29.
Juncus alpinus capite tomentoſo majori SCHEUCHZ. p. 304. T. 7. Prodromi.
Linagroſtis alpina media capitulo ſingulari majori MICH. p. 54.

C. B. in M. *Bernhardino.* I. I. SCHEUCHZER in udis alpium *Urienſium*, & *Glaronenſium.* Ego in M. *Scheidek* copioſe, verſus *Schwarzwald*, & in *Gotthardo* M.

Culmus & folia teretia. Ille pedalis, aut minor, haec ex vaginis pauca, ex radice copioſa, maxime in priori varietate. Spica in culmo unica, erecta, ſquamis pariter lividis, ſubrotunda. Semen longum, prismaticum. Diverſitas vix ulla ſatis conſtans. Varietati β. folia radicalia pauciora, culmus humilior, latior, mollior, ſpica nihilo minor, brevior; ajunt etiam ampliorem eſſe. Alias notas non invenio.

3. LINAGROSTIS foliis triquetris, ſpica unica, oblonga.

Juncus alpinus bombycinus C. B. Theatr. p. 188. Prodr. n. 23. I. B. II. p. 515. RAJ. p. 1306. cum aſteriſco I. I. SCHEUCHZ. It. IV. p. 337. WAGN. AMBROS.
Linagroſtis juncea, alpina, capitulo parvo, tomento rariore I. SCHEUCHZ. p. 305. T. 7. ic. 4. T. Prodr. VIII. optime.
Linagroſtis tenuiore capitulo, lanugine criſpa MONTI p. 29.
Linagroſtis alpina, minima, caule triangulari, capitulo parvo, pappo rariore MICH. p. 54.
Eriophorum ſpica erecta, caule triquetro LINN. flor. Lapon. n. 24.

C. B. in udis vallis *Grindelwald.* I. I. SCHEUHZER in pratis paludoſis M. *Hirzel*, qui non eſt ex altiſſimis. I. SCHEUCHZER raram eſſe in udis paſcuis altiſſimorum montium.

Culmus & folia ſemipedalia, triquetra, retrorſum ſtringendo aſpera: ſpica unica, terminans, erecta, paucis & acutis ſquamis fit, laete ſpadiceis ex flavo. Pappus rarus, erigitur ex ſpica, quae vix duas lineas aut longa eſt, abſque pappo, aut lata.

GRAMINIBUS ADFINES.
ORDO II.
CALYCE SEXFIDO.
HEXASTEMONES.
SCHOENUS LINNAEI n. 941.
CYPERELLAE MICHELI ſpecies.

Calyx univerſalis locuſtae biglumis, uti in plerisque Scirpis. Calyx floris ſexfidus. Semen unicum, ſtamina tria. Ariſtae circa ſemen. Ergo inter Scirpum & Juncum media eſt.

1. SCHOENUS floſculis faſciculatis LINN. *hort. Cliff.* p. 22. ROYEN. p. 48.

Gramen junceum leucanthemon RAJ. Cat. Angl. p. 147.
Gramen cyperoides paluſtre leucanthemon RAJ. Hiſt. p. 1295. SCHEUCHZ. p. 503. T. XI. f. II. BOERH. &c.
Gramen luzulae accedens, glabrum, in paluſtribus proveniens, paniculatum PLUKN. p. 178. T. 34. f. 11.
Cyperus minor paluſtris hirſutus paniculis albis paleaceis Syn. RAJ. III. p. 427. MART. p. 109. non vero H. OX.
Cyperus minor anguſtifolius, paluſtris, paniculis fuſcis, capillaceis HIST. OX. III. p. 239. T. 11. f. 40.
Juncus paluſtris glaber floribus albis VAILL. p. 110. ariſtas vidit.
Cyperus paluſtris hirſutus minor paniculis albis LINN. flor. Lapon. n. 17. non autem ſynonyma.
Cyperella paluſtris, capitulis florum umbellatis conpactis, primum albis, deinde fulvis MICH. p. 53.
Et *Cyperella paluſtris capitulis florum umbellatim conpactis fuſcis* MICH. p. 53.

SCHEUCHZER circa *lacum Felinum.* Ego copioſe in paluſtribus circa *Moos-Seedorf.* In M. *Salevae* lateribus.

Culmus pedalis, & ultra, triquetrus. Folia linea paulo anguſtiora, convoluta, cum caule leviſſima. In ſummo culmo ramisque, foliolo unciali excipitur panicula erecta, lata, aequalis, locuſtarum albarum, aut rubellarum, teretium, acutarum. In iis ſemina, decem fere ariſtis circumdata.

MARISCUS.
PSEUDOCYPERUS SCHEUCHZERI p. 375. MICHELI p. 55.

Fateor me multa ex uno genere derivata non amare. Cyperoides toleravi, notum omnibus. *Cyperellam*, *Scirpo-cyperum*, *Pſeudo-cyperum*, retinere non potui.

Calyx ſexfolius, ſtamina duo (procul dubio tria) fructus oſſeus, in quo nucleus. Calyces in locuſtas teretes, hae in umbellas diſpoſitae. Ita MICHELI.

1. MARISCUS.

Cyperus longus inodorus ſylveſtris LOB. ic. p. 67. 1. B. II. p. 503. RAJ. Hiſt. p. 1300.
Cyperus longus inodorus Germanicus C. B. Theatr. p. 220. 221, &c.
Cyperus longus inodorus major foliis & carina ſerratis HIST. OXON. III. p. 237. T. 11. f. 24. duae icones, quarum altera melior eſt.
Gtamen cyperoides altiſſimum, foliis & carina ſerratis BOCCONE plant. rar. p. 72. T. 39.
Scirpus paluſtris altiſſimus, foliis & carina ſerratis 1. R. H.
Scirpus paluſtris altiſſimus VAILL. p. 179.
Pſeudocyperus paluſtris, foliis & carina ſerratis SCHEUCHZ. p. 375. T. 8. f. 7. 8. 9. 10. 11. MARTIN. p. 110. MICH. p. 55.

I. B. circa *Genevam* ad *Arve* fluvium. I. SCHEUCHZER ad lacum *Felinum*. I. GESNERUS miſit.

Culmi altiſſimi, ad ſex pedes usque, & folia ad quinque usque lineas lata, triquetra: horumque & nervus, & orae, argute ſeratae, ut poſſint vulnerare digitos. Ex ſinubus foliorum per caulem paniculae ramoſae. Sub ramis, & ramulis, folia ſpadiceorufa, in mucrones acutos educta. Locuſtae, uti Schoeni, graciles, utrinque acutae, flaveſcentes. Unicum fere in una locuſta ſemen maturatur, fitque capſula triquetra, foeta nucleo ſubrotundo.

JUNCUS.

LINNAEI n. 295.

JUNCUS T. T. 127. SCHEUCHZERI p. 337. & *JUNCOIDES* SCHEUCHZERI p. 310.
JUNCUS MICHEL. p. 37. T. 31. & *JUNCOIDES* MICHELI p. 41. T. 31.

JUNCI characterem facit calyx hexaphyllos, vel potius bis triphyllos, expanſus, foliis acutis tum ſtamina ſex, fructus trilocularis & trivalvis, tubas exigens tres, SCHEUCHZERUS Juncos facit, qui cum eo characterе teretifolii ſunt, planifolios Juncoides dicit. Sed utrumque genus jubent conjungere Junci ordinis II. foliis inter teretia & graminea medii. MICHELIUS polyſpermos Juncos dicit, tricoccos Juncoides. Verum haec ratio minuta eſt, & pariter divideret Veronicas, aliaque genera naturalia.

ORDO I.

JUNCI TERETIFOLII APHYLLOCAULI

JUNCI TOURNEF. RAII & SCHEUCHZ.

1. JUNCUS culmo aphyllo, durior, panicula magis ſparſa.
Juncus vulgaris alter TRAG. p. 686.
Juncus levis vulgaris panicula ſparſa LOB. ic. p. 84.
Juncus levis vulgatus id. Obſ. p. 48. cum icone ex DOD. & Adverſ. p. 43.
Juncus levis DOD. p. 606. TAB. p. 249.
Juncus panicula arundinacea 1. B. II. p. 520.
Juncus levis panicula ſparſa major C. B. Theatr. p. 182. cum icone utriuſque 1. & 2. Baſ. p. 14. H. OX. III. p. 231. T. 10. f. 4. I. R. H. MONTI p. 25. SCHEUCHZ. p. 341. MICH. p. 37.
Juncus levis vulgaris panicula ſparſa noſtras RAJ. p. 1304. ſyn. III. p. 432.
Juncus culmo nudo, ſtricto, panicula laterali ROYEN: p. 44.

In humectis, ad aggeres, & vias.

Ceſpites rariores, quam ſequenti: Culmi ſtricti, dimidiam lineam lati, profunde ſulcati, duriores, vaginis ad terram nigris, & nitentibus veſtiti. In vero apice culmi duae ſunt glumae vaginales. Altera in biunciale aut longius folium producta culmum continuat, altera brevis eſt & ariſtata. Ex ſinu horum foliorum majores & minores pediculi prodeunt, ramoſi, ramis in flores terminatis. Sub quovis flore duo foliola fuſca, ſicca, pro calyce. Calyx autem verus, quem florem vocat TOURNEFORTIUS, hexaphyllos eſt, ſtamina ſex, & fructus de more trilocularis. Color in juniori ex albo viridis, per aetatem ſpadiceus fit. Semina plurima, fulva, minuta.

2. JUNCUS culmo aphyllo, mollior, panicula compactiori.
Juncus mollis CORD. Dioſc. L. IV. c. 52.
Junci vulgaris genus alterum TRAG. p. 686.
Juncus MATTH. ic. p. 1036. CAM. Epit. p. 780.
Juncus levis glomerato flore LOB. ic. p. 84. PARK.
Juncus levis LUGD. p. 984. 1. B. II. p. 520.

Juncus

Juncus levis alter C. B. Theatr. p. 182. 183.
Juncus levis panicula non ſparſa C. B. Theatr. p. 183. Baſ. p. 14. HIST. OXON. III. p. 231. T. 10. f. 7. I. R. H. MONTI p. 25. RAJ. Cat. Angl. p. 174. MICH. p. 37.
Juncus levis, panicula conglomerata SCHEUCHZ. p. 343.
Juncus culmo nudo ſtricto capitulo laterali ROYEN. p. 11.

Nihilo minus frequens priori, ad lucernas utilis, & nugas monialium, ille ad corbes, naſſasque.

Ceſpites copioſiores, culmi humiliores, debiles, ultra lineam lati, ſubtiliſſime ſtriati, panicula brevis, & circumſcriptione circulari. Reliqua prioris.
Junci communis medullae decoctum ſoporiferum eſſe lego E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* 2. *Obſ.* 65. aquoſa procul dubio vi: ſed forte de Scirpo intelligendum eſt.

3. JUNCUS culmo aphyllo mollior, panicula ſparſa.
Juncus nemoroſus mollis, panicula ſparſa SCHEUCHZ. p. 344.

In nemoribus v. g. *Keſerholz* I. SCHEUCHZ. Ego juxta rivulum, qui per lapicidinas *Waberenſes* defluit, loco horrido.

Inter duos priores ambigit. Mollities & caulis latus ſecundi eſt, ſtatura vero tripedalis, & ſparſa panicula primi. Culmus longiſſime ſupra paniculam educitur.

*4. JUNCUS acutus panicula ſparſa C. B. *Theat.* p. 176. (in *Baſil.* non habet) I. R. H. MICHEL. p. 37.

1060 Hud/B

Juncus tertius DOD. Cer. p. 265. Pempt. p. 605. quam iconem pro levi poſuit LOB.
Juncus acutus vulgatus LOB. IC. p. 85.
Juncus foliaceus I. B. II. p. 521.
Juncus acutus vulgaris PARK. H. OX. III. p. 232. T. 10. f. 13.
Juncus acutus RAJ. Hiſt. p. 1303. ſynopſ. III. p. 432.

SCHEUCHZER in terra denſa circa *Tigurum*.

4** JUNCUS acumine reflexo major C. B. *Theatr.* p. 184. cum icone meliori, quam ad primum, I. B. II. p. 524. PARK. HIST. OX. p. 233. T. 10. f. 25. I. R. H. MONTI p. 25.
Juncus acutus RUELL. p. 642.
Juncus melancranos LUGD. p. 985.
Juncus cacumine reflexo major RAJ. p. 1304. cum aſteriſco.
Juncus cacumine reflexo major panicula minore BARR. ic. 204. idemque *majore* ib.
β *Juncus acumine reflexo alter* C. B. *Theatr.* p. 185. *Prodr.* p. 23. I. B. II. p. 524. ex fratre, PARK. RAJ. p. 1305. H. OX. III. p. 233.

Hos duos juncos 4* & 4** conjunxit SCHEUCHZERVS. Mihi, quotquot nactus ſum ſpecimina, nihil diverſi fuerunt a primo. Neque deſunt rationes, quare perſuadear „ *Primum* eſſe *acutum* Auctorum, tertium autem eorumdem *levem*, ſi quidem Auctores plerique notis adaequatis uſi ſunt: adeoque „ Quartum a primo nihil differre. Nihil denique differt nuperrimum ſpecimen a Cl. GESNERO miſſum.

5. JUNCUS mollis, panicula ad dimidium culmum ſeſſili.
Juncus parvus ſcapo ſupra paniculam longius producto RAJ. Cat. Stirp. Brit. App. p. 13.
Juncus parvus calamo ſupra conpactam paniculam longius producto RAJ. Hiſt. p. 1305. ſyn. III. p. 432. PLUKNET. p. 200. T. 40. f. 8. HIST. OX. III. p. 232. I. 1. SCHEUCHZ. It. I. p. 41. MICHELI p. 37. LINN. flor. Lapon. n. 118.
II. *Juncus levis panicula ſparſa minor* C. B. Th. p. 183. PARK. H. OX. III. p. 231. SCHEUCHZ. p. 347.
Juncus culmo nudo, nutante, panicula laterali ROYEN. p. 44.

C. B. in paludibus, quae ducunt a *Lauterbrunn* ad *Grindelwald*: ibidem HAGENBACH. I. 1. SCHEUCHZER in alpibus *Surenenſibus*. I. SCHEUCHZER in udis alpium Helveticarum rarius. Ego in *Gotthardi* M. paludibus copioſe.

Culmi juncei, erecti, pedales, molles. Panicula in medio fere culmo, ſi integer ſit, eſt autem caducus, pauciflora, parum ſparſa, ex floſculis una cum calyce albicantibus, aut diluti coloris. Non ſatis certum eſt, eſſe a molli ſatis diverſum.

II. FOLIIS CRASSIS HINC CONVEXIS INDE SULCATIS. CAULIBUS FOLIOSIS.

6. JUNCUS culmo & foliis, & floribus tribus terminato LINN. *flor. Lap.* n. 119. ROYEN p. 43.
Juncus acumine reflexo trifidus C. B. Theatr. p. 186. Prodr. p. 22. PARK. HIST. OXON. III. p. 233. T. 10. f. 27. nimis ramoſe ut videatur potius eſſe icon *Junci I.* MURALT. p. 717. I. 1. SCHEUCHZ. It. Alp. I. p. 41.
Juncus acumine reflexo minor, vel trifidus C. B. P. I. R. H. MONT. p. 27. MICH. p. 40.
Juncoides alpinum trifidum SCHEUCHZ. p. 325.

BAUHINUS ex M. *Fracto.* I. I. SCHEUCHZER ex ſaxis ſummi M. *Ioch.* Ego in *Schöllinen* circa *Teufelsbrük* magna copia naſcentem inveni anno 1736. Ex *Pyrenaeis* etiam M. habeo.

Culmi pedales, aut humiliores, ſtricti, juncei. Ad aliquot ſub apice uncias unicum folium exit biunciale, paulo ſuperius autem culmus finditur in duo foliola, culmi nempe continuationem, & aliud paulo brevius, utrumque plerumque flexum & undulatum. In ipſa diviſione flos unicus adſidet, in brevi pediculo, deinde duo alii folio minori. Calyx caeterum biglumis primus, & alter ex natura generis eſt, ſpadiceus. Vidi apicem plantae quadrifidum.

7. JUNCUS caule nudo, acuminato, ad baſin ſquamato, floribus ſeſſilibus LINN. *flor. Lapon.* n. 116.

Juncus alpinus capitulo glomerato, e nigro ſplendente I. I. SCHEUCHZ. It. I. p. 40. T. V. f. 2.
Juncoides alpinum floſculis junci glomeratis, atrofuſcis I. SCHEUCHZ. p. 323. T. 7. f. 9.

In ſummo M. *Ochſenſtok*, ſupra coenobium *Engelberg*, nec alibi SCHEUCHZ.

Culmi & folia dimidio pede longiora, juncea. Ad unciam & duas uncias ſub vertice foliolum biunciale, & longius. Infra apicem folii culmo inſidet capitulum ſpicatum, cui vagina eſt ex atro fuſca, in tenuem longumque mueronem terminata. Flores tres, aut plures, in propriis pediculis, quaſi umbellati, conniventes. Calyx exterior biglumis, & multiglumis, pallide fuſcus. Flos longiuſculus, pene niger, & ſplendens.

8. JUNCUS foliis angulatis, culmo trichotomo, floribus ſolitariis ſeſſilibus ROYEN. p. 43.

Holoſteum Matthioli LOB. ic. p. 18.
Gramen ἐπιγονατοκαυλον THAL. p. 53.
Gramen junceum bufonium TAB. p. 225. commode.
Holoſteum Matthioli junceum I. B. II. p. 510.
Gramen nemoroſum calyculis paleaceis C. B. Th. p. 100. ex TAB. Baſ. p. 10. H. OX. III. p. 226. T. 9. f. 14
Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis, erectum SCHEUCHZ. p. 327.
Gramen bufonium erectum, latifolium BARR. ic. 263.
id. *anguſtifolium majus* ic. 264.
id. *anguſtifolium minus* ic. 263.
Juncus paluſtris humilior erectus I. R. H. MONTI p. 25. MICHELI p. 40.
β *Juncus paluſtris annuus erectus, caule cubitali* MICHELI p. 40.
γ *Gramen holoſteum alpinum minimum* C. B. Theatr. p. 101. I. B. II. p. 510. ex fratre.

Nihil frequentius ad foſſas, in ſylvis udis &c.

Caules ceſpitoſi, ſemipedales & ultra, erecti. Dichotomi ſunt, ad diviſionem vero duae vaginae albae in foliolum educuntur. Ex dichotome floſculus unicus erigitur. Similes paſſim ramis adſident. Sub quovis floſculo vagina albicans, longis & acutis foliis, in ſpinulas exeuntibus. Fructus ex triquetro conicus, nitens, ſpadiceus, polyſpermos. Facillime vel ex ſolo habitu & albicantibus vaginis agnoſcitur.

Aliquando vix biuncialis, capillari folio reperitur, quae eſt varietas β. & a SCHEUCHZERO ſeorſim deſcribitur, eademque videtur eſſe ſpecies 13. in *Syn.* RAI. III. p. 434.

9. JUNCUS foliis duris, carinatis, caule nudo, floribus cartilaginoſis nitentibus, in raram paniculam congeſtis.

Gramen junceum maritimum LOB. p. 18. RAJ. Hiſt. p. 1307.
Gramen junceum III. TAB. p. 224.
Gramen junceum foliis & ſpica junci C. B. Th. p. 78. ex LOB. H. OX. III. p. 226. T. 9. f. 13. bene.
Juncus parvus cum pericarpiis rotundis I. B. II. p. 522. deſcriptio, non autem icon.
Gramen junceum ſemine acuminato LOES. p. 115. ic. 29. commode.
Juncus acutus Cambrobritannicus MERRET. p. 67.
Juncus montanus paluſtris RAJ. p. 1303. ſyn. III. p. 432. LINN. flor. Lap. n. 121. MICH. p. 41.
Junco adſinis panicula laxa, ſeu longioribus pediculis inſiſtente SCHEUCHZ. p. 350.

In *Gotthardi* M. paludoſis frequens eſt.

Ex radice ceſpes foliorum durorum, ſemipedalium, hinc convexorum, inde acute carinatorum. Culmus dodrantalis, firmus, erectus, nudus, terminatur in paniculam infrequentem. Vaginae longae ſub ramis, in folia uncia longiora exeunt. Calyx exterior bifolius, albus. Flos connivens, nitidus, ſpadiceus, durus.

10. JUNCUS foliis mollioribus, carinatis, panicula multiplici, & ramoſa.

Juncus parvus cum Pericarpiis rotundis I. B. II. p. 522. icon non vero deſcriptio. I. R. H. ZANICH. p. 151. ic. 148. n. 1. MONTI p. 25. MICHELI p. 40.

Gra-

Gramen juncoides ſparſa junci panicula compreſſo caule LOB. Illuſtr. p. 54.
Gramen juncoides junci ſparſa panicula PARK. p. 1189. 1190.
Gramen junceum junci ſparſa panicula HIST. OXON. III. p. 227. T. 9. f. 11.
Juncus repens αμφικαρπος minor botryoides BARR. ic. 114. n. 1.
Juncus ſorghi capitulis BARR. ic. 747. n. 1.
Juncus milii panicula BARR. ib. n. 11.
An *Juncoides anguſtifolium glabrum ſparſa panicula* SCHEUCHZ. p. 320. Videtur ex deſcriptione & ſynonymis. Sed quid tunc fiet de *Gramine junceo foliis & ſpica junci* EJ. p. 322.

HAGENBACH *Bernae* in paludoſis ait ſe legiſſe. *Gottingae* ad *Leinam* vulgaris eſt.

Culmi ſuperne ramoſi, & ad terram folioſi, erecti, pedales, & ſeſquipedales. Folia craſſa, hinc convexa, inde leviter carinata. Culmus terminatur longa ſerie paniculārum, quarum rami ramoſi ſunt. Sub ſingula diviſione ſquamula. Flores in juniori planta virent, adulti ſpadicei ſunt. Fructus ſubrotundus, copioſis ſeminibus ſubrotundis fuſcis plenus eſt.

ORDO III.
FOLIIS E TERETIBUS CONPRESSIS, ARTICULATIS.

11. JUNCUS foliis articuloſis, ramoſae paniculae ramis ſemel ramoſis. 1064

Gramen aquaticum alterum LOB. ic. p. 12. mala icon.
Gramen aquaticum TAB. p. 214.
Et *Gramen junceum aquaticum majus* TAB. p. 223. videtur icon plantae junioris.
Arundo minima LUGD. p. 1001. bene.
Gramen junceum folio articulato aquaticnm C. B. Theatr. p. 76. bene. Baſil. p. 8. RAJ. p. 1307. SCHEUCHZ. p. 331.
Juncus foliaceus capſulis triangulatis I. B. II. p. 521.
Gramen junceum ſylvarum minus articulato folio PARK. p. 1189. icon perexigua.
Gramen aquaticum junceum vulgare PARK. p. 1265. icon ex TAB.
Gramen aquaticum junceum Bauhini PARK. p. 1271.
Gramen junceum articulatum paluſtre humilius utriculis freqnenter donatum H. OX. III. p. 227. T. 9. f. 2. bene.
Juncus foliis articuloſis floribus umbellatis I. R. H. MONTI p. 26. LAPON. n. 120.
Juncus articuloſus floribus umbellatis Synopſ. RAJAN. III. p. 433. MICHEL. p. 38. cujus adeo multae ſunt ſpecies hujus generis, ut omnes diverſas eſſe vix crediderim.
β Varietas minor BUXBAUM. plant. Hal.
γ Varietas *cum paniculis & utriculis* C.B. Th. p. 77. cum icone I. R. H. 1. SCHEUCHZ. p. 333. &c.

Non rarus in aquoſis.

Culmus cubitalis, quatuor & quinque geniculis diſtinctus, teres, junceus. Folia mollia, latiuſcula, paſſim ex culmo, juniora teretia ſunt, per ſiccitatem contrahuntur, & transverſis prominentibus lineis diſtinguuntur. Culmus & rami in laxas paniculas umbellatas deſinunt. Pediculi rigent, & plerumque ſemel ramoſi ſunt: caeterum, ut in Juncis ſolent, inaequales. His inſident faſciculi florum lati, conferti, quinque, ſex, vaginis albis excepti. Flos ſpadiceus, lineis virentibus. Fructus ex ovali triquetrus, hedris acutis, polyſpermos: flavis rotundis ſeminibus copioſiſſimis plenus. Autumno non infrequenter loco florum faſciculi magnarum vaginarum, ex purpureo & viridi variegatarum, de cauliculis prodeunt.

12. JUNCUS foliis articuloſis, denſioris paniculae ramis bis ramoſis.

Gramen ſylvaticum TAB. p. 223. bene, niſi quod articuli omittantur I. B. II. p. 543. ex TAB.
Gramen junceum folio articulato ſylvaticum C.B. Th. p. 75. 76. ex TAB. Baſ. p. 8. SCHEUCHZ. p. 334.
Gramen junceum ſylvaticum ſparſa panicula PARK. p. 1189.
Gramen ſylvarum majus articulato folio PARK. p. 1188.
Gramen junceum articulatum, tricubitale, folio pedali MERRET. p. 54.
Gramen aquaticum majus ſparſa panicula PARK. p. 1269. RAJ. p. 1307. &c.
Gramen articulatum paluſtre erectum & elatius H. OX. III. p. 227. T. 9. f. 1. bene.
Juncus nemoroſus folio articuloſo I. R. H. Syn. RAJ. III. p. 433. MONTI. p. 26. VAILL. &c.
Juncus foliis articulatis floribus umbellatim & paniculatim diſpoſitis I. R. H.
Juncus foliis articuloſis erectus radice repente craſſiore MICH. p. 38. & plures forte aliae ſpecies.

Tiguri inter arundines SCHEUCHZ. Ego ad ſtagnum, ex quo effluit rivus in prata *Eymatten* diſtributus.

Ut dicam, quod verum eſt, ſatis firmas diſcriminis notas non invenio. Altior eſt, durior, foliis potius ſtrictioribus, glomeribus florum frequentioribns, maxima & denſa panicula, ramis denuo ramoſis. Flos plerumque pallidior, ſed fructus pariter tamen ſpadiceus. An haec ſufficiunt?

13. JUN-

13. JUNCUS foliis articulosis, rarissimae paniculae sub apice culmi prodeuntis ramis vix ramosis.

Juncoides alpinum folio articulato SCHEUCHZ. p. 333.

Inventor in udis alpium Helveticarum & Rhaeticarum. Ego in udis *Gotthardi* M. inveni, & in *Scheidek*.

In universum similis est Junci 11. Sed culmus dodrantalis, vix ramosus; folia obscurius articulata; Panicula ramosa unica, ex culmo longe infra apicem orta, locustis pediculatis, trifloris, spadiceis, gluma sua conspicua exceptis.

ORDO IV.

FOLIIS GRAMINEIS PLANIS, FRUCTU TRICOCCO.

JUNCOIDES MICHELI p. 41. & SCHEUCHZERI p. 310.

CYPERELLA RUPPII p. 115.

14. JUNCUS foliis planis, pilosis, panicula in spicas congesta.

Herba Luciola CAES. p. 185.
Gramen exile hirsutum cyperoides LOB. ic. p. 15. bene. 1. B. II. p. 493.
Gramen cyperinum pilosum TAB. p. 219.
Gramen hirsutum capitulis Psyllii C. B. Prodr. p. 15. bene. Bas. p. 10. Theatr. p. 103. H. OX. III. p. 225. T. 9. f. 4.
Gramen exile hirsutum RAJ. Hist. p. 1295. syn. III. p. 416.
Juncus villosus capitulis Psyllii I. R. H. MONTI p. 27. LAP. n. 126.
Juncoides villosum capitulis Psyllii SCHEUCHZ. p. 310. MICH. p. 42.
Juncus foliis planis, panicula rara, spicis sessilibus & pediculatis LINN. Cliff. p. 137. ROY. GRON. II. *Gramen lucidum* TAB. p. 206.
Gramen luzulae minus I. B. II. p. 493.
Gramen hirsutum capitulo globoso C. B. Theatr. p. 104. H. OX. III. T. 9. etsi non distinguat.
Juncus villosus capitulis Psyllii globosis VAILL. p. 110.
Gramen hirsutum elatius panicula juncea conpacta RAJ. Hist. p. 1291. syn. III. p. 416.
Juncus villosus panicula conpacta VAILL. l. c.
Juncoides hirsutum capitulo glomerato SCHEUCHZ. p. 312. MICH. p. 42.
Et *Juncoides* MICH. ib. n. 5. & 6.
Juncus foliis planis, culmo paniculato, spicis ovatis LINN. flor. Lap. n. 127. T. X. f. 2. ROY. p. 42.

Varietas prima ubique in nemoribus primo vere vulgaris est: Alpina altera, passim reperitur in *Scheidek*, *Neunenen*, *Gotthardo* &c.

Vaginae & juniora folia pilosa, matura fere calvescunt. Culmi pedales, & minores, in summa parte pediculos edunt paucos, duos, tres, ad octo usque. Quivis sex circiter flores sessiles utrinque accipit, dense confertos in spicam latam, oblongam, variegatam, ob similes vaginas, floresque spadiceos. Cuivis enim flori calyx biglumis, siccus, ex albido rubellus, subest. Per maturitatem intumescente ovario habitus mutatur, spicae totae spadiceae sunt, crassae, brevesque, qualis est varietas β. Praeterea in alpibus saepe levis reperitur, spicis tantum duabus, quas medium foliolum acutum dividit, & hanc SCHEUCHZERUS describit.

β. JUNCUS foliis planis, culmo spica racemosa nutante terminato LINN. *flor. Lapon.* n. 125. T. X. f. 4.

Gramen nemorosum spica subnigra recurva C. B. Theatr. p. 98. Ita ex horto sicco didici.
Juncus alpinus, latifolius, panicula racemosa nigricante, pendula MICH. apud TILL. p. 91. & in Nov. Gen. Plant. p. 42. n. 7.

In *Gotthardo* M. & ex plantis C. B.

Etsi levis sit, & spicam gerat unicam, longiorem, nutantem, recurvam, non tamen puto vere a priori diversum esse.

15. JUNCUS foliis planis, latisque, panicula sparsa, ramosa.

Cyperella Cordi GESN. Hort. p. 256.
Gramen hirsutum nemorosum LOB. ic. p. 16.
Gramen sylvaticum pilosum TAB. p. 227.
Gramen nemorum Dalech. LUGD. p. 419.
Gramen hirsutum latifolium minus C. B. Theatr. p. 102. descriptio, non autem icon.
Gramen hirsutum latifolium majus EIUSD. ib. p. 101. quod ad ic.
Gramen rore lucidum, nemorense, sive luzulae I. B. II. p. 492. RAJ. p. 1292.
Gramen hirsutum angustifolium perenne lini utriculis BARR. ic. 748. n. 1.
Gramen hirsutum latifolium majus H. OX. III. p. 225. ut ex icone videtur T. 9. f. 1.

Jun-

Juncus nemoroſus latifolius major I. R. H.? cum ſynonymis diverſis MONTI p. 26. PONTED. Anthol. p. 193. FLOR. LAPON. n. 123.
Cyperella nemorenſis, capitulis in ſingulis petiolis ſingulis latifolia RUPP. p. 116.
Juncoides hirſutum latifolium minus SCHEUCHZ. p. 315.
Juncoides nemoroſum villoſum anguſtifolium minus flore majore MICH. p. 41. & n. 1. ibid.

Nihil vulgatius in ſylvis, verno tempore.

A ſequente fere differt, uti Juncus 11. a Junco 12. Nempe folia minora, latá tamen ad tres lineas. Culmi pedales, cubitales, in ſumma parte paniculam ſparſam ſimilem praeferunt, pediculis inaequalibus, quorum majores bifidi ſunt, tertio flore in ala diviſionis ſeſſili. Squamae ſub flore hic ſpadiceae ſunt, flos in minori planta major, pariter ſpadiceus, cum exigua parte albi coloris.

16. JUNCUS foliis planis, latiſſimis, panicula ſparſa, duplicato ramoſa.
Gramen hirſutum, latifolium, majus C. B. Theatr. p. 101. non autem icon, quae eſt *Junci* 15.
Gramen hirſutum latifolium minus C. B. Th. p. 102. icon, non vero nomen & H. OX. III. S. 8. T. 9.
Gramen nemoroſum hirſutum latifolium majus SCHEUCHZ. p. 317.
+ *Gramen luzulae maximum* I. B. II. p. 493. bene.
Gramen nemorum, hirſutum, latifolium, minus, juncea panicula PARK. p. 1185. ex C. B.
Gramen hirſutum latifolium, maximum, juncea panicula H. OX. III. p. 225. T. 9. f. 2.
Gramen hirſutum, nemoroſum, latifolium, maximum RAJ. Hiſt. p. 1292. ſyn. III. p. 416. &c.
Juncus villoſus, latifolius, maximus VAILL. p. 110.
Juncoides nemoroſum, hirſutum, latifolium, maximum MICH. p. 42.

In ſylvis opacis: v. g. montis *Falconarii.* Circa *Tigurum* SCHEUCHZ.

Folia ad terram, a duabus ad ſex lineas lata, raris pilis hirſuta, uti congeneribus. Culmus parcius folioſus, cubitalis & ultra. Supremi culmi, ramive, ex ſinu duorum foliorum inaequalium, emittunt numeroſos pediculos, debiles, incurvos. Horum quilibet gerit umbellulam, cujus pediculi ſecundi ramoſi ſunt; Ultimi ramuli gerunt unum, duos, tres, floſculos exiguos, ſquamis exceptos ſiccis, albentibus, quales etiam diviſionibus ramorum ſubjiciuntur. Flos ipſe ſpadiceus eſt.

17. JUNCUS foliis planis, paniculae ſparſae ramis ramoſis.
Gramen hirſutum, nemoroſum, alpinum, anguſtifolium, paniculis obſcure rufeſcentibus I. SCHEUCHZ. p. 312. T. 6. Prodromi [bona icon.]
Gramen hirſutum anguſtifolium minus alpinum paniculis rufeſceutibus I. I. SCHEUCHZ. It. alp. VI. p. 458.
Juncoides, quod gramen hirſutum anguſtifolium alpinum &c. MICH. p. 42.
Juncus foliis planis, culmo paniculato, floribus ſparſis LINN. flor. Lapon. n. 124. ROYEN. p. 43.

I. I. SCHEUCHZER in M. *Bernhardino.* I. SCHEUCHZER in locis nivoſis, umbroſis, verſus originem *Rheni poſterioris*: in alpibus vallis *Sexamniae.* Ego copioſiſſime in M. *Gotthardo* & *Furea.*

Adfinis eſt priori, Culmus equidem pedalis; folia exceptis piloſis vaginis glabra, duas lineas lata. Ex ſummo culmo & ramis paniculae, modo magis umbellatae, modo ſparſae, pediculorum ramis ramoſis. Glumae ſub diviſionibus fulvae, floſculi exigui, ſpadicei, aut pene nigri.

18. JUNCUS foliis planis, levibus, panicula nuda, umbellata, flava.
Juncoides latifolium, alpinum, glabrum, panicula ſublutea ſplendente I. SCHEUCHZ. p. 314. MICH. p. 42.
Gramen aliud ex alpibus Rhaeticis I. I. SCHEUCHZ. It. IV. p. 335.

I. SCHEUCHZER in aridis M. *Aviculae.* Ego in deſcenſu a *Furca* M. ad Valleſiam, juxta rupem glacialem, ex qua *Rhodanus* effluit.

Elegans gramen prioris ſimile, leve, foliis etiam latioribus, ad tres lineas, Paniculae pariter duplicato ramoſae, ſed flores magis ad ſequentium modum ordinati, aeque longi, in arcuatas umbellas. Glumae ſub diviſione ſpadiceae, fine flavo. Floſculi exigui, toti pallide flavi, ſplendentes.

19. JUNCUS foliis planis, anguſtioribus, panicula umbellata, foliis breviori, floribus longiſſimis, albis.
Juncoides montanum nemoroſum flore niveo SCHEUCHZ. p. 320. T. 7. f. 7. MICHELI p. 42.
Gramen leucanthemon Dalech. LUGD. p. 426.
Gramen hirſutum anguſtifolium minus paniculis albis C. B. Theatr. p. 106. RAJ. p. 1292.
Gramini luzulae affine flore albo I. B. II. p. 492. PLUKN.
Cyperus minor paluſtris hirſutus paniculis albis paleaceis H. OX. III. p. 239. T. 8. f. 39. non vero RAII.
Juncus anguſtifolius, villoſus, floribus albis paniculatis I. R. H. MONTI p. 26.

I. B. in colle *la Baſtie*, & ad latera M. *Saleve.* Ibidem RAIUS. SCHEUCHZER in ſylvoſis *viae malae.* Ego copioſe in colle, cui inſidet pagus *Waſen.* HUBERUS circa *Thermas Fabarias.*

Formoſo gramini cubitales culmi ſunt, & ultra. Folia piloſa, unam lineam lata. Panicula in ſummis culmis pariter, uti priori, in umbellas arcuatas ordinata, ramis pediculorum ramoſis. Glumae pallidae ſub diviſionibus. Flos vero longe major, petalis inaequalibus, albiſſimis. Fructus rubellus eſt, hinc adultiori minor gratia. Denique folia aliquot ſupra paniculam perpetuo efferuntur.

20. JUNCUS foliis planis, latioribus, panicula umbellata, floribus minimis.
Gramen hirſutum anguſtifolium majus C. B. Theatr. p. 105. bene. Prodr. p. 16. 1. B. II. p. 492. Baſil. p. 11. HIST. OXON. III. p. 225. T. 9. f. 3. cum malo ſynonymo. KNAUT. HORT. BLES. REHF. JONQ. SCHEUCHZER. p. 318.
Gramen luzulae medium 1. B. II. p. 493.
Gramen nemorum anguſtifolium majus alterum PARK. p. 1185. ex C. B.
Cyperella altiſſima montana RUPP. p. 116.
Juncoides quod gramen hirſutum &c. SCHEUCHZ. p. 318. MICHELI p. 41.
In noſtris nemoribus circa Bernam abunde.

A priori, cujus in univerſum totum ſimile eſt, differt foliis etiam latioribus, ad duas lineas, floribus tantum lineam longis, qui priori trilineares ſunt. Glumae etiam frequenter rubent.

*21. JUNCOIDES anguſtifolium glabrum panicula ſparſa SCHEUCHZER p. 320. SCHEUCHZER locis umbroſis ſylvarum & circa fontes *Tiguri*.

Quod I. GESNERUS miſit, a priori non differt: Deſcriptio vero potius accedit ad *Juncum* iilum *pericarpiis rotundis*. Folia nempe atroviridia, carinata, dimidiam lineam lata. Semina, non tria, ſed numeroſa, & minuta. Conf. n. 10.

SCHEUCHZERIA.

LINNAEI n. 301.
JUNCO AFFINIS SCHEUCHZERI.

Junco ſimilis calyce, ſtaminibus, differt ſiliculis, quas diſtinctas gerit, tres & ſex. Duae tamen plerumque maturantur, reliquae cum flore abortiunt.

1. SCHEUCHZERIA LINN. *flor. Lap.* n. 133. T. X. f. 1. ROYEN. p. 45.
Juncus floridus minor C. B. Prodr. p. 43. Theatr. p. 190. 1. B. II. p. 525. PARK. HIST. OXON.
Gramen junceum aquaticum ſemine racemoſo LOES. flor. Pruſſ. p. 114. ic. 28. cum fructu.
Juncoidi affinis paluſtris SCHEUCHZ. p. 336.
Circa *Einſidlen*, & ad lacum *Pilati* BURSER. Circa lacum *Felinum* SCHEUCHZ.
Calami pedales, geniculati. Folia juncea, carinata. Ex geniculis panicula rara, paucis, ſemel ramoſis, pediculis facta, qui in ſolitarios flores terminantur junceos, ex viridi luteolos. Succedunt ſiliquae, breves, & latae, in capitulum conjunctae, duae, tres, quinque, monoſpermae, & diſpermae.

TRIGLOCHIN.

RUPP. p. 47. LINN. n. 302.
JUNCAGO TOURNEF. T. 141. MICHEL. p. 43. T. 31.

Character SCHEUCHZERIAE ſimilis „ nempe Flos hexaphyllos, cujus tria petala interiora tenera ſunt, caduca, roſeo colore praedita. Stamina ſex, gemellis antheris. Siliculae tres, aut quinque, longae, erectae, graciles, edunt tubam denſe plumoſam. Semen unicum ex apice ſuſpenſum, ſiliquae ſimilitudine.

970

1. TRIGLOCHIN fructu tenui LINN. *flor. Lapon.* n. 134. ROYEN. p. 44.
Calamagroſtis TRAG. p. 679. icon interior.
Gramen marinum ſpicatum alterum LOB. ic. p. 17.
Gramen junceum ſpicatum TAB. p. 224. cum utraque aetate
Calamagroſtis IIII. LUGD. p. 1006. *ex* TRAGO.
Gramen triglochin ſ. vermiculatum Dalech. LUGD. p. 431. fructu ſagittato.
Gramen triglochin I. B. II. p. 508.
Gramen junceum ſpicatum ſ. triglochin C. B. Theatr. p. 80. 81. cum ic. Baſil. p. 11. HIST. OXON. III. p. 228. RAJ. Hiſt. p. 1308. &c.
Juncago paluſtris & vulgaris I. R. H. VAILL. MONTI p. 28. &c.
Triglochin Rivini RUPP. p. 47 ERNDL.
Juncago paluſtris annua & vulgaris MICHEL. p. 43.
Ubique in pratis udis v. g. *Michelfeldae*, in palude circa *Seedorf* &c.

Folia

Folia ad terram plurima, hinc convexa, inde plana, mollia. Culmus nudus, pedalis, & altior, continua longiſſima florum ſpica rariori cingitur. Flos junior rotundus, ex ſex petalis fit, delabuntur enim omnia, quorum exteriora tria majora ſunt. Apices, quales dixi. Siliquae tunc juniores, tubae loco ornamentum denſum plumoſum edunt: ſed per maturitatem fructus quidem ex calyce longe excreſcit, ſtrictusque fit, & priſmaticus, flos autem totus delabitur & denique tres capſulae a parte inferiori in duas valvas diſſiliunt, ſuperne cohaerentes, ad ſagittae ſimilitudinem.

Poſt *Juncaginem Anthericum* ſequitur ex methodo naturali. Sed ad abſolvendam hiſtoriam graminum, per aliam, etiam naturalem, conjunctionem debui eas ſubjungere, quae ſequuntur.

ACORUS.

LINNAEI n. 296.

CALAMUS AROMATICUS PETIT *lettres d'un Medecin* p. 49. MICHELI p. 43. T. 31.

Huic ex ſinu folii, ſolitaria clava erigitur, denſiſſime tecta floribus ſeſſilibus. Calyx ſexfidus, ſtamina rotundis antheris onuſta eodem numero. In capſula ſemina tria. Proximus ergo hinc Juncoidi MICHELII, inde *Typhae.*

945

1. ACORUS.

Calamus aromaticus CORD. Dioſc. p. 1. PETIT p. 49. MONTI p. 29.
Calamus aromaticus verus TRAGI p. 100.
Acorum MATTH. p. 21. abſque julo. CAM. Epit. p. 5. TAB. p. 642. duae icones.
Acorus vulgaris GESN. Tab. Coll. p. 56. *b.*
Acorum legitimum CLUS. Pann. p. 257. ſeqq: Hiſt. p. 231.
Acorus LOB. Obſ. p. 30. HORT. AICHST. Vern. Ord. VIII. T. 9. f. 1.
Acorum verum, & Acorum cum flore Domini Robini LUGD. p. 1618.
Calamus aromaticus vulgaris; multis acorum I. B. II. p. 734. MICH. p. 43.
Acorus verus C. B. Theatr. p. 625.
Acorus verus ſ. calamus aromaticus officinarum C. B. P. IC. REG. n. 11. LINN. Hort. Cliff. p. 37.
Acorus verus ſ. calamus officinarum RAJ. Hiſt. p. 1313. ſyn. III. p. 437.
Typha aromatica clava rugoſa HIST. OXON. III. p. 246. S. X. T. 13. f. 4.

C. B. circa *Bruglingen, S. Jacob* &c. Audio etiam in agro Bernenſi naſci.

Facillimus eſt adgnitu. Longa folia, tres & ultra lineas lata, a nervo inaequaliter dividuntur, & altera medietas transverſis rugis plicatur. Typha flava, unica, foliis brevior. Sapore aromatico omnes ſtirpes ſeptentrionis indigenas facile ſuperat.

Ad ventriculi debilitatem fidum medicamentum eſt, ſive acidis cruditatibus turgeat, ſive flatibus vexetur in hyſtericis corporibus, ſive nauſeabundus ad vomitum nimis facilis ſit. Doſis crudi, qualem exiſtimo efficaciſſime ſumi, ad duas drachmas, neque male puto in vino Burgundico infundi, quod conſilium eſt CHOMELII. Aquam deſtillatam, non, ut BOERHAAVIUS & HERMANNUS ingratam, ſed omnino aromaticam exhibet J. A. WEDEL in diſſ. propria.

GRAMINIBUS ADFINES.
ORDO III.
CALYCE TRIPHYLLO.

SPARGANIUM.

TOURN. T. 306. LINN. n. 706. & omnium Auctorum.

941

Flores, & fructus in ſphaeras conglobantur, quae ad proprios pediculos adſident, ſed diverſas, quarum ſuperiores ſoli flores mares, inferiores feminae faciunt. Numerus partium difficulter initur, & diverſis modis a PONTEDERA & LINNAEO definitur. Videtur cuivis flori mari triſtemoni, & cuivis pariter fructui pyramidali, calyx triglumis eſſe, ex foliis factus inaequalibus (LINNAEUS). Tuba ſimplex oblique adglutinata ſemini: ſemen in duro fructu unum, aut duo.

1. SPARGANIUM culmo erecto, foliis triquetris.

Sparganium foliis adſurgentibus triangularibus LINN. flor. Lap. n. 345. Hort. Cliff. p. 439. ROY. p. 73.
α *Sparganium* CORDI Dioſc. L. IIII. c. 21. TRAG. p. 676. 677. cui tamen aliqua ſpica cyperoidis admiſta eſt. MATTH. p. 990. CAM. Ep. p. 732. bene. H. AICHST. Vern. Ord. 7. T. II. f. 1.
Carex DOD. Ic. Vet. II. p. 51.
Plantanaria DOD. Cer. p. 256.

Plantanaria ſ. Butomon DOD. Pempt. p. 601.
Sparganium & butomos theophraſti LOB. ic. p. 80.
Calamagroſtis III. LUGD. p. 1006.
Phleos femina LUGD. p. 1017.
Sparganium quibuſdam I. B. II. p. 541.
Sparganium ramoſum TAB. p. 246. C. B. Theatr. p. 248. Baſil. p. 15. MURALT. p. 751. HIST. OXON. III. p. 247. T. 13. f. 1. bene. RAJ. p. 1311. I. R. H. MONTI p. 21.
β *Sparganium alterum* LOB. ic. p. 80. I. B. II. p. 541. & ex LOB. LUGD. p. 1319.
Platanaria altera DOD. Pempt. p. 601.
Sparganium non ramoſum TAB. p. 247. bene. C. B. Theatr. p. 231. PARK. HIST. OXON. III. p. 248. T. 13. f. 2. RAJ. p. 1311. I. R. H. MONTI p. 21.

Utraque varietas in Helvetia non rara eſt, poſterior tamen infrequentior, quam legi in paludoſis, quae *Gürba* transfluit.

Culmus firmus, etiam bipedalis, folia ima triquetra, ſuprema plana, ſucculenta, praelonga. Ex ſuperiorum foliorum ſinu pediculi anguloſi, & inflexi, nudi, ramoſi in varietate α. non ramoſi, ſed ſeſſiles pilas quaſi perforantes, aut omnino monanthi, in varietate β. Hae pilae carnoſa & craſſa placenta fiunt, cujus foraminulis baſes feminum infiguntur. Mares ſimiles, ſed minores ſunt, odoratae. Squamae apice lateſcente, fuſco. Varietatis β. vidi apud STAEHELINUM varietatem vix palmarem.

2. SPARGANIUM foliis conplanatis, natantibus, ſpicis pauciſſimis.

An *Sparganium minimum* C. B. Th. p. 232. Pr. p. 24? I. B. II. p. 541. Non videtur. PARKINSONUS H. OX. III. p. 247. RAJ. p. 1312. I. R. H. RUPP. MONT. LIND. habent ex C. B.
Sparganium minimum RAJ. p. 1910. ſynopſ. III. p. 437. Omnino.
Sparganium non ramoſum minus DILL. Cat. Gieſſ. p. 130. Nov. Spec. p. 58.
An *Sparganium foliis natantibus plano convexis* LINN. flor. Lapon. n. 345. differt autem a noſtro ſpicis numeroſis.

Bernae in foſſis, quae viae Worbenſi, e regione *Wittighofen*, ſiniſtrae adjacent. D. HUBER. ex lacu Tigurino prope *Lachen.*

Culmus ex aqua ad 2. & 3. uncias erigitur, brevis, non ramoſus. Folia praelonga, pedalia, tres lineas lata, mediocriter craſſula, conplanata, obtuſa. In ſumma planta ſpicae feminae duae, aut tres, ima ad brevem ramulum ſcapi, reliquae ſeſſiles. Mas eumdem unica terminat: caeterum minores ſunt, quam in prima ſpecie, & tota planta mollior eſt.

T Y P H A.

TOURN. T. 301. LINN. n. 707. & omnium Auctorum.

Summum culmum cylindrica clava terminat, cujus ſuperior pars majuſcula eſt, ſtaminibus ternis, calyce trifolio, quos numeros aegre definias. Ima pars clavae ſemina habet, pediculata, pediculo pappum radiatum emittente, tuba ſimplici.

1. TYPHA clava craſſiſſima.

Typha GESN. Ind. Quadr. p. 135. FUCHS. p. 822. MATTH. p. 863. CAM. Epit. p. 607. DOD. Cereal. p. 261. LOB. ic. p. 81. RAJ. p. 1312. ſynopſ. III. p. 436. LINN. Hort. Cliff. p. 439. & ROYEN. p. 73. [hi duo pro omnibus varietatibus]
Typha paluſtris DOD. Pempt. p. 604. CAESALP. p. 194. TABERN. p. 246.
Typha aquatica TRAG. p. 680. LUGD. p. 994.
Typha paluſtris major C. B. Theatr. p. 337. Baſil. p. 16. P. I. B. II. p. 539. HIST. OXON. III. p. 246. T. 13. f. 1. bene. I. R. H. MONTI p. 21. &c.
β *Clava duplici* VAILL.

Ad ſtagnorum & fluviorum littora, cum arundine.

Huic culmus quatuor, & ſex pedum. Folia plana, farta, convexa, uncia anguſtiora, aliquot pedum longitudine. Clava fuſca, ſemipedalis, pene pollicem lata.

2. TYPHA paluſtris clava gracili C. B. *Theatr.* p. 339. *cum ic.* P. I. R. H. VAILL. MONTI &c.

Typha paluſtris media CLUS. p. CCXV. cum icone I. B. II. p. 540. HIST. OXON. III. p. 246. T. 49. f. 2. RAJ. p. 1312. ſynopſ. III. p. 436.
Typha minor PARK. p. 1204.
β *Clava duplici* VAILL. & C. B. in icone.

Inter plantas PLATERIANI herbarii fuit. Ex Alſatia habeo.

Clava ejusdem longitudinis, vix duas lineas lata.

3. TYPHA parte maſculina ovatae clavae a feminina diſtante.

Typha paluſtris minor C. B. Theatr. p. 340. RAJ. p. 1312. ſyn. III. p. 436. I. R. H. MONTI &c.

Typha

Typha minor LOR. ic. p. 81. I. B. II. p. 540. LUGD. p. 995. &c.
Typha minima PARK. p. 1204.
Typha minima duplici clava HIST. OXON. III. p. 246. T. 18. f. 3.

LOBELIUS, I. B. & RAIUS in confluente *Arvae* cum *Rhodano* prope *Genevam.* Apud STAEHELINUM vidi.

Typha tota erat uncialis, lata ad dimidium pollicem, isthmo dividente partem superiorem marem, ab inferiori femina. Habitus dicitur duorum cubitorum esse.

LINNAEUS Typham 2. & 3. pro varietatibus habet, neque valde intercedo.

ARUM.

T. T. 69. RIV. *monop. irreg.* LINN. n. 698. MALPIGH. *anat. plant.* ic. 184.

Etsi fructu molli ab omni gente graminea dissideat, non alia tamen sedes opportunior visa est. Quod florem TOURNEFORTIUS vocat, & RIVINUS, evidenter spatha est.

Spatha maxima, semiconica, aperta, caduca. In ea cylindrus, qualis in Typha, qui inferius circumposita habet & sessilia semina, ovata, quae baccarum rudimenta sunt polyspermarum. Tuba unica, brevissima. Supra semina papillulae breves, quae sursum pilos emittunt. Paulo superius antherae sunt crassae, quadrangulares, sessiles, cylindro infixae, quadriloculares. Supra eas papillulae denuo rotundae, scapo insident, quae incurva sua filamenta deorsum emittunt. Summa demum pars cylindri nuda est, crassior, sanguineo colore, clavae forma. Vides adfinitatem cum Typha.

1. ARUM foliis sagittatis cucullo recto.

Arum FUCHS. p. 69. CORD. Hist. p. 102. *b.* MATTH. p. 596. CAM. Epit. p. 365. 366. cum Char. TAB. p. 746. I. B. II. p. 783. RAJ. Hist. p. 1208. BLAKW. T. 228.
Aron GESN. Coll. p. 60. TRAG. p. 774.
Aron vel arum GESN. Hort. p. 248. *b.*
Gigharum CAES. p. 226.
Arum vulgare non maculatum C. B. Basil. p. 58. HIST. OXON. III. p. 543. I. R. H. &c.
β *Ari tertium genus* TRAG. l. c.
Arum purpureis maculis CORD. l. c.
Arum DOD. Pempt. p. 328. HORT. AICHST. Vern. Ord. II. T. 1. f. 1. LAUREMB. App. II. p. 140
Arum officinarum LOB. ic. p. 597.
Arum maculatum TAB. p. 746.
Arum maculatum maculis candidis vel nigris C. B. I. R. H. &c.
Arum vulgare maculatum PARK. MOR. &c. pro var.
γ *Arum praegrande* THAL. p. 12. CAM. RUPP.
δ *Arum minus* MATTH. p. 597. CAM. Epit. p. 367. TAB. p. 747. &c. v. WEINM. T. 172. *b.*
Arum montanum C. B. WAGN. Helv. Cur. p. 272. *b.*
ε *Arum* pistillo albo-luteolo.
Ari secundum genus TRAG. l. c.

Locis umbrosis, ad sepes, in dumetis. Majo spatham profert.

Folia nitida, sagittata, saepe maculata: Cucullus albus, rectus. Baccae per aetatem rubrae, succo tinctorio, aurantio, ebriae. Semina unum, duo, & plura, pene sphaerica, dura, superficie reticulata. Sapor acerrimus, & pene indelebilis. Hinc ab infusione foliorum, inter vernas herbulas adsumto, vomitum cruentum vidit STAEHELINUS. Radix pariter acerrima, farinosa, viscida, acidi signa dat evidentia. Hinc vires possidet resolventes, abstergentes: solet autem *fecula* radicis in usum trahi, lota, & fere inutilis. Recens vero radix & integra, usu externo ulcera mundat, in epithemate laudatur ad Arthritidem. Intus ad asthmata etiam desperata exsiccata radix ad drachmam exhibetur: multo recente mitior. Ventriculum mucosum roborat & expedit eadem, & pulverem stomachicum BIRKMANNI princeps ingreditur. Siccae radicis loco saponis ad dealbanda lintea usus est; tum ad fucum, & cerussae speciem CAESALPIN. Eadem recens intus sumta purgat cachecticos CONSTANTIN. Succo inpraegnata turunda laudatur a CHOMELLIO *Suppl. aux pl. us.* p. 148. Edulis etiam fuit, & nostro tempore Colocasia, Ari genus, in Aegypto celebre obsonium est.

Etiam nunc loco Liliacearum, quae Junco & adfinibus continuantur, leges methodi parenthesin jubent inserere Orchidum, quas alibi, & seorsim a Liliaceis, disponere nefas foret.

II. PLANTAE STAMINIBUS ET SEMINIBUS CONSPICUIS DONATAE.

II. FLORE PETALODE.

I. MONOCOTYLEDONES.

I. TUBA DESTITUTAE.

ORCHIDES & ADFINES.

Huic naturali claſſi commune eſt, foliis & culmo cum Liliaceis convenire, gerere ovarium ſtriis ſpiralibus inſcriptum, plenum ſcobe tenuiſſima, ad tres acervos collecta. Ex apice ovarii florem ferunt nudum. Hujus alia petala fere ſemper ſimplicis fabricae, quinque, conjuncta cucullum faciunt in plerisque. Sextum alias duas, alias tres partes habet. Anteriori, ſive barba ſimplici, biſida, triſida, quadriſida, varie ludit. Poſterior calcar eſt, & in quibusdam deficit. Media cum anteriori cavas fauces efficit, brevior, in arcum terminata, gerens machinam ſtaminiferam, quae fere ſola genera diſtinguit. Sub medio intervallo radicum duorum apicum via eſt, obſcurior, aut conſpicua, quae ad ovarium ducit, & loco tubae eſt.

ORCHIS.

TOURN. T. 247. 248.

ORCHIS LINN. n. 681. *SATYRIUM* LINN. n. 682. *HERMINIUM* EJ. n. 684.

Huic proprium eſt, radices ſucculentas habere, ſive ſubrotundae fuerint, ſive multifidae, quaſi digitatae. Petalum ſextum alias calcar educit, alias minime. Staminum fabrica haec eſt. Convexa pars poſterior petali ſexti ſtylum effert, huic utrinque una adnata eſt capſula, membranaceis duabus cortinis clauſa, in qua apex latet, ex filamento convoluto, & pulverulento factus, inferne pediculatus. Vide haec apud MALPIGHIUM bene expreſſa 1. f. 142. Via ad ovarium inter duo tumida labia conſpicua. Hoc genus, ita definitum, unicum eſt naturaliter, ſi vero ob radices dividas, duo erunt, ſi ob calcar duo, ſi utraque nota utaris, quatuor. Unum autem eſſe demonſtratur contra RIVINUM & LINNAEUM, quod & teſticulatae absque calcare dentur, & palmatae, uti viciſſim neceſſario inter *Satyria* LINNAEI & teſticulatas & palmatas reperimus.

ORDO I.

I. ORCHIDES RADICIBUS BINIS SUBROTUNDIS.

I. CALCARE DONATAE.

1. ORCHIS radicibus ſubrotundis, brachiolis labelli brevioribus, ſpinula ex diviſione medii trunculi eminente.

998

Stendelwurtz BRUNF. L. I. p. 103. bene & *Satyrium mas* EJ. p. 104.
Faba inverſa DORST. p. 119. *b.* & *Satyrium* EJ. p. 261.
Orchis mas latifolia FUCHS. p. 554. commode. AMBR. TIT.
Satyrium mas quorumdam TRAG. p. 778. obſcure.
Orchis ſ. teſticulus major CORD. Hiſt. L. II. c. 26. p. 129.
Teſticuli V. ſpecies MATTH. p. 883. male.
Cynoſorchis latifolia hiante cucullo major C. B. Baſ. p. 21. H. OX. III. p. 490. S. XII. T. 12. f. 1.
Orchis galea & alis fere cinereis I. B. II. p. 757. H. OX. III. p. 494. RAJ. p. 1218. ſyn. III. p. 378.
Orchis latifolia hiante cucullo major I. R. H. VAILL. p. 148. T. 31. f. 21.
Orchis maſcula RIVIN. RUPP. p. 238.
β *Cynosorchis II.* DOD. Herb. Coron. p. 210. Pempt. p. 234.
Cynosorchis majoris ſecunda ſpecies, & cynosorchis altera Dodonaei LOB. ic. p. 175.
Cynosorchis major II. TAB. p. 658.
Cynosorchis latifolia hiante cucullo minor C. B. Baſ. p. 22.
VAILL. T. 31. f. 22. 23. 24.
γ *Cynosorchis anguſtifolia hiante cucullo* C. B. Prodr. p. 28. Baſil. p. 22. in pratis *Muteti* M. Ex eo RAJUS & MORISON. tum T. TILL. & JOHREN.

In paſcuis acclivibus, & ſiccioribus, ſub initium Maji. RAIUS ad Rhodani ripas *Genevae.*

Culmus pedalis & altior, aliquando tamen vix ſemipedalis. Folia nunquam ma-

cu-

culoſa, elliptica, mucrone perobtuſo. Spica in juniore conpacta, triangularis, per aetatem laxatur. Squamae ſub ovariis longe breviſſimae, vix lineam longae. Ovarium longum, alis eminentibus. Cucullus ſatis arctus, pentapetalos, cujus tria petala, ut ſolent, exteriora ſunt, albus caeterum, pellucente purpura. Labium inferius ex ortu duo brachiola emittit, anguſta, purpurea, deinde longius deſcendit, album cum purpureis maculis, tomentoſum, terminatum duobus purpureis, triangularibus, ſegmentis, ex quorum intervallo ſpinula exit. Calcar cylindricum tertiam partem ovarii longum.

2. ORCHIS radicibus ſubrotundis, ſpica longa, laxa, brachiolis labelli & cruſculis longiſſimis.

Orchis Zoophora Cercopithecum referens oreades COL. p. 319. PARK. AMBROS. RAJ. Hiſt. p. 1219.
Orchis altera oreades cercopithecophora COLUMN. ic. p. 320.
Orchis flore ſimiam referens C. B. MOR. Hort. Bleſ. &c.
Orchis ſimiam referens H. OX. III. p. 494. T. 12. f. 3. I. R. H. T. 247. A. A. A. A. VAILL. p. 148. & T. 31. f. 25. 26.
Orchis cercopithecum exprimens luſitanica altera BREYN. Cent. ic. p. 42. [forte & prima] & ex eo MOR. *Baſilea* habeo, natam *Michelfeldae*, cum nomine *Cynoſ. latif. hiant. cuc. minoris.*

Proxima priori: differt autem diviſione ſexti petali. Totum anguſtius eſt, cruſcula & ſuperiora, & inferiora graciliſſima educit, & longiora. Spinula, uti in priori. Deinde ſpica longiſſima, & ſparſa.

3. ORCHIS radicibus ſubrotundis, cucullo punctato, cruſculis labelli latioribus, & brevioribus.

An *Satyrion primum* Dioſc. TRAG. p. 780.
Et *Tertium teſticuli genus* ib. in deſcr.? cui florem facit extus ſpadiceum.
Orchis latifolia altera CLUS. p. 267. PANNON. p. 237. bene.
Orchis ſtrateumatica, ſive ſtratiotes major, ſive militaris LOB. p. 184. eadem icon.
Orchis ſtrateumatica major LUGD. p. 1559. I. B. II. p. 758. H. OX. III. p. 494. T. 13. f. 6.
Teſticulus V. militaris TAB. p. 663.
Orchis latifolia HORT. AICHST. Aeſt. Ord. IV. T. 4. f. 1. bene.
Cynosorchis militaris major C. B. Baſ. p. 22. P.
Orchis ſtrateumatica RAJ. Hiſt. p. 1213. ſyll. ſtirp. exter. p. 192.
Orchis militaris major I. R. H. T. 247. B. B. B. B. VAILL. p. 148, T. 31. f. 27. 28. RUPP. p. 238. cum malis iconibus &c.
II. *Orchis magna, latis foliis, galea fuſca ſive nigricante* I. B. II. p. 759. pro nova. HIST. OXON. III. p. 491. RAJ. p. 1214. ſynopſ. III. T. 19. f. 2. & p. 378.

C. B. in M. *Muteto.* RAI. ad latus collis ſylvoſi prope M. *Saleve.* I. GESNERUS *Tiguro* miſit.

Specioſa planta, bipedalis & ultra. Folia elliptica, unciam lata, ſpica denſa, foliolis minimis. Ovaria graciliſſima. Galea ex quinque petalis conjunctis, ut in prioribus, ſed lineata, & punctata. Brachiola ſuperiora gracilia, inferiora latiſſima. Spinula media brevis: corpus ipſum petali ſexti breviter villoſum. Calcar incurvum, fine turgido.

*4. ORCHIS ſtrateumatica minor LOBEL. ic. p. 184. I. B. II. p. 758. RAI. p. 1219. *Syll. ſtirp. exter.* p. 191.

Orchis ſtrateumatica minor. C. gemmae LUGD. p. 1559.
Teſticulus ſtrateumaticus minor X. TABERN. p. 664.
Cynosorchis militaris minor C. B. Baſ. p. 22. P.
Orchis militaris minor I. R. H. VAILL. p. 149. T. 31. f. 29. PONTED. Authol. p. 283. T. 5. f. 2.
II. An differt *Orchis batrachites vel batrachioides* LOB. ic. p. 185.
Orchis batrachioides gemmae LUGD. p. 1559.
Orchis hermaphroditica C. B. P. RAJ. p. 1222. I. R. H.

C. B. in *Muteto* M. RAIUS in *Saleva* M.

Alae interne ſtriis purpureis lineatae. Brachiola ſuperna breviſſima: inferna, ut in priori, lata, colores minus elegantes. An ſatis diverſa?

5. ORCHIS radicibus ſubrotundis, ſpica denſa, cruſculis labelli ampliter divergentibus.

An *Tertium teſticuli genus* TRAGI p. 780.
Orchidis genus rarius & elegans GESN. Tab. Coll. p. 93.
Orchis Pannonica IIII. CLUS. p. 268. Pann. p. 236. bene. RAJ. p. 1215. ſynopſ. III. p. 377.
Orchis minor flore guttato ſanguineo CAM. Hort. p. 111.
Orchis minor flore incarnato HORT. AICHST. Vern. Ord. II. T. 9. f. 3?

999

Cyno-

Cynosorchis militaris, pratenſis, humilior C. B.
Orchis parvis floribus multis punctis notatis, An Cluſio orchis pannonica I. B. II. p. 765. cum mala icone.
Orchis militaris pratenſis humilior H. OX. III. p. 492. T. XII. f. 20. non bene. I. R. H. VAILL. p. 149. T. 31. f. 35. 36.
Orchis militaris minor & minima RUPP. p. 239. cum iconibus.
Varietates ſpica craſſiore, & anguſtiore habet LEOPOLD. p. 116.

Non rara in Helvetia C. B. prope *Dornach*. Ego circa *Seelhofen* in udis, circa *Weiſſenburg* in udis. HUBERUS ſimili loco circa *Vettis*.

Culmus plerumque dodrantalis, folia non graciliora prioribus. Spica prae reliquis denſa: foliola ſub flore dimidii ovarii longitudine. Ovarium, ut in ultima, tumidulum. Flos minimus in hoc genere. Galea arcta, alba & purpuraſcens, cum lineis purpuraſcentibus. Calcar ne lineam quidem longum. Petali ſexti anterior bractea ſanguineis maculis varia, brevius inter brachiola, & diviſionem ultimam, quaſi pectus habet, & confertim in lateralia ſegmenta gracilia finditur, atque medium latum, in duo obtuſa ſegmenta ad magnum angulum fiſſum, inter quae ſpinula deſcendit, minima.

*6. CYNOSORCHIS militaris pratenſis elatior, floribus variegatis C. B. *Prodr.* p. 28. *Baſ.* p. 22.

Ex eo PARK. RAIUS, MORISONUS, TOURN. GARID. & TILLIUS habent, neque ullam notam addiderunt.

C. B. in pratis *Michelfeldenſibus*, & trans *Rhenum*.

C. B. dicit „ folia quam Orchidi 8. latiora eſſe, ſpicam breviorem, flores longe minores, ex rubro & albo eleganter varios. An vere diverſa a n. 5.

7. ORCHIS radicibus ſubrotundis, floribus obſoletis, cimicem olentibus, labello retrorſum reflexo.

Tragorchis minor, & verior C. gemmae, ſive corioſmites coriophora flore inſtar cimicum LOB. p. 173. ex quo LUGD.
Teſticulus hircinus III. minor TAB. p. 672.
Orchis hirci odore minor C. B. H. OX. III. p. 491. T. 12. f. 10. I. R. H. VAILL. p. 149. T. 31. f. 30. 31. 32.
Tragorchis minor flore fuliginoſo I. B. II. p. 764. RAJ. p. 1213.
Orchis foetida 3. ſ. hirci odore minor RAJ. ſyll. p. 191. PLUKN.
II. *Orchis batavica VI.* CLUS. Hiſt. p. 268.
Orchis odore hirci minor, ſpica purpuraſcente C. B. I. R. H. *purpurea* H. OX. III. p. 492.
Tragorchis batavica cluſii PARK. p. 1349.

STAEH. circa villam inter tres cognomines *Gundeldingen* ultimam. RAI. in pratis trans *Rhodanum* prope *Genevam* (Sub *Oſteroda*. v. *Iter. Hercyn.* n. 7.)

Culmus pedalis, folia ad radicem conferta, dimidium pollicem lata, ſpica rara. Foliola ſub ovariis his ipſis aequalia. Cucullus ita arcte conjunctus, ut trifolius videatur, colore obſcure viridi, aut obſcure purpureo, cum lineis ſaturatioribus. Barba ita recte deſcendit, ut verſus culmum etiam convergat, ſingulari inter Orchides habitu, trifida. Lateralia ſegmenta uno alterove dente notantur, medium trifidum eſt, & acutum. Color pariter alias ſubviridis, alias purpura admiſcetur. Calcar conicum, plus quam dimidii fructus longitudine. Totius floris odor, qui cimicum.

8. ORCHIS radicibus ſubrotundis, ſpica denſa, labello aequaliter tripartito, calcare ovarii longitudine.

Orchis purpurea ſpica congeſta pyramidali RAJ. p. 1215. ſynopſ. III. p. 377. T. 18. icon. opt. HIST. OXON. III. p. 492. ZANICH. p. 196. ic. 42. 64.
Orchis radicibus ſubrotundis, bracteis flore brevioribus, nectarii labio trifido, ſeta longiſſima LINN. Hort. Cliff. p. 429. ROYEN. p. 14.
II. *Cynosorchis militaris ſpica rubente conglomerata* C. B. Baſ. p. 22. Prodr. p. 28. PARK. p. 1345.
Orchis militaris montana, ſpica rubente conglomerata I. R. H. VAILL. p. 151. T. 31. f. 38. &c.
III. *Orchis femina major* FUCHS. p. 556. ob flores trifidos.
Orchis quinta odorata TRAG. p. 782. omnino.
Cynosorchis montana purpurea odorata C. B. H. OX. III. p. 491.
Orchidis genus parvum, flore prorſus purpureo, odoris ſuaviſſimi I. B. II. p. 763. RAJ. p. 1215.*
Orchis montana purpurea odorata I. R. H.
Novem omnino Orchides Auctorum hic conjungerem, ſi vel tempus inpendere liberet, vel conjecturis uti.

In pratis montoſis M. *Muteti* C. B. Ibidem ego, & in *Grandvi*, in pratis ſupra *Biennam* verſus *Deſſ.* &c.

Folia ſemuncem lata, octuplum longa, ad radicem congeſta. Culmus pedalis. Spica brevis

vis, lata, denſiſſima, inter congeneres. Folia ſub ſtrictis ovariis his ipſis aequalia. Rictus multo, quam in priori, minor. Barba fere aequaliter in tria ſegmenta obtuſa diviſa. Calcar ovarii longitudine & ultra. Totus flos concolor, purpuraſcens.

9. ORCHIS radicibus conicis, ſpica brevi, denſa, petalis caudatis. Vide *It. Helvet.* n. 31. & corrige l. 14. ubi verba interjecta ſpinula abundant.

Orchis rotundus DALECH. LUGD. p. 1556. I. B. II. p. 765.
Orchis flore globoſo C. B. HIST. OXON. III. p. 292. RAJ. p. 1216. VAILL. male hic octavae, ibi quintae conjungit. An MURALT. p. 726? Non videtur.
Orchis rotunda Dalech RAJ. Syll. Stirp. Ext. p. 191.
II. An *Orchidis ſpecies flore umbellato* THAL. p. 81. 82.
Orchis rotunda Dalechampii flore puniceo magno KNAUT. p. 71. BUXBAUM. p. 221. Dubito Germaniae indigenam eſſe.

In Jura M. paſſim. In *Dolaz* & *Grandvi* copioſe. In M. *Rohtenhorn* ſupra *Brienz.*

Facillime dignoſcitur. Bulbi oblongi, conici. Culmus cubitalis, folioſus, imis foliis ellipticis. Spica conpacta, ut 8. pariter brevis & lata. Squamae ſub ovario eodem paulo breviores. Omnia petala cuculli caudata, in appendices graciles continuata. Duo interiora cuculli petala punctata. Barba tripartita, absque pectore. Brachia acuta, medium punctatum, leniter trifidum. Calcar gracile, dimidio ovario aequale. Color floris roſeus, pallens.

Hanc olim pro nova deſcripſi in COMM. LIT. NOR. cum nullibi deſcriptam invenirem a. 1735. p. 39.

10. ORCHIS radicibus ſubrotundis, cucullo ſparſo, labello ampliter trifido, crenato, flore concolore. 1000

Orchis mas anguſtifolia FUCHS. p. 555.
Teſticulus IIII. MATTH. p. 882. male, ſed in EPIT. CAM. p. 624. bene.
Teſticulus morionis mas DOD. Coron. p. 214. Pempt. p. 236. commode.
Orchis V. CLUS. p. 268. quod ad iconem.
Cynosorchis morio. Orchis mas anguſtifolia Fuchſii, Satyrion Apuleji, & Orchis delphinias paluſtris C. Gemmae LOB. ic. p. 176. ex DOD.
Cynosorchis morio mas TAB. p. 660.
Cynosorchis maculata EJ. ib.
Orchis morio mas foliis maculatis C. B. Baſil. p. 22. RAJ. p. 1214. ſynopſ. III. p. 376. I. R. H. VAILL. p. 150. T. 31. f. 11. 12.
Orchis major tota purpurea maculoſo folio I. B. II. p. 763.
Cynosorchis morio mas foliis maculatis H. OX. III. p. 490.
Satyrium mas BLAKW. T. 53. bene.
β *Cynosorchis delphinia ſeſſilibus maculoſis foliis, obtuſioribus, flore purpuroviolaceo, caule ſeſquicubitali, majuſculo olivari gemino bulbo* LOB. ic. p. 174.
Orchis morio foliis ſeſſilibus maculatis C. B. H. OX. I. R. H. &c. Omnes autem ex LOBELIO.
γ *Orchis morio mas foliis ſeſſilibus non maculatis* C. B. Baſil. p. 22. H. OX. I. R. H. &c.
Orchis major, tota purpurea, non maculata I. B. II. p. 760.
♂ Icone convenit, differt colore, non tamen videtur alia eſſe, cum nemo eam poſt LOBELIUM viderit, & maculis haec ſola inter teſticulatas ludat,
Orchis ornithophora folio levi LOB. p. 182. ex quo habent reliqui
ε Et *Orchis ornithophora folio maculoſo* LOB. p. 183. ex quo BAUHINI habent, & reliqui.

Haec ſpecies frequens eſt in pratis ſubudis, in ſylvis, ubique per Helvetiam.

Bulbi ex maximis. Culmus pedalis cubitalis. Folia ampla, inferius, ut ſolent, elliptica, ſuperius acuta, modo varia maculis nigricantibus, modo minime. Spica ſpecioſa, longa, non denſa, ſquamae ſub flore purpureae, ovarii longitudine. Flos magnus, totus ex purpura violaceus: Cuculli petala duo ſolent a reliquis diſtare; unde ſimilitudo cum avicula. Calcar horizontale, cylindricum, ovarii longitudine. Segmenta petali ſexti fere aequalia, absque pectore, crenata, medium latius, etiam diviſum.

Haec ſpecies magnitudine bulborum, & hircino odore excellit, quo ſemen animalium inpudicorum imitatur. Haec ergo recipienda inter Aphrodiſiaca, ſi omnino Aphrodiſiaca licita ſunt. Conditum vulgo in uſu eſt; eſſentiam cum ſpiritu vini paratam praefert LUDOVICI. Sed alia virtus innocentior, omnibus Orchidibus ineſt. Viſcoſae ſunt totae, lentiſſimi glutinis. Ergo gummatis loco, quoties excoriata membrana villoſa inteſtinorum conſolanda eſt blando viſcore, mire radix convenit. Quod de radice Orchidis Perſicae, dictae *Salab*, DEGNERUS praedicat, ad dyſenteriam, phthiſin &c. (Conf. E.N. C. *Vol.* I. *App.* & *Vol.* 4. *Obſ.* 62.) id de omnibus omnino, aeque

valere communis natura indicat. Atque hanc vim a PARACELSI quibusdam discipulis laudatam fuisse reperio.

997

11. ORCHIS radicibus subrotundis, cucullo clauso, lineato, labello ampliter trifido, crenato.

α Varietas humilior
Triorchis serapias mas FUCHS. p. 559. bene.
Triorchis mas LONIC. p. 431.
An *Testiculus alius, cui flores rubent* CORD. Hist. L. II. c. 28.
Testculus morionis femina DOD. Coron. p. 213. 215. 216. Pempt. p. 236. sp. quarta in descript.
Orchis V. CLUS. Pannon. p. 238. Hist. p. 268. descriptio non autem icon.
Cynosorchis morio femina, orchis delphinia C. GEMMAE LOB. p. 176. ex DOD.
Cynosorchis morio II. TAB. p. 661.
Cynosorchis femina HORT. AICHST. Aest. Ord. IV. T. 4. f. 2.
Orchis morio femina C. B. Basil. p. 22. PARK. HIST. OXON. RAJ. p. 1214. I. R. H. VAILL. p. 150. T. 31. f. 13. 14. ZANICH. p. 195. ic. 28.
Orchis minor, purpurea & aliorum colorum, cum alis virentibus I. B. II. p. 761.
Orchis radicibus subrotundis, nectarii labio quadrifido, aequali, crenulato, cornu obtuso ROYEN. p. 15.
β Hujus varietas minor
Cynosorchis BKUNF. 1. p. 104. ob parvitatem.
Orchis morio femina parva VAILL. p. 150.
γ *Flore roseo* I. R. H. VAILL. TILL. HERM. BOERH.
δ *Flore niveo* I. B. HERM. I. R. H. TILL. VAILL. BOERH.
ε *Flore versicolore* Eorumdem.
ς Elatior pedalis, spica laxiori
Orchis morio femina procerior, majori flore I. R. H. aut. de Par. p. 508. VAILL. p. 150.
Huc vero omnino refero
II. *Ornithophoram candidam* LOB. p. 183. I. B. II. p. 761. RAJ. p. 1222.*
Orchidem papilionem referentem, angustifoliam, albam C. B. I. R. H.
Orchidem myoden angustifoliam PARK. p. 1353.
Testiculum XVI. minorem TAB. p. 667. bene.
Orchidem angustifoliam C. B. H. OX. III. p. 492. T. 13. f. 18. I. R. H.
Orchidem minorem angustifolium, in suprema parte longis foliis I. B. II. p. 765. RAJ. p. 1222.*.

Haec inter testiculatas per Helvetiam frequentissima est, in pratis udis.

Culmi longitudo a quatuor unciis, ad pedem. Folia angusta pro ratione longitudinis, acuta. Spica pauciflora, vix ultra duodecim florum, rara. Folia magna, colorata, sub ovariis, eadem longitudine. Cucullus conjunctis petalis fit, quorum tria latiora, cujuscunque coloris demum flos fuerit, interius lineis viridibus distinguuntur. Barba ex uno loco trifida, segmentis lateralibus magnis, crenatis, medio potius minori, maculato, ubi ex faucibus prodit, modice inciso. Calcar longius dimidio ovario. Color floris albus, roseus, violaceus. In majori varietate scapus foliosus est.

1006

12. ORCHIS radicibus conicis, labello lingulato, simpliciissimo.

I. *Testiculus candidus, odoratus, major* CORD. Hist. II. c. 29.
Testiculus bifolius EJUSD. L. II. c. 104.
Testiculi species V. CAM. Epit. p. 625. bene.
Testiculi III. figura exterior MATTH. p. 881.
Orchis serapias primus DOD. p. 237. Coron. p. 219. bona icon.
Testiculus vulpinus primus, cujus flores culices exprimunt LOB. ic. p. 178.
Testiculus vulpinus latifolius TAB. p. 667.
Orchis flore albo minor HORT. AICHST. Aest. Ord. IV. T. 5. f. 4.
X *Orchis alba bifolia, minor, calcare oblongo* C. B. Bas. p. 23. I. R. H. VAILL. p. 151. T. 30. f. 7. ZAN. ic. 42.
Orchis alba calcare longo I. B. II. p. 771. *oblongo.* H. OX. III. p. 495. RAJ. p. 1221.
II. *Orchis bifolius* CAM. Hort. p. 111.
Testiculus vulpinus HORT. AICHST. Vern. Ord. VII. T. 6. f. 1.
III. *Satyrium trifolium* FUCHS. p. 710. TAB. p. 674. & ex FUCHSIO GESN. Tab. Coll. p. 105.
Triorchis trifolia TAB. p. 678.
Orchis nonnunquam trifolius CAM. Hort. p. 111.
Orchis trifolia major C. B. I. R. H. &c.
Orchis serapias trifolia major RAJ. p. 1221.
IV. *Culices minores triphyllae* LOB. p. 179.
Orchis trifolia minor C. B. H. OX. III. p. 495. T. 13. f. 19. RAJ. p. 1222.* I. R. H.
Orchides culices minores triphyllae I. B. II. p. 772.
V. Varietas amplioribus foliis
Orchis latifolia I. CLUS. p. 267. qui florem non viderat

Orchis

Orchis latifolia maxima CLUS. Pann. p. 237.
Orchis bifolia latiſſima C. B. RAJ. Syll. Stirp. Ext. p. 191. I. R. H.
Orchis ampliſſima foliis binis ſplendentibus I. B. II. p. 772.
VI. *Hermaphroditica ſecunda corn. gemmae ſive orchis ſphecodes diphylla* LOB. p. 178.
Teſticulus vulpinus IV. hermaphroditicus TAB. p. 669.
Orchis bifolia altera C. B. Baſ. p. 23. in M. *Crenzacher-berg* I. R. H. TILL.
Orchis hermaphroditica bifolia I. B. II. p. 772. RAJ. p. 1221. ſyn. RAJ. III. p. 380. etſi diſtinguatur.
Orchis flore libellam referens VAILL. p. 151.

Non rara in ſylvis caeduis apricis. Foliis ampliſſimis, Hellebori albi, inveni in ſylva *Bremgarten.* Omnia vero haec ſynonyma certo conveniunt, quibus alia addere licuiſſet.

Bulbi longi, conici. Folia ad terram amplisſima, latitudine duarum, & trium, unciarum, ſaepiſſime duo ſunt, alias tertium accedit. Culmus cubitalis, gracilibus ſquamis veſtitur. Spica rara, ſed longa, multiflora. Squamae maximae, floris longitudine. Cucullus valde hians, ut duo tantum ſola petala graciliſſima, in fornicem Gothicum conjuncta, ſtaminum domunculam tegant, tria late exſtent. Barba lingulata, longa, gracilis, fine herbaceo, cum totus flos albus ſit. Calcar longiſſimum, biunciale, gracillimum. Staminum conſpicua machina, amplior quam ſolet, duobus cucullis longe remotis, vacuaque valle diſtantibus, lutea, cum albis cortinis. Odor huic ſoli, ex hac claſſe, gratiſſimus.

ORDO II.
I. RADICIBUS SUBROTUNDIS.
II. BINIS.
II. FLORIS CALCARE BREVISSIMO AUT NULLO.
SATYRII LINNAEI n. 682. ſpecies radice globoſa.

Separavit ob calcar LINNAEUS. Ob eam rationem TOURNEFORTIUS Antirrhinum a Linaria diviſerat. Id diſplicuit LINNAEO: liceat ergo & nobis Satyria relinquere cum Orchidibus.

13. ORCHIS radicibus ſubrotundis, labello longiſſimo, gracili, calcare breviſſimo.

1004

α *Tragorchis teſticulus hirci* DOD. Coron. p. 217. Pempt. p. 237.
Teſticulus hircinus, ſeu tragorchis, orchis ſaurodes, vel ſcincophora, lacertarum aemulatione LOB. p. 177.
Orchis ſaurodes vel ſcincophora gemmae, teſticulus hircinus vulgaris LUGD. p. 1550.
Orchis lingua bifurcata longiſſima CAES. L. X. c. 46. p. 429.
Teſticulus hircinus I. TAB. p. 671.
Orchis barbata, odore hirci, longiore & anguſtiore folio C. B. Baſ. p. 23. I. R. H.
β *Tragorchis maxima* PARK. p. 1348.
Teſticulus hircinus II. TAB. p. 672.
Orchis barbata odore hirci, breviori, & latiori folio C. B. Baſil. p. 22. HIST. OXON. III. p. 491. T. 12. f. 9. male I. R. H. VAILL. T. 30. f. 6. &c.
Orchis barbata foetida I. B. II. p. 756. RAJ. p. 1212. ſyn. III. p. 376. VAILL. p. 149. &c.
Tragorchis vulgaris PARK. p. 1348.

C. B. in pratis montis *Muteti* & *auf der Baar.* DIVERNOI circa *Neocomum.* CONSTANT *ſur Sauvebelin*, & *en Chamblande.*

Specioſae plantae ſcapus cubitalis eſt; folia, uti in priori, ex ampliſſimis, ſed plura: ſpica denſa, & longa; Squamae ſub floribus longiſſimae, & graciles. Cuculli clauſi tria petala latiuſcula, lineata, duo anguſta, ligulata, colore extus ex albo virente, intus purpurea, & punctata. Petalum ſextum longiſſimum, duarum, & trium, unciarum, viride, brachia breviora, undulata, gracilia emittit, medio trunculo longiſſimo, breviter bifido. Calcar unam lineam longum, obtuſum.

14. ORCHIS radicibus ſubrotundis, calcare nullo; labello & brachiolis, & cruribus, graciliſſimis.

Orchis anthropophora oreades COLUMN. Ecphraſ. p. 318. & ic. p. 320. RAJ. p. 1317. ſyn. III. p. 379.
Orchis flore nudi hominis effigiem repraeſentans femina C. B. HOFM. I. R. H. VAILL. p. 147. T. 31. f. 19. 20. GARID. ic. 77. p. 340.
Orchis anthropophora foliis anguſtioribus ſpica longiore & tenuiore H. OX. III. p. 493. T. 12. f. 2.
Orchis anthropophora flore fuſco ſ. ferrugineo RAJ. Syllog. Stirp. Extra Brit. p. 191.
Orchis anthropophora femina BERNIZ. Miſcell. Natur. Cur. Dec. I. Ann. II. Obſ. 41. Icon fictit.

RAIUS ad margines agrorum, non longe a *Rhodano*, prope *Genevam.* STAEH. in M. *Crenzach.* DIVERNOI etiam ſpecimen dedit.

In universum similis est Orchidis n. 2. Culmus pedalis, cubitalis. Folia longa, angusta. Flores in spicam longam, raram. Folia sub fructu exigua. Cucullus continuus, subluteus. Labellum s. sextum petalum, fuscum, aut virescens (addit COLUMNA, micis aureis conspergi) brachiolis duobus, trunculo, crusculis, omnibus graciliſſimis, absque spinula. Calcar nullum.

15. ORCHIS radicibus subrotundis, calcare nullo, labello latiusculo, bisulco, brachiolis brevibus.

Orchis serapias tertius DOD. Cor. p. 218. ic. p. 222. bene. Pempt. p. 238. & inde LUGD. p. 1555.
Orchis myodes prima floribus muscam exprimens LOB. p. 181. alia icon.
Orchis myodes prima gemmae LUGD. p. 1558.
Testiculus muscarius I. TAB. p. 661. minus bene.
Orchis muscae corpus referens minor, vel galea & alis herbidis C. B. Basil. p. 23. I. R. H. VAILL. p. 147. T. 31. f. 17. 18. pulcherrime.
Orchis muscae corpus referens minor H. OX. III. p. 495.
Orchis myodes galea & alis herbidis I. B. II. p. 761. RAJ. p. 1219. synops. III. p. 326.
II. *Vulpinus testiculus s. orchis myodes lutea* &c. LOB. ic. p. 181. flore magno.
Testiculus muscarius III. luteus TAB. p. 662. icon bona.
Orchis myodes lutea I. B. II. p. 768. bene.

C. B. in pratis montis *Crenzach*. Ego in M. *Muteto*, qua inter *Brattelen* & *Muttenz* descenditur: tum cum STAEH. in dumeto ad villam *das äusserſte Gündeldingen*. Qua a pago *Crenzach* ad cornu adscenditur, ad dextram viae.

Culmus erectus cubitales. Folia ad totum culmum angusta, longa. Spica longa, rariſſima: squamae floribus aequales. Cuculli tria herbacea latiuscula petala, duo capillaria, purpurea. Labellum fuscum, villosum, serici tonsi simile, cum coeruleo splendore, brachiolis angustis, coeruleis, trunco medio instar ungulae acute bifido. Calcar deficit. Omnino muscam flore refert.

β. ORCHIS muscam referens major C. B. *Bas.* p. 23. HIST. OX. III. p. 495. T. 14. f. 12. RAI. *syll. extra Brit.* p. 193. *Synops.* III. p. 379. I. R. H. &c.

Orchis myodes altera, folio breviore, & flore grandiusculo LOB. ic. p. 182.
Orchis myodes altera gemmae LUGD. p. 1558.
Testiculus muscarius quartus TAB. p. 662. ex LOB.
Orchis myodes flore grandiusculo I. B. II. p. 768. RAJ. p. 1220.

C. B. in M. *Muteto*.
DILL. ex Anglia misit, certissime eamdem cum priori.

16. ORCHIS radicibus subrotundis, calcare nullo, labello holosericeo, vario, latissimo, integro, mucronem ex medio demittente.

Icon BRUNF. I. p. 105. huc pertinet.
Triorchis femina FUCHS. p. 560. ob cordis figuram.
Orchis VI. TRAG. p. 783. ob florem diversicolorem.
Testiculus minor violaceis floribus CORD. Hist. II. c. 27. aut haec est, aut sequens n. 17.
Orchis serapias secundus major DOD. p. 238.
Testiculus vulpinus major & sphaegodes LOB. p. 180. eadem icon.
Testiculus VII. sphegodes TAB. p. 664. eadem.
Orchis serapias secundus DOD. LUGD. p. 1555. & *fig.* 2. *secundae sp. orchidis* EJ. p. 1551.
Orchis sphegodes gemmae EJ. p. 1558.
Orchis serapias secunda Dodon. HORT. AICHST. Aest. Ord. IV. T. 6. f. 1. bene.
Orchis fucum referens major, foliis superioribus candidis & purpurascentibus C. B. Basil. p. 29. H. OX. III. p. 494. T. 14. f. 8. I. R. H. VAILL. p. 146. T. 30. f. 10. 11. 12. 13.
Orchis fuciflora, galea & alis purpurascentibus I. B. II. p. 766. bona descr. RAJ. p. 1220. syn. III. p. 379.
Orchis cum aviculis BERNIZ. l. c. T. 7. & ex eo MORIS. p. 496. n. 23.
Orchis apem referens lusitanica BREYN. Centur. p. 98. ic. 43.
II. *Orchis melittias s. apis cadaverculum exprimens* LOB. p. 180. melius, quam prior.
Orchis melittias TAB. p. 673. ex LOB. RAJ. p. 1222. *. Inde etiam LUGD. & PARK.
III. An *Orchis andrachnites* LOB. p. 185.
Orchis araneum referens C. B. RAJ. p. 1222.*. I. R. H.

C. B. in M. *Muteto*, ubi statim trans primam arcem in prato frequens est, longe tamen frequentior Bernae in propugnaculi, *die groſſe Schanze*, gramineis.

Habitus prioris. Culmus cubitalis, folia per caulem. Spica rariſſima, pauciflora, folia sub fructu flori aequalia, albida. Cuculli petala exteriora tria purpurascunt, cum linea virente: duo minora sature purpurea, pugionis forma sunt. Machinula staminum capiti aviculae simillima, antherae flavae, quae plerisque orchidibus virent. Labellum villosum, serici tonsi simile, firmulum, integrum, circumscriptione reniformi,

formi, fornicatum, ex medio fornice mucronem brevem emittit: in medio trifoliato ornamento pingitur, quod una cum margine e luteo viret, cum reliquum labellum e luteo ſpadiceum ſit: Fauces teſtudineo modo ex luteo & ſpadiceo variae.

17. ORCHIS radicibus ſubrotundis, calcare nullo, labello latiſſimo, holoſericeo, unicolore, integro, obtuſo.

Orchis ſerapias ſecundus minor DOD. Coron. p. 220. Hiſtor. p. 238. flore rotundo.
Teſticulus vulpinus ſecundus ſphegodes LOB. ic. p. 179. mala icon.
An *Orchis figura & colore apem volantem referens* CAES. X. c. 46. p. 429.
Orchis II. ſpecies Dod. ic. ext. LUGD. p. 1551.
Teſticulus vulpinus II. TAB. p. 668. ex LOB.
Orchis fucum referens colore rubiginoſo C. B. P. I. R. H. T. 247. C. C. C. VAILL. p. 146. T. 30. f. 9. T. 31. f. 15. 16.
Orcdis ſ. teſticulus ſphegodes hirſuto flore I. B. II. p. 767. RAJ. p. 1221. ſyuopſ. III. p. 380.
Orchis melittias I. B. II. p. 767. H. OX. III. p. 494. T. 13. f. 7.
Orchis ſerapias ſ. arachnites BERNIZ. l. c. T. V. ic. fictitia.
II. *Orchis fucum referens flore ſubvirente* C. B. I. R. H. ZANICH. p. 198. ic. 61. ſed haec alterius ſimilior eſt.
In pratis montoſis. C. B. ad pedem M. *Crenzach*, haud longe patibulo.
Pulchra eſt prioris varietas, aut diverſa planta. Omnia ſimilia ſunt, ſed cucullus viridis, labellum holoſericeum, concolor, absque lineis (aut pauciſſimis pictum J. B.) conſpicue villoſum, mucrone nullo.

18. ORCHIS macrophylla COLUMN. *Ecphr.* p. 321. ic. p. 322.
Synonyma non addo: nam etſi GAGNEBIN miſerit, locum natalem non addidit, ut incertum ſit, an omnino in Helvetia legerit.
Facillime cognoſcitur cucullo horizontali, longo, roſtrato, valde acuto, labello inſtar vomeris cavo, acuto, carinato.

19. ORCHIS radicibus ſubrotundis, calcare nullo, foliis longis, & peranguſtis.
Chamaeorchis alpina folio gramineo C. B. Prodr. p. 29. P. RAJ. p. 1216*. *flore* H. OX. III. p. 492.
Chamaeorchis alpina flore viridi PARK. p. 1345.
Orchis pumila ſ. chamaeorchis alpina folio gramineo RAJ. Syll. p. 192.
Orchis humilis alpina gramineo folio I. R. H. Omnes ex C. B. qui ſolus hanc plantam vidit.
C. B. in *Gotthardo* M. Ego a. 1728. in adſcenſu M. *Gemmi*, verſus *die Daube*.
Omnino duos bulbos habet. Folia inter congeneres graciliſſima, paulo linea latiora, cauli aequalia. Scapus triuncialis, ſpicam fert rariuſculam, florum fere duodecim. Folia ſub fructu flori aequalia. Ovarium breve & ovale. Tria foliola cuculli majora virentia, duo anguſtiora ferruginea. Labellum ſpadiceum, cujus fabricam neque tunc diligenter notavi, neque nunc in pauciſſimis ſpeciminibus diſtinguo. Calcar deeſt.

ORDO III.
I. RADICE SUBROTUNDA.
II. SOLITARIA.
II. CALCARE BREVI AUT NULLO.

MONORCHIS MICHELI p. 30. *HERMINIUM* LINNAEI n. 684.

20. ORCHIS radice ſubrotunda, labello, & duobus petalis cuculli cruciformibus calcare nullo.
An *Satyrii ſeptimi prima ſpecies in apricis montibus* TRAGI p. 782.
Satyrii ſpecies quam monorchin dixeris GESN. de Hort. Germ. p. 279.
Et *Teſticuli minor ſpecies* EJ. p. 283. *b.*
Orchis puſilla alba odorata CLUS Pannon. p. 239.
Orchis VII. EJ. Hiſtor. p. 269.
Orchis parva autumnalis lutea I. B. II. p. 768.
Orchis odorata moſchata ſ. monorchis C. B. H. OX. III. p. 497. RAJ. p. 1217. SCHEUCHZ. It. VII. p. 516. RUPP. p. 152. ic. T. 11.
Orchis coleo unico ſ. monorchis floſculis pallide viridibus LOES. p. 184. icon 61.
Et *Ophris diphyllos bulboſa* EJ. ic. 58.
An *Ophris monophyllos bulboſa* EJ. p. 180. ic. 57.
Monorchides quinque MENZEL. Pug. Stirp. Rar. T. V. quas RAJUS, & MORISONUS repetierunt.
Monorchis montana minima, flore obſoleto, vix conſpicuo MICH. p. 30. T. 26. bona icon.
Herminium radice globoſa LINN. flor. Lapon. n. 317. ROYEN. p. 15.
Huc praeterea pertinent
II. *Orchis friſia littoralis, ſ. triorchis lutea tertia* LOB. ic. p. 186. icon exterior.
Orchis lutea hirſuto folio C. B.
III. *Orchis minor leodienſis* LOB. p. 187. icon plantae maturae.

Triorchis lutea altera C. B. Baſ. p. 23. in *M. Waßerfall*, ubi Monorchis copioſe provenit.
IV. *Triorchis lutea flore luteo, ſive baſilica minor, ſerapias, & triorchis aeginetae* LOB. ic. p. 187.
Triorchis lutea folio glabro C. B. Baſil. p. 23. circa arcem Birſek. Conf. *It. Hercyn.* n. 6.

In Helvetia tota, in pratis acclivibus, ad alpes uſque, non rara. In ipſis urbis *Bernae* propugnaculis *die groſſe Schanze.*

Radix ſphaerica, unica, durior, quam reliquis Orchidibus. Folia plerumque bina, aut terna, ad terram. Scapus nudus a tribus unciis ad dodrantem. Folia ſub ovariis minima. Flos totus e luteo viridis. Petala tria cuculli ſubrotunda, ſimplicia: duo alia crucis, aut pugionis ſimilia. Labellum pariter cruciforme. Calcar nullum. Odor ſuavis, melleus.

Ob figuram petalorum, quorum brachia ad angulos rectos exſtant, diſtinxit LINNAEUS. Sed in tanta varietate figurarum, quas adfectant Orchidum labella, hanc praeferri debere, novoque generi ſufficere, non videtur.

ORDO IV.
II. RADICIBUS TERETIBUS DISTINCTIS.
II. CALCARE BREVISSIMO.

PSEUDO-ORCHIS MICHEL. *nov. gen.* p. 30. T. 26.

21. ORCHIS radicibus multis, cylindricis, labello trifido, calcare breviſſimo.
Orchis palmata, palmis inverſis flore albo LOES. p. 182.
An *Orchis palma quadruplici flore cinericio* MERR. p. 87.
An *Orchis puſilla alba odorata radice palmata* RAJ. Cat. Angl. p. 217. Hiſt. p. 1225. PLUKN.? Videtur.
Orchis palmata montana latifolia floribus in ſpica denſa albis, tantillo lutei admiſto SHERARD. in RAJ. Syll. Exter. p. 400.
Orchis palmata puſilla alba odorata H. OX. III. p. 499. a SHERARDO.
Limodorum montanum flore albo vireſcente CHOMEL. Comm. Acad. Scient. Pariſ. 1705. p. m. 517.
Pſeudoorchis alpina flore herbaceo MICH. p. 30. T. 26.

In pratis montoſis totius Helvetiae. In *tete de Rang.* In alpibus *Scheidek*, *Neunenen.* HUBERUS inter *Lenz* & *Brienz.* SHERARD in paſcuis M. *Jurae.*

Radices ſunt palmatarum ſimiles, ſed abſque carpo, quae ratio novi generis condendi fuit MICHELIO. Sed calcar a ſequente, labellum a priori vetat ſeparare. Folia obtuſa, elliptica, etiam ad ſcapum aliqua. Spica longa, denſa: Folia ſub ovariis his ipſis longiora. Cuculli petala majora tria albida, minora duo e luteo virent. Barba fere Monorchidis, trifida, ad angulum rectum, brachiolis brevioribus. Calcar inflatum breviſſimum. Odor nullus.

ORDO V.
III. RADICIBUS PALMATIS.
II. CALCARE BREVISSIMO.

Inter *SATYRIA* LINNAEI.

22. ORCHIS radicibus palmatis, labello biſulco, mucrone ex diviſione eminente, calcare breviſſimo.
Serapias batrachites, vel myodes LOB. ic. p. 193.
Orchis palmata batrachites C. B. TOURNEF. aut. de Par. p. 509. I. R. H. VAILL. p. 153. T. 31. f. 6. 7. 8. TILL.
II. *Orchis palmata flore viridi* C. B. Prodr. p. 30. RAJ. Cantabr. p. 107. bona deſcr. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 516.
Palmatae cujuſdam icon I. B. II. p. 776.
Palmata rubella minima CHABR. p. 256. malum nomen.
Orchis palmata, flore galericulato, dilute viridi LOES. p. 182. ic. 59. bene.
Orchis palmata, ophrios flore viridi H. OX. III. p. 499.
Orchis palmata flore luteo viridi RAJ. p. 1224.
Orchis flore viridi, inſtar floris ophryos, petalo inferiore, & propendente, biſecto RUPP. p. 242.
Satyrium foliis oblongis, caulinis LINN. flor. Lapon. n. 313. ROYEN. p. 14.

In montanis Helvetiae. In *Gemmio*, poſt SCHEUCHZERUM inveni, & in monte *Feuerſtein* Biennenſium, & in *Vogelberg* Baſileenſium, in *Falconario* M. & in *Stokhorn.* HUBERUS in M. *Lunae* Rhaetorum.

Radix vere palmata, duplex, ex lato carpo trifida. Scapus dodrantalis & pedalis. Folia ad caulem elliptica, lata. Spica rarior, folia ſub ovariis flore longiora. Flos ex luteo viridis. Cucullus purpuram admiſtam habet. Labellum biſulcum, ſed ex fiſſura triangularis lingula eminet. Calcar breve, latumque.

23. ORCHIS radicibus palmatis, labello & breviſſimo calcare ſupra cucullum poſitis.

Chri-

Chriſtimanus RHELLICAN. Stokhorn. p. 80.
Satyrii genus odoratiſſimum brändlein ARET. Neſſ. p. 234. *b.*
Satyrium baſilicum alpinum GESN. Ind. Quadr. p. 108. Hort. p. 279. Tab. Coll. p. 104. *b.*
Palma chriſti minor MATTHIOL. p. 886. Epit. CAMER. p. 627. bene.
DODON. p. 241. LUGDUN. & TABERN. p. 681. ex MATTHIOLO.
Palma chriſti peregrina flore rubro HORT. AICHST. Aeſtiv. Ord. IV. T. 5. f. 5.
Orchis palmata anguſtifolia nigro flore C. B. HIST. OXON. III. p. 499. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 45. IV. p. 339. cum deſcriptione.
Palmata minor odoratiſſima purpurea ſive nigra I. B. II. p. 778.
Orchis palmata minor, odoratiſſima purpurea, ſeu nigra RAJ. p. 1225. Syll. Exter. p. 191.
Orchis palmata anguſtifolia alpina flore nigro MUR. p. 687.
Satyrium foliis linearibus ROYEN. p. 14.

In Jurae cacuminibus *Suchet*, *Grandvi*, *Thuiri*, *Saleve*. In alpinis pratis editis ubique. Legi in M. *Gotthard*, *Gemmio*, *Stokhorn*, *Waach* &c.

Radix ex more gentis. Culmus a tribus ad ſex uncias & ultra. Folia ad terram conferta, longa, anguſtiſſima; ad culmum etiam aliqua. Spica brevis, denſiſſima, triangularis. Folia ſub floribus his ipſis longiora, purpuraſcentia. Flos coloris ex ſatura purpura nigricantis; fabrica peculiari. Flos enim inverſus eſt, & cucullus quidem, cujus duo foliola anguſtiora ſunt reliquis, infra ovarium ponitur, labellum vero triangulare, ampliter ſerratum, cum breviſſimo calcare, ſuperius eſt. Odor, maxime in alpibus, validus caryophyllorum.

Dicitur mirifica vi fermentabili pollere, ut in lac projecta radix, dum ebullit, tota vaſa inaniat exundando.

24.*ORCHIS palmata anguſtifolia alpina flore roſeo I. R. H.

In ſummis alpium, multo rarior priore, *rohte Brændlein* Alpicolis. J. GESNERUS in M. *Gamor Abbatiscellanorum.* An varietas? an propria planta?

ORDO V.
III. RADICIBUS PALMATIS.
I. CALCARE LONGO CONSPICUO.
Inter *ORCHIDES* LINNAEI.

25. ORCHIS radicibus palmatis, anguſtiſſimo folio, calcare gracili, ovario breviori.

Ex M. *Waſſerfall* STAEHELINUS. HUBERUS ex pratis udis inter *Vettis* & *Melimpſch*, Rhaetiae pagos.

Folia ad caulem, fere prioris n. 23., longa, vix tres lineas lata. Caulis pedalis, & ultra. Spica longa, per maturitatem laxior. Folia ſub ovario huc fere aequalia. Flos ochroleucos. Labellum tripartitum, lobis lateralibus ſerratis, medio denuo inciſo. Calcar incurvum, ovario paulo brevius. Odor gratiſſimus hyacinthorum.

β Orchis ſerapias ſemine praegnans LOB. ic. p. 194? admodum alta.
An *Satyrii baſilici tenuifolii, ſpecies tertia* THAL. p. 113.
Orchis palmata caryophyllata C. B. H. OX. III. p. 499. T. 15. f. 16. Accedit. RAJ. p. 1225. I. R. H.
Palmata caryophyllata I. B. II. p. 777.
II. An *Satyrionis genus quadrifolium foliis anguſtis &c.* GESNER. Coll. p. 105.
Orchis palmata anguſtifolia minor, flore odoratiſſimo C. B. Prodr. p. 30. MURALT. p. 687.
Orchis palmata, anguſtifolia, minor, odoratiſſima C. B. Baſil. p. 24. PARK. p. 1357. H. OX. III. p. 499. T. 15. f. 9. RAJ. Syll. Exter. p. 193. Hiſt. p. 1225*. I. R. H.
Satyrium baſilicum, anguſtifolium, ſpicatum, floribus incarnatis, calcare donatis, odoratiſſimis HOFMAN. flor. Altd.
Orchis ſpicata odorata ſ. palmata anguſtifolia odoratiſſima HOFMAN. M. Mauric. p. 17.
Palmata anguſtifolia non maculoſa RUPP. p. 241. &c.

C. B. *Michelfeldae* in pratis humidis, autumnali tempore.

Hanc videtur HUBERUS retuliſſe ex Rhaetia, lectam cum priori, ſimilem prioris, anguſtia foliorum, parvitate floris, odore; ſed purpuraſcente flore, veram adeo varietatem.

26. ORCHIS radicibus palmatis, calcare ovario longiore, labello aequaliter trifido, unicolore. 1007

Satyrion femina BRUNFELS. I. p. 106.
Satyrion baſilicum mas FUCHS. p. 712.
Orchis femina ad IIII. ordinem TRAG. p. 780.
Palma chriſti alia CORD. Dioſc. II. c. 33.

Pal-

Palma chriſti major MATTH. p. 885.
Palma chriſti femina TAB. p. 680.
Satyrii baſilici tenuifolii media ſpecies THAL. p. 113.
Palma chriſti erecta variegata HORT. AICHST. Aeſt. Ord. IV. T. 5. f. 2.
Orchis palmata minor calcaribus oblongis C. B. I. R. H VAILL. p. 153. T. 30. f. 8. 8. ZANICH. p. 197. ic. 56. & 98.
Palmata rubella cum longis calcaribus rubellis I. B. II. p. 778. RAJ. ſynopſ. III. p. 381.
Orchis palmata cum longis calcaribus rubellis H. OX. III. p. 499. T. 14. f. 14. RAJ. p. 1224.
Orchis radicibus palmatis, bracteis floris longitudine, nectarii labio triſido, ſeta germinibus breviore LINN. Hort. Cliff. p. 429. ROYEN. p. 14.
II. *Cynosorchis macrocaulos ſ. conopſaea ſ. galericulata c. gemmae* LOB. ic. p. 192.
Teſticulus galericulatus TABERN. p. 671. ex LOBELIO.
Orchis palmata pratenſis maxima C. B. HIST. OXON. III. p. 498. RAJ. p. 1226. I. R. H.

In Helvetiae montanis humilioribus, non rara. V. g. in ſylvis *des Belpbergs*, inter *Zwingen* & *Delsperg*, in omnibus pratis Juraſſi inter *Biennam* & *novam Villam.*

Culmus pedalis, & ultra. Folia longa, nunquam unciam lata, etiam ad culmum aliqua, maculis pura. Spica longiſſima. Folia ſub fructu lato initio, fine graciliſſimo, floris longitudine. Flos unicolor, roſeus, violaceus. Barba pene aequaliter trifida, media tamen portione paulo minori, triangulari, oris majorum ſerratis. Stamina albida. Calcar gracile, duplo ovario longius. Odor cum gravitate gratus.

β* *Orchis palmata, montana, maxima* C. B. Prodr. p. 31. Baſ. p. 24. P. PARK. p. 1359. H. OX. III. p. 499. RAJ. Syll. Exter. p. 193. Hiſt. p. 1224. I. R. H.

M. Majo copioſe in vicinis montibus maſci & in *Muteto* M. C. B.

Caulis bicubitalis, folia ſescuncem lata, pedalia. Flores in ſpicam, dilute purpurei, parvi, labello propendente, in anguſtiſſimas barbulas diviſo. Calcar capillaceum. Folia ſub floribus in capillamentum abeuntia. Ita C. B.

Certus ſum eſſe eamdem priori.

γ *Orchis palmata anguſtifolia minor* C. B. Baſ. p. 24. PARK. Syll. p. 193.
Serapias rubello nitente flores nullis adſperſa maculis LOB. ic. p. 189.
Palma chriſti minor mas TAB. p. 680.
Orchis palmata minor flore rubro PARK. p. 1357.

C. B. in *Muteto*, ubi ipſe eam legi.

Facies ſimilis eſt Orchidis 8. Folia non maculata. Spica in junioribus denſa, triangularis, laxatur cum aetate. Flos & omnia n. 26. Odor autem non gratus.

Omnino varietas eſt n. 26.

27. ORCHIS radicibus palmatis, calcare craſſo, ovario breviori, labello lineis picto.

Cum hujus plantae infinitas ſpecies ſcriptores fecerint, auctore fere LOBELIO breviter ſynonyma ordinare viſum eſt.

α *Satyrion baſilicum mas* GESNER. Coll. p. 104. *b.* DODON. Pempt. p. 240.
Palma chriſti, & ſerapias mas levi folio LOB. ic. p. 188. eadem icon.
Palma chriſti flore purpureo HORT. AICHST. Vern. Ord. II. T. 9. f. 11.
Palma chriſti erecta folio variegato EJ. Aeſt. Ord. III. T. 8. f. 2.
Orchis palmata pratenſis latifolia C. B. Baſ. p. 24. *longis calcaribus* P. H. OX. III. p. 498. T. 14. f. 1. RAJ. ſyn. III. p. 380. I. R. H. VAILL. p. 152. T. 30. f. 14. 15. T. 31. f. 1. 2. 3. 4. 5. 9.
Palmata non maculata I. B. II. p. 774.
Orchis palmata non maculata RAJ. p. 1226.
Orchis radicibus palmatis, bracteis flore longioribus, nectarii labio triſido, cornu germinibus breviore LINN. Hort. Cliff. p. 429. ROYEN, p. 14.

Haec in paludoſis ubique frequens eſt. Culmus pedalis & ultra. Folia lata, ad ſescuncem, inferiora elliptica, ſuperne acutiora, pura. Spica denſa, longa, obtuſa. Folia ſub floribus longiora toto flore ex ſpica emergunt. Cucullus purpureus, laxus, ut in Morione. Calcar ovario brevius, craſſiſſimum. Labellum latiſſimum, inaequaliter tripartitum, ora ſerrata, purpureum, ubi ex faucibus prodit lineis profundioribus varie inſcriptum, medio ſegmento obtuſo, triangulari, exiguo. Ex intervallo antherarum ſtylus breviſſime bicollis exit. Flos inodorus.

β I. *Orchis palmata paluſtris altera* C. B. RAJ. I. R. H.
Serapias paluſtris altera leptophylla LOB. ic. p. 190.
Palmata X. ſerapias paluſtris leptophylla violacea non maculata I. B. II. p. 779.
II. *Orchis palmata paluſtris tota rubra* C. B. H. OX. III. p. 498. RAJ. ſynopſ. III. p. 382.
Palmata floribus impenſe rubris I. B. II. p. 777.
Cynosorchis dracontias foliis & floribus impenſe rubris LOB. ic. p. 191.
III. *Orchis palmata paluſtris tertia* C. B. RAJ. I. R. H.

Cynos-

Cynosorchis paluſtris levi folio & anguſto, ſeu leptophylla omnium viliſſima c. gemmae LOB. p. 193.
Palmata anguſto folio viliſſima paluſtris I. B. II. p. 776.
IV. *Orchis palmata montana altera* C. B. I. R. H.
Serapias montana levi folio LOB. ic. p. 191.
Palmata ſerapias montana folio levi I. B. II. p. 776.

Hae omnes varietates unica planta ſunt, & eadem junior, quando ſpicam inmaturam folium ſupremum conprehendit, & folia inter flores longiora eminent.

γ *Orchis palmata pratenſis anguſtifolia major* C. B. Prodr. p. 30. Baſil. p. 24. HIST. OXON. III. p. 498. T. 14. f. 2. RAJ. p. 1225*. Syll. Exter. p. 193.
Palma chriſti erecta flore incarnato HORT. AICHST. Ord. IV: T. 5. f. 3. Convenit.

In ſubalpinis, circa *Weiſſenburg:* circa *Nods* in M. *Deſſenberg.*

Huic facies paulum diverſa eſt. Folia paulo anguſtiora, ad culmum octo linearum, quando ſemipedalia ſunt. Spica acutior, & triangularis, flos roſeus pallens.

δ *Satyrion baſilicum flore candido* CAMER. Hort. p. 111.
Palma chriſti erecta flore candido HORT. AICHST. Aeſt. Ord. III. T. 8. f. 3.
Orchis palmata pratenſis latifolia longis calcaribus flore albo I. R. H.
Palma chriſti candidis floribus DILL. Cat. Gieſſ. p. 70. Nov. Spec. p. 46.
Eſt varietas τῆς α nihil niſi colore diverſa.

ε *Serapias paluſtris latifolia* LOB. ic. p. 190.
Orchis palmata paluſtris latifolia C. B. PARK. RAJ. HIST. OXON. III. p. 498.
Palmata ſ. ſerapias paluſtris latifolia flore albo ſubpurpuraſcente I. B. II. p. 775.
Eſt varietas τῆς β colore diverſa.

28. Quae ſequuntur ſunt foliis maculatis.

α *Orchis palmata, pratenſis, maculata, flore albo* I. R. H.
Solo colore differt a β quae eſt
β *Satyrion baſilicum femina* FUCHS. p. 713. DODON. p. 240. bon. ic.
Palma chriſti prima CORD. L. II. c. 32.
Orchis femina altera TRAG. p. 781.
Satyrion baſilicum femina maculatis foliis GESN. Tab. Coll. p. 104. *b.* DOD. Coron. p. 227. ic. p. 228.
Palma chriſti ſerapias femina pratenſis LOB. p. 188.
Palma chriſti CAESALP. L. X. c. 47. p. 430.
Palma chriſti maculata TAB. p. 681. HORT. AICHST. Vern. Ord. II. T. 17. f. 3.
Orchis palmata pratenſis maculata C. B. P. Baſ. p. 24. H. OX. III. p. 498. T. 14. f. 5. I. R. H. VAILL.
Palmata ſpecioſiore thyrſo folio maculato I. B. II. p. 774. RAJ. Hiſt. p. 1223. Synopſ. III. p. 381.
Orchis palmata femina ſ. palma chriſti femina, maculato folio PARKINSON. p. 257.

A 27. n. α. unice differt maculis nigricantibus per folia diſperſis. Cum autem totus habitus conſentiat, non viſum eſt ſeparari poſſe: numerum vero praefixi, ut ordinem obſervarem.

γ *Cynosorchis paluſtris altera lophodes ſ. nephelodes* C. GEMMAE LOBEL. p. 194.
Palma chriſti paluſtris I. TAB. p. 682.
Palmata paluſtris nephelodes I. B. II. p. 777.
Orchis palmata paluſtris maculata I. R. H. &c.

Haec a priori differt, quod junior ſit, folio ſub flore, & foliis inter flores majoribus. Eſt varietas maculata τοῦ 27. β.

29. ORCHIS palmata anguſtifolia purpurea maculata I. B. II. p. 777. RAI. p. 1224.
Palma chriſti tertia CORD. Hiſt. II. c. 32.
Palma montana CORD. Hiſt. II. c. 105.
Palma chriſti major CAM. Epit. p. 626. niſi fuerit ea longis calcaribus.
Palma chriſti maculata montana TABERN. p. 682.
Orchis palmata, montana, maculata C. B. H. OX. p. 499. T. 15. f. 13. I. R. H. VAILL. p. 153. T. 31. f. 10?
Palmata anguſtifolia maculata DILL. Cat. Gieſſ. p. 85.
II. *Cynosorchis minimis & ſecundum pedalem & cubitalem caulem maculoſis foliis floribus purpureis.* LOBEL. p. 175. I. B. II. p. 760. Etſi enim teſticulos habeat, huc tamen ex floris figura merito revocatur.
Orchis morio minor foliis maculatis C. B. PARK. RAJ. p. 1222*. I. R. H.
Cynosorchis morio minor HIST. OXON. III. p. 491. T. 13. f. 6.
β *Serapias candido flore montana maculatis foliis* LOBEL. ic. 189.
Palmata alba I. B. II. p. 775.
Orchis palmata montana maculata flore candido PARK. p. 1361.

Hanc varietatem in M. *Bructero* legi, purpuream vero in Monte *Pantiger Berg*, in montanis circa *Nodz* &c.

Haec a priori n. 28. modice differt, ut non exiſtimem ſeparandas eſſe, Folia equidem anguſtiora, ad terram obtuſa, maculis nigerrimis, ſolidiora. Caulis cubitalis. Flores violacei, vel e violaceo pallentes, vel albi. Maculae magis regulares, concinne in li-

neas diſpoſitae, in varietate alba nullae. Calcar dimidii ovarii longitudine gracilius.

Ut uno verbo repetam, Orchides 27. 28. 29. cum omnibus ſubordinatis varietatibus, unicam veram, per ſuas notas definitam, ſpeciem efficiunt.

* ORCHIS radice intorta.

MURALT in M. *Tigurino.* Quid?

HELLEBORINE.

TOURN. T. 249.

SERAPIAS LINNAEI n. 683.

Vera diverſitas Helleborines ab Orchide non in longa, & repente radice eſt, ſed in fabrica ſtaminum. Nempe ex labelli parte poſteriori, in Helleborine ſcapus exſurgit ſolidus, bifidus. Squama ſuperior convexa inferne duos modicos cucullos pro antheris habet. Inferior ſquama planior leviter bilocularis apice antheras ſuſtinet, & medium inter antheras proceſſum inmittit. Totum vero hoc corpus craſſius eſt, & magis prominet, & multa caro cucullos fulcit, qui in Orchide nudi ſunt. Praeterea in Helleborine flos minus hiat, labellum minus ſe diſtinguit, nullum calcar eſt, & labellum perpetuo ſimplex, cujus initium cava cymba eſt, ſtamina conplexa, inde vero reflexa deſcendit triangularis, vel cordiformis brevis barba. Reliqua Orchidis ſunt, cucullus, facies, ipſe radicum odor. Dignoſcuntur tamen foliis multo durioribus, caule magis folioſo.

ORDO I.
RADICIBUS BULBOSIS.

ORCHIASTRUM MICHELI T. 26.

1. HELLEBORINE radicibus conicis ſimplicibus.

Satyrium odoriferum BRUNFELS. L. I. p. 105.
Teſticulus VII. in uliginoſis campis TRAG. p. 782. cum icone.
Teſticulus candidus odoratus minor CORD. Hiſt. L. II. c. 31. p. 130.
Satyrii quoddam genus exiguum GESN. Tab. Coll. p. 104. *b.* 105.
Teſticulus odoratus minor DODON. p. 239.
Teſticulus odoratus ſ. orchis ſpiralis minor LOB. ic. p. 186. ex DOD.
Triorchis alba odorata minor C. B. Baſ. p. 23. HIST. OXON. III. p. 496.
Orchis ſpiralis alba odorata I. B. II. p. 769. RAJ. p. 1217. Synopſ. III. p. 378. I. R. H. VAILL. T. 30. f. 17. 18. ZANICH. p. 199. ic. 86. I. & III.
Orchiaſtrum autumnale pratenſe album odoratum MICHEL. p. 26.
II. *Teſticulus odoratus major* DODON. p. 239.
Tetrorchis vel triorchis alba ſpiralis vel autumnalis LOB. p. 186.
Triorchis odorata TAB. p. 677.
Triorchis vel tetrorchis alba odorata major C. B.
Orchis ſ. triorchis altera nonnihil hirſuta I. B. II. p. 769.
Triorchis vel tetrorchis odorata major H. OX. III. p. 469. T. 14. f. 1.
III. *Orchis friſia littoralis ſ. triorchis lutea III.* LOBEL. p. 186. icon interior.
Triorchis lutea tertia TAB. p. 678.
Orchis ſ. triorchis lutea tertia oblongioribus radicibus I. B. II. p. 769.
IV. *Orchis ſpiralis flore luteo fimbriato* MERRET. p. 88. pro nova.
V. Quomodo differt *Orchiaſtrum aeſtivum, paluſtre, ſpirale, album, odoratum* MICH. l. c. T. 26.

In Helvetiae paludoſis non rara. C. B. in ericetis circa *Michelfelden.* Ego reperi in paludoſis ultra *Seedorf*, in udis ad *Arolam* inter *Meiringen* & *Weiler*: in udis cis *Pierrepertuis* verſus *Soncevaux*, in paludoſis *Ivornenſibus.*

Radix fit aliquot longis, craſſis, ſcabris, conicis bulbillis. Culmus palmaris, & pedalis. Folia longa, acuta, ad caulem aliqua. Squamae ſub ovario latae, ovarii longitudine. Spica, longa, rara, floribus plerumque ad alterum latus retortis: Cucullus de more pentapetalos, ex albo ſubluteus. Barba propendet, ora minute ſerrata, quaſi fimbriata: ſtaminum ſcapus ex gentis ratione. Odor gratus, quaſi Hyacinthi.

ORDO II.
RADICIBUS TERETIBUS RAMOSIS.

2. HELLEBORINE longifolia, floribus magnis, paucis, purpureis.

Satyrii VIII. ſecunda ſpecies TRAG. p. 785?
Elleborine VI. recentiorum CLUS. p. 273. planta nondum adulta: In Pannon. V. eſt p. 275. 276.

Helle-

Helleborine anguſtifolia TAB. p. 725.
Aliſmatis alia rurſus ſpecies flore rubro infrequentior THAL. p. 13.
Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens C. B. Baſ. p. 55. H. OX. III. p. 487. T. II. f. 5. RAJ. p. 1231.
Damaſonium purpureum dilutum ſ. elleborine IV. Cluſii I. B. III.. p. 516.

In Helvetiae montoſis ſylvis frequens: In ſylva *Bremgarten*, qua deſcenditur ad *Neue Brück*. In ſylvula ſupra *Doffan*, M. *Belpberg*, *Saleva*, &c. C. B. in M. *Muteto* & *Crenzach*, & verſus *Mönchenſtein*.

Caulis ſub terra quidem repit, teres longusque. Supra terram infirmus, alterne flexus, ab cubitum erigitur. Folia ima elliptica, ad duas uncias lata, ſuperiora anguſta, acuta. Spica florum magnis foliis diſtincta, rara, & pauciflora. Flos ſpecioſus, purpureus, praeter fauces floris, quae albae ſunt. Labellum cuculli petalis non majus, ſerratum, acuminatum. Ipſe ſtaminum ſcapus purpuraſcit. Caeterum deſtitutus melioribus notis, has interim propono, donec in flore diſcrimina veriora definiantur.

*3. ELLEBORINE ſive Damaſonium montanum quorundam flore violaceo anguſtifolium I. B. III. p. 517. in colle *la Baſtie* prope Genevam.

Dicitur folia anguſtiora habere Elleborine DODONAEI (n. 7.) floresque violaceos. Quomodo differt?

4. HELLEBORINE longifolia, floribus magnis, paucis, albisque.

An *Satyrii octavi I. ſpecies flore albo* TRAG. p. 783.
Damaſonium tenuifolium CORD. Hiſt. C. 107. p. 151.
Damaſonium alpinum LUGDUN. p. 1058.
Sigillum mariae tertium anguſto folio CAES. L. X. c. 49.
Aliſmatis alia rurſus ſpecies flore albo THAL. p. 13.
Damaſonium anguſtifolium candidum SCHWENKF. p. 59.
Damaſonium alpinum floribus luteis I. B. III. p. 517. RAJ. p. 1232. ex LUGDUN.
Helleborine paluſtris anguſtifolia flore albo HIST. OXON. III. p. 488.
Helleborine foliis praelongis, anguſtis, acutis RAJ. Synopſ. III. p. 384.

In *Germania* hanc frequentiorem invenio: in *Helvetia* rara eſt: Reperi cum D. STAEH. KÖNIG, & HUBERO, inter *Vogelberg* & *Waſſerfall*, in aſperrimis dumetis juxta rupes.

Folia ima pariter elliptica, ſuperiora praelonga, multo anguſtiora, quam priori. Spica pariter rara, pauciflora. Characterem non deſignavi. Flos videtur minor eſſe.

*5. HELLEBORINE ex albo ſublutea I. B. III. p. 517. HIST. OX. III. p. 487. RAI. *Syllog. ſtirp. ext.* p. 141. *hiſtor.* p. 1231.

I. B. & RAI. *Genevae*.

„ Folia perfoliata, latiora quam Helleborines albo flore n. 7. Galea alba, labellum luteum, ſubcroceum.

Procul dubio eadem eſt priori.

6. HELLEBORINE floribus obſolete carneis, labello obtuſo.

Epipactis ſ. helleborine CAMER. Epit. p. 889. niſi altera fuerit n. 7.
Helleborine anguſtifolia paluſtris ſ. pratenſis C. B. H. OX. III. p. 487. T. II. f. 7. I. R. H.
Damaſonium flore herbaceo nonnihil candicante I. B. III. p. 517. RAJ. p. 1230. ex CLUSII ſynonymo, quod dicetur ad n. 7.
II. *Helleborine paluſtris noſtras* RAJ. p. 1231. Syn. III. p. 384. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 519. ZANICH. p. 137. ic. 58. n. 2. *radice repente* HIST. OXON. III. p. 487.

Abunde in Helvetia provenit. C. B. *Michelfeldae*. Ego in paludoſis inter *Belp* & *Seelhofen* vulgarem, & ad oram lacus *Leniani*. Circa *Ragaz* Rhaetiae. SCHEUCHZER in adſcenſu ſuper *Immenſee* ditionis *Suitenſis*.

Haec reliquis procerior exſurgit, ad duos cubitos uſque. Folia paulo, quam priorum, latiora, & pariter ima quidem elliptica, ſuperiora vero acuta, arundinacea. Verum ſpica laxa, longa, nulla folia miſta admittit, praeter bracteas, latiuſculas, fructu breviores. Deinde flores a caule ad angulum rectum exſtant. Cuculli petala tria majora extus obſoleta, intus purpuraſcunt, duo minora ſunt, ex albo, & purpureo varia. Labellum primo excavatum, uti priorum, ad recipiendum apparatum ſtaminum, ibi album, purpureis lineis varium, deinde in cymbam, per ambitum ſerratam, duobus tumoribus flavis elevatam, albam, non acuminatam abit. Flos minor prioribus.

7. HELLEBORINE floribus ex viridi & purpureo variis, labello acuminato, foliis breviſſimis.

Elleborine recentiorum III. CLUS. p. 223. ob locum natalem; colores enim ſunt prioris.
Helleborine DODON. p. 385.

Helleborine ſ. epipactis recentiorum LOBEL. p. 312. eadem icon.
Elleborine Dod. LUGD. p. 1312. I. B. III. p. 516.
Helleborine I. TAB. p. 724.
Helleborine latifolia montana C. B. MOR. III. p. 486. cum icone T. 11. f. 1. monſtroſa ex HORT. AICHST. RAJ. p. 1230. I. R. H.
Helleborine ferruginea foliacea noſtras HOFM.
Helleborine RIVIN. RUPP. p. 237.
Serapias caule multifolio, multifloro LINN. Cliff. p. 429. ROYEN. p. 13.

Haec in ſylvis abundat. In M. *Crenzach*, (ubi & ego legi,) & *Muteto* C. B. In M *Gurten* &c.

Hujus magna eſt cum priori ſpecie analogia. Spica pariter laxa, bracteae tamen ſub fructu longiores: flos ſimiliter exſtat. Petala tria majora herbacei coloris, colore rubiginoſo diſtincta; duo minora pene viridia. Labelli partis poſterioris fundus ex rufo ſubviridis, qui in ſequente atrorubente pigmento plenus eſt. Ex ea parte reflectitur bractea cordata, acuminata, carnea, tumoribus virentibus. Scapus ſtaminum viridis eſt, apices albi. Folia praeterea maxime perfoliata, ovata, cum brevitate, multo latiora, quam prioribus.

β Helleborine altera atrorubente flore C. B. H. OX. III. p. 487. RAJ. p. 1231. ſyn. III. p. 383. MUR. p. 675.
Helleborine V. CLUS. Hiſt. p. 273. *IIII.* PANN. p. 275.
Aliſma βοτρυωδες THAL. p. 13.
Elleborine βοτρυωδες *ſ. aliſma racemoſum* I. B. III. p. 517.
Elleborine latifolia montana altera HOFM.

In M. *Gurten*, nemore *Doffenſi*, circa *Weiſſenburg* &c.

A priori non ſatis abunde differt. Neque enim ſufficit, quod ſpica denſior, & cuculli duo petala & labellum, & cymba, purpurea ſint.

8. HELLEBORINE latifolia, floribus magnis, paucis, albisque.

Damaſonium calliphyllon CORD. Hiſt. II. c. 108.
Aliſma quorundam EJ. p. 150. *b.*
Elleborine vulgaris I. CLUS. Pann. p. 274. *II.* Hiſt. p. 272.
Sigillum ſ. mariae I. CAES. p. 431.
Helleborine albo flore TAB. p. 724. bene RAJ. p. 1231. Syll. Exter. p. 141. Syn. III. p. 383.
Aliſma κυμβαλιανθεμον THAL. p. 13.
Epipactis anguſtifolia HORT. AICHST. Vern. Ord. IX. T. 5. f. 2.
Helloborine flore albo vel damaſonium montanum latifolium C. B. Baſ. p. 58. H. OX. III. p. 488. T. 11. n. 12. I. R. H. T. 249.
Damaſonium alpinum ſ. elleborine floribus albis I. B. III. p. 516.
Damaſonium flore albo RUPP. p. 237. HEUCHER.

I. B. *Tiguri.* C. B. in M. *Crenzach* cornu, in M. *Mönchenſtein.* In *Saleva* M. Circa *Bernam* frequens eſt, circa *Muri*, in ſylvis M. *Gurten* &c.

Folia modice perfoliata, & parcius, quam priori, caeterum unciam lata, & duplum circiter longa, acuta. Spica rara, nuda, ut 2. ſpeciei, ligulis tantum miſta, quae floris ſunt longitudine. Flos ut in n. 2. magnus, fabrica eadem, quam vide ad n. 7. & cymba labelli pariter bicollis, crenata, acuta: album caeterum labellum, duabus luteis maculis in faucibus, tribus lineis flavis in labello diſtinctum.

CALCEOLUS.

TOURNEF. T. 249. E.
CYPRIPEDIUM LINN. n. 687.

Facies, & omnia Helleborines: ſed cuculius tantum quadrifolius. Staminum etiam machinula manifeſte bilabiata, ringens, labellum ampliſſimum, ſemiellipticum.

1. CALCEOLUS RUPP. p. 237.

Lonchitis prior Ic. poſt Dioſc. 1552. L. III. c. 138.
Ankenballen ARET. Neſſ. p. 239.
Calceoli d. mariae GESNER. Tab. Coll. p. 64. *b.*
Coſmoſandalos GESNER. Epiſt. p. 96. *b.*
Aliſmatis genus, ut quidam putant calceolus GESNER. Hort. p. 244. *b.*
Damaſonium nothum DODON. Coron. p. 80.
Calceolus marianus DODON. Pempt. p. 180. MAGNOL. Char. p. 188. I. R. H.
Et *Calceoli mariani alia icon* DODON. ib.
Pſeudodamaſonium CLUS. Pannon. p. 272. bona deſcr.
Elleborine recentiorum I. EJ. Hiſt. p. 272.

Cal-

Calceolus mariae, & ſacerdotis crepida, damaſonium nothum LOBEL. ic. p. 312.
Aliſma ωανδεμον vel κοιλανδεμον THAL. p. 13.
Elleborine ferruginea Dalech LUGD. p. 1146.
Calceolus mariae HORT. AICHST. Vern. Ord. VIII. T. 6. f. 1. bene. RAJ. Synopſ. III. p. 385.
Helleborine flore rotundo ſ. calceolus C. B. H. OX. III. p. 480. T. 11. f. 14. RAJ. p. 1232. MUR. p. 533.
Damaſonii ſpecies quibuſdam ſ. calceolus mariae I. B. III. p. 518.
Helleborine alpina lutea ſ. calceus mariae IC. REG. 99.
Cypripedium foliis ovato-lanceolatis LINN. flor. Lapon. n. 138. ROYEN. p. 13.
Icon pro *Ophride* exſtat, magno errore, apud PONTED. *Anthol.* T. V. f. 1.
β *Floribus duplo majoribus* HERM. in Flor. & Hort. Lugd. Bat. Huic reſpondet varietas Helvetica.

C. GESNER in *Albio* M. J. B. ad radices alpium paſſim, *Tiguri, Genevae.* RAI. in adſcenſu *Salevae* M. Prope *Bernam* in iſthmi *die Enge* ſylvula, quae ad ſeptentrionem in Arolam ſe praecipitat, ante omnes Helleborines ſpecies Majo M. floret. In Neſſo M. ARETIUS. Puto me etiam inter *Engelberg* & *Wolfenſchieſſ* vidiſſe, MURALT. in M. *Hütliberg.*

Specioſa plantae pulchritudo eſt. Radix lignoſa, ex transverſo tubere filamenta craſſa plurima dejicit. Folia quidem Helleborines ultimae, ampliora, ſpica rara, pauciflora. Flos expanſus duabus unciis major: Cucullus purpureus expanſus: ejus duo petala duobus multo latiora. Labellum dimidio ovo ſimile, flavum, lineis rubentibus varium.

EPIPACTIS.

PSEUDORCHIS JOHREN. *in praef.* ad *Vademec. Bot.*
ORCHIOIDES TREW. *Comm. lit.* 1731. ſpec. 8. p. 60. 1736. T. 6. cum egregia icone.

Ab Helleborine unice differt cucullo tripetalo.

1. EPIPACTIS.

Orchis minor floſculis albis CAMER. Hort. p. 111.
Orchis radice repente EJ. icon XXXV. optime, I. B. II. p. 770. cum icone aliena.
Orchis repens HORT. AICHST. Ord. IV. T. 5. f. 6.
Pſeudorchis C. B. Baſil. p. 24. RAJ. p. 1226.
Pyrola anguſtifolia polyanthos radice geniculata LOESEL. p. 210. ic. 68. bene.
Helleborine ſylvatica repens plantaginis folio H. OX. III. p. 487. T. 14. f. 9.
Orchis minor radice repente ſ. pſeudorchis RAJ. Syll. p. 193.
Helleborine ſylvatica radice repente RUPP. p. 238. qui & ipſe novit tetrapetalam eſſe.
Orchioides floribus pallidis inodoris TREW. l. c.
Satyrium foliis ovatis radicalibus LINN. flor. Lapon. n. 314. ROYEN. p. 14.
β *Pſeudoorchis radice repente maculis albis* MENZEL. Pugill. Rar. T. 3. [& TREW.]
γ *Pſeudoorchis radice repente maculis nigris* MENZEL. l. c.
Helleborine radice repente foliis maculis nigris teſſellatis H. OX. III. p. 487. T. 11. f. 10.
Helleborine ſylvatica, radice repente, foliis teſſellatis RUPP. p. 238.

C. B. in M. *Waſſerfall.* Ego uno loco in pinaſtreto M. *Gurten* ſupra fontem *Haſenbrunn.* GAGNEBIN in proprio rure circa *Ferrieres d'Erguel.* I. GESNER ad *l. felinum.*

Radix teres, valde ramoſa, & intricata. Folia ad terram aliquot, plantaginea, lata, acuminata, nervoſa, ad caulem exigua. Spica denſa, in culmo uno verſu diſpoſita. Folia ſub floribus ovarii longitudine. Flos & fructus hirſuti. Flos tetrapetalos, ochroleucus. Fabrica *Helleborines.*

Varietatem MENZELIANAM inter meas poſſideo, nervis principibus, & intermediis lineis, quae nervos conjungunt, ſaturate fuſcis, pallidum folium quaſi areolis diſtinguentibus, omnino uti in *Acetoſella* non infrequens eſt.

OPHRIS.

OPHRIS TOURN. T. 250. LINNAEI n. 686. & *NIDUS AVIS* TOURN. ib.

Inter Orchidem & Helleborinen media eſt. Labellum quidem cucullo longius, bicorne. Sed ſtaminum machina fit ſuperiori operculo, inferiori ſuſtentaculo, & medio apice, ſuperne convexo, inferne in duobus loculis farinam continente.

1. OPHRIS foliis ovatis LINN. *hort. Cliff.* p. 429. ROY. p. 15.
Perfoliata femina BRUNFELS. L. I. p. 183.
Ophris FUCHS. p. 566. MATTH. p. 1225. CAMER. Epit. p. 943. cum Char. TAB. p. 725.
Satyrium X. TRAG. p. 784.
Et *Bifolium* EJ. p. 486. LOB. ic. p. 302. Adv. p. 464.
Aliſma ſ. damaſonium bifolium GESNER. Hort. p. 245. *b.*

Aliſmatis genus, quod fuchſius ophryn nominat EJ. Tab. Coll. p. 57.
Pſeudoorchis bifolium DOD. Cor. p. 231. Pempt. p. 242.
Ophrys CAES. L. X. c. 48. LUGD. p. 126.
Ophrys bifolia C. B. Baſ. p. 25. MAGN. Char. p. 188. I. R. H.
Bifolium majus ſ. ophrys major quibuſdam I. B. III. p. 533. RAJ. p. 1232. ſyn. III. p. 385.
Bifolium majus vulgare H. OX. III. p. 489.
β Foliis ternis CAM. Hort. C. B. Baſ. p. 25. I. R. H.

In paludoſis ſylvae *Bremgarten*. Circa *Mühlenen* ad radices M. *Neſſi* uberrime. C. B. in *Muteto*.

Radix eſt glomer fibrillarum teretium, connatarum. Folia ad caulem, ad aliquot ſuper terram pollices, duo, ovata. Reliquus culmus nudus gerit longam ſpicam florum; Horum brevis pediculus eſt, praeter ovarium, & huic pene aequale foliolum. Flos ex cucullo, inaequalibus petalis facto, & longo labello, bicruri, cornibus rectis, viridis totus, ſolidiuſculus.

Pro inſigni vulnerario habetur.

2. OPHRIS aphylla.

991

Satyrium nonum TRAG. p. 785. cum icone.
Orobanche noſtra GESN. Tab. Coll. p. 94.
Neottia DODON. p. 553.
Pſoudoleimodoron CLUS. Hiſt. p. 270. bona icon, non autem deſcriptio.
Nidus avis ex ſpeciebus ſatyrii abortivi, orchis abortiva LOBEL. p. 195. eadem icon.
Nidus avis LUGD. p. 1073. HORT. AICHST. Aeſt. Ord. IV. T. 4. f. 3. I. R. H. VAILL. RAJ. Synopſ. III. p. 381.
+ *Orchis abortiva* C. B. Baſ. p. 24. *fuſca*. P.
Orobanche adfinis nidus avis I. B. II. p. 782. cum icone aliena RAJ. p. 1228.
Orobanche radice e fibris conpacta major flore obſoleto H. OX. III. p. 503. T. 16. f. 18.

Paſſim in Helvetia. C. B. in M. *Crenzach*; ubi in Pinaſtreto legi. Tum circa Bernam in ſylva *Bremgarten* verſus *Drakau*, in nemore *Doffenſi*, in M. *Falconario* &c.

Radix uti priori, eſt faſciculus intricatus fibrarum cylindricarum, carnoſarum. Caules pedales & ultra, ſquamis quibuſdam rufis veſtiti, aphylli. Spica longa. Cucullus quinquefolius, uti priori, & labellum bicorne, ſed corniculis extrorſus flexis, omnia lignei coloris, odore gravi. Staminum machina paululum diverſa. Fit nempe apice convexo, inferne biloculari, quem ſquama elaſtica ſuſtentat, & ipſa ſcapi bipartito margine fulta. In hac planta aditus ad tubam apertiſſimus eſt.

LIMODORUM.

TOURN. T. T. 250. bene.

Nidi avis facies aphylla eſt: ſed integro labello differt, & calcare longo. Ab Orchidibus fabrica ſtaminum, qua convenit cum proxime antecedentibus.

1. LIMODORUM.

723

Λιμοδωρον *auſtriaaum* CLUS. Pann. p. 241. RAJ. Syn. III. p. 383. AMBR. TOURN. aut. de Par. p. 486. I. R. H. GARID. p. 286. LEMERY. p. 314. VAILL. p. 117. LIND. p. 44.
Pſeudoleimodoron CLUS. Hiſt. p. 270. deſcriptio, non autem icon.
+ *Orchis abortiva violacea* C. B. KNAUT. p. 74.
Orobanche & nido avis affine pſeudolimodorum auſtriacum violaceum I. B. II. p. 781. RAJ. p. 1229.
Nidus avis purpurea PARK. p. 1361.
Nidus avis flore & caule violaceo MERR. p. 83.
Orobanche radice conpacta major flore violaceo H. OX. III. p. 503.

Ex valle *Rivaria* comitatus Neocomenſis adlata eſt *It. Helvet.* n. 24.

Caulis, ut tota planta, violaceus, cubitalis, aphyllos, paucis ſquamis vagis adſperſus. Spica longa, rara. Flores erecti, cauli adpreſſi. Cucullus de more generis. Labellum latum, ſimplex, calcar retrorſum conicum projicit, Machina ſtaminum Helleborines.

CORALLORHIZA.

RUPPII.
NEOTTIA LINNAEI n. 685.

Audio naſci in convallibus *Jurae* M. circa *Ferriere*: ſed de nondum viſa planta non pronuncio.

PLANTAE

II. PLANTAE SEMINIBUS ET STAMINIBUS CONSPICUIS DONATAE.

II. FLORE PETALODE.

I. MONOCOTYLEDONES.

II. TUBA PRAEDITAE.

LILIACEAE.

Huic maxime naturali claſſi, cotyledon unicus eſt, caulis ex foliis convolutis factus, folia nervis parallelis, ſimplicia; fructus trilocularis; flos absque calyce, ſive nudus, tripetalos, aut bis tripetalos, aut integer ora bis trifida: ſtamina tria, aut ſex, tuba unica, apice plerumque trifido, aut ternae. Sed & colorum pulchritudine, & aquoſa mollitie foliorum habitusque totius plantae, & medicis denique viribus pleraeque conſentiunt. Omnes enim liliaceae in foliis, & inprimis in radicibus glutinoſi quid nactae ſunt, non ſine acrimonia, quo dolores inflammationum molliunt inpoſitae, & ſubpurationes expediunt. Quando haec acrium particularum portio major eſt, tunc rodunt, & veneni loco ſunt, uti Colchicum, Corona Imperialis, Hyacinthi &c.

CLASSIS I.

I. OVARIO SUB FLORE POSITO.

I. FLORE TRISTEMONE.

GLADIOLUS.

TOURN. T. 190. LINN. *char.* n. 27. MALPIGH. I. f. 145.

Summus caulis ramusque intumeſcit in ovarium, inter ſpatham foliaceam bifoliam inaequalem ſitum. Ex apice ovarii, ſed ſulcis diviſi, editur flos monopetalos, lateraliter a caule recedens. Is ex brevi tubo in ſex ſegmenta floralia finditur, tria nempe ſuperiora, quae intervallo diſtant a tribus inferioribus, macula rhomboidea, in noſtro, inſcriptis. In utroque ordine medium latiſſimum eſt, ſummum nempe, & imum. Stamina ex imo tubo floris tria, pediculus brevibus, longiſſimis ſulcatis apicibus. Tuba unica, fine in tria undulata foliola diviſo. MALPIGHI f. 201. Fructus de more trilocularis, polyſpermos.

1. GLADIOLUS foliis enſiformibus HORT. CLIFF. p. 20.
   Victorialis rotunda GESN. ad CORD. Dioſc. p. 63. Hort. p. 286. HORT. AICHST. Aeſt. O. 4. T. 10. f. 2.
   Gladiolus verus in montibus circa curiam GESNER. Hort. p. 260. *b.*
   Victorialis mas CORD. Hiſt. L. I. c. 32. bona icon.
   Gladiolus DODON. Coron. p. 162. Hiſt. p. 209. LAUREMB. Appar. L. I. p. 54. CAESALP. p. 420. RIVIN. Monop. Irreg. [pulchr. ic.]
   Xiphion minus CLUS. Pann. p. 226. Hiſt. p. 190.
   Gladiolus narbonenſis LOB. ic. p. 98.
   Gladiolus germanicus TAB. p. 636.
   Gladiolus narbonenſis flore purpureo HORT. AICHST. Aeſtiv. Ord. 4. T. 10. f. 3. & *incarnato* ibid. T. 12. f. 3.
   Gladiolus floribus unico verſu diſpoſitis major C. B. H. OX. II. p. 343. S. IV. T. 4. f. 4.
   Gladiolus ſive xiphion I. B. II. p. 701. RAJ. p. 1168. ZANICH. p. 113. ic. 53.
   Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis major & procerior I. R. H.
   Gladiolus caule ſimpliciſſimo foliis enſiformibus ROYEN. p. 19
   β Varietas minor & humilior I. R. H.
   γ Flore albo LOB. Adv. AICHST. FLOR. BAT. SUTH. &c.

C. GESNER minorem varietatem legit circa *Curiam*, & in montibus *Abbatiſtellanorum*. Majorem Tiguri lectam inter ſegetes miſit I. GESNER. I. B. in prato inter *Burdigni* & *Thuiri*.

Radix carnoſa, rotunda, duplex, altera alteri inſidet. Caulis tripedalis, folia ad ſemuncem lata: ſpica rara, unico verſu diſpoſita. Flores purpurei, ſpecioſi.

IRIS.

TOURN. T. 187. & 188. BOERH. BLAIR. *Eſſays* T. 3. f. 7. 8. 9. LINN. II. 29.
& *XIPHION* TOURN. T. 189.

Spatha, ut in Gladiolo, bifolia, tubum floris continet. Ovario inſidet flos tubuloſus,

buloſus, ſexfidus. Tria petala alterne aequalia ſunt. Tria erecta, anguſtiori unguiſimplicia, carinata. Tria latiori ungui reflexo, venoſo, & latiori fine. Ex ſummo tubo floris ſtamina tria hamatis apicibus, quae inter petala reflexa & Tubae bracteas, quaſi in canali quodam teguntur. Tuba tubo floris cohaerens, apice fiſſo (JUNG. *phytol.* c. 23.) in tres latas, convexas, florales, bracteas, bifido fine. Recte florem monopetalon MAGNOL. & BLAIR. *eſſays* p. 35. & RUPPIUS facit, minus recte hexapetalon PRAECEPTOR BOERHAAVIUS, & deterior his RAII ſententia eſt, qui novem petala numerat.

ORDO I.
PETALO REFLEXO BARBATO.
MALPIGH. ic. 171.

1. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore, multifloro LINN. *hort. Cliff.* p. 18. ROYEN. p. 17.
   Iris germanica FUCHS. p. 317. RAJ. Syll. Ext. p. 155.
   Gladiolus coeruleus TRAG. p. 699.
   Iris vulgaris germanica ſ. ſylveſtris C. B. Theatr. p. 570. Baſ. p. 19. P. H. OX. II. p. 350. S. IV. T. 5. f. 4. MAGNOL. Char. p. 180. I. R. H. &c.
   Iris ſylveſtris CORD. Hiſt. L. II. c. 40. GESN. Hort. p. 263. MATTH. p. 17. TAB. p. 648.
   Iris ſylveſtris major CAMER. Epit. p. 2.
   Iris latifolia major vulgaris CLUS. Hiſt. p. 224.
   Iris ſylveſtris in ſqualidis LOB. Adv. p. 31.
   Iris noſtras vulgaris LOB. ic. p. 59.
   Iris in belgio purpurea DODON. Pempt. p. 233.
   Iris vulgaris violacea ſ. purpurea hortenſis & ſylveſtris I. B. II. p. 709.
   Iris vulgaris RAJ. p. 1180.
   II. Omnia ſynonyma dicta ad hortenſem apud C. B. P. p. 31. huc pertinent.

In petroſis Helvetiae, inter vineas &c. v. g. ad ipſam arcem *Münchenſtein*, in rupeſtribus *Paſſgart-Flüh* prope Biennam.

Folia plana, ſed craſſula, pedalia, unciam lata, & ultra. Flores ex ſinubus foliorum, quales dixi. Petala erecta ſature coerulea; petala reflexa dilutiora, cum lineis purpureis, barbarum flavarum ſerie ab origine longe pubeſcunt. Odor aquoſus, ſed gratus.

Succus radicis & totius plantae, ad unam, & ad quatuor usque uncias ſumtus, acriter purgat, in hydrope & empiricorum curationibus celebrior. CHOMELIUS tamen admiſto ſemunce cremoris Tartari ipſe concedit, alternis diebus p. 14. Similia exemplo lego in E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* VIII. *Obſ.* 63. ACT. BEROL. *Dec.* I. *Vol.* VIII. &c. Ex floribus elegans color viridis paratur.

ORDO II.
PETALIS REFLEXIS NUDIS.

2. IRIS foliis linearibus, corollis inberbibus, fructu trigono, caule tereti LINN. *Cliff.* p. 19. ROYEN. p. 18.
   Iris anguſtifolia media ſ. varia CLUS. Pannon. p. 252. & *XI. ſpecies icon prior* p. 253. *anguſtifolia* II. Hiſtor. p. 229.
   Iris ſylveſtris byzantina peramoena LOB. ic p. 69. ex CLUSIO.
   Iris ſylveſtris anguſtifolia major TAB. p. 649.
   Iris pratenſis major HORT. AICHST. Vern. O. 8. T. 3. f. 1.
   Iris pratenſis anguſtifolia non foetida altior C. B. Th. p. 597. cum icone CLUS. RAJ. p. 1189. I. R. H. &c.
   Iris tenuifolia michelfeldenſis ſpontanea forte cluſii anguſtifolia major ſeu prima I. B. II. p. 729. huc refert plantam GESNERI.
   Et *Iris tenuifolia major flore coeruleo & ſtriato anguſtifolia ſecunda* I. B. II. p. 727. ex XI. prima & ſecunda CLUSII, RUPP. &c.
   Iris tuberoſa pratenſis anguſtifolia non foetida altior MORIS. II. p. 354. S. 4. T. 6. f. 13.

C. B. in Theatro, *Michelfeldae*, ubi fruſtra quaeſivi. Sed in hortis non rara eſt.

C. B., folia cubitalia, ſemunciam lata; caulis ad ſeſquicubitalem altitudinem, & ultra: Flores bini, terni, odorati. Petala erecta, & Tubarum bracteae violaceae. Reflexorum pars latior, cordata, reflexa modo alba, modo purpurea, venis ſature purpureis picta. Addo ex hortenſibus, folia multo anguſtiora eſſe, vix trium linearum latitudine, ovarium longum tribus latis ſulcis diſtingui; reflexa petala media parte viridia, venis ad latus exeuntibus cyaneis pingi, finiri vero in cordatam amplitudinem, cujus centrum luteum eſt, glabrum caeterum, & depile, uti totus nervus pariter luteus eſt.

3. IRIS

3. IRIS pratenſis anguſtifolia humilior C. B. *Baſ.* p. 19. *Theatr.* p. 598. cum ic. ex DOD. LOESEL. I. R. H. RUPP. p. 25.

Xiphion ſ. gladiolus coeruleus minor TRAG. p. 702. ſed folia habet valde lata.
Iris tenuifolia CORDI Hiſt. L. II. c. 42. GESNER. ib. & Hort. p. 263. THAL.
Iris minor ſive tenuifolia DODON. Coron. p. 152. Hiſt. p. 246.
Iris undecima altera ſpecies CLUS. Pann. p. 254. *anguſtifolia* II. *ſpecies altera* Hiſt. p. 229. ead. ic.
Pſeudoacorus coeruleus tragi LUGD. p. 1619.
Iris tenuifolia flore violaceo. an cluſii tertia I. B. II. p. 729. nempe huc refert plantam CORDI.

C. GESNER non procul *Tiguro*, in pratis humidis. C. B. in *cat. Baſil.* ait *Michelfeldae* provenire; ſed ibi cum priori conjungit, à qua eamdem in Theatro ſeparat.

C. B. Folia vix lineam lata, dodrantalia, qualia in exemplari vidi, quod in horto HAGENBACHII adſervatur. Loco barbularum linea calva in petalis reflexis; color floris violaceus.

4. IRIS inberbis, lutea, nervo folii eminente.

Acorus BRUNF. II. p. 51. DORST. p. 16.
Acorum officinarum FUCHS. p. 12.
Pro acoro data ſpecies iridis BRASSAV. Ex. Simpl. p. 491.
Gladiolus DORST. p. 140.
Acorum adulterinum TRAG. p. 698.
Iris lutea ſ. pſeudoacorus CORD Hiſt. II. c. 43.
Acorus falſa C. GESNER. Hort. p. 245. *falſus officinarum* Tab. Coll. p. 56.
Pſeudoacorum MATTH. p. 22.
Acorum falſum CAM. Epit. p. 6. bene.
Pſeudoiris DOD. Cor. p. 159. Pempt. p. 248.
Butomon CLUS. p. 232.
Acorus noſtras paluſtris, & valerandi dourez &c. LOB. ic. p. 58.
Acorus vulgo CAES. p. 422.
Iris paluſtris lutea TAB. p. 643. RAJ. p. 1186. I. R. H. ZANICH. ic. 96.
Pſeudoiris paluſtris HORT. AICHST. Vern. Ord. 8. T. 7. f. 3. pulchre.
Acorus adulterinus C. B. Baſil. p. 19. LOESEL. BLAIR. Pharm. Bot. p. 31.
Iris paluſtris lutea ſ. acorus adulterinus I. B. II. p. 732. MORIS. II. p. 353. T. 6. f. 11.
Iris foliis enſiformibus, corollis inberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus CLIFF. p. 19. ROY. p. 18.

Minime rara in foſſis Helvetiae. Bernae in foſſis ſuburbii *Marzili*, & in udis ſylvae *Bremgarten*. *Michelfeldae* etiam legi &c.

Huic ampliſſima folia, ad tres pedes longa, media coſta eminente, Flores ex uno caule multi, ubique lutei: ſegmenta reflexa, calva, lineis nigricantibus ſtriata; recta omnium minima, breviter bifida; bracteae tubae, in fine ſuo, exterius tripartitiae, interius bifidae & quaſi lacerae.

Flores hujus plantae cauſtico ſapore ſunt, radix adſtringens, utcunque acris, ut unciae tres ſucci alvum valide ducant BLAIR. Male ergo loco aromatici Acori in confectiones & medicamenta recipitur, quae virium eſt diverſiſſimarum, neque absque noxa ventriculi adſumi poteſt. Succus denti dolenti admotus dolorem ſubito ſanat ALLEN. *Synopſ.* p. 321.

C R O C U S.

TOURN. T. 183. 184. PONTED. *Antholog.* p. 273. LINN. n. 26. [exceptis *Bulbocodiis*] & omnium Auctorum.

Facile dignoſcitur. Radix globoſa. Flos fructui innatus, ex longiſſimo tubo, paulatim amplior, finditur in bis terna ſegmenta floris, quorum interiora plerumque latiora ſunt, & alio colore. Stamina tria, longis, ad axin longe convenientibus, apicibus onuſta. Tuba in tres plumoſas antennas finditur.

1. CROCUS vernus, folio plano, alba linea diviſo.

Levrette incolarum *Jurae:*
Crocus flore fructui inpoſito verno LINN. Hort. Cliff. p. 18.
α Varietates ex colore floris ſunt
Hutreif flore candido ARET. p. 235.
Crocus montanus C. GESN. Hort. p. 291. app.
Crocus candidus SIMLER. Alp. Deſcr. p. 333.
Crocus montanus candidus GESN. Tab. Coll. p. 72.
Crocus montanus ſive alpinus flore candido GESN. Hort. p. 255. *b.*
Crocum vernum latifolium albo flore CLUS. Hiſt. p. 213. icon interior, citat autem SIMLERUM:
vernus major alter Hiſpan. p. 262.

Crocus... proximi prior ſpecies DODON. Hiſt. p. 215. cum icone ex CLUS. & deſcr. ex Hiſpan.
Crocus ſylveſtris tertius, flore albo, purpuroviolacea baſi LOBEL. ic. p. 140. Obſ. p. 68. PANC.
Crocus vernus latifolius albus variegatus C. B. MORIS. II. p. 336. T. 2. f. 5. icon propria, I. R. H. SCHEUCHZER. It. IV. p. 333,
Et *Crocus vernus ſylveſtris tertius flore albo, purpuroviolacea baſi* C. B. ex LOBELIO.
Et *Crocus vernus minor albicans* C. B. ex GESNERO.
Crocus vernus latifolius albo flore I. B. II. p. 640. RAJ. p. 1173.
Vide iconem WEINMANN. T. 438. lit. f.
Crocus alpinus autumnalis WAGNER. p. 275.

C. GESNER circa *Curiam*. ARETIUS in *Nieſen* M. I. B ex M. *Thuiri* & Rhaetia. Ad pedem *Bernhardi* LOBEL. SCHEUCHZER in M. *Regio* Suitenſium. In *Jura* M. vulgaris notitiae eſt, & in humiliora etiam deſcendit. Ad *ſylvam Alewag* circa fontem, prope Biennam SCHUH. *Aux Ferrieres* in pratis GAGN. In *Grandvi* M. copioſe inveni 1739.

In univerſum cum ſociis hortenſibus humilior, & petalis minoribus eſt, quia deliqueſcentibus nivibus continuo provenire feſtinat. Sed ver alpinum, *Julio* menſe eſt. Petala huic varietati alba, baſi ſola violacea.

β. CROCUS vernus, flore albo & purpureo ſtriato WEINMAN. T. 438.

Hutreif flore ex candido & coeruleo miſto ARET. p. 235.
Crocus montanus ſ. alpinus ex candido & puniceo miſtus GESNER. Hort. p. 254. *b.*
Crocus ex candido & coeruleo miſtus SIML. p. 333.
Crocus montanus ex utroque miſtus GESN. Coll. p. 72.
Crocus vernus flore vario CAM. Hort. p. 50.
Icon eſt apud DODON. p. 215. exterior:
Crocus vernus latifolius albus verſicolore flore I. CLUS. p. 204. RAJ. p. 1173.
Crocus vernus albus ſecundus coeruleis oris ſparſis in latera foliis LOBEL. ic. p. 139. Obſ. p. 68.
Crocus albus verſicolor alter C. B. I. R. H.
Crocus vernus latifolius flore purpuraſcentibus venis vario I. B. II. p. 640.

In *Neſſo* ARETIUS. GESNERUS in pratis circa *Curiam*.

Floris exteriora ſegmenta alba, exterius tribus radiis purpureis ſtriata, interiora tota alba.

γ. CROCUS vernus minor purpuraſcens C. B.

Hutreif flore coeruleo ARET. p. 235.
Crocus montanus vel alpinus flore puniceo C. GESNER. Hort. p. 255. *b.*
Crocus coeruleus SIML. p. 333.
Crocus montanus coeruleus GESN. Tab. Coll. p. 72.
Crocus ſylveſtris vernalis alter DOD. p. 215. ic.
Crocus vernus latifolius flore purpureo minore CLUS. p. 203. RAJ. p. 1174.
An *Crocus montanus III.* CLUS. Hiſpan. p. 263.
Crocus vernus purpuroviolaceus totus, quartus valerandi LOB. ic. p. 140. ſed icon alia eſt.
Crocus vernus purpuroviolaceus C. B. I. R. H.
Crocus vernus latifolius alius flore purpureo minori I. B. II. p. 640.
Crocus vernus latifolius flore purpureo RAJ. Syll. Exter. p. 109.

Cum α. ex in *Grandvi* M. In M. *Burmio Rhaetorum* I. B. In ſummo *Jura* RAI.

Huic tria ſegmenta floralia violacea ſunt, tria interiora breviora, alba, cum venis violaceis.

2. CROCUS alpinus autumnalis C. B. MORIS. II. p. 336. RAI. p. 1177. I. R. H.
Crocum montanum CLUS. Hiſpan. p. 265. Hiſtor. p. 209.
Crocus ſylveſtris autumnalis DODON. p. 714. eadem icon. MORIS. II. S. 4. T. 2. f. 2.
Crocus montanus autumnalis LOBEL. ic. p. 138. Teuton. p. 173. I. B. II. p. 646.
An *Croci alterum genus ſylveſtre* CAES. L. X. c. 20. p. 411?
Crocus montanus CLUS. LUGD. p. 1535.
Crocus montanus vernalis HORT. AICHST. Aeſt. Ord. 3. T. 10. f. 3? Ita C. B.

LOBELIUS in arduis vallis *Auguſtae*, haud procul a M. *S. Bernhardi*. Ex Pyrenaeis montibus, autumno lectum, miſit GAGNEB.

CLUSIUS folia fecit latiuſcula, inferne una, externe duabus lineis percurſa; florem Croci ſativi, colore dilutiori. Mihi parum viſus eſt differre a I. ſpecie.

CLASSIS II.
FLORE HEXASTEMONE.
COLCHICUM.

TOURN. T. 181. 182. LINN. n. 304.

Croci ſimile eſt radice, flore, fructu, ſed differt Tubis ex radice adſcendentibus, lon-

longiſſimis tribus, ſtaminibus ſex, atque ſingulari modo flores autumno proferendi, dum folia in radice latent, altero vere demum proruptura.

1. COLCHICUM FUCHS. p. 356. *cum icone floris, ſeminis vero & foliorum* p. 357. CORD. *Dioſc.* L. IV. C. 84. GESNER. *tab. coll.* p. 69. b. *hort.* p. 254. b. 257. b. MATTH. *epit.* CAMER. p. 845. optime. DOD. *hiſt.* p. 460. *purg.* p. 371. I. B. II. p. 649. LAUREMBERG. p. 33. I. R. H.

Colchicum officinis hermodactylus TRAG. p. 758.
Colchicum nigrum CORD. Hiſt. L. II. p. 152.
Colchicum ſeu ſtrangulatorium, ephemerum crocifolium LOBEL. ic. p. 143.
Hermodactylus CAES. L. X. C. 19. p. 410.
Colchicum maſculinum TAB. p. 620.
Et *Femininum* E.J. p. 621.
Colchicum vulgare purpuraſcente flore HORT. AICHST. Aut. Ord. 3. T. 6. f. 5.
Colchicum commune C. B. Baſil. p. 20. H. OX. III. p. 336. S. 4. T. 3. f. 1. RAJ. p. 1170. MAGN. Char. p. 177.
β *Colchicum ſubrubens* CORD. Hiſt. II. c. 153. nempe radicibus ſubrubentibus.
γ *Colchicum album* CORD. ib. c. 154. nempe radiciqus albis.
δ *Colchicum vulgare album* HORT. AICHST. l. c. f. 4.
Colchicum anglicum album PARKINS. MERR. &c.
Colchicum albo flore THAL. p. 25. HERMAN. BUXBAUM. SIEGESB. WEINM.
ε *Colchicum commune flore lineis albis picto* JONQ. HORT. BLES.
Colchicum polyanthes album CLUS. Append. I. p. CCLVIII.
ς *Colchicum album cum purpuraſcentibus lineis* I. B. II. p. 651. RAJ. Hiſt. p. 1171. I. K. H.
Colchicum ex albo & purpuraſcente varium C. B. I. R. H. &c.

Vulgare primum eſt, & in paludoſis pratis ubique floret M. *Septembri.* Ultimum I. B. legit in valle quadam ad radicem M. *Waſſerfall.*

Mira eſt plantae natura: Autumno nempe incipiente bulbus carnoſus inter plurimas vaginas novam plantam, ovarium ſcilicet cum rudimentis foliorum, ſub terra generat. Ex ovarii involucro adſcendit per ſulcum veteris radicis longiſſimus tubus floris, ſemipedalis, qui tandem in tria majora, & tria minora, quaſi petala, tenera, elliptica, conniventia, purpurea, finditur. Intra eum floris tubum, qui pro caule eſt, tubae tres longiſſimae adſcendunt, quae recurvis hamis terminantur. Ex floris divaricatione ſex ſtamina, quibus in aequilibrio apices inſident. Folia, quae vere ſuccedunt, ampla, ad biuncem lata, planaque.

Venenata eſt: nauſeoſo & acri odore, & ſapore fauces conſtringente (BOERHAAVII *praelect.*) purgat cum ſaeviſſimis ſymptomatibus, CORDO teſte & ex ipſis ſeminibus mors poſt vomitus horrendos in duabus puellis ſucceſſit PEYER *Exerc. Pyth. & Paeon.* p. 227. alibique BRESL. SAML. 1723. M. JUN. neque alius eventus fuit datae contra febrem radicis apud GARIDELLUM. Parum ergo tribuo viribus, quas alexipharmacas in Colchico invenit WEDELIUS, & fabuloſiſſima hiſtoriola commendavit WILHELMI.

*2. COLCHICUM vernum C. B. *Phyt.* p. 96. SUTHERL. p. 90.
Colchicum ſubobſcuro flore & minori, aprili florens circa Tigurum CAM. Hort. p. 44. a GESNERO habuit. An illae *paucae plantae* quae a. 1563. februario floruerunt C. GESN. Tab. Coll. p. 69. *b?*
Flos colchici vere prodiens CAM. Epit. p. 846.
Colchicum vernum Camerarii I. B. II. p. 653.
Colchicum vernum helveticum C. B. MURALT. Parad. p. 493. LEOP. flor. Ulm. p. 44.

Nihil praeterea de hac planta invenio, niſi obſoletiori colore eſſe, & flore minori. Neque absque ratione dubito, an vere diverſa planta ſit.

3. COLCHICUM montanum anguſtifolium C. B. MOR. II. p. 341. T. 3. f. 7. RAI. p. 1172. I. R. H. SCHEUCHZ. *It.* II. p. 132.
Colchicum montanum hiſpanicum CLUS. Hiſt. p. 200.
Colchicum montanum CLUS. Hiſp. p. 266. *Cluſii* TAB. p. 621. cum ſemine.
Colchicum minus ſemine praegnans, & *colchicum minus floreſcens ſ. colchicum montanum cluſii* LOB. ic. p. 145.
Colchicum minus TAB. p. 622. flos.
Colchicum montanum flore purpureo I. B. II. p. 656.

I. I. SCHEUCHZER. in pratis alpinis ſupra *Camp-dolcin*, prope pagum *Madeſen.* I. GESNER in pratis montanis *Altſtettenſibus* qua itur ad M. *Gamor.*

Folia ſemunciam & paulo ultra lata. Flos autumnalis, multo anguſtioribus ſegmentis, unciam longis, vix duas lineas latis, qui una cum foliis adeſt, ad usque alterum ver ſuperfuturis. Radix cum adſtrictione dulcis CLUSIUS.

LEUCOJUM.

LINN. n. 290.

NARCISSO-LEUCOJUM T. T. 208. PONTEDER *Anthol.* p. 295. T. V. f. 29.

A Narciſſo facile diſtinguitur. Flos pariter ex ovario producitur, ſed tubo breviſſimo: Flos monopetalos, ſegmenta tubi directionem continuant, ſemper, ſed aliquando evidentiſſime, inaequalia, quorum apex incraſſatur: ſcypho medio nullo. Ovarium pyriforme.

1. LEUCOJUM petalis aequalibus.

Viola alba FUCHS. p. 486. 487.
Narciſſus BRUNF. 1. p. 129. ic. exterior.
Viola alba theophraſti TRAG. p. 752.
Leucojum bulboſum theophraſti GESN. Hort. p. 264. *b.*
Leucojum bulboſum GESN. Tab. Coll. p. 85. CLUS. Hiſtor. p. 168. de BRY Floril. T. 20. bene LAUREMB. App. p. 76.
Narciſſus VII. MATTH. p. 1246. CAM. Epit. p. 957. bene.
Leucojum bulboſum hexaphyllon DOD. p. 230. Cor. p. 202.
Leuconarciſſolirium paucioribus floribus LOB. ic. p. 123.
Narciſſus aquaticus CAES. p. 414.
Leucojum bulboſum hexaphyllon minus HORT. AICHST. Hyem. T. I. f. 5. & *majus* ib. f. 4.
Leucojum bulboſum vulgare C. B. Baſil. p. 20. RAJ. p. 1144.
Leucojum bulboſum hexaphyllon, cum unico flore, rarius bino I. B. II. p. 590.
Leucojum bulboſum praecox majus ſ. petalis aequalibus & albis H. OX. II. p. 364.
Narciſſoleucojum vulgare I. R. H. PONT. Anthol. p. 295.

In pratis, ad rivulos circa *Bernam.* In ſepibus umbroſis Helvetiae RAI. In *Muteto* M. C. B.

Radix carnoſa, globoſa. Folia ex convexo plana, obtuſa. Culmus vaginam in apice producit, in qua pediculus floriger eſt, gracilis, hinc nutans. Petala ſex, ſpongioſo corpore ad baſin conjuncta, conniventia, lactea, fine craſſiori, virente. Ex eo corpore, in propriis papillis, ſtamina ſex, longis apicibus, ad axin adplicatis, parallelis. Tuba ortu tenero, inde clavata, ſtylo ex clava eminente. Fructus ſubrotundus. Odor ſuavis.

Agricolis noſtris ſuſpecta, acris eſt, & non ſine veneni indiciis. Vomitum movet E. N. C. *Vol.* I. *Obſ.* 134.

NARCISSUS.

TOURN. T. 185. LINN. n. 286. & omnium Auctorum.

Ex Ovario prodit tubus longus, cylindricus, ex duabus tunicis factus. Exterior abit in ſex petalodea ſegmenta, ad angulum rectum expanſa, elliptica, apice in unguem terminato, quorum interiora latiora, & breviora ſunt. Interior producitur in ſcyphum, qui tubum floris continuat, pene cylindricum, ambitu undulato, obſcure ſexfido. Hunc pro nectario habet LINNAEUS, & florem facit hexapetalon. Sed nihilo obſcurior eſt externae laminae cum ovario continuitas, quam internae. Stamina ſex, tubo floris connata, ſecedunt libera ex apertura floris. Tuba brevi, trifido, cavo, fine.

1. NARCISSUS foliis enſiformibus, florum nectario rotato breviſſimo LINN. *hort. Cliff* p. 134. ROYEN p. 35.

Narciſſus veterum TRAG. p. 753.
Narciſſus candidus CORD. Dioſc. p. 74. *a.*
Narciſſi genus alterum CAES. L. X. c. 22. p. 413.
Narciſſus CAM. Epit. p. 951. bona icon.
Narciſſus poëticus, mediocroceus, medio purpureus, praecox LOBEL. ic. p. 112.
α Narciſſus medio purpureus DODON. Coron. p. 189. Pempt. p. 223. LUGD. JONQ. de BRY T. 14. I. B. II. p. 600. RAJ. p. 1133.
Narciſſus flore ſimplici, uno, mediopurpureo MORISON. II. p. 361. S. 4. T. 8. f. 1.
Narciſſus ſerotinus montanus CLUS. Pann. p. 179.
Narciſſus latifolius ſextus CLUS. Hiſtor. p. 156.
Narciſſus mediopurpureus minor HORT. AICHST. Vern. Ord. 4. fol. 10. f. 3.
Narciſſus albus circulo purpureo C. B. RAJ. p. 186. I. R. H.
β Narciſſus medioluteus DODON. Ic. Vet. II. p. 330. LUGD. p. 1518. JONQ. &c.
Narciſſus albus circulo croceo vel luteo I. R. H. &c.

Nar-

γ *Narciſſus italicus flore candido odoratiſſimo* C. GESN. Hort. p. 268.
Anemone limonia, narciſſis cognata, unſer frauen lilien EJ. ib. p. 247.
Narciſſus ille quorundam C. GESN. Tab. Coll. p. 91.
Lilium mariae EJ. ib. p. 86.

Priorem C. B. circa *Genevam*, & paſſim C. GESNER. Ultimum C. G. in montibus ſupra *Curiam*.

Radix carnoſa, globoſa; Folia ſesquipedalia, lata ad duas lineas. Ex ſinu vaginae unifoliae pediculus praefert ovarium oblongum, quod florem ex apice gerit. Tubus cylindricus viret, expanſa petala lactei coloris ſunt, ſcyphus medius longe breviſſimus, ora cinnabarino colore pingitur. Odor gratus.

2. NARCISSUS foliis enſiformibus, cylindrico, longo, concolore ſcypho. 1024

Narciſſus BRUNF. 1. p. 129. icon interior.
Narciſſus luteus TRAG. p. 757. bene.
Codianum vel codiaminum GESN. Hort. p. 254. *b.*
Codiaminum, codianum GESN. Tab. Coll. p. 69. *b.*
Narciſſus tertius CAM. Epit. p. 953.
Narciſſus luteus ſylveſtris DOD. Cor. p. 198. Hiſt. p. 227. &c.
Pſeudonarciſſus vulgaris CLUS. p. 164. abſque icone.
Narciſſus totus luteus montanus theophraſti LOB. ic. p. 117. Adv. p. 51.
Pſeudonarciſſus luteus TAB. p. 611.
Bulbocodium vulgatius I. B. II. p. 593.
Narciſſus ſylveſtris pallidus calyce luteo C. B. P. RAJ. Hiſt. p. 1131. I. R. H.

Nihil vulgatius in pratis & pomariis M. Aprili. Huic flos luteus, & calyx, idemque tinctior, craſſior, longior, inodorus.

CLASSIS III.
II. FRUCTU INTRA FLOREM.
I. MONOPETALUM.

MUSCARI.

TOURN. T. 180.
HYACINTHI ſpecies LINNAEI n. 273.

Ab Hyacintho differt evidenti figura floris, quae globoſa eſt, ore contracto, ſex breviſſimis denticulis exſecto; cum Hyacintho tubuloſa ſit, dentibus longioribus.

1. MUSCARI latifolium, ſummis floribus in longis petiolis erectis.

Hyacinthus coeruleus maximus FUCHS. p. 836.
Hyacinthus quartus TRAG. p. 771. ic. p. 772. licet inodorum faciat.
Hyacinthus MATTH. p. 1034. Epit. p. 798. bene.
Hyacinthus neotericorum tertius DODON. p. 218. deſcr. Coron. p. 178.
Hyacinthus comoſus ſpurius tertius DODON. Hiſtor. ic. p. 218.
Hyacinthus botryoides I. latiore folio CLUS. Hiſtor. p. 181. non autem icon.
Hyacinthus matthioli I. Pannon. p. 196.
Hyacinthus comoſus LOB. Adverſ. p. 49. RAJ. p. 1162. Syllog. Exter. p. 148.
Hyacinthes dioſcoridis comoſus major LOB. ic. p. 106.
Cepa canina prior CAES. p. 402.
Ter apud LUGD. *Bulbi eſculenti genus majus* DODON. &c. p. 1502.
Hyacinthus major bulbus ſylveſtris LUGD. p. 1412. l. 1512.
Et *Hyacinthi majoris comoſi genuina effigies* Ib.
Hyacinthus botryoides major HORT. AICHST. Vern. Ord. 2. fol. 10. f. 1. & *comoſus ſpurius* ib. fol. 17. f. 1.
Hyacinthus comoſus major purpureus C. B. H. OX. 11. p. 371. T. XI. f. 1.
Hyacinthus maximus botryoides coma coerulea I. B. II. p. 574. MAGNOL. Char. p. 176.
Muſcari arvenſe latifolium purpuraſcens I. R. H. ZANICH. p. 187. ic. 100.
Muſcari nemorenſe comoſum RUPP. p. 28. BUXBAUM. p. 218.
LINNAEUS conjungit cum ſequentibus nomine *Hyacinthi corollis globoſis* CLIFF. p. 126.

I. B. & RAIUS *Genevae* in ſylvis & pratis. Circa Bernam etiam inveni, ſed, vereor, non indigenam.

Bulbus carnoſus, ſubrotundus. Folia carinata, ad tres & quatuor lineas lata. Spica longiſſima florum minimorum, quorum ſummi ex longis pediculis eriguntur. Imi ex longis pariter pediculis penduli ſunt, ſature cyanei caeterum, odore prunorum. monopetali; per aetatem tamen in ſex petala finduntur, & breves, dum immaturi, vetuli longiores fiunt.

2. MUSCARI latifolium ſpica breviſſima inodora, ſummis floribus ſeſſilibus.

Hyacinthus coeruleus major FUCHS. p. 836. LUGD. p. 1511.
Hyacinthus ſylveſtris CORD. Dioſc. IV. c. 63. Hiſt. II. c. 101. p. 149. *b.* niſi prior fuerit.
Hyacinthus primus GESN. Hort. p. 262. & *Bulbine major* Coll. p. 94. l. 64.
Hyacinthus botryoides coeruleus HORT. AICHST. Vern. Ord. 3. fol. 1. f. 4.
Hyacinthus racemoſus coeruleus minor latifolius C. B.
Hyacinthus botryoides vernus minor latifolius coeruleus inodorus I. B. II. p. 572. RAJ. p. 1161. Syll. Ext. p. 148.
Muſcari coeruleum minus latifolium I. R. H.
II. Annon huc etiam pertinet
Hyacinthus botryoides III. CLUS. p. 181.
Hyacinthus botryoides coeruleus amoenus LOB. ic. p. 108. eadem icon.
Hyacinthus botryoides coeruleus major TAB. p. 628.
Hyacinthus racemoſus coeruleus major C. B.
Hyacinthus racemoſus latifolius ſpecioſior arbuti flore coeruleo H. OX. II. p. 372. S. 4. T. 11. f. 3.

In pratis abunde circa *Bernam.*

Bulbus, folia, facies prioris, & ſpica. Scapus foliis brevior; ſpica brevior, floribus inodoris, pallide coeruleis, paucioribus, quorum ſupremi preſſim congeruntur, neque, ut in priori, eriguntur.

3. MUSCARI anguſtifolium, ſpica brevi odora.

Allium caninum exiguum TRAG. p. 750. etſi inodorum dicat.
Hyacinthus vernus exiguus EJ. p. 772.
Bulbine flore coeruleo pulchro GESN. Hort. p. 250. *b.*
Bulbine minor GESN. Tab. Coll. p. 94. l. 64.
Hyacinthus racemoſus DOD. Hiſt. p. 217.
Hyacinthus neotericorum primus Cor. p. 176.
Hyacinthus botryoides primus minor magis vulgaris CLUS. p. 181. & *I. matthioli anguſtiore folio* Pannon. p. 196.
Hyacinthus botryoides vulgaris LOB. ic. p. 107.
Bulbus ſylveſtris CAES. p. 401.
Hyacinthus coeruleus minor TAB. p. 625.
Hyacinthus racemoſus coeruleus minor juncifolius C. B. Baſ. p. 10. &c.
Hyacinthus vernus botryoides minor coeruleus anguſtioribus foliis odoratus I. B. II. p. 571. cum icone qua CLUSIUS uſus eſt ad 2. n. 11.
Hyacinthus botryoides minor coeruleus obſcurus PARK. Parad. p. 114. RAJ. p. 1161.
Hyacinthus racemoſus minor juncifolius H. OX. II. p. 372.
Muſcari arvenſe juncifolium coeruleum minus I. R. H. ZANICH. p. 188. ic. 93.

C. B. in vineis *Wilenſibus*, in agris prope portam *Blaſianam.* Bernae ad vineas *des Altenbergs* &c.

Folia vix linea latiora, convoluta in cylindrum, ſpica frequentior, flores ſature coerulei, odori.

HYACINTHUM Anglicum inter plantas circa Genevam naſcentes recenſet STROBELBERGER *deſcr. Gall.* p. 181. Sed auctoritas iſta non viſa eſt ſufficere.

POLYGONATUM.

POLYGONATUM T. T. 14. & *LILIUM CONVALLIUM* T. 14. MALPIGH. I. f. 137. 197
CONVALLARIAE LINNAEI n. 272. ſpecies pleraeque.

Hae plantae a reliquis Liliaceis facile fructu molli diſtinguuntur: ab Aſparago flore campanulato, monopetalo, breviter ſexfido. Caeterum longus eſt in Polygonato T. brevis & patens in Lilio convallium, quas plantas ſeparārem, ſi permitterent ſpecies intermediae: Vide RAIO (*method. emend.* p. 73.) conſentientem LINNAEUM. Dudum BRASSAVOLA ad Polygonatum reduxerat Convallariam, quem MATTHIOLUS refutat *Epiſt.* p. 213.

1. POLYGONATUM bifolium ſcapo florigero aphyllo.

Ephemerum non lethale FUCHS. p. 240.
Lilium convallium BRUNFELS. I. p. 211. DORSTEN. p. 171. *b.* TRAG. p. 572. MATTHIOL. p. 875. Epit. p. 618. bona icon. GESN. Hort. p. 265. [qui Callionymum vocaſſet, ſi ſupervixiſſet labori] Tab. Coll. p. 86. DODON. Cor. p. 137. Pempt. p. 205. CAESALP. p. 224. TAB. p. 754. BLAKW. T. 70. MERIAN. ic. 155.
Lilium convallium vel vernum theophraſti LOB. ic. p. 172. Adverſ. p. 61.
Lilium convallium album C. B. I. R. H. GARIDEL. p. 284. ic. n. 64. *majus* C. B. p. 87.
Lilium convallium vulgo I. B. III. p. 531. H. OX. III. p. 539.
Liliago VAILL. p. 116.

Con-

Convallium REHFELD. p. 32.
Majanthemum flore albo ſimplici SIEGESB. flor. p. 70.
Convallaria ſcapo nudo LINN. flor. Lapon. n. 112. Cliff. p. 124. ROYEN. p. 26.
β *Alpinum flore majore & odoratiore* CAM. Hort. p. 89. H. OX. l. c. C. B. SENKENBERG. &c.
b. Fundo rubra macula notato SENKENB. n. 9.
γ *Rubrum* SCHWENCKFELD. p. 123. SWEERT. C. B. SENKENBERG. ib.
♂ Panicula multiplici.
♀ Flore pleno.

In ſylvis abunde.

Facies, uti in Allio urſino, duobus latis ex radice foliis, ex quorum ſinu ſcapus adſcendit, rara, cernua, panicula onuſtus, aphyllos. Flores nudi ad tertiam partem ſecti, late campanulati. Pediculi ſtaminum triangulares, apicibus ſagittatis. Tuba cylindrica, ſtigmate tribus lineis ſpongioſis inſcripto. Baccae globoſae, rubentes.

Odor florum, ut notum, ſuavis. Baccae uti radix etiam & folia amariſſimae. Illorum vires in ſuſcitandis ſpiritibus ipſa natura indicat; Aquam dant, & longe magis vel ſimplicem aquam ſpirituoſam, quam primo loco inter Cephalica ponit LUDOVICI *Pharmac.* diſſ. I. p. m. 269. vel ſpiritum, ex fermentatis floribus ſtillantem, & denuo deſtillatum de recentibus floribus, nimis, ut audio, in ſeptentrione frequentem, ad morbos capitis ex debilitate ortos commendatum. Siccati in pulvere ſternutationem movent. Florum pulvis naribus ſuſceptus ſternutationem movet BOERH. Baccae ſiccatae, ad drachmam ſemis, & in epilepſia ad integram drachmam, pro antifebrili medicamento habentur, & antepileptico, merito, ſi ad priorem laudem reſpicias, de altera dubito. Confer SENCKENBERGII noſtri diſſ. de *Lil. Convall.* Ex foliis cum calce fit pulcher, & durabilis, color viridis.

*2. POLYGONATUM latifolium ramoſum.

Polygonatum latifolium perfoliatum alpinum ramoſum ſ. braſilianum MURALT. p. 728.

I. CASP. BAUHINUS in humidis M. *Gotthardi* & ibidem MURALTUS. Siccum & malum exemplar oſtendit D. GAGNEBIN lectum *à la Chaux d'Abel.*

Sed de planta non ſatis perſpecta nihil definio. Lego enim vel hanc, vel proximam aliam CLUSIANAM, hexapetalam eſſe. Vide ROYEN p. 29.

3. POLYGONATUM foliis alternis, petiolis pendulis unifloris. 1032

Polygonatum anguloſum CORD. Hiſt. p. 113. *b.*
Polygonatum flore odoro CLUS. Pann. p. 263.
Polygonatum II. latiore folio CLUS. Hiſt. p. 275. ic. p. 276.
Polygonatum latifolium I. DOD. p. 246.
Polygonatum latifolium minus TAB. p. 756.
Polygonatum majus HORT. AICHST. Vern. O. 5. T. 13. f. 3.
Polygonatum latifolium flore majore odoro C. B. H. OX. III. p. 537. S. XIII. T. 1. f. 4. I. R. H.
Polygonatum floribus e ſingularibus pediculis I. B. III. p. 529. RAJ. p. 665. ſyn. III. p. 263.
Polygonatum latifolium flore majore odorato BARREL. ic. 711.
Sigillum ſalomonis pumilum flore magno FUIREN. apud BARTHOL. Ciſt. Med. p. 285.
II. *Polygonatum latifolium minus flore majore* C. B. Pr. p. 136. Baſ. p. 87. RAJ. p. 665. Syll. p. 207. I. R. H.

C. B. in M. *Crenzach.* Ego in M. ſupra *Mönchenſtein* legi, cum ſociis. GESNERUS *Tiguro* miſit.

A ſequente, vulgari, differt, humilitate habitus: floribus perpetuo ſingularibus, majoribus, magisque ventricoſis, cum tota planta potius humilior ſit.

4. POLYGONATUM foliis alternis, petiolis pendulis multifloris. 1031

Sigillum ſalomonis BRUNF. III. p. 92.
Elleborus albus DORST. p. 108. bene.
Polygonatum latifolium FUCHS. p. 585. TAB. p. 755.
Polygonatum vulgare CLUS. Pann. p. 275. IC. ROE.
Polygonatum CORD. Dioſc. p. 61. *b.* Hiſt. p. 113. GESN. Tab. Coll. p. 98. DODON. p. 345. Pempt. p. 637. LOB. Obſ. p. 361. RAJ. p. 664. BLAKWALL. T. 251.
Polygonatum vulgo ſigillum ſalomonis GESN. Hort. p. 273. *b.* I. B. III. p. 529. MAGN. Char. p. 189.
Fraſſinella CAESALP. p. 224. DUR.
Polygonatum latifolium vulgare CLUS. p. 275. C. B. Baſil. p. 87. HIST. OXON. III. p. 537. S. 3, T. 1. f. 1. I. R. H. ZANICH. ic. 34.
Polygonatum foliis alternis floribus ex alis LINN. Cliff. p. 124. ROYEN. p. 26. GRONOV. p. 37.
β *Rubentibus cauliculis* I. R. H. H. L. B. MILLER.
γ *Polygonatum humile anglicum* RAJ. Syn. III. p. 163. PLUKNET. p. 301. I. R. H.
Polygonatum minus vulgari ſimile H. OX. III. p. 537.
♂ *Polygonatum latifolium I.* CLUS. p. 275. qua icone pro vulgari utitur DOD. RAJ. Syll. p. 207.

Poly-

Polygonatum CAMER. Epit. p. 692.
Polygonatum multo majoribus foliis & baccis CAM. Hort. p. 129.
Polygonatum majus vulgari ſimile I. B. III. p. 529. H. OX. III. p. 537. T. I. f. 6. RAJ. p. 665*. PLUKN.
Polygonatum latifolium maximum C. B. RAJ. Syll. p. 207. I. R. H. &c.
ε *Polygonatum latifolium III.* CLUS. Hiſt. p. 276. SCHWENKF. p. 162.
Polygonatum II. πλατυφύλλου CLUS. Pann. p. 265.
Polygonatum amplitudinis foliorum ellebori albi I. B. III. p. 530.
Polygonatum latifolium, ellebori albi foliis C. B. RAJ. p. 665*. I. R. H. VAILL. p. 162.

Prior ubique ad ſepes & in dumetis: ultima varietas circa *Mathod.*

Radix carnoſa, repens, orbicularia paſſim tubera producit. Caulis non ramoſus, cubitalis, nutans. Folia alterna, ſaepe ſurſum flexa, elliptica, nervis ellipticis. Flores verſus terram penduli, ex pediculis oblongis, bini, terni, ad octo usque in varietate ε, longi, albi, orae ſexfidae dentibus virentibus. Stamina uti in n. 1. ſemina plurima.

Folia nauſeoſa, fatua. Radix dulcis ſubacris, viſcida, uti plurimae hujus gentis. Habetur pro coſmetico, pro ſubpurante medicamento. Hujus non minima laus eſt in cataplasmate FUCHSIANO, quo ad inflammatos per infauſta puerperia uteros cum magna felicitate ſucceſſuum utitur Illuſtris & fidiſſimus amicus WERLHOFIUS: Simile fere fomentum ad ſugillationes proponit ETTMULLERUS. Laudatur ad hernias tum infuſi tum exterius cataplaſmatis ſpecie a CHOMELIO. Ad tuſſim HOFM. Baccae emeticae ſunt.

5. POLYGONATUM foliis verticillatis.

Polygonatum anguſtifolium FUCHS. p. 586. LUGD. I. B. III. p. 531. PARK. &c.
Polygonatum V. anguſtifolium I. CLUS. p. 277.
Sigillum ſalomonis anguſtifolium TRAG. p. 400.
Polygonatum tenuifolium CORD. Hiſt. p. 113.
Polygonatum erectum GESN. Tab. Coll. p. 98. Hort. p. 273. *b.*
Polygonatum minus LONIC. p. 382. ed. 1738. RAJ. p. 666. Syll. p. 207.
Polygonatum alterum DODON. p. 345.
Quaedam in alpibus ſimilis polygonato CAES. p. 224.
Polygonatum tenuifolium majus, & minus THAL. p. 85.
Polygonatum anguſtifolium I. TAB. p. 757.
Polygonatum anguſtifoliis HORT. AICHST. Aeſt. Ord. 4. T. 7. f. 2.
Polygonatum anguſtifolium non ramoſum C. B. Baſ. p. 87. H. OX. III. p. 538. SCHEUCHZ. It. VII. p. 517. I. R. H.
Convallaria foliis verticillatis LINN. flor. Lapon. n. 114. Cliff. p. 125. ROYEN. p. 26.
Tres varietates habet PONTED. Tab. Comp. Bot. p. 76.

In Helvetiae montanis non rara. In *Waſſerfall*, *Thuiri*, *Feuerſtein*, *M. Falconario*, *Buchholter-Berg*. SCHEUCHZ. inter *Filiſur* & *Berglin*. In *Gemmio*. C. GESNER circa *Thermas Fabarias*.

Caulis erectus, non ramoſus, cubitalis. Folia verticillata, quaterna, longiora multo & anguſtiora, quam priorum. Pediculi florales pariter ſub floribus penduli, etiam ramoſi. Flores ſimiles n. 4. ſed breviores.

U N I F O L I U M.

DILL. *nov. ſpec.* p. 138. T. VII.
SMILACIS ſpecies T. *CONVALLARIAE* ſp. LINNAEI.

Flore nimis differt a priori, quam ut poſſint conjungi. Nempe monopetalus eſt, campaniformis, ſolus inter Liliaceos, ut primum PLUMERIUS vidit, nonniſi quatuor reflexis ſegmentis profunde inciſus. Fructus bilocularis, dicoccos, qui Polygonato polyſpermos eſt, MALPIGH. f. 197. Stamina quatuor.

1. UNIFOLIUM BRUNFELS. L. II. p. 72. TRAG. p. 485. DODON. *Coron.* p. 188. *pempt.* p. 205. HORT. AICHST. HOFM. &c.

Cyclaminos unico folio Ic. poſt. DIOSC. RUELLII. 1552. ad L. II. c. 157.
Gramen parnaſſi MATTH. p. 1001. male. CAM. Epit. p. 744. pulcherrime, cum charactere.
Monophyllon, unifolium recentiorum LOB. ic. p. 303.
Monophyllon THAL. p. 77. RAJ. p. 668.
Uniſolium I. TAB. p. 754. & *II.* ib.
Lilium convallium minus C. B. Baſil. p. 87. H. OX. III. p. 339. BARREL. ic. 1212.
Unifolium ſ. ophris unifolia I. B. III. p. 534.
Smilax unifolia humillima I. R. H. VAILL. p. 188.
Convallaria foliis cordatis LINN. flor. Lapon. n. 113. Cliff. p. 125. ROYEN. p. 26.

In

In ſylvis Helvetiae abunde: v. g. in *Bremgarten.*

Primo unicum foliolum prodit, deinde adſurgente caule, alterum etiam & aliquando tertium, cordatum utrumque, nervis parallelis. Scapum bifolium terminat ſpica floralis, rara. Flos per aetatem magis & magis in planitiem expanditur. Tuba bifida. Bacca matura globoſa, ſaepe bicollis, rubens, plerumque unicum ſemen habet, cum alterum abortiat.

Ad fiſſuras papillarum laudat s. PAULI. Vix puto in uſum recipi.

PARIDEM, quod ſola in tota claſſe verum calycem, & ſtamina duplici numero nacta ſit, non ſubjungo.

CLASSIS IV.
II. OVARIO INTRA FLOREM POSITO.
II. FLORE HEXAPETALO.
I. FLORIBUS SOLITARIIS NUDIS.

LILIUM.

TOURN. T. 195. LINN. n. 258.

LIRIUM ROYEN p. 30.

Petala ſex, craſſula, apicibus magis, aut minus, reflexis; quibus ad originem canalis inſculpitur, proprio foramine apertus, BLAIR *botan. eſſ.* p. 254. T. I. f. 5. 6. Solet autem flos in origine non ultra dimidium expandi, deinde paulatim petala reflectere. Tuba ſimplex, apice triquetro.

1. LILIUM foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis LINN. *hort. Cliff.* ROYEN. p. 31.

Varietates plurimae ſunt, ecce aliquas.

α Planta naturalis, & ſpontanea.

Affodillus BBUNF. L. III. p. 43.

Aſphodelus femina FUCHS. p. 115.

Hyacinthus poetarum, aliis aſphodelus femina TRAG. p. 787.

Hemerocallis CORD. Dioſc. p. 58. *b. rubens* Hiſt. II. c. 60. bona deſcr.

Sylveſtre lilium CORD. Dioſc. p. 48. *b.*

Lilium purpureum mas & femina GESN. Hort. p. 264. *b.*

Lilii genus, quod pro aſphodelo GESN. Tab. Coll. p. 86.

Martagon MATTH. p. 823. CAM. Epit. p. 571. bene LUGD. p. 1493. &c. DILL. Cat. Gieſſ. p. 93.

Lilium ſylveſtre DODON. Coron. p. 131. Pempt. p. 201. HOFM. &c.

Lilium II. humilius CLUS. Pann. p. 143. *montanum ſ. ſylveſtre II. minus* Hiſt. p. 134. ic. DOD.

Lilium montanum LOB. ic. p. 168.

Lilium ſylveſtre purpureo flore CAES. p. 419.

Lilium purpureum ſylveſtre THAL. p. 75.

Lilium montanum flore purpuraſcente punctatum HORT. AICHST. Aeſt. Ord. 3. T. 6. f. 2.

Lilium floribus reflexis montanum C. B. Baſil. p. 21. MURALT. p. 596. &c. *flore maculis rubris inordinate adſperſo* I. R. H. & *flore rubente* I. R. H. GARID. ic. 63.

Martagon montanum longiore ſpica de BRY T. 65. & *pannonicum flore ſuaverubente* ib.

Lilium flore nutante ferrugineo [majus &] *minus* I. B. II. p. 692.

Lilium montanum ſ. ſylveſtre minus RAJ. p. 1112.

Lilium martagon foliis reflexis rubris punctatum H. OX. II. p. 408. T. 20. f. 7. PLUKN. &c.

Martagon ſylvaticum RUPP. p. 118. Conjungit omnia.

β Varietas flore rubro puro

Lilium montanum flore purpuraſcente non punctatum HORT. AICHST. l. c. f. 1.

γ Flore carneo TILL.

δ Albicante SWEERT. T. 53. I. R. H. Hanc in ſylvis *Biennenſium* reperi

ε Pleno I. R. H.

ς Varietas major, quam in M. *Saleva* RAJUS reperit [vulgare vero ſolum ibi ſe legiſſe alibi refert *Syllog. Exter.* p. 165.]

Lilium rubens vel croceum montanum GESN. Hort. p. 264.

Lilium montanum ſylveſtre I. ſ. majus CLUS. p. 134. Pann. l. c.

Hemerocallis flore rubello LOB. ic. p. 168.

Lilium ſaracenicum mas TAB. p. 647.

Lilium floribus reflexis alterum lanugine hirſutum C. B. LOESEL. I. R. H.

Lilium martagon montanum majus floribus reflexis H. OX. II. p. 408. & T. 20. f. 6.

Lilium floribus reflexis montanum, & *Lilium imperiale ſ. lilium montanum majus* RAJ. p. 1112.

Martagon hirſutum DILL. C. G. p. 83.

ζ Varietas flore albo punctato

Lilium montanum album punctatum HORT. AICHST. Aeſt. Ord. 3. T. 7. f. 2.

Lilium floribus reflexis albis punctatis I. R. H.
„ Non punctato
HORT. AICHST. l. c. f. 3. I. R. H. MILL. MORIS. l. c. f. 8. RAJ. Syll. p. 165. &c.
ι *Lilium purpurocroceum minus* MURALT. p. 597. in alpibus. Alias varietates lubens omitto.

Nihil vulgatius in ſylvis & pratis, dumisque paulo altioribus, maxime Jurae M. ſupra *Biennam.*

Radix bulboſa, ſquamis exſtantibus aſpera. Culmus cubitalis, per intervalla ambitur verticillis foliorum durorum, ex elliptico acuminatorum, quinque, quatuor, trium, in ſumma planta vero ſingulorum. Ex ſuprema planta flores aliquot, primo erecti, aut cernui, rectis tunc apicibus petalorum, aut rufi cum punctis ſanguineis, aut albi punctis rubiginoſis: Per maturitatem apices petalorum paulatim retorquentur, donec apex fere baſin adtingat. Stamina de more, ſena, & tuba cava, trifido, fungoſo, apice. Ovarium priſma eſt hexagonium, obtuſis hedris. Nondum adulti flores toti lanugine pubeſcunt, unde nomen ϛ.

Radicem cum lacte coctam in cibum recipiunt Tartari, & in hyemes ſervant STRAHLENBERG.

FRITILLARIA.

TOURN. T. 201. LINN. n. 260.

LINNAEUS „ Foveola in baſi cujusque perali depreſſa; Ovarium trilobum; Petala in teſſellarum ſimilitudinem maculis plerumque variantur.

1. FRITILLARIA radice depreſſa. ROYEN. p. 30.
Fritillaria praecox purpurea variegata C. B. MORIS. II. S. 4. T. 18. f. 1.

Sponte naſci in loco *Goudeba*, Majoratus *des Brenets*, & a vicinis vocari *Tulipes de Goudeba*, GAGNEBINIUS ſcripſit: & iconem miſit, humilem, dodrantalem, flore purpureo, ineleganti, exiguo.

ERYTHRONIUM.

1. ERYTHRONIUM LINNAEI ſive Dens Canis latiore & rotundiore folio.

A LOBELIO dicitur „ in *Jura* M. & in alpibus lacui *Lemano* finitimis lectus fuiſſe *Adv.* p. 64. Quia tamen utrumque locum de Allobrogicis montibus interpretari licet, neque in Helvetia alius quisquam Botanicorum hanc plantam vidit, nonniſi indicare volui, & monere, ſi qui ſunt Genevae, ſtirpium ſtudioſos.

HEMEROCALLIS.

LINN. n. 279.
LILIASTRUM TOURN. T. p. 279.

Flos hexapetalos, longis & in tubi modum conjunctis petalis, quae in Phalangio expanduntur.

1. HEMEROCALLIS radice tuberoſa, corollis hexapetalis LINN. *hort. Cliff.* p. 128. ROYEN p. 27.
Hemerocallis Ic. poſt RUELL. Dioſc. L. III. c. 117.
Phalangium MATTH. p. 833. quam iconem LOB. in Adv. p. 18. negavit omnino plantam eſſe, LUGD. p. 852. PANCOV. ic. 146.
Phalangitis major montana GESN. Tab. Coll. p. 96.
Phalangium floribus duplo majoribus GESN. Hort. p. 272.
Phalangium Dalech. LUGD. p. 852. bene.
Et *Lilium polyrrhizon myconi, phalangium quorundam* LUGD. p. 1496.
Phalangium allobrogicum majus CLUS. App. Alt. cum bona icone. HORT. AICHST. Vern. Ord. IX. T. 6. f. 1. bene.
Phalangium allobrogicum flore parvi lilii forma de BRY T. 63. SWEERT. T. 47.
Phalangium magno flore C. B. Th. p. 553. 554. JONQ. WAGN. p. 287. SUTH. TIT. SCHOL. BOT.
Phalangium flore lilii I. B. II. p. 636. CHABR. RAJ. p. 1192.
Phalangium allobrogicum PARK. Par. terr. p. 150.
Phalangium allobrogicum magno flore lilii PLUKN. p. 289. *magno flore, ſeu flore lilii* H. OX. II. p. 333. T. 1.
Aſphodelus allobrogicus flore magno lilii HERM. flor. Bat. p. 121. Hort. L. Bat. BOERH. II. p. 110.
Liliaſtrum alpinum minus I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 42. It. VII. p. 514. BOERH. II. p. 134.
β *Liliaſtrum alpinum majus* MAGN. Char. p. 186. & procul dubio I. R. H.

Paſſim in paſcuis alpinis Helvetiae. J. B. *Burmii*, & in M. *Thuiri.* SCHEUCHZER in

in via a *Waldnacht* ad *Surenen*; ſupra *thermas Leucenſes*. HUBERUS inter *Realp* & *Furcam*. Ego in ſummo dorſo M. *Waach*. C. GESNER in initiis vallis *Praegalliae* infra M. *Septimum*.

Radix ex aliquot tuberibus verticilli forma. Culmus aphyllos, pedalis, cubitalis, flores profert ad latera. Folia longa, plana, graminea, ad duas lineas lata. Flos unciali major, niveus, petalis gracilibus, acutis, lineatis. Stamina purpurea, apices in transverſum inpoſiti. Flos odoratus eſt.

2. LILIUM luteum Aſphodeli radice MURALTUS in aquoſis naſci dicit p. 680. Quid ſibi vult? hanc enim plantam nemo in Europa legit.

3. HEMEROCALLIS radice oblongo-rotunda, reticulo obnupta, culmo folioſo, unifloro.

Victorialis rotunda GESN. Epiſt. p. 139.
Victorialis mas GESN. Epiſt. p. 117.
Pſeudonarciſſus gramineo folio ſ. leuconarciſſus aeſtivus C. B. Prodr. p. 27. RAJ. p. 1139.
Bulboſa alpina juncifolia, pericarpio unico erecto in ſummo cauliculo dodrantali RAJ. in Syn. II.
Et *Bulbocodium alpinum juncifolium flore unico, intus albo, extus ſqualide rubente* DILL. in Synopſ. RAJ. III. p. 374. T. 17. f. 1.
II. Omnino ſuadent ſpecimina in horto ſicco C. B. deinde icones, eſſe
Narciſſum autumnalem minorem I. B. II. p. 662.
Qui eſt *Narciſſus ſerotinus* CLUS p. 162.
Narciſſus autumnalis parvus Cluſii LOB. ic. p. 122. &c.

C. GESNER in montibus *Abbatiſcellanis*. C. B. in M. *Speluga*, & ad *fabarias thermas*. Ego in M. *Gemmio* circa *die Daube* copioſe, prima aeſtate. HUBERUS ex M. *Lunae Rhaetiae*. I. GESNERUS ex *Valeſiae* Monte.

Radix bulbus eſt longiuſculus, reticulo fibrarum obductus, uti in *Allio montano*, Folia ex radice multa, teretia, aut triquetra, gracilia. Caulis quatuor unciarum, cum frequentibus ſimilibus uncialibus foliolis. Flos naturaliter connivet; petala latiuſcula ſunt, fine obtuſo, elliptica, ungue luteolo, bractea albicante, intus & extus rufis ſpadiceis lineis picta. Stamina ſex, qua nota a Bulbocodio ſeparatur, gracilia, apicibus luteis. Ovarium eſt priſma triangulare, emittens Tubam priſmaticam, quae tribus ferrugineis punctis in fine notatur.

ANTHERICUM.

LINN. n. 303.
ASPHODELIRIS MOEHRING. *Prim. lin. hort. priv.*

Cum Phalangio primi ordinis caule aphyllo, & tota facie floreque ita conſentit, ut aegrius etiam ordine ſeparem, claſſe vero ſejungere natura ipſa vetet. Differt ſiliculis tribus polyſpermis, diſtinctis, totidem tubas breves & ſimplices emittentibus.

1. ANTHERICUM filamentis glabris, petalis anguſtis, acutis, ſpica longiore.

Pſeudoaſphodelus CLUS. Pann. p. 262. *ſecundus* Hiſt. p. 198. bona icon.
Pſeudoaſphodelus alpinus C. B. Theatr. p. 552. *Baſ.* p. 18. r.
Pſeudoaſphodelus quibuſdam I. B. II. p. 634. cum icone aliena, RAJ. Syllog. Exter. p. 209.
Pſeudoaſphodelus pumilio iridis folio H. OX. II. p. 332. *minor ſ. pumilio folio iridis ſ. 2. cluſ.* RAJ. p. 1194.
Phalangium alpinum iridis folio T. Elem. Bot. MAGNOL. Hort. Reg. Monſp. p. 158.
Phalangium alpinum paluſtre iridis folio I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 139.

In Helvetia non rara planta eſt. C. B. in M. *Crenzach*. RAI. in M. *Saleva*. Ego in pratis alpinis & *Jurae* M. ubique. Sed circa Bernam etiam naſcitur in prato *Eymatten* circa rivum, ubi primum ex ſylva effluit, & in paluſtribus circa *Seelhofen*.

Radix alba, fibroſa. Folia ex radice multa, plana, dura, ad duas lineas lata, graminea. Caulis ſimplex, ad terram folioſus, ſuperne aphyllos, terminatur ſpica longa ſuperne conferta florum, qui ſuo quiſque pediculo nituntur. Petala longa, anguſta, acuta, viridia, linea media diviſa. Stamina glabra. Siliculae ſemiovatae, tubam reflectunt.

Haec planta Liliaceas conjungit cum Veratro, Butomo, Aquilegia &c. Sed ex aliis naturae legibus neceſſario interponendae ſunt, quae ſequuntur.

PHALANGIUM.

BULBINE LINN. n. 269. & *SCILLA* LINN. n. 270.
PHALANGIUM TOURN. T. 193. & *ORNITHOGALI* ſpecies ſtaminibus anguſtis.

Si quidem ab radice recedendum eſt, nihil admodum reperio, quo poſſit Bul-

bine a Scilla diſtingui, neque gracilitas petali, aut tuba decidua ſufficit. Eſt ergo *Phalangio*, flos hexapetalos, perfecte expanſus, ſtamina non lata, fructus pene globoſus.

ORDO I.
RADICE FIBROSA.
PHALANGIUM T. & AUCTORUM.

1. PHALANGIUM radicibus teretibus, caule ſpicato, nudo, foliis gramineis, petiolis florum non ramoſis.

Liliago CORDI Hiſt. II. c. 106. p. 150. *b.* bona icon. PANCOV. ic. 148.
Phalangio allobrogico congener CLUS. Cur. Poſt. p. 29.
Phalangium majus vulgare EJ. App. Alt
Phalangium non ramoſum DODON. p. 106. cum ic. TAB. p. 245, LOESEL. RAJ. Syll. p. 261. MAGNOL. Bot. HOFM. DUVERN. &c.
Phalangium non ramoſum, liliago cordi LOB. ic. p. 48.
Phalangium caulibus ſimplicibus CAES. L. X. c. 27. p. 416.
Liliago cordi major THAL. p. 69. 70.
Phalangium pulchrius non ramoſum I. B. II. p. 635. RAJ. p. 1193. PLUKNET.
Phalangium parvo flore non ramoſum C. B. Baſil. p. 18. Theatr. p. 555. cum icone I. R. H. & plerorumque.
Phalangium flore majore ſ. minus ramoſum RUPP. p. 124.
β Varietas foliis ſtrictioribus C. B. in M. *Waſſerfall.*

C. B. in M. *Crenzach*, *Waſſerfall* & *Michelfeldae*. RAI. in *Saleva* & alibi in *Jura* M. Ego in rupibus *Pasgartfluh* prope Biennam, tum inter *Meiringen* & *Gutendannen*. HUBERUS inter *Vettis* & *Melimpſch*.

Radices multae, ſucculentae, teretes. Folia ex radice multa, longiſſima, graminea, carinata, lineam unam lata. Caulis aphyllos, erectus, cubitalis. Spica laxa, pediculis non ramoſis. Flores duas uncias lati, longi, graciles, petala duorum ordinum, interiora enim latiora ſunt, candida. Stamina latiuſcula. Ovarium fere globoſum, ſed tribus nodis tumidum. Tuba ſimpliciſſima. Semina lucida hinc convexa, inde duabus faciebus planis exciſa.

2. PHALANGIUM radicibus teretibus, foliis gramineis, caule ſpicato, nudo, petiolis florum ramoſis.

Phalangitis GESN. Coll. p. 96. *ſ. phalangium herba* Hort. p. 272.
Phalangium CAM. Epit. p. 580. bene.
Phalangium ramoſum DODON. p. 106. bene. LOBEL. ic. p. 47. Obſerv. p. 27. LUGDUN. p. 852. TAB. p. 244. HORT. AICHST. Vern. Ord. 7. f. 1. HOFM.
Phalangium caulibus ramoſis CAES. p. 416.
Liliago cordi minor THAL. p. 70.
Phalangium quibuſdam parvo flore ramoſum I. B. II. p. 635.
Phalangium parvo flore ramoſum C. B. Baſ. p. 19. Th. p. 557. H. OX. II. p. 333. T. 1. f. 9. RAJ. p. 1193. MAGN. Char. p. 186. PONT. Anth. p. 119. I. R. H. RUPP. ZAN. p. 209. ic. 20. n. 2.

Longe frequentius priori, in apricis ſiccis, v. g. in adſcenſu M. *Bolligerberg*, & pariter in udis pratis, circa *Seelhofen*.

Prioris facies ſimillima; ſed pediculi florales ramoſi, multiflori. Flos multo minor, reliqua eadem. Conjungitur priori a LINNAEO.

ORDO II.
RADICE BULBOSA.
STELLARIS DILL. *nov. gen.* p. 110. *ORNITHOGALI* ſp. TOURNEF.
SCILLAE LINNAEI.
HYACINTHOIDES KNAUT. *ORNITHOGALOIDES* SIEGESBER.

3. PHALANGIUM radice ſubrotunda, paucifolium & pauciflorum.

Narciſſus martius BRUNF. L. I. p. 184.
Hyacinthus coeruleus, mas, minor FUCHS. p. 837. LUGD. p. 1515.
Narciſſus coeruleus TRAG. p. 756.
Bulbus ſylveſtris quidam bifolius GESN. Hort. p. 251.
Hyacinthus Fuchſii DOD. Cor. p. 181. Hiſt. p. 219.
Hyacinthus germanicus liliflorus &c. LOBEL. ic. p. 99. Adverſ. p. 48.
Hyacinthus ſtellatus flore coeruleo CAM. Hort. p. 76. & HORT. AICHST. Vern. Ord. 2. T. 1. f. 4.
Et *Hyacinthus parvus ſtellatus vernus* AICHST. T. 5. f. 4.
Hyacinthus ſtellaris bifolius germanicus C. B. Baſ. p. 19. MORIS. S. 4. T. 12. f. 15.
Hyacinthus ſtellatus bifolius [vel trifolius] *vernus dumetorum flore coeruleo* [& albo] I. B. II. p. 579.

Hyacin-

Hyacinthus germanicus praecox bifolius H. OX. II. p. 374.
Hyacinthus ſtellatus fuchſii RAJ. p. 1155. Syn. III. p. 372.
Ornithogalum bifolium germanicum coeruleum I. R. H. MAGNOL. &c.
Scilla radice ſolida floribus erectis paucis LINN. Cliff. p. 123. ROYEN. p. 33.
β *Flore exalbido*
γ *Albo*
δ *Carneo*
ε *Apicibus ex viridi luteis* C. B. LEOP. p. 122.
II. Varietas trifolia
ζ *Flore albido*
Hyacinthus diphyllos flore albido CORD. Sylv. p. 221.
Hyacinthus albicans ſ. femina FUCHS. p. 838.
Narciſſus floribus candidis TRAG. p. 755.
Hyacinthus ſtellatus albo flore CLUS. Hort. p. 184. cum icone, qua pro coeruleo uſus eſt DOD.
Hyacinthus ſtellaris albicans ſerotinus LOB. ic. p. 100.
Hyacinthus comoſus albus LUGD. p. 1412. l. 1512. *ſtellaris albicans* ib. 1514. *albicans ſeu femina fuchſii* ib. p. 1515.
Hyacinthus ſtellaris albus C. B. Baſ. p. 20. &c.
Ornithogalum anguſtifolium albicans ſerotinum I. R. H.
ζ *Flore coeruleo.*
Hyacinthus trifolius C. B. Baſil. p. 19. *ſtellaris trifolius* MORIS. T. 12. f. 15.
Vide cum priori apud I. B.

Priorem *Baſileae* reperi, paulo ultra *Crenzach.* C. B. circa *novam domum.* RAIUS Genevae. Secundum & tertium C. B. circa *Hiltelingen*, & in ſylva *Wylenſi.*

Folia ex radice, duo, tria, lata, carinata, obtuſo fine, mollia. Caulis ex ſinu folii ſuperioris latiuſculus, fert aliquot flores expanſos, albo ungue, coerulea, longa, & elliptica bractea, ſaturatiori linea diviſa: ſtamina non lata; ovarium trilobatum; Tuba ſimplex, fine acuto.

5. PHALANGIUM radice ſubrotunda, foliis & floribus umbellatis.

Siſyrinchium CORD. p. 122.
Bulbus ſylveſtris FUCHS. p. 169. DODON. Coron. p. 187. Hiſt. p. 222. cum icone CLUS. Pann. p. 19. Hiſt. p. 188. 1040
Bulbus agreſtis TRAG. p. 737. alia icon.
Bulbus ſylveſtris ille Kyburgo GESN. Tab. Coll. p. 94. l. 64.
Bulbus ſylveſtris bifolius floribus luteis EJ. Hort. p. 251.
Ornithogalon luteum LOB. p. 149.
Bulbus ornithogalo ſimilis floribus luteis CAES. p. 405.
Ornithogalum luteum TAB. p. 633. bene. CAMER. Hort. p. 311. l. 113. C. B. Baſil. p. 20. RAJ. p. 1153. Syll. p. 194. I. R. H.
Bulbus ſylveſtris ſ. ornithogalum luteum HORT. AICHST. Vern. Ord. 2. T. 7. f. 1.
Bulbus ſylveſtris fuchſii flore luteo ſ. ornithogalum luteum I. B. II. p. 623
Ornithogalum luteum majus floriferum H. OX. II. p. 381. S. 4. T. 13. f. 12.
Ornithogalum πυρροχίτων RENEAULME p. 91. ic. p. 90.
Ornithogalum ſcapo diphyllo, pedunculis ſimplicibus terminatricibus, filamentis omnibus ſubulatis LINN. Cliff. p. 124. ROYEN. p. 31.
β *Ornithogalum majus* TAB. p. 632.
Ornithogalum alpinum latifolium flore luteo de BRY Floril. T. 48.
γ *Ornithogalon ramoſum arvenſe luteum* SCHAEFF. Del. Hal. KNAUT. p. 69. LIND. p. 7. BUXB.
δ *Ornithogalum pallido flore* CLUS. p. 188. I. B. II. p. 624.
Ornithogalum luteum minus C. B. RAJ. p. 1154.
ε *Ornithogalum bulbiferum luteum minimum tenuifolium* COLUMN. Ecphraſ. p. 324. ic. p. 323.
In hac varietate bulbillorum racemi inſident diviſioni, quae flores edit.

C. GESNER circa *Kyburgum.* C. B. retro novam *domum* & circa rivulum, tum, ubi & ego vidi, ad ſiniſtra viae regiae, quae ducit ad *S. Jacob.* I. B. inter *Wild* & *Gundeldingen*, tum *Curiae.* In Germania vulgatiſſimum.

Radix carnoſa, rotunda. Folia ad radicem pauca, hinc convexa, inde plana, anguſta. Culmus ſupra terram educit duo folia, multo latiora, pubeſcentia, ex quorum ſinu multi cauliculi florigeri, & plura pariter folia prodeunt. Flores ex duobus petalorum ordinibus, quae intus lutea cum virore, extus tota virent. Stamina non lata, ex origine petalorum oriuntur. Tuba eſt priſma triangulare, ſtigmate trifido.

Haec planta ob faciem, & flores extus virentes, Ornithogalo proxima eſt.

ORNITHOGALUM.

RAI. *Method.* p. 119. LINNAEI n. 217.
ORNITHOGALI ſpecies TOURNEF.

A Phalangio differt filamentis ſtaminum, vel omnibus, vel tribus, latiſſimis, trifidis, quae olim in *umbellatis* Ornithogalis recte vidit JUNGIUS, eaque ipſa nota hunc ordinem ſeparavit a ſpicatis. A Porro, quod vagina communi ſub ſpica deſtituatur, & flos, ut in *Phalangio*, expandatur.

1. ORNITHOGALUM pediculis florum imis ſupremos ſuperantibus.

Ornithogalum candido flore CORD. Dioſc. p. 46.
Ornithogalum GESN. Hort. p. 270. Tab. Coll. p. 94. &c.
Ornithogalum II. MATTH. p. 542. CAM. Epit. p. 315. ic. ſup.
Bulbus leucanthemos minor ſ. ornithogalon DODON. Coron. p. 183. Hiſt. p. 221. bene.
Ornithogalum vulgare CLUS. Pann. p. 191. Hiſt. p. 187. PARK.
Ornithogalon LOB. ic. p. 148. CAES. p. 405.
Bulbus ſolſequius TAB. p. 630.
Ornithogalum minus GESN. Vit. p. 51. HORT. AICHST. Vern. Ord. 2. T. 6. f. 1.
Ornithogalum vulgare & verius majus & minus 1. B. II. p. 630. RAJ. Synopſ. III. p. 372.
Ornithogalon umbellatum medium anguſtifolium C. B. Baſil. p. 20. I. R. H. &c.
Ornithogalon ἡλιοχάρμη RENEAULM. p. 88. ic. p. 87. bene.
Ornithogalum umbellatum minus candidum vulgare H. OX. II. p. 378.
Ornithogalum floribus corymboſis, pedunculis ſcapum ſuperantibus, filamentis alternis emarginatis CLIFF. p. 124. ROYEN. p. 32.
β Quomodo differt *Ornithogalum medium* HORT. AICHST. Vern. Ord. 2. T. II. f. 3? MORIS. S. 4. T. 13. f. 2.
Ornithogalon I. MATTH. p. 541.

In Helvetiae gramineis, & inter vineas, minime rarum.

Bulbus rotundus. Folia ex terra plura, carinata, convoluta, obtuſo fine. Caulis folia alba, caudata, producit, ex quibus petioli florales, qui, ut ſolent Tetradynamiae, ſpicati ſunt, ſed umbellam mentiuntur, quia infimi longiſſimi ſupra breviores ſupremos educuntur. Flos ex duplici petalorum ordine, quae intus lactea ſunt, extus lata ſede virente diſtinguuntur. Stamina ſex latis, & ſucculentis filamentis, quorum tria ex diviſione ſagittatum ſuperne apicem emittunt. Ovarium longum, cylindricum, ſex obtuſis ſulcis inſcriptum, & tuba cylindrica ſimplex.

2. ORNITHOGALUM ſpica longiſſima, filamentis triangularibus.

Aſphodelus femina DODON. ic. Vet. II. p. 196. GESN. Hort. p. 249.
Aſphodelus bulboſus galeni DOD. Cor. p. 145. Hiſt. p. 209. icon non placet, LUGD. p. 1589. &c.
Ornithogalon Ic. poſt DIOSC. RUELLII L. II. c. 138.
Ornithogalum majus aſphodelus bulboſus galeni CLUS. Pannon. p. 191.
Ornithogalon majus GESNER. vit. p. 51. *I.* CLUS. Hiſt. p. 187. icon DODON.
Hyacintho aſphodelus, forte galeni aſphodelus &c. LOB. ic. p. 193.
Ornithogalum anguſtifolium majus floribus ex albo vireſcentibus C. B. RAJ. p. 1151. &c.
Aſphodelus bulboſus dodonaei, ſive ornithogalum ſpicatum flore virente I. B. II. p. 627.
Ornithogalum σταχυώδες RENEAULM. p. 93. ic. p. 90. melius quam LOBELIUS.
Ornithogalum ſpicatum majus anguſtifolium floribus ex albo vireſcentibus H. OX. II. p. 379. T. 13. f. 5. &c.

J. B. *a la Baſtie* prope *Genevam* copioſe, & in colle ad fl. *Arve* e regione *Champé*. RAIUS in ſegetibus verſus *Salevam* M. STAEH. (qui iconem pulcherrimam miſit) ad *Birſam*, in dumetis, eundo verſus *Münchenſtein*.

Bulbus craſſus. Folia carinata, ad terram reflexa, quando caulis floreſcit, fere perierunt. Caulis bipedalis, longiſſimam ſpicam numeroſorum florum gerit. Sub pediculis foliola exigua, alba. Flores erecti, virentes uniformiter, extus tamen tinctiori ſtria notati. Stamina ſex, late triangulares ex vertice apices praeferunt. Ovarium ovatum, tuba ſimplex.

CLASSIS V.
II. FLORIBUS FRUCTUI CIRCUMPOSITIS.
I. HEXAPETALIS.
II. AGGREGATIS, VAGINA COMMUNI EXCEPTIS.

PORRUM.

T. T. 204. (pleraeque ſpecies.) LINNAEI n. 292.

Huic flores congregati in capitulum ſphaericum, conprehenſum ſpatha caudata.

Petala

Petala ſemi-patula, ex ellipticis acuta. Stamina omnia lata, erecta, modo tria ſimplicia, tria trifurca, modo omnia tripartita, apice ex diviſione erumpente.

1. PORRUM commune capitatum C. B.
C. B. in vineis *Wylenſibus*, ad *Rhenum* ſitis.
Non putaverim indigenam eſſe, ſed ſatam ab olitoribus & colonis.

2. PORRUM radice laterali ſolida, foliis linearibus, caule erecto, umbella ſubgloboſa. ROYEN p. 40.
Allium ſphaericeo capite folio latiori C. B. Baſ. p. 21.
In agris circa *Wieſam*, & in vinetis circa *Crenzach*.
Neque hanc plantam vere indigenam putaverim.

3. PORRUM capite bulbifero, ſtaminibus alterne trifidis.
Allium ſylveſtre primum FUCHS. p. 748. ob pilos inter bulbos.
Allium caninum TRAG. p. 748. ead. ic.
Allium campeſtre CORD. p. 143.
Allium ſylveſtre MATTH. p. 558. cum icone exteriori, CAM. CAES. p. 409. PARK. p. 870. RAJ. p. 1117.
Allium ſylveſtre tenuifolium LOB. Adv. p. 59. ic. p. 172. l. 156. bene DOD. p. 683. ead. ic.
Allium campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus C. B. P. &c.
Allium ſylveſtre latifolium capitatum purpuraſcens majus C. B. Baſil. p. 21.
Cepa ſylveſtris tenuifolia prolifera I. R. H.
Scorodopraſon montanum juncifolium, capite crinito, nucleis & floribus purpuraſcentibus MICHEL. p. 24. n. 6. An potius 7.
In ſynonymis inſuperabiles ſunt difficultates.
In agris minoris *Baſileae* circa *Wieſam*. In Germania abunde.
Radices multae, hinc convexae inde planae, caudatae, in unum totalem bulbum coeunt, undique clauſum. Folia fiſtuloſa. Vagina bicornis, brevis. Capitulum bulbiferum, ſphaericum. Bulbi in piloſas adpendices exeunt. Flores inde ex centro eriguntur, ex rubellis pediculis. Petala alterne majora, & ad baſin gibba, alba, linea obſcure viridi diſtincta, apice rubello. Stamina alterne ſimplicia, & alia, quae filamentum inter duas longas ariſtas, ex flore eminentes, producunt: apices etiam eminent purpurei. Fructus longiuſculus, triſulcus. Odor validus.

4. PORRUM capite ſphaerico, abſque bulbis, ſtaminibus alterne trifidis.
An *Allium ſylveſtre foliis anguſtis floribus puniceis* GESN. Hort. p. 245. *b.* Videtur.
Moly montanum elegantiſſimo flore CLUS. Pann. p. 216.
Allium ſ. moly montanum V. EJ. p. 219. & Hiſt. p. 195. *Moly montanum V.* ib. deſcr.
Allium montanum capite rotundo C. B. H. OX. II. p. 386. T. 14. f. 4. I. R. H.
Allium ſphaerocephalon purpureum ſylveſtre I. B. II. p. 562. RAJ. p. 1120. Syll. Exter. p. 56.
Cepa montana capite rotundo VAILL. p. 32. qui monet folia fiſtuloſa eſſe.
Allium montanum ſphaerocephalon purpureum SCHEUCHZ. It. Alp. I. p. 29. T. 3. f. 2.
Scorodopraſum campeſtre, juncifolium, capite rotundo, conpacto, floribus ſaturate & eleganter purpureis, cum tribus petalis externe verrucoſis MICHEL. p. 25.
In ſaxoſis ad ripam *Rheni* C. B. *Genevae* in vineis & ſegetibus I. B. In arce *Valeria*, *Seduni*, ad rupes.
Bulbi conferti in unum majorem bulbum. Caulis cubitalis, firmus, erectus. Folia teretia, cito pereunt. Vagina bifolia, brevis. Petioli, ut ſolent, ſupremi erecti, inferiores deorſum reflexi, capitulum rotundum efficiunt. Floris ſemiaperti petala exteriora plicata, acutiora, ad baſin rugoſa, quaſi verucoſa; interiora obtuſa, plana: carnea utraque, aut purpurea, nervo fuſco. Stamina tria ex ortu petalorum internorum ſimplicia, tria ex intervallis tricuſpidata, apicem inter duo filamenta educunt. Ovarium profunde ſulcatum, triglobolum. Tuba ſimplex, & brevis. Odor allii.

C E P A.

LINNAEI n. 293.
C E P A E T. aliquae.

A Porro differt ſtaminibus non triſulcis, ab Allio, quod ſtamina in baſi quaſi in tubum connaſcantur.

1. CEPA ſectilis, juncifolia, perennis, I. R. H.
C. GESNER ait *Porrum ſectivum ſylveſtre* naſci circa *Lauffenburg* in petris *tab. coll.* p. 98. *b. Hort.* p. 273. *b.* Sed eſt procul dubio planta proxima n. 2.

2. CEPA alpina paluſtris tenuifolia I. R. H.

Pomum

Porrum alpinum SCHWENKFELD. p. 166.
Allium ſylveſtre latifolium campeſtre purpuraſcens C. B. Baſil. p. 21.
Allium ſylveſtre capitatum purpuraſcens C. B. P. non autem ſynonyma.
β *Allium ſylveſtre capitatum purpuraſcens minus* C. B. Baſil. p. 21. P. RUPP.
II. Annon haec fuerit *Cepa tenuifolia, ſphaerocephalos. purpuraſcens* I. R. H. TILL. GAR. LIND.
Allium juncifolium ſphaerocephalon purpuraſcens RAJ. Syllog. Exter. p. 56.
Allium ſphaerocephalon purpuraſcens RAJ. p. 1118.

Plantas ſuas C. B. ad ripam *Rheni* legit. Ego meam in vertice M. *Waach*: ex alpibus Cottiis vero miſit GAGNEBIN.

Bulbus oblongus, tunicatus. Culmus firmus, pedalis, unum, aut nullum folium edit: ex radice vero unum, aut duo prodeunt, culmo aequalia, teretia. Vagina brevis, lata, bifolia. Umbella pauciflora, ex pediculis erectis. Flos campanulatus, magnus, ex duobus ordinibus petalorum, longorum, acuminatorum, pallidorum, nervo rubente, & ſimili origine. Ex latis, connatis, unguibus ſtamina, teretibus filamentis. Tuba longa unica. An differt a priori? Non videtur.

3. CEPA capite bulbifero, vagina longiſſime caudata.

Allium rubentibus nucleis LOBEL. ic. p. 158. icon plantae effoetae, MORIS. T. 14. f. 1.
Allium ſylveſtre, bicorne, flore obſoleto C. B. MORISON. II. p. 385. RAJ. Syllog. Exter. p. 56.
Allium ſylveſtre bicorne flore viridi I. B. II. p. 561.
Allium bicorne proliferum flore intus albeſcente, cum ſtria purpuraſcente externe I. B. II. p. 560. RAJ. p. 1117.
Cepa tenuifolia bicornis flore obſoleto I. R. H.
II. An huc, uti RAJO viſum
Allium ſ. moly montanum III. CLUS. Pann. p. 215. Hiſt. p. 193. 194.
Moly montanum junceo folio CLUS. Pann. p. 210.
Allium montanum bicorne flore exalbido C. B. MOR. l. c.

Copioſe in colle, qui longe viam regiam a paludoſis *Michelfeldenſibus* diſtinguit. Badae in arce diruta. RAIUS & I. B. *Genevae* paſſim.

Radices multae in unum bulbum congeſtae: cui adſidet caudatus bulbus altero anno ſucceſſurus. Folia fiſtuloſa, cito exareſcunt. Caulis ad duos cubitos altus. Capitulum vagina excipitur, cui alterum cornu longiſſimum eſt. Florem rarius perficit, plerumque bulbos, crinitos. Flores autem, ſi ſuccedunt penduli, longe petiolati, campaniformes, petalis externis majoribus, obſoleti coloris, nervo medio & lateralibus duabus maculis ex fuſco purpureis, ſordidis, tubo ſtaminum continuo, filamentis rectis, ſimplicibus. Ovarium longum, ſulcatum. Odor virulentus.

ALLIUM

LINNAEI n. 294.
ALLIUM T. T. 206. & *CEPAE* pleraeque.

A *Porro* diſtat ſtaminibus non triſulcis, a Cepa, iisdem liberis.

ORDO I.
FOLIIS TERETIBUS ET CAVIS.
CEPAE TOURN.

1. ALLIUM foliis teretibus, vagina longa, ſtricta, umbella bulbifera.

Ampelopraſum CAM. Epit. p. 323. optime. C. GESN. Hort. p. 273. *b*?
Allium ſ. moly montanum II. CLUS. Pann. p. 214. Hiſt. p. 193. ſed folia dicit graminea.
Ampelopraſum proliferum LOBEL. p. 172. l. 156.
Tenuifolium [Allium] *vel potius ampelopraſon* CAM. Hort. p. 9.
Allium montanum bicorne anguſtifolium flore purpuraſcente C. B. Baſil. p. 21. I. R. H. MURALT. p. 702. SCHEUCHZ It. II. p. 129. *purpureo* MORIS. II. p. 386. ic. 5. T. 14.
Allium ſylveſtre bicorne purpureum proliferum I. B. II. p. 561. RAJ. p. 1119.
Allium montanum bicorne purpureum proliferum I. R. H. RAJ. Synopſ. III. p. 369.
An *Moly montanum colore kermeſino* SWEERT T. 61? Icon reſpondet.
II. Procul dubio huc pertinet *Allium ſylveſtre bicorne flore ex herbaceo albicante cum triplici ſtria atropurpurea* RAJ. p. 1119. Synopſ. III. p. 370. I. R. H. MILL.

C. B. in dumetis circa *Cliben.* STAEH. ibidem. RAIUS ſuam circa *Genevam.* SCHEUCHZER in *alta Rhaetia.* Ego in ſylva M. *Leitern* Valeſiae, quae a *Farn* per viam illam terribilem ad pagum *Innen* ducit.

In unico ſpecimine. Culmus cubitalis, nudus, firmus. Folia videntur teretia. Vaginae duae, totae ſtrictae, longiſſimae. In umbella ſedent bulbilli aliquot, ex more gentis: tum petioli unciales & longiores praeferunt ſparſos in umbella flores, quorum ali-

aliqui propendent. Flos modo albicans, modo pulchre purpuraſcens, latior, & brevior prioribus, ſubrotundis petalis. Margines & media linea obſcuriores. Stamina ex lato ortu prodeunt. Ovarium hexagonon, ſex ſulcis diſtinctum. Non obſervavi olere.

ORDO II.
FOLIIS LATIS PLANISQUE.
ALLIA TOURN.

2. ALLIUM radice lignoſa, transverſa, umbella erecta.

Allium montanum foliis narciſſi minus C. B. H. OXON. II. p. 388. T. 15. f. 14. ex CLUSIO I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 129.
Allium ſ. moly narciſſinis foliis II. CLUS. Pannon. p. 222. Hiſtor. p. 196. omnino.
II. *Allium montanum petroſcorodon dixeris* GESN. Hort. p. 245. *b.*
Allium montanum radice oblonga GESN. Tab. Coll. p. 57. C. B. RAJ. Syllog. Exter. p. 56. Hiſt. p. 1121. MAGNOL. Char. p. 184. I. R. H.
Porrum petraeum GESN. Hort. p. 273. *b.*
Porrum ſylveſtre primum TAB. p. 484. ſed radix male pingitur.
I. II. *Allium petraeum umbelliferum* I. B. II. p. 764. RAJ. Syllog. Exter. p. 55. Hiſt. p. 1120.
Allium ſphaerocephalon bifolium italicum CHABR. p. 203. quod ad iconem.
III. Conjungit SCHEUCHZERUS
Allium montanum acori folio flore purpureo BOCCONE Muſ. di Piante p. 84. T. 79.
Quod eſt *Allium ſaxatile acori folio flore purpureo* BARREL. ic. 1022. I. R. H.

C. GESNER & I. B. *Burmii* Rhaetorum, & *Badae* in ſaxoſis apricis. Ibi in arce legit I. GESNERUS. I. B. in M. *Pager* Helvetiorum, mihi ignoto. SCHEUCHZER in *alta Rhaetia.* HUBERUS prope *Zollbrück* vallis Lepontiae.

Radix diverſa a reliquis, gnomonica, crure transverſo, ligneo, capillares radices demittente, dum crus erectum caulem fundit. Is aphyllos, cubitalis, firmus eſt. Folia ex radice conferta, graminea, duas, & paulo ultra, lineas lata, praelonga. Vagina bifolia, brevis, non caudata. Umbella collecta, non, ut in n. 2. ſparſa, erectis petiolis, abſque bulbis. Flores pallide purpurei, linea tinctiori diviſi, petalis brevibus, obtuſis. Stamina baſi ſunt lata, & plana, filamentis gracilibus.

3. ALLIUM radice bulboſa, foliis gramineis, umbella erecta, bulbifera, vaginis breviſſimis.

Allium ſ. moly narciſſinis foliis I. CLUS. Hiſt. p. 195. Pann. p. 221.
An *Moly foliis narciſſi* LOBEL. ic. p. 161. Obſerv. p. 82. LUGDUN. p. 1593. mala icon.
Allium umbelliferum pratenſe I. B. II. p. 564. RAJ. Syllog. Exter. p. 55. RAJ. p. 1120.
Allium montanum foliis narciſſi majus C. B. HIST. OXON. II. p. 388. ex CLUSIO. I. R. H.
Moly montanum foliis narciſſi RUPP. p. 122.

RAIUS in pratis udis, ultra fl. *Arve*, prope Genevam.

Exemplaria ex horto ſicco C. B. ſatis adcedunt ad bicorne flore obſoleto: ſed confuſa fuiſſe docent icones veterum. Bulbus alliaceus. Culmus pedalis, firmus: vaginae latae, breves. Flores in ſimilem prioris umbellam, longioribus pedicellis, cum conmiſtis bulbulis.

4. ALLIUM foliis radicalibus latiſſimis, petiolatis, floribus umbellatis ROYEN p. 39.

Allium urſinum FUCHS. p. 739. MATTHIOL. p. 560. CAMER. Epit. p. 330. bon. ic. GESN. Tab. Coll. p. 57. Hort. p. 245. *b.* CAES. L. X. c. 17. p. 409. LOB. Obſ. p. 80. &c.
Allium ſylveſtre TRAG. p. 748. PANC. ic. 201.
Sylveſtre allium vel ſcorodopraſum CORD. Dioſc. p. 46. *b.*
Allium ſylveſtre bifolium GESN. Hort. p. 245. *b.* in addit.
Allium ſylveſtre latioris folii, ſ. allium urſinum DOD. p. 683.
Allium urſinum latifolium LOB. ic. p. 159. LUGD. p. 1546.
Allium ſylveſtre latifolium C. B. Baſ. p. 20. RAJ. p. 1120. I. R. H.
Allium urſinum bifolium vernum ſylvaticum I. B. II. p. 565.
Allium latifolium paluſtre H. OX. II. p. 388. T. 15. f. 15.

Nihil vulgatius ad ſepes in agro *Solodurenſi*, & circa *Juram* M. *Bernae* etiam in ſylvis. Bulbus gracilis, longus. Ex radice culmus floriger aphyllos, & duo longa pediculata folia, nervoſa, elliptica, acuta. Scapus floriger ſecedit in umbellam petiolorum florigerorum. Vagina lata, bipartita. Flos candidus, ſex longis & anguſtis petalis fit. Ovarium ex tribus globulis coalitum, tricoccum, exigit tubam ſimplicem acutam. Sex ſtamina lata, non trifida. Odor allii virulentus, qui facile in lac ipſum transit, quando pecora copioſius hac ſtirpe paſcuntur.

5. ALLIUM radice oblonga, obducta reticulo.

Victorialis ophioscorodon C. GESN. Epit. p. 139.
Victorialis longa GESN. ad CORD. Hist. II. c. 32. p. 97. *b.* CLUS. Pann. p. 224. Hist p. 189.
Victorialis femina GESN. Epist. p. 117.
Allium alpinum GESN. Hort. p. 245. *b.* DOD. p. 684. 1. B. II. p. 566. RAJ. p. 1122. Syll. Ext. p. 55.
Allium alpinum radice reticulata GESN. Tab. Coll. p. 57.
Allium ursinum MATTH. p. 559. sola folia.
Allium anguinum CAM. Epit. p. 329. bon. ic. cum floribus.
Allium serpentinum & ophioscorodon LOB. ic. p. 149. ex MATTH.
Allium alpinum victorialis mas TAB. p. 487.
Allium montanum latifolium maculatum C. B. HIST. OXON. II. p. 388. ic. 16. T. 15. 1. R. H. PLUKNET. Amalth. p. 8. MURALT. p. 647.
Allium foliis caulinis lanceolatis floribus umbellatis ROY. p. 39.
β *Angustioribus foliis* CAM. Hort. p. 10. C. B. 1. R. H. LIND.

Passim in alpium rupibus. In *Plan Alp*, varietatem β. In M. *Falconario* audio proveniisse, sed destructam esse. In *Pilato* M. C. GESNER. Ex Toggicis alpibus MURALT.

Radix oblonga, fibris reticulatis undique obducta, deorsum frequentes capillos emittit. Folium ex radicis mucrone fere unicum, peranguſtum, vel duo, tria, in meis vix ultra sex lineas lata, longe elliptica. Flores, qui umbellati pinguntur, non vidi.

Vires sudoriferas, & stomachicas, Allii vulgaris possidet, sed raritas addidit venerationem, ut pro mirabili quodam, & magico medicamento habeatur, quo vires supra humanas adquirantur. In Amuleto ad spasmos abdominales gravidarum laudatur, & vidi, aliquoties, profuisse.

III. PLANTAE SEMINIBUS ET STAMINIBUS DONATAE.

II. PETALODEAE.
II. DICOTYLEDONES.
I. POLYSTEMONES.

CLASSIS I.
I. MULTILIQUAE ET ADFINES.

In universum in ea nota hae plantae conveniunt, ut staminum numerus segmenta floris, aut petala, ter, quater, quinquies, decies, trigesies demum, & septuagtsies quinquies superet; pauciſſimis exceptis, quas separare vetat analogiae lex, quae nobis suprema est. Classis I. plerumque post quemvis florem conceptacula seminis habet aliquot, tria, & plura, similia, bivalvia, ad valvas se aperientia, cum ad alteram valvam aliquot semina ex ordine adnexa sint. Aliis pariter multi sunt loculi, sed in unum fructum connati; aliis denique multae siliquae, sed monospermae.

VERATRUM.

T. T. 145. LINNAEI n. 769.

Etsi Isostemon sit, non placet tamen a plantis, quibus fructu convenit, & flore longius removere. Flores alii hermaphroditici (nisi feminae fuerint) bis tripetali, petalis ex elliptico acutis, lineatis, ad basin pene coalitis; staminibus tot quot petala sunt, ex ungue ortis, siliculis tribus, quorum recurvi apices extro vergunt. In maribus harum loco imitamenta quaedam, & in feminis filamenta absque antheris loco staminum.

1. VERATRUM CLIFF. p. 468. ROYEN. p. 45.

Helleborus candidus plantaginis foliis CORD. Sylv. p. 221. *b.*
Veratrum album CORD. Dioſc. p. 73. *b.* DODON. Purg. p. 184. bona icon.
Elleborus albus GESN. Fract. p. 63. Tab. Coll. p. 74. Hort. p. 257. *b.* FUCHS. p. 272. male. TRAG. p. 409. CORD. Hist. p. 165. LUGD. p. 1632. I. B. III. p. 633. RAJ. p. 168.
Elleborum album MATTH. p. 1219. bene. CAM. Epit. p. 939. cum charactere.
Elleborus albus albicante flore CLUS. p. 274.
Helleborum s. veratrum album DODON. p. 383. BLAKWALL. T. 74.
Helleborum album s. veratrum LOBEL. ic. p. 34.
Helleborus albus femina TAB. p. 720.
Helleborus albus flore herbaceo AICHST. Aest. Ord. 8. T. 9. f. 1. opt.
Helleborus albus flore subviridi C. B. HIST. OXON. III. p. 482. S. 12. T. 4. f. 1.

Vera-

Veratrum flore ſubviridi I. R. H. &c.
β *Foliis mollioribus* GESN. Coll. p. 75.

Nihil frequentius in pratis montanis, quas late vaſtant, exoſa armentis & paſtoribus, Helleboreta.

Radix fit fibris longis, teretibus, copioſiſſimis, in unum tuber collectis. Folia nervoſa, ovata. Spicae plurimae, denſae, longae, erectae, caulem ramosque terminant. Flos ſubhirſutus, obſolete albus, lineis virentibus. Odor venenatus.

Communi conſenſu pro noxio habetur. Vix aliquos reperias, qui exhiberi ſint auſi, ut drachmam unam, abſque correctione exhibere, raro exemplo ſubſtinuerit BRASSAVOLA p. 531. quam etiam doſin in infuſo daemoniacis concedit WELSCH *mictom.* p. 42. 43. & HERMANNUS, & maniacis ſolis, non abſque bono eventu tamen, dedit MATTHIOLUS p. 1222. Ipſam radicem, ſimilibus in malis, ad 15. & 30. grana HERMANNUS permittit. Certe ex unico ſcrupulo convulſiones motas lego in E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* 1. *Obſ.* 65. & canem eadem doſi enectum WEPFERUS, eoque multos ſtrangulatos vidit FALLOPIUS *de purg.* c. 69. horrendos etiam vomitus a radicibus loco Polygonati exhibitis LENTILIUS *Eteodr.* p. 868. & duriſſimis mortalibus, qui in ſeptentrione hoc pharmaco ſe purgant, oculos converti, ut caecitas ſequatur, monent ACT. HAFN. *Ann.* V. *Obſ.* 55. Vide diros etiam effectus apud BRESLAVIENSIS 1725. M. *Febr.* Inde, etiam antiquiſſimis temporibus, cum Anticyrae uterque Helleborus naſceretur, nigro ſolo ſunt uſi ad alvum purgandam, cum album viderent vomitus movere PAUSANIAS L. X. p. m. 623. Sed neque in ſternutatorio pulvere ſatis tuto adhiberi monet ALLEYNE. Si vero in ſanguinem integris viribus ſuccus venerit, adeo praeſens venenum eſt, ut animal pereat, etiam ſi leviter ſit vulneratum CRATO *Epiſt.* II. p. 226. experimento in Gallinis repetito MATTHIOL. p. 1226. *Epiſt.* p. 219. tanta excitata putredine, ut caro ſubito molleſcat ARCAEUS *de cur. vulner.* L. I. p. 70. Neque obſcura cauſa eſt, cum & manſae radices fauces exurant, & liquorem ſtillent acerrimum, calcis liquori fere ſimilem GEOFROI *de Mat. med.* II. p. 226. *Oxymel* Elleboratum tamen ſuum absque ulla noxa ad drachmas duas adſumi, & egregie menſes, pectus, ſudorem, expedire, ſaepiſſime expertus laudat c. GESNERUS libello proprio.

BUTOMUS.

TOURN. T. 143. LINNAEI n. 340.

Hic Antherico proximus eſt, &, forte, monocotyledon, cum folia graminea ſint. Tum flos ſimilis eſt, bis tripetalos, exteriori ſerie mucronata, coloratiori, duriori, interiori ſerie majori. Sed ſtamina novem ſunt. Fructus ex ſex diſtinctis, polyſpermis, ſiliquis, quarum tuba recurvus bifidus apex eſt: eae per inferiorem valvarum conjunctionem dehiscunt. Semina ad totas valvas adhaerent pene innumerabilia.

1. BUTOMUS LINN. *flor. Lap.* n. 159. *hort. Cliff.* p. 155. ROYEN p. 45. CAES. p. 553. *T. aut. de Par.* p. 181. VAILL. *Bot.* p. 24. RAI. *Syn.* III. p. 273. RUDBEK p. 96.
Gladiolus paluſtris CORD. Hiſt. p. 124. bona deſcriptio.
Gladiolus aquaticus GESN. Tab. Coll. p. 79.
Gladiolus paluſtris ad ripam Araris GESN. Epiſt. p. 117.
Calamagroſtis altera TRAG. p. 677.
Juncus floridus MATTHIOL. p. 1037. bene CAMER. Epit. p. 781. LUGDUN. p. 989. 1. B. II p. 524. RAJ. p. 700. BLAIR. Botan. Eſſ. p. 215. cum Char.
Gladiolus aquatilis DOD. Cer. p. 253. 254. Hiſt. p. 600.
Juncus cyperoides floridus paluſtris LOB. ic. p. 86.
Juncus cyperinus floridus TAB. p. 250.
Calamagroſtis I. LUGD. p. 1006. denuo.
Juncus cyperoides paluſtris HORT. AICHST. Vern. Ord. 9. T. 4. f. 3.
Juncus floridus major C. B. Baſil. p. 14.
Sedo affinis juncoides umbellata paluſtris H. OX. III. p. 468.
β Flore albo TRAG. I. R. H. VAILL.

In paludoſis Helvetiae, non ubique. *Michelfeldae.*

Caules teres, bicubitalis. Folia triquetra, longiſſima, ulnaria. Summus caulis ſupra folioſam, trium foliorum coronam, gerit umbellam copioſam, ex petiolis ſimplicibus, erectis, gerentem flores expanſos, roſeos, purpuraſcentes, externis petalis tinctius purpureis, internis pallide roſeis. Capſulae triquetrae in hexagonum diſpoſitae.

DAMASONIUM.

VAILL. *Comm. Pariſ.* 1719. p. 34.
ALISMA MAGNOLLI & LINNAEI II. 308.
PLANTAGO AQUATICA BOERHAAV. RAII.
RANUNCULI ſp. TOURN. T. 149. D. R. S. T. V.

Huic plantae pariter videtur una cotyledon eſſe. Flores tripetali, calyce trifolio, manifeſte diſtincto a tribus rotundis, crenatis, expanſis, petalis. Stamina ſex, & ſiliquae plurimae in orbem diſpoſitae, tubis ex apice exeuntibus ſimplicibus, capitatis: modo monoſpermae, modo polyſpermae, ut adpareat ex conſenſu aliarum partium, ob eam diverſitatem non poſſe ſeparari.

I. DAMASONIUM panicula verticillata, petiolis ramoſis, ſiliquis monoſpermis.

Plantago aquatica BRUNFELS. I. p. 24. RUELL. p. 574. FUCHS. p. 42. TRAG. p. 226. GESN. Tab. Coll. p. 97. *b.* MATTHIOL. p. 482. CAMER. Epit. p. 264. cum Char. DODON. Pempt. p. 606. Cereal. p. 267. CAESALP. p. 552. LUGDUN. p. 1056. I. B. III. p. 787. RAJ. p. 618. Synopſ. III. p. 257. &c.
Barba ſylvana DORSTEN. p. 41. bon. ic.
Plantago aquatica inproprie dicta GESN. Hort. p. 273.
Plantago aquatica, foliis betae aut plantaginis, flore gallii albi LOB. ic. p. 300. Adv. p. 124.
Plantago paluſtris ſ. aquatica TAB. p. 734.
Plantago aquatica latifolia C. B. Baſ. p. 56. MORIS. III. p. 618. MAGNOL. Char. p. 110.
Ranunculus paluſtris plantaginis folio ampliore T. aut. de Par. p. 298. I. R. H. &c.
Aliſma DILL. Cat. Gieſſ. p. 126. RUPP. p. 47. &c. *fructu obtuſo, trigono* LINN. Lapon. n. 138. CLIFF. p. 141. ROYEN. p. 46.
Damaſonium lato plantaginis folio VAILL. p. 1719. p. 35.

In foſſis ubique.

Radix denſiſſime capillata. Folia ex petiolis, nervis ellipticis, longo mucrone. Caules longe paniculati. Petioli ex caule verticillati, vaginis excepti trifoliis, praeter alia folia, propria ramis ſingulis, ipſi ramoſi & ſecundo verticillati, etiam horum ramorum multis tertio verticillatis. Siliquae in diſcum, ſed rotunde tripartitum, congeſtae, ad vigenas, monoſpermae.

Veſicas excitat admota, quas in hydropicis non ſine adjumento aegrorum aquas profudiſſe reliquit I. R. CAMERARIUS & alii. Vaccas occidiſſe vidit FABREGOV. & animalia paſſim LINDER. *de venen.* p. 578.

Inter ſynonyma Plantaginis anguſtifoliae aliqua meram varietatem vulgatiſſimae plantae indicant v. g.

Plantago aquatica minor TAB. p. 734. C. B. Baſil. p. 56.
Damaſonium anguſto plantaginis folio VAILL. l. c. & multae omnino, abſque deſcriptione poſitae plantae, Florarum aut Adonidum, confuſae cum LOBELIANA ſpecie floribus umbellatis.

SAGITTARIA.

MORISONI. LINNAEI n. 723.
SAGITTA BOERH. p. 45. 46. VAILL. *Comm. Par.* 1719. p. 32. BLAIR *Eſſays* T. I. f. 15.
RANUNCULI ſp. T.

Cum priori planta convenit toto habitu, caule verticillato, flore & calyce trifolio, differt ſexu. Flores nempe ſupremi caulis mares ſunt, facti ſtaminibus plusquam triginta, abſque ovario. Imorum autem verticillorum flores ſunt feminae, ex copioſiſſimis ſiliculis, monoſpermis, in hemiſphaerium congeſtis. Vide denuo, quam longe methodus ſexualis ſimillimas plantas ſeparet.

I. SAGITTARIA foliis ſagittatis LINN. *flor. Lapon.* n. 344. *hort. Cliff.* p. 446. ROYEN p. 493.

α Varietas mediocri folio, hilo parvo, vulgatior
Sagitta DODON. Cereal. p. 235. CAM. Epit. p. 874. I. B. III. p. 789.
Sagittaria minor LOB. ic. p. 302.
Sagitta minor MATTH. p. 1139. DOD. Pempt. p. 588. TAB. p. 743. RAJ. p. 619. VAILL. p. 33.
Barba ſylvana CAESALP. p. 553.
Sagitta aquatica minor latifolia C. B. LOES. MUR. p. 731. &c.
Ranunculus paluſtris folio ſagittato minori T. aut. de Par. p. 524. I. R. H. &c.
β Ampliori folio, major,

Sa-

Sagitta major MATTH. p. 1138. CAM. Epit. p. 875. DOD. Pempt. p. 588. TAB. p. 743. I. B. III. p. 790. VAILL. l. c.
Piſtana Magonis ſ. Plinii ſagittaria aquatica LOB. ic. p. 301. Obſerv. p. 161. &c.
Sagitta aquatica major C. B. Baſil. p. 57. &c.
Ranunculus paluſtris folio ſagittato maximo I. R. H. TILL. &c.
γ Hujus varietatis luſus
Sagitta aquatica major folio anguſtiore BOERH. p. 46.
δ Varietas folio anguſtiore, angulo inter hamos majori
Sagitta CORD. Hiſt. p. 87. certe icon hanc refert
Phleos mas ſ. ſtoebe theophraſti anguſtifolia LUGD. p. 1016.
Sagittaria minor SCHWENKF. p. 186.
Sagitta minor anguſtifolia TAB. p. 744. I. B. III. p. 790. VAILL. l. c.
Sagitta aquatica minor anguſtifolia C. B. LOES. &c.
Ranunculus paluſtris folio ſagittato anguſtiori I. R. H. &c.
ε Varietas foliis aliis ſagittatis, aliis gramineis
Gramen bulboſum aquaticum C. B. Prodr. p. 4.
Sagitta aquatica foliis variis LOES. p. 234. ic. 74.
Sagittaria ſine capitibus MERR. p. 107. &c.

Sagitta in Helvetia infrequens eſt; quod aquae pigrae ibi rarae ſint. Ebroduni in foſſis, & lacu I. B. *Nidoviae* in foſſis. *Michelfeldae* C. B. *Tiguri* videtur vidiſſe MURALT.

Nomen a figura folii, cujus, uti in Acetoſa, hami, modo acuto, modo obtuſiſſimo angulo ſeparantur, & latitudine pariter, aut anguſtia ludunt. Caules florigeri nudi, verticillis cum vaginis trifoliis, fere ſemper ternos pediculos, unifloros emittentibus. Flos ſpecioſus, lacteus. Flores feminae ob copiam tubarum quaſi muſcoſi.

Pariter acris eſt, uti prior, & pleraeque aquaticae.

HYDROCHARIS.

LINN. n. 757. ROYEN. p. 10.
MORSUS RANAE JUNGII T. *Mem. de l'Acad. 1705.* p. 311. T. 4. DILL. *nov. gen.* p. 149.
MICRO LEUCO NYMPHAEA BOERH. p. 282.

Multa communia habet cum Sagitta. Calyx pariter trifolius, petala tria. Flores alii mares, novem ſtaminibus, apicibus gemellis: alii feminae, & hi quidem differunt, ſunt enim ſexloculares, polyſpermi, & florem ex vertice ovarii praeferunt, tubasque ſex, apice bifido. Caeterum cum *Aloide* conjungat GUNDELSHEIMERUS & TREWIUS *Comm. Lit. Nor.* 1731. ſpec. 21. ſeparat vero LINNAEUS. Litem derimere non potui *Aloide* deſtitutus.

1. HYDROCHARIS LINN. *hort. Cliff.* p. 460. ROYEN p. 10.
Ranae morſus DODON. Cereal. p. 228. Hiſt. p. 583. cum duabus iconibus LOBEL. ic. p. 596.
Nymphaea minor ſ. morſus ranae I. B. III. p. 773. cum icone Lenticulae.
Nymphaea alba minima C. B. LOES. RAJ. p. 1320.
Nymphaea flore minimo tripetalo albo H. OX. III. p. 513.
Morſus ranae foliis aſari RUPP. p. 49.
Morſus ranae foliis circinatis floribus albis TOURN. l. c. VAILL. in Bot.
Stratiotes foliis aſari ſemine rotundo GUNDELSH. l. c. DILL. RAJ. Synopſ. III. p. 290.
β Flore pleno RAJ. Cant. p. 101. Synopſ. III. p. 290. & PLUKNET. p. 267.

In foſſis *Michelfeldae*, *Biennae*.

Caules natantes, foliaque, quae duritie, & figura reniformi, in hilum petiolum recipiente, cum Nymphaeis conveniunt. Florum marium terni petioli, propria bifolia vagina excipiuntur, albi vero ſunt, ungue flavo, petalo orbiculari. Feminas recentes non vidi.

*2. An vere differt illa pentapetala Nymphaea?
Nymphaea parva MATTH. p. 895. Epit. p. 636.
Nymphaea alba minor LOB. Adv. p. 257. TAB. p. 741. I. B. III. p. 773. C. B. Baſ. p. 57. PARK. MURALT. p. 609. [ad lacum *Felinum.*]
Nymphaea alia parva DOD. p. 586.

In foſſis *Michelfeldenſibus* C. B.

Cum eam nemo recentiorum viderit, vehemens eſt ſuſpicio eſſe male obſervatam Hydrocharin. Vide RAII cenſuram, p. 1320.

NYMPHAEA.

T. T. 137. 138. LINNAEI n. 421.
& *LEUCONYMPHAEA* BOERH. p. 281.

In ſpecie luteo flore TOURNEF. T. 137. l. c. B. D. H. T. 138. K. M. O. calyx quinque craſſis fit foliis, intus floralibus. Petala calyce multo minora, quatuordecim, ad viginti, ſulcata, crenata, unguis ſimilitudine. Stamina copioſiſſima, alia circa ovarium adplicata, alia ab ovario recurvata, deorſum in arcum reflexa, plana caeterum, interius duabus lineis ſpermaticis inſcripta. Ovarium ex ſphaerico faſtigiatum, diſco coronatum, qui tot cavis lineis inſcribitur, quot ſunt loculi, quatuordecim nempe, ad viginti, & media continua cavitate ducit ad Ovarium ad infundibuli modum. Ovarium maturum pyri forma, in quatuordecim, ad viginti uſque loculamenta radiatim diviſum, polyſperma.

In alba ſpecie (TOURNEF. T. 137. A. C. G. T. 138. I. L.) pleraque eadem: Calyx quadrifolius, petala ſedecim & viginti, latiora calyce, magis ovata, rotunda, quorum extima calycis ſimiliora ſunt, interiora, quae minora ſunt, ſtaminum. Ex iis paulatim degenerant 68. ad 70. ſtamina, exteriora fere petalodea, interiora craſſiora, pariter lineis ſpermaticis inſcripta. Tubae tot, quot ſepta ovarii, quatuordecim, ſedecim, reflexae, introrſum cavae, inter quas cavitas ſpongioſa verſus apicem eminentem ovarii ducit. Id loculis pariter quatuordecim & ultra dividitur, qui duplicem ſeriem innumerabilium ſeminum continent, & totum ſphaericum eſt. Stamina & petala ex involucro externo ovarii proveniunt. Ergo flos, fructusque, pariter ut habitus, haec genera conjungit.

35 1. NYMPHAEA calyce magno pentaphyllo, fructu pyriformi.

Nenufar mas BRUNF. 1. p. 36.
Nymphaea lutea FUCHS. c. 202. p. 536. TRAG. p. 697. GESN. Tab. Coll. p. 92. MATTH. p. 894. bene ut & in CAM. Epit. p. 635. cum charactere. DOD. Cereal. p. 231. Hiſtor. p. 585. LOB. ic. p. 594. TAB. p. 741. I. B. III. p. 771. AICHST. Vern. Ord. 7. T. 3. f. 3. RAJ. p. 1319. BLAKW. T. 497. 499.
Nymphaea citrina CORD. p. 99.
Nymphaea lutea major CLUS. p. LXXVII. LUGD. p. 1009. mala icon. C. B. P. H. OX. III. p. 513. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 257.
Et *Nymphaea lutea minor* LUGD. p. 1009.
Nymphaea calyce magno pentaphyllo CLIFF. p. 203. ROYEN. p. 480.

In lacubus & paludoſis foſſis majoribus.

Cum ſpecie n. 2. foliis firmis, natantibus, circumſcriptione ex ſagittato rotundis, hilo exciſis, convenit, caeterum amplior. Calycis folia interius flori concolora, lutea.

34 2. NYMPHAEA calyce tetraphyllo, fructu rotundo.

Nenufar femina BRUNF. p. 37.
Nenuphar DORSTEN. p. 199.
Nymphaea candida FUCHS. p. 535. TRAG. p. 696. DODON. Cereal. p. 231.
Nymphaea alba CORD. Hiſt. p. 98. *b.* MATTH. p. 893. Epit. p. 634. DOD. Hiſt. p. 585. LOB. ic. p. 295. ead. TAB. p. 740. I. B. III. p. 770. RAJ. p. 1320. BLAKW. T. 498. 499.
Nymphaea alba major LUGDUN. p. 1008. AICHST. Vern. Ord. 7. T. 3. f. 1. C. B. Baſil. p. 57. H. OX. l. c. I. R. H. MAGNOL. Char. l. c.
Nymphaea calyce tetraphyllo, corolla multiplici CLIFF. p. 203. ROYEN. p. 480.
β *Nymphaea alba minor* HORT. AICHST. l. c. f. 2. HIST. OX. l. c. BOERH. p. 281. [nam citat AICHST.] mera varietas eſt, magnitudine diſtincta.

In lacubus & foſſis abunde.

Habitus & fere omnia prioris. Videtur foliis utcunque minoribus eſſe, hili angulo majori. Flos major, lacteus. Fructu maxime, tubiſque differt. Ille enim orbiculatus, hae apice liberae & reflexae ſunt.

Radix non abſque ſuſpicione acrimoniae eſt. In ſumma inopia tamen Suecos inſulanos hac radice, & pini cortice, ſalubrem vitam aluiſſe ait LINDER. *de venen.* p. 651. Flos & folia, ob reſorbtam aquam refrigerant, & ob eam rationem omni tempore aqua ſtillatitia ad febres, ad ardores urinae, ad coercendas haemorrhagias, & fluxus alvi, ſeminisque, denique coſmetici loco, in uſu fuit frequentiſſimo. Folia in pediluviis ad diuturnas vigilias laudantur. Syrupus inter ſoporiferos eſt, oleum inter mitigantia. C. HOFMANNUS jubet calycem & ſtamina rejicere. Turcis potus praecipue placet, qui ex aqua hujus plantae (*Neloufer*) paratur TAVERNIER *rel. du Serrail* p. m. 75.

PAPA-

PAPAVER.

T. T. 119. 120. LINN. n. 423. & omnium Auctorum.

Magna cum Nymphaea ſimilitudo eſt, tum in viribus medicis, tum in fructu ſphaerico, diſco plano, quaſi operculo (MALPIGH. ic. 293.) protecto, cujus lineae radiatae in ſquamas educuntur obtuſas, multis (nempe circiter duodecim) etiam intus ſeptis diviſum, etſi medio deſtituatur axi. Sed flore differt, calyx enim bifolius eſt, caducus, petala bis bina, orbicularia, tenerrima, macula ad unguem nigricante notata. Stamina longis & latiuſculis filamentis, quinquaginta, ad centum, & ultra, quibus ad ultimam convexitatem longi, gracileſque apices inſident. Haec in circulum ſuper petala oriuntur, ſub fructu, qui ſupra petalorum ortum ex pediculo effertur. Lacte albo manat.

1. PAPAVER foliis ſimplicibus glabris, inciſis LINN. *hort. Cliff.* p. 200. ROYEN. p. 479. [MALPIGH. ic. 132.]

Papaver ſativum III. DODON. Purg. p. 329. Pempt. p. 445.
Papaver ſpontaneum ſylveſtre & hortenſe ſemine interdum nigro, alia albo LOB. ic. p. 274.
Papaver vulgare, cujus capitula foraminibus hiant, ſemine incano, αγριοτερον *Dioſc.* C. B. P. PLUKNET. p. 278. I. R. H. DILL. &c.
Papaver capitatum vulgare, ſ. ſpontaneum ſimplex, ſemine incano, vigens in ſegetibus H. OX. II. p. 274. VOLC. HERM.
Huc icon *Papaveris nigri* BLAKW. T. 482.

Eſt ſativum, ex ubertate ſeminum ſponte locis ruderatis, in agris, & circa hortos propagatum, neque vera, quantum videtur, indigena.

Huic folia levia, glauca, lata, parum inciſa, tenera: fructus ſphaericus, operculo ita reflexo, ut ſub eo, inter lineas, quae pro tubis ſunt, foramina intercipiantur. Flos naturaliter dilutiſſime purpureus, leucophaeus. Ex hujus ipſius ſpeciei inciſis capitibus opium in Aſia paratur; ſucco enim amariſſimo eſt, odore, qui caput feriat. Sed in Helvetia etiam ex capitibus Papaveris extractum vinoſum paravit, opio paulo debilius, CONSTANT. de REBEQUE, cujus doſis a grano uno ad quinque eſſet *medic. Helvet.* p. 152. 153. vulneratorum vero capitum lacruma ad unum granum ſufficit DILLEN E. N. C. *Cent.* IX. *Obſ.* 43. & ſimile omnino eſt experimentum D. BOULDUC, uncias nempe quatuor capitum, dare extracti drachmas quinque, cujus duo, tria, quatuor grana pro doſi ſufficiant *Hiſtoir. de l'Acad. des Scienc.* 1712. p. 66. in Anglia denique ſola inciſione perfectum opium obtineri confirmat ALLEYNE *diſpenſatory* p. 56. etſi in E. N. C. legamus non perinde ſucceſſiſſe in Germania. Capita recentia, duo, tria, contuſa dant cataplaſma emolliens, ſimilesque vires ſunt, ſi cum lacte coxeris, ut etiam nocere poſſint BRESL. 1719. *Maj.* Semen, quando ſiccum, olim in cibos receptum eſt, & oleum ipſum expreſſum, ad duas uncias ſumitur, abſque effectu narcotico GUI DE LA BROSSE *de la nat. des Plant.* p. 469. CHOMEL. & ad quatuor uncias in Phthiſicis praeſcripſit BOERHAAVE, confer BRASSAVOLAM p. 312. & MATTHIOLUM p. 1059. ut omnino aliquid ſubſit fallaciae in funeſta ſeminis efficacia, quam BOECLERUS narrat in HERMANNUM I. p. 437. Caeterum ſyrupus papaveris albi frequenter in uſu eſt, qui refrigerat, & ſomnum molliter arceſſit, magna etiam doſi non nociturus, & in febribus, quoties ſomnus ciendus eſt, fere ſolus commendatur, niſi forte in pueris, qui alioquin narcotica non ferunt LENTIL. *Eteodr.* p. 370. Infuſum florum in morbis catarrhalibus pectoris & faucium conducit. De Opii viribus loquendi hic locus non eſt.

2. PAPAVER foliis pinnatifidis hiſpidis fructu ſubrotundo CLIFF. p. 201.

α Varietas major, vulgatior
Papaver rubrum BRUNF. III. p. 526. BLAKW. T 2.
Papaver DORST. p. 209. bene.
Papaver erraticum LON. p. 207. ead. ic. GESN. Hort. p. 270. Coll. p. 94. CORD. Dioſc. p. 66. MATTH. p. 1057. bene. DOD. Purg. p. 333. Pempt. p. 447. CAM. Ep. p. 802. HOFM. &c.
Argemone TRAG. p. 120. LUGD. p. 440.
Papaver erraticum primum FUCHS. p. 575.
Papaver rhoeas ſ. caduco flore puniceo papaver LOB. ic. p. 275. Adverſ. p. 111.
Papaver rubrum fluidum TAB. p. 570.
Papaver rhoeas prius LUGD. p. 439.
Papaver erraticum rubrum AICHST. Aeſt. Ord. 12. T. 7. f. 2.
Papaver erraticum, rubrum, campeſtre I. B. III. p. 395. MAGNOL. Char. p. 243.

Pa-

Papaver erraticum majus, potius Dioscoridi Theophr. Plinio C. B. Basil. p. 52. H. OX. II. p. 277. S. 3. T. 14. f. 6. T. aut. de Par. p. 123. I. R. H. ZANICH. p. 203. ic. 261.
Papaver rhoeas PARK. p. 366. RAJ. p. 854.
β *Argemone II.* TRAG. p. 118, nisi est altera, hispido capite.
Papaver erraticum alterum FUCHS. p. 516. foliis fere integris.
Papaveris erratici minor species DOD. Purg. p. 334. similiter, Pempt. p. 447.
Argemone LONICER. p. 210.
Papaver erraticum minus C. B. Basil. p. 52. HOFM. H. OX. I. R. H. &c.
γ Flore *albo* GESN. Ind. Quadr. p. 83. &c.
δ Flore *non maculato* VAILL.
ε Flore *pleno* TRAG. CAM. Hort. C. B. MOR. &c.

In segetibus ubique, maxima vero specimina in agro Aventico.

Folia ad terram fere integra, oblonga, ad caulem lacinata, ad nervum usque lobis denuo acute sectis, conjugatis, nervo folioso, duriora prioribus, hirsuta & hispida. Flos naturaliter miniatus, cum macula in origine petali sature atro-purpurea. Operculi divisio brevis, neque squamae perinde distinctae, ipse fructus minus sphaericus, oblongior.

Folia & tota planta viscida sunt, cum aliqua narcosi, & amaricie. Ad expediendos catarrhos, ad Pleuritidem, morbosque pectoris frequens usus est syrupi ex floribus, qui praeterea somnum ciet C. HOFMANN *med. officinal.* p. 529. datus pueris ad unciam semis, tum infusi theiformis florum, & tincturae. Suspecta est DODONAEO, sed soli. Pulvis ipse antipleuriticus MYNSICHTI, qui hos flores recipit, commendationem experientissimi WERLHOFII meruit: uti CHOMELIUS infusum, in Pleuritide, die tertio & quarto, tum decoctum capitum, laudat, & extracti drachmam semis, & integram, in tussi violentiori & pervicaci.

PAPAVER erraticum capitulo longiore hispido in Germania frequenter, in Helvetia nondum reperi.

3. PAPAVER perenne, pilis rigidissimis, foliis pinnatis, flore luteo hirsuto.
Minor anemone coriandrifolia flore pulsatillae, capitulis hirsutis, nec, ut papaver, corolla donatis LOB. Adverss. p. 113. cum icone, cujus folia nimis tenuia sunt.
Argemone lutea PON. Bald. Ital. p. 100.
Argemone minor penae LUGD. p. 1714. ex LOBELIO.
Argemone alpina coriandri folio SCHOL. BOT. p. 147. TIT. p. 19. & It.
Papaver argemone dictum flore flavo perpusillum PLUKN. p. 279. T. 247. f. 3? paulo melius, sed pinnis non satis in apice congestis.
Papaver alpinum coriandri folio I. R. H.
II. *Argemone alpina lutea* C. B. Prodr. p. 93. PARK. p. 370. RAJ. p. 856*.
Papaver foliis pinnatis, fructu acuminato CLIFF. p. 201. ROYEN. p. 479.
III. *Papaver erraticum pyrenaicum flavo flore* C. B. Pr. p. 92. I. R. H. VOLC. &c. etiam levi folio

In M. *Fracto* legit I. GESNERUS, non diversum ab alio, quod ab ILL. HUGONE habeo, in *Pyrenaeis* lectum.

Folia etiam radicalia profunde laciniata, hirsutie hispida, quae in Helvetico specimine adpressa, quasi levitatem simulat, in Pyrenaico undique riget, nervo diu nudo, ad finem latescente, & congestis, ovatis, segmentis aucto, quorum extremum trilobatum est. Caulis vix sex unciarum, & flos unicus flavus, liventibus unguibus, uncia latior. Capitulum subrotundum, pilis flavis hirtum.

* PAPAVERI erratico affinis herba aestiva flore luteo.
Nascitur in agris secali consitis *Valesiae*, & dicitur *Fan* GESNER *hort.* p. 271.
An eadem priori?

GLAUCIUM.

TOURN. T. 130.
CHELIDONII RAI. *Meth.* p. 100. & LINNAEI species.

Calyx bifolius, uti in Papavere, & pariter caducus: flos similiter tetrapetalos, & stamina, ipse odor narcoticus convenit. Sed fructus differt, longissima nempe siliqua, bilocularis, medio septo divisa, in quo semina reniformia nidulantur, summa parte fungiformi, bipartita. Deinde stamina numerosissima conjunctis filamentis nascuntur.

1. GLAUCIUM foliis tomentosis, imis pinnatis, superioribus serratis, amplexicaulibus.
Papaver corniculatum FUCHS. p. 520. CAM. Epit. p. 805. DOD. Purg. p. 336. LOBEL. ic. p. 270. CAES. p. 270.

Papa-

Papaver cornutum CORD. Dioſc. IV. c. 66. Hiſt. p. 131. GESN. Tab. Coll. p. 94. MATTH. p. 1060. bene. LUGD. p. 1712.
Papaver cornutum vel corniculatum luteo flore GESN. Hort. p. 271.
Papaver corniculatum majus DOD. Pempt. p. 448. HORT. AICHST. Aeſt. Ord. 12. T. 6. f. 1.
Papaver corniculatum flavo flore CLUS. p. XCI. eadem icon, *luteo flore* IC. REG.
Papaver cornutum ſ. corniculatum I. TAB. p. 574.
Papaver luteum corniculatum 1. B. Font. Boll. p. 105. Hiſt. III. p. 398. PARK. RAJ. p. 857 MAGNOL. Char. p. 259.
Papaver corniculatum luteum κερατιτης *Dioſc. Theophr. ſylveſtre ceratitis Plinio* C. B. H. OX. II p. 273.
Glaucium flore luteo T. aut. de Par. p. 336. I. R. H. PONT. Anth. p. 76. ZANICH. p. 114. ic. 166.
Chelidonii pedunculis unifloris LINN. Cliff. p. 205. ROYEN. p. 478. ſpecies flore luteo. Neque enim mihi licet definire de reliquis, nondum ſatis mihi perſpectis.

Ad lacum Neocomenſem, circa lateritias officinas inter *Ebrodunum* & *Grandſon*, & circa *Colombiers*, in lapidoſo littore.

Perennat. Folia ad terram ſparſa, glauca, & pilis copioſe congeſtis in tomenti ſpeciem obſita, profunde diviſa, pinnis cum coſta folioſa coaleſcentibus, craſſe dentatis; ſuperiora pene ſimplicia, lata, dentata, omnia brevibus & craſſiuſculis pilis obſita. Flos papaveraceus, flavus, ad ortum maculoſus: ſtamina ad baſes conjuncta, numeroſiſſima.

Diureticum haberi, & lithonthripticum, & vulnerarium TOURN. Nobis nullo uſui eſt, venenatum vero eſſe, & deliria feciſſe in Anglia obſervatum eſt LOWTHORP. *Phil. trans.* II. p. 642.

CHELIDONIUM.

TOURN. T. 116.

CHELIDONII ſp. LINN. n. 424. & huc totus character referendus eſt.

A Glaucio differt ſiliqua uniloculari, ſeminibus ad valvas adnatis, breviori, ob tumentia ſemina nodoſa, ſtaminibus non connatis, multo paucioribus, inter viginti & triginta.

1. CHELIDONIUM lobis ſubrotundis.

Chelidonia BRUNFELS. I. p. 236. DORSTEN. p. 78.
Chelidonium majus FUCHS. p. 865. TRAG. p. 107. CORD. Dioſc. p. 49. GESN. Hort. p. 253. Tab. Coll. p. 68. MATTH. p. 628. CAMER. Epit. p. 402. lobis nimis acutis uti neque DOD. icon p. 48. placet, aut LOB. ic. p. 760. CAES. p. 269. TAB. p. 41. I. B. III. p. 483. RAJ. p. 858. BLAKWALL. T. 91.
Chelidonium majus vulgare CLUS. p. CCIII. C. B. Baſ. p. 44. PARK. H. OX. II. p. 257. T. aut. de Par. p. 15. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 255. ZANICH. p. 61. ic. 212.
Chelidonium pedunculis multifloris LINN. Hort. Cliff. p. 201. qui ſpecies exoticas foliis quernis huc revocat, ROYEN. p. 478.

Nihil ad ſepes & muros vulgatius.

Lacte aureo undique manat, pene ſola inter indigenas. Folia lobata, nervo cum pinnis connato, pinnis bilobis, aut trilobis, rotunde ſerratis. Ex uno pediculo, educuntur petioli florales ad novem uſque, ſinguli ſua gluma ſuſcepti. Flos totus luteus, Finis fungoſus ſiliquae pro tuba eſt.

Vis totius plantae acris & amara eſt, maxime radicis; parum acidi habet, multum alcalium. Infuſum unciae unius radicis cum aqua aut ſero lactis in lento ictero, qui abſque inflammatione eſt BOERH. chloroſi, cachexia, TRAGO, LENTILIO & fere omnibus medicis commendatur. Idem in Theae modum paratum diaphoreticum eſſe, Podagricis, & calculoſis utile, BEROLINENSES ajunt *Dec.* II. *Vol.* VIII. Succus recens oculo inſtillatus olim celebris fuit ad maculas & ungues delendos, & nuper in ungue experimento confirmatus E. N. C. *Vol.* II. *Obſ.* 77. uti in nubecula & incipiente ſuffuſione HILDANI auctoritate *Epiſt.* 59. acer tamen & oculum adroſurus, niſi cautelam adferas, & aqua plurima diluas BOERHAAVE. Ipſam aquam inter Ophthalmicas praefert LUDOVICI p. 208. Externo uſu, decoctum laeſiones gutturis a variolis relictas ſanat STEWARD *epiſt.* ad RAIUM. Vide quam ſuperſtitioſe hanc plantam tractaverint PARACELSICI medici, & in quatuor diviſerint elementa apud CRATONEM in *epiſt.* L. II. ab in.

CHRISTOPHORIANA.

TOURN. T. 154.
ACTAEA LINN. n. 427.

Characterem hunc invenio „ Calycem petaloden caducum ſubrotundis quatuor fo-

liolis factum, qui flos est Auctoribus. Petala unum, duo, tria, minima, quasi degenerantia stamina, ex ungue dilatata, fine bifido. Stamina circiter 25. Bacca elliptica, conpressa, transversa crista notata, loco tubae. Semina lunata, dorso crassulo, in uno loculo multa, ita ordinata, ut septum mentiantur.

1. CHRISTOPHORIANA.

Christoffelkraut ARET. Neff. p. 235.
Christophoriana GESN. Hort. p. 252. Tab. Coll. p. 68. FABRIC. Galand. p. 235. *b.* DODON. Purg. p. 237. Pempt. p. 402. CLUS. Pann. p. 504. Hist. p. LXXXVI. TAB. p. 778. WEINMANN. T. 380.
Christophoriana an actaea Plinii LOB. ic. p. 682.
Planta quaedam in alpibus CAES. p. 217.
Napellus racemosus Dodonaei LUGD. p. 1747.
Aconitum racemosum actaea quibusdam I. B. III. p. 660. RAJ. p. 662.
Aconitum racemosum an actaea Plinii C. B. Bas. p. 54.
Christophoriana vulgaris nostras racemosa & ramosa H. OX. II. p. 8. S. I. T. 2. f. 8. MAGNOL. Char. p. 194. I. R. H.
Actaea caule inermi LINN. flor. Lapon. n. 121.
Actaea Cliff. p. 202. ROYEN. p. 480.

Non rarissima in umbrosis sylvis *Helvetiae.* Circa Bernam in luco supra *Doffan*; ad Arolam sub pago *Wabern.* In *Muteti* adscensu per sylvam. In M. *Falconario*, *Nesso*, &c.

Facilis cognitu; Folia Umbelliferarum modo ampla, lucida, triangularia. Rami conjugati, pinnaeque, quarum extremae trilobatae sunt, ut in Ulmaria, acute & varie circumsectae. Scapus floralis peculiaris, nudus, gerit in apice florum racemum: Color calycis & staminum albus. Bacca matura nigricat. Venenatam esse LINNAEUS, & vetusta fuit traditio, unde nomen Aconiti.

FILIPENDULA.

ULMARIA TOURNEF. T. 141. & *BARBA CAPRAE* T. 141. & *FILIPENDULA* T. 150.
ARUNCUS LINN. n. 762. & *FILIPENDULA* n. 410.

Solus sexus genera toto charactere naturali conjuncta non dividit, uti petala quinque aut septem non dividunt.

1. FILIPENDULA sexu distincta, foliis aequalibus.

Barba caprina sylvestris TRAG. p. 283. & *Barbula caprae* p. 282.
Barba caprina GESN. Collect. p. 61. *b.* Hort. p. 250. 253. *b.*
Argentillae similis THAL. p. 6.
Barba caprae CAM. Hort. p. 26. ic. IX. bene. LUGD. p. 1080.
Drymopogon I. TAB. p. 777. & *II.* ib. p. 778.
Barba capri DOD. Ic. Vet. p. 44. HORT. AICHST. Aest. Ord. IX. T. 6. f. 2. I. B. III. p. 488. RAJ. p. 769.
Barba caprae floribus oblongis C. B. Bas. p. 50. MORIS. Umbell. p. 59. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 274. MURALT. p. 652.
Ulmaria major s. altera H. OX. III. p. 323.
Ulmaria floribus in longas spicas digestis BOERH. p. 295. WALTH.
Drymopogon RUPP. p. 99. BUXB. ERNDL.
Aruncus LINN. Cliff. p. 463. ROYEN. p. 272.

In dumetis editioribus Helvetiae non rara. C. B. prope *Rohthaus* ad *Rhenum.* I. B. à *la Bastie.* Ego ad sepes inter *Belmont*, & *Herblingen*: Bernae in sylva inter balneum exterius & *Wabern.* Circa *Weissenburg* &c.

Statura saepe sepedalis, fruticosa. Folia sicca, nervis duris, conjugatis, quorum prima quinata, deinde ternata sunt, & petiolata, reliqua simplicia, figura ex ovali in caudam producta, acute circumserrata. Extremum simplex est, & reliquis nihilo majus. Ex summis ramis longae spicae florales, confertae, ramosae, ramis denuo ramosis. Flores in aliis mares, majores, calyce campaniformi, quinquedentato, petalis oblongis, albis, quinque, staminibus numerosis, ad viginti, & rudimento ovarii. Alii feminae, minimis petalis, siliculis tribus, pendulis, ex ovato acuminatis, monospermis, quae suam quaeque tubam, albam & incurvam, ex apice edunt.

2. FILIPENDULA foliis ex ovalibus acutis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermistis.

Barbula caprina prior TRAG. p. 281.
Ulmaria quibusdam GESN. Coll. p. 61. *b.*
Regina prati DOD. p. 57.

Barbu-

Ulmaria CLUS. Pann. p. 700. Hiſt. p. CXCVIII. LUGD. p. 1081. I. B. III. p. 488. RAJ. p. 623. T. aut. de Par. p. 311. I.R.H. MAGNOL. Char. p. 274. BLAKW. T. 465.
Barbi capra & ulmaria vulgi LOB. Adv. p. 318. ic. p. 711.
Oenanthe CAES. L. XIV. c. 14.
Argentilla major ſ. ulmaria THAL. p. 5.
Barba caprae ſ. ulmaria TAB. p. 777.
Ulmaria vulgaris PARK. H. OX. III. p. 323.
Filipendula folio inpari majore trifido LINN. Lap. n. 201. Cliff. p. 191. ROYEN. p. 277.

Ad aquas, in pratis & ſepibus frequens.

Cum priori foliis ſiccis, nervoſis, florum colore, calyce, petalis, ſtaminibus, habitu, odore, vi medica convenit, ut tota claſſe ſeparari nequeat. Differt floribus magis umbellatis, majoribus, petalis orbiculatis; ſiliculis pluribus, ſex, ſeptem, octo, quae ſuam ſingula incurvam, capitatam, tubam ex apice edunt, & per maturitatem ſpiraliter circumflectuntur, in brevis dolioli ſpeciem. Deinde uterque ſexus conjungitur. Tum calyx penitus juxta pediculum reflectitur; & folii extrema in trifidum ſegmentum confluunt, reliquisque minimae pinnulae interponuntur.

Medicata eſt, non infrequenti uſu, aqua enim deſtillata in morbis exanthematicis, quoties medicus morbum ad cutem expellere conatur, vulgo praeſcribitur. Planta caeterum tota ſtiptica eſt, vulneraria, ſudorifera; in dyſenteriis etiam, & vulneribus externis commendatur. Ingreditur FELICIS WURZII utile ad hernias emplaſtrum. Motus ſpirituum inordinatos conpeſcere ait BOERHAAVE.

3. FILIPENDULA foliis longis, anguſtis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermiſtis. 303

Filipendula molo non diſſimilis RUELL. p. 457.
Oenanthe FUCHS. p. 562.
Filipendula DORST. p. 124. commode TRAG. p. 883. MATTH. p. 865. CAM. Epit. p. 608. bene, DOD. Pempt. p. 56. CAES. L. XIV. c. 13. THAL. AICHST. Aeſt. Ord. 10. T. 3. f. 2. MORIS. Umbell. p. 38. RAJ. Syn. III. p. 259. BLAKW. T. 467.
Filipendula vulgaris CLUS. p. CCXI. Pann. p. 710. H. OX. III. p. 322.
Oenanthe, filipendula LOB. ic. p. 729.
Filipendula, ſaxifraga rubra TAB. p. 140.
Filipendula vulgaris an molon Plinii C. B. Baſil. p. 49. T. aut. de Par. p. 441. I. R. H. ZANICH. p. 101. ic. 223. male. IC. REG. p. 86.
Filipendula major PARK. p. 434. & *minor* ib.
Filipendula vulgaris ſ. oenanthe MURALT. p. 589.
Filipendula foliis pinnatis, foliolis uniformibus LINN. Hort. Cliff. p 191. ROYEN. p. 277.

In Helvetia non frequens. I. B. *Burmii*, & Genevae in pratis prope *Burdigni*, alibique. Ego ſupra *Munchenſtein*, qua itur ad *Gempenweid.* MURALT in pratis ad radicem M. *Utliberg.*

Radix adnata gerit tubercula. Folia pariter pinnata, intermiſta pinnis minoribus, extremo majori, trilobato, ſed longa, exigua latitudine, ad mediam a nervo diſtantiam rectis lineis ſecta. Caulis nudus, pedalis, gerit paniculam umbellatam. Petala fere ſex, longula, pariter ut prioribus caduca, alba. Calyx, uti in priori, per maturitatem reflexus, ſexfidus. Stamina numeroſa, fugacia. Siliquae quindecim, viginti, in diſcum diſpoſitae, erectae: apice educto in recurvam, & craſſiorem Tubam.

Radix ſtiptica eſt, ut prioris, acidae & terreae indolis. Habetur pro aperiente & diuretica, anticolica, nephritica; Creditur efficax ad haemorrhoides, ad fluxum album S. PAULI. Sed rarius in uſum venit. Edulem eſſe FABREGOV.

THALICTRUM.

T. T. 143. LINN. n. 461. & omnium Auctorum.

Proxima priori eſt, & Chriſtophorianae. A Filipendula differt flore nudo, tetrapetalo, fugacia vero ſunt & ſubrotunda petala, ſtamina numeroſiſſima. Siliquae erectae, ſtriatae, aut ita profunde ſulcatae, ut alatae videantur, pariter monoſpermae, quibus a Chriſtophoriana ſeparatur, quae flore eſt ſimillimo.

1. THALICTRUM caule folioſo, foliis anguſtiſſimis, non dentatis.

Thalictrum tenuifolium CORDI Hiſt. p. 97. *b.* huc refero, non autem iconem, ita & MUNTING p. 632.
Thalictrum pratenſe anguſtiſſimo folio C. B. Baſ. p. 95. LOES. H. OX. III. p. 324. I. R. H. BOERH. SIEGESB. ZANICH. p. 258.
Thalictrum anguſtiſſimo folio C. B. Prodr. p. 146. cum bona icone; PARK. THEATR. p. 364. T. 65. f. 6. RAJ. p. 404.

Thalictrum pratenſe anguſtifolium VOLCAM. p. 380.
C. B. in pratis *Michelfeldenſibus.* STAEHELINUS in angulis agrorum ultra *S. Louis.* *Lauſannae* D. MARTIN.

Caulis cubitalis, in ſummitate ramoſus. Foliola peranguſta, ubique aeque lata, linea media, inter convexitates laterales, depreſſa, uti in Rore marino. Caeterum folia Umbelliferarum modo pinnis ſunt conjugatis, extremis ſemper trilobis, primiſque bilobis, & longa ſerie per caulem prodeunt. Panicula longa, ſtrictior, aphylla, ex ſummo caule erecta. Semina in meis pauca, fere ſena, octona, ſtriata.

2. THALICTRUM foliolis lanceolato-linearibus integerrimis LINN. *Cliff.* p. 226. ROYEN. p. 487.
An *Thalictron* CAES. L. IX. c. 3. p. 372.
HAGENBACH circa Balneum *Schauenburg.*

A priori differt. Foliorum diviſio eadem, ſed ultima folia ſolida, rugoſa, progrediendo lateſcunt, ad duarum & trium linearum latitudinem, fine etiam longe lanceolato, uno aliquando, alterove dente inciſa. Medium quaſi videtur inter f. 1. & 3.

3. THALICTRUM caule folioſo, ſtriato, panicula multiplici terminatrici CLIFF. p. 226. ROYEN. p. 485.
α Varietas foliis anguſtioribus & longioribus.
An hoc *pratenſe alterum* CLUS. ſive VI. p. 234. PANN. p. 380. Non poteſt ob brevitatem definiri.
An *Thalictrum pratenſe anguſtifolium* I. B. III. p. 487. ſolum nomen. RAJ. p. 404. LOES. KNAUT. I. R. H. TILLI &c.
Ruta pratenſis major TAB. p. 55. hanc exprimit.
II. An *Thalictrum pratenſe maximum monſpelienſe aſperioribus ſ. rugoſis foliis* RAJ. l. c. Syll. Ext. p. 245.
Thalictrum majus foliis rugoſis trifidis MORIS. Umbell. T. 12. Icon ſimillima.
Thalictrum pratenſe majus monſpelienſium rugoſis foliis PLUKN. p. 363. T. 65. f. 3. Omnino accedit.
β Vulgatior foliis latioribus.
Thalictrum nigrum CORD. p. 97. *b.* non autem icon.
Saxifraga lutea C. GESN. Hort. p. 279. Tab. Coll. p. 105. *b.*
Thalictrum magnum DODON. Purg. p. 434. Pempt. p. 58. bene.
Thalictrum pratenſe I. vel *V.* CLUS. p. 234?
Ruta pratenſis herbariorum LOB. Ic. II. p. 56.
Thalictrum majus ſiliqua ſtriata C. B. Baſ. p. 95.
Thalictrum majus ſiliqua anguloſa, vel ſtriata C. B. T. aut. de Paris p. 308. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 196. ZANICH. p. 257. ic. 311. MURALT. p. 696.
Thalictrum nigrius caule & ſemine ſtriato I. B. III. p. 487.
Thalictrum ſ. thalietrum majus RAJ. p. 403.
Thalictrum pratenſe LINN. flor. Lapon. p. 224.

Varietatem priorem legi in pratis paludoſis circa *Anet*: altera circa *Mathod* ad foſſas vulgaris eſt, & circa lacum *Tigurinum.* HUBERUS prope *Bergün* Rhaetiae. C. B. ad rivulum retro *novam domum.* Ad *Silam* MURALTUS.

Prioribus adfinis eſt duritate foliorum, & ſaturo colore, & diviſione, extremis foliolis eundo lateſcentibus. Differt extremo margine lato, acute tridentato: Folia in priori varietate anguſta ſunt, lata & paulo rotundius facta in altera. Siliquae craſſae, ovales, non ita ſtriatae. Spicae florum breves, & minimae in tota gente.

Dicuntur ad icterum valere radices flavae hujus plantae, & tripla doſi (ad uncias duas BOERH.) Rhei vires imitari, & pariter etiam colore ſuo lotium tingere, alvinasque faeces.

4. THALICTRUM foliis latis, ſubrotunde tridentatis, caule nudo, laxe paniculato.
Ruta quaedam ſylveſtris CORD. Sylv. Obſ. p. 221.
Thalictrum tenuifolium C. GESN. icon apud CORD. p. 97. *b.* non vero Cordi planta.
Ruta pratenſis GESN. p. 277. Tab. Coll. p. 104. niſi intellexerit n. 7.
Hypereum DODON. Ic. Vet. I. p. 133. LUGDUN. p. 1081.
Thalietrum minus DOD. Pempt. p. 58. bene.
Thalictrum parvum EJ. Purg. p. 435.
Thalietrum Cordi tenuifolium LOB. Ic. II. p. 56. ex DODON.
Ruta pratenſis minor TAB. p. 55.
Thalictrum minus ſ. rutae pratenſis genus minus ſemine ſtriato I. B. III. p. 487.
Thalictrum minus C. B. P. H. OX. III. p. 325. T. aut. de Par. p. 151. I. R. H. RAJ. p. 404. MURALT. p. 696. SCHEUCHZ. It. I. p. 50.
Thalictrum ſiliqua ſeminis ſtriata minus MORIS. Umbellif. T. 8.

I. C. BAUHINUS *Tiguri* inter urbem & *Silam* fl. In M. circa *Tigurum* MUR. I. I. SCHEUCHZER in valle *Engelberg.* Ego in montana ſylva, qua a *Münchenſteiu* deſcenditur in vallem *Mutetum* ducturam. Radix

Radix crocea. Caulis humilior, bipedalis, pene nudus. Folia pleraque ad terram, totalia ampla; peculiaria rotunde lata, breviter trifida: Juniora levia ſunt, per maturitatem rugoſa, uti in priori. Panicula denſa, pariter ſpicata juniori, per aetatem laxe ſpicata. Petala rubent. Siliquae profunde ſtriatae, pene alatae.

5. THALICTRUM foliis acute tridentatis, caule ſupremo nudo, laxe paniculato.

Thalictrum minimum, montanum, atrorubens, foliis ſplendentibus BOERH. p. 44. cum icone. RAJ. Synopſ. III. p. 204.
II. An *Thalictrum VII. omnium minimum* CLUS. Pann. p. 380. Hiſt. p. 234. folio cinereo.
Thalictrum montanum minimum praecox foliis ſplendentibus MORIS. III. p. 325. & S. 1. T. 20. f. 14. optima ic.
Thalictrum inodorum omnium minimum RUDBEK. p. 100.

DILL. I. & II. conjungit. Sed HUBERUS in valle *Lepontina* circa *Zollbrüek* Thalictri ſpeciem legit, cui prioris quidem, non autem alterius, nomen congruit. Folia ei totalia ampla, ex atro rubentia, acute trifida, medio ſegmento tridentato. Panicula longa, laxa. Semina profunde ſulcata, alata. In altero II. ex Laponia & Anglia miſſo, color glaucus, & rotunditas dentium diverſiſſimum habitum facit.

6. THALICTRUM caule filiformi, ramoſiſſimo, interſperſis foliolis paniculato ROYEN p. 485.

Thalictrum minimum foetidiſſimum C. B. Prodr. p. 146. P. I. B. III. p. 488. RAJ. Syllog. p. 244. Hiſt. p. 404. PLUKN. p. 364. T. 65. f. 4. quae icon noſtram exprimit, I. R. H. BOERH. p. 44.
Thalictrum minus foetidiſſimum MORIS. III. p. 325. T. 20. f. 13.
Thalictrum ſiliqua ſeminis ſtriata, minimum, foetidiſſimum MORIS. Umbell. T. 8.

C. B. ex *Valeſia*, I. GESNERUS ibidem in M. *Leiterberg*. SHERARD ad latera M. *Saleve* in *Syll.* RAIANA p. 400.

„ Folia, inquit C. B. in tres lacinias diviſa, anterius duabus inciſuris ſecta, media denticulata, atrovirentia, inferne pallida. Siliquae ſenae, ſeptenae, pediculatae, apice recurvo. Odor foetidiſſimus.

Haec forte fuerit, quam in M. *Falconario* legi, & nuper ex VALLESIA miſit naſcentem circa *Thermas* RESPINGERUS, minori n. 4. valde adfinis, longa panicula, foliis, caule brachiato, his tamen notis diverſa. Folia ima acutius tridentata, dentibus inciſis, ſuperiora vero omnino tridentata, acutiſſima, qualia PLUKNETIUS pinxit, cum in *minori* omnia ſubrotunda ſint. Sed, fateor, de hac, & 2. ſpecie nondum ſatis liquet.

7. THALICTRUM ſeminibus triangularibus pendulis, ſtipulis ad diviſiones petiolorum CLIFF. p. 226. ROYEN. p. 285.

Thalictrum nigrum GRSN. ic. apud CORD. p. 97. *b.* hanc exprimit.
An *Thalictrum quartum* DODON. Pempt. p. 58. ſola, & brevis deſcriptio.
Thalictrum majus folliculis anguloſis, caule levi I. B. III. p. 487. RAJ. p. 403. PLUKN. VOLC.
Thalictrum alpinum SCHWENCKFELD. p. 204.
α Varietas ſtaminibus albis, aut luteolis
Thalictrum III. CLUS. Pann.. p. 380. Hiſt. p. 234.
Thalictrum VI. CAM. Hort. p. 168.
Thalictrum flore albo AICHST. Vern. Ord. 1. T. 11. f. 1. omnino.
Thalictrum montanum album H. OX. III. p. 324. *minus album* PARK. p. 264.
Thalictrum ſiliqua ſeminis ſtriata, major, foliis levibus, muſcariis luteis MORIS. Umbell. T. 8.
Thalictrum aquilegiae foliis florum ſtaminibus albis I. R. H. TILL. MILL.
β Var. flore purpureo
AICHST. l. c. f. 1. MORIS. I. R. H.
Thalictrum IV. CLUS. l. c.
Thalictrum VI. CAM. l. c.
Thalictrum montanum majus PARK. l. c.

In Helvetiae ſylvis altioribus non rarum. In *Jurae* M. ſylvis, qua ad *Dolaz* adſcenditur, vulgare, tum in M. *Falconario*, in *Thuiri* M. In *Saleva* M. I. B. In alpinis etiam legi in M. *Stokhorn* in ſaxoſis ad utrumque lacum, & prope *Bergün* reperit HUBERUS.

A prioribus facile diſtinguitur, foliis teneris, ampliſſimis, glaucis, rotunde diviſis, vere *Aquilegiae* ſimilibus, vaginulis ſub foliorum origine & diviſionibus, floribus minime ſpicatis, ſed umbellatis, umbellis ſupra caulem elatis, denſiſſimis, petalis amplioribus, ſtaminibus longe ex flore exeuntibus, quorum color albus eſt, aut luteus, aut purpureus. Siliculae ovatae, petiolatae, tubis erectis.

*8. *Ranunculus nemoroſus Thalictri folio* MURALT. p. 730. in M. *Glaronenſibus*.
Valde ſuſpicor dixiſſe de *Anemonoide lutea*.

AQUILEGIA.

T. T. 242. LINN. n. 450. & omnium Auctorum.

Calyx petalorum colore, & teneritate, fit quinque foliis, ex elliptico acuminatis. Petala quinque tubuloſa, infundibuli forma, anguſto fine in coecum cornu recurvato, lato oſtio inaequaliter reſecto, ſuperno labro oſtii breviſſimo, ad ovarium ſeſſili, inferiori longo, obtuſe rotundo. Petalum quodvis cum duobus calycis vicinis foliis aquilam volantem, aut columbam, apte refert. Ex ambitu ovarii ſtamina triginta, quadraginta, & quinquaginta, origine lata, ſaepe confluente, fine gracili. Poſt ea decem foliola, plicata, ſulcos facientia decem, qui ſtamina recipiunt. Siliquae erectae, fere cylindricae, quinque, in tubam teretem & ſimplicem educuntur, bivalves caeterum, multis in duobus ordinibus ſeminibus, nitidis, ovalibus.

29 1. AQUILEGIA foliis rotunde lobatis.

α *Flore coeruleo*
Aquilegia DORSTEN. p. 130. *b.* bene. GESN. Tab. Coll. p. 59. *b.* FUCHS. c. 35. p. 102. CAESALP. p. 589. TRAG. p. 137. BLAKW. T. 409. LINN. Hort. Cliff. p. 215. ROY. p. 182.
Aquileja vulgo dicta GESN. Hort. p. 247. *b.*
Aquilina MATTH. p. 629. LOB. ic. p. 761. TAB. p. 40.
Aquilina ſeu aquilegia CAM. Epit. p. 404.
Aquilina vulgaris CLUS. p. CCIIII.
Iſopyrum COL. Phytob. ab in.
Aquilegia flore ſimplici I. B. III. p. 484. RAJ. p. 706.
Aquilegia ſylveſtris C. B. Baſ. p. 44. H. OX. III. p. 457. T. aut. de Par. p. 393. I. R. H.
Aquilegia ſimplex corniculata flore coeruleo BARREL. ic. 628.
β Flore *purpureo*, in ſylvis circa *Bernam* nihilo rarior.
TRAG. GESN. Hort. LON. WEINM. T. 160. lit. *c*.
Aquilina rubra LOB. ic. p. 761.
γ Flore *albo*, quam circa Bernam etiam legi.
TRAG. LON. TAB. p. 41. &c.
Reliquae hortenſes, *plenae*, infinitae ſunt.

In dumetis, & ad ſepes, inque ſylvis ubique.

Folia glauca, lobata, pinnis conjugatis, foliolis rotunde bilobis, trilobisque, ſimillimis Thalictro n. 7. Flores penduli.

Ad gingivas firmandas tincturam florum aquilegiae laudat TOURN. pridemque plebis in angina medicamentum eſſe, LOBELIUS dixerat. Ad ſcorbutum decoctum radicum laudat EYSELIUS, infuſum theiforme ad anginam, & ſemen ad lcterum BLAIR. Doſis eſt drachmae unius. Semina etiam ad expellenda exanthemata variolasque feliciter praeſcribuntur, vel in emulſione, vel, quod ſemper potentius eſt, ipſa contuſa, adulto homini quovis trihorio ad drachmam ſemis, auctoribus S. PAULI, WALDSCHMIDIO, WERLHOFIO. Ipſum vero partum pellere CLUSIUS ait.

*2. AQUILEGIA montana magno flore C. B. *Prodr.* p. 75. J. B. III. p. 484. RAI. p. 707. HIST. OX. III. p. 457. I. R. H. SCHEUCHZER *It. I.* p. 30.
Aquilegiae ſpecies flore duplo majore in montibus altioribus GESN. Hort. p. 247. *b.*
C. B. circa Thermas *Fabarias*. SCHEUCHZER ſupra vallem alpinam *Waldnacht*.

Non eſt vulgatiſſimae varietas, & ſi etiam hanc in M. *Dolaz* flore ſpecioſiori legerim. Nam in horto ſicco C. B. adſervatur, foliis tenuioribus, acutius diſſectis, ad Chelidonium accedentibus, & hujus modi iconem miſit I. GESNERUS.

*3. AQUILEGIA montana flore parvo Thalictri folio C. B. *Prodr.* p. 75. I. B. III. p. 484. RAI. p. 707.* HIST. OX. III. p. 458. SCHOL. BOT. p. 150. I. R. H.
β *Aquilegia foliis thalictri floſculis minutis ſ. albis* MENZEL. Pugill. T. 8.

Ex Helvetiorum alpibus C. B.

Folia Thalictri exigua, caulis palmo minor, flos unicus, coeruleus, quintuplo minor. In notis lego „vere differre.

PAEONIA.

T. T. 146. LINNAEI n. 445.

Calycis foliola duorum ordinum, inaequalia, & difformia. Petala quinque, & plura, ovalia, in roſae morem diſpoſita, ſaepe inaequaliter lacera. Stamina numeroſiſſima.

ſiſſima. Siliquae duae vel plures, villoſae, per longitudinem hiſcunt. Tubae ſunt ungues lati, cavi, conpreſſi, brevesque. Semina nigerrima, nitida, ſubrotunda.

1. PAEONIA foliis difformiter lobatis.

Paeonia vulgaris TRAG. p. 581.
Paeonia femina FUCHS. p. 202. MATTHIOL. p. 915. CORD. Hiſt. p. 135. RAJ. p. 694. GESN. Hort. p. 270. LOB. ic. p. 682.
Paeonia femina altera DOD. p. 194. CAES. p. 588.
Paeonia rubra flore ſimplici AICHST. Vern. Ord. VI. T. 15. & aliae icones T. 10. f. 1. & T. 12. f. 1.
Paeonia femina vulgatior I. B. III. p. 493.
Paeonia communis ſ. femina C. B. P. H. OX. III. p. 454. I. R. H.
Paeonia alpina WAGNER. p. 283.
Paeonia BLAKW. T. 65. LINN Cliff. p. 211. ROYEN. p. 481. pro tota gente.

GESNERUS in montibus ſupra *Glaronam*, e quibus fl. *Serf* oritur; deinde prope *Luganum*. Genevae LOBELIUS. (Aliam, minutius ſectam varietatem in alpibus *Delphinatus* reperit GAGNEBIN.)

Haec ſpecies radicibus eſt glanduloſis, interruptis, foliis ramoſis, ramis conjugatis, pinnatis, pinnis aut ovato lanceolatis ſimplicibus, aut ſemibilobis & ſemitrilobis, cum coſta confluentibus, firmis & nitentibus; caule pedali, ramis flore terminatis ſpecioſo, purpureo; ſtaminibus flavis, ſeminibus oblongis, in hiſpidis & bivalvibus ſiliquis.

2. PAEONIA foliis lobatis, ex ovato lanceolatis.

Paeonia mas GESN. Hort. p. 270. Coll. p. 97. *b.* MATTHIOL. p. 914. LOB. ic. p. 684. 685. DOD. p. 194. TAB. p. 784. RAJ. p. 693. BLAKW. T. 245.
Paeonia altera TRAG. p. 582.
Paeonia CAES. p 588.
Paeonia mas major flore incarnato AICHST. Vern. Ord. VI. T. XI. f. 1.
Paeonia mas una praecocior I. B. III. p. 492.
Paeonia flore nigricante ſplendido quae mas C. B. P. I. R. H.
Paeonia ſimplex latiore folio trifido H. OX. III. p. 454.
β *Paeonia mas altera tardior* I. B. l. c. H. OX. l. c. RAJ. p. 694. I. R. H.

C. GESNER in M. *Generoſo* prope *Luganum* naſci audivit. *Genevae* LOBELIUS.

Huic radix craſſa, divaricata, non glanduloſa, caulis altior, ad duos cubitos, ramis & coſtis foliorum purpura tinctis, foliis amplioribus, minus difformibus, raro diviſis, lobis tripinnis & & quinquepinnis, floris purpureo colore dilutiori, ſeminibus rotundis, craſſioribus.

Radix & ſemen, doſi drachmae unius & ultra, in medicinam recipitur, ſcopo antepileptico, etſi fidam curationem non praeſtet BOERHAAVE, LUDOVICI *Pharm.* p. 271. Subaromatica habetur, & leniter adſtringens. Eodem ſcopo flos exhibetur & ſemen, tum intus, tum amuleti ſpecie, cum vana ſpe boni eventus, quem ſuperſtitioſe tamen laudavit GALENUS & BRASSAVOLA etiam fide ſua interpoſita, p. 384. Mihi odor virulentus videtur, neque placet affinitas Hellebori. Non mirum ergo ſemen vomitum movere, obſervante BOERHAAVIO, & alvum ducere, ex GREWII experimento.

FRAXINELLA.

TOURNEF. T. 243.

DICTAMNUS LINNAEI n. 346.

Calyx caducus, difformis, foliis acutis, hinc ternis, inde binis. Petala quinque, in ſemicirculum poſita; unguis calyce longior, bractea venoſa, ex ovata acuta; quatuor autem ſuperiora ab unico inferiori longe diſtant, & ex ea ſede érumpunt ſtamina decem, arcte ſibi quaſi in tubum adpoſita, ſurſum curva, gemellis cylindricis apicibus. Sub ſtaminum ortu globuli viſcidi. Fructus fit villoſis quinque ſiliculis ſeparabilibus, ſuperne latis, bivalvibus, polyſpermis. Tuba unica, deorſum roſtrata, purpurea.

1. FRAXINELLA CORD. *hiſt.* p. 94. b. CLUS. *hiſt.* p. 99. *pann.* p. 54. DODON. *hiſt.* p. 348. HIST. OXON. III. p. 456. I. R. H. LUGD. AICHSTETT. *Vern.* Ord. IX. T. 5. f. 1.

Dictamnus tertia RUELL. p. 505.
Dictamnus DORSTEN. ic. int. p. 106. LINN. Cliff. p. 161. ROYEN, p. 462.
Dictamni loco uſurpata hactenus planta GESN. Hort. p. 256. *b.*
Dictamnus vulgaris TRAG. p. 27.
Dictamnum album MATTH. p. 706. & p. 134. CAM. Epit. p. 473. CAES. p. 589.

Tra-

Tragium creticum GUILANDIN. Theon. p. 6.
Fraxinella ſ. dictamnus albus officinarum an ſit τραγιον dioſc. lentiſci foliis LOB. Adv. p. 410. vid. ic. p. 537
Polemonium, fraxinella TAB. p. 775.
Fraxinella officinis dictamnus I. B. III. p. 494. RAJ. p. 698.
Dictamnus albus vulgo ſive fraxinella C. B. P.
Dictamnus albus BLAKW. T. 75.

In collibus ſaxoſis prope *Scaphuſiam* C. GESNER. Duorum milliarium diſtantia a *Baſilea* trans Rhenum LOBELIUS.

Caulis ramoſus, erectus, quatuor, & quinque pedum: Rami anguloſi, Folia conjugata, ſature virentia, nitida, firma, ovato lanceolata, margine argute denticulato, majora, quae ulteriora, extremo inpare, fere ſeptena. Flores in ſpicas ſpecioſas, in petiolis rubiginoſis & viſcidis, purpuraſcentes, aut albi. Odor validus, aliquid habet de citri odore, ſed totus valentior eſt.

Radix alexipharmaca habetur, & certe vires ipſe odor promittit. Vermes, & bufones infuſo & ſyrupo radicis occiſos CHOMELIUS memorat. Menſes & lochia pellere dicitur, & ad Theriacam recipitur.

ACONITUM.

T. T. 239. 240. LINN. n. 448. & omnium Auctorum.

Flos pentapetalos, petalis ad perpendiculum ſibi incumbentibus. Supremum majus, convexum, fine mucronato, caſſidis ſimillimum. Media duo lateralia, transverſe elliptica, undulata. Ima duo ex ovalibus acuta, minora, deſcendunt. In caſſide duae machinulae, delphinorum, quales in tormentis aeneis pro manubrio ſunt, ſimillimae, cavae, hinc in curvum calcar abeuntes, inde bifida lamina terminatae, ſupra ovarium ortae. Ovarium circumſtant ſtamina triginta & ultra, unguibus latis, elaſticis, apicibus repandis. Siliquae intra ſtamina, ternae, aut quinae: tubae ſimplices mucronatae.

1. ACONITUM foliis peltatis multifidis, petalo ſupremo cylindraceo CLIFF. p. 213. ROYEN. p. 482. Characterem pingit T. T. 240.

Aconitum lycoctonon FUCHS. p. 88. CORD. Dioſc. p. 67. *b.*
Luparia TRAG. p. 247.
Aconitum luteum GESN. Fract. p. 65.
Aconitum quod lupariam vocamus GESN. Tab. Coll. p. 56. *b.*
Aconiti lutei lycoctoni ſp. I. GESN. Hort. p. 244. *b.*
Aconitum pallido flore EJ. p. 289. *b.*
Geel wolfwurz ARET. p. 234.
Aconitum II. MATTH. p. 1085. male, CAM. Epit. p. 827. bene TAB. & LUGD. ex MATTH.
Aconitum lycoctonum vulgare luteo flore CLUS. Hiſt.. p. XCIIII.
Aconitum lycoctonon luteum majus DOD. Purg. p. 310. Hiſt. p. 443.
Aconitum luteum ponticum LOB. ic. p. 677.
Aconitum lycoctonon flore luteo HORT. AICHST. Aeſtiv. Ord. I. T. II. f. 2.
Aconitum lycoctonon luteum C. B. H. OX. III. p. 462. I. R. H. IC. REG. p. 9.
Aconitum folium platani flore luteo palleſcente I. B. III. p. 652. RAJ. p. 704.
Napellus flore luteo RIVIN. Pentapet. Irreg.
Figurae WEINMANNI T. 23. *b.* & T. 24. *a. c.* huc pertinent.

In montanis Helvetiae minime rarum, v. g. in M. *Haueńſtein* circa *Langenbrük*, in ſylvis Biennenſium &c.

A ſequenti, quod vide, differt foliis multo latioribus, non ad pediculum diſſectis, obſcurius trilobatis, & quinquelobatis; colore floris ochroleuco, galea cylindrica longa & ſtricta, ſiliquis tantum tribus. Stamina habet 30.

2. ACONITUM foliorum laciniis linearibus, ſuperne latioribus, linea exaratis CLIFF. p. 214. TOURN. T. 239.

Napellus eiſenhütlein TRAG. p. 248.
Napellus MATTH. p. 1094. CAM. Epit. p. 836. optime DOD. Purg. p. 318. Hiſt. p. 442. LUGD.
Aconitum coeruleum, napellus GESN. Tab. Coll. p. 56.
Tora aliis napellus GESN. Hort. p. 244. *b.*
Blau wolfwurzen ARET. Neſſ. p. 234. *b.*
Lycoctonon coeruleis floribus CORD. Sylv. Obſ. p. 221. *b.*
Lycoctonum ſativum tricarpum CORD. Hiſt. p. 145.
Napellus vulgaris CLUS. Pann. p. 409. Hiſt. p. XCVI. bene
Napellus verus coeruleus LOB. p. 679.
Napellus major latiſolius TAB. p. 583.

Na-

Napellus arboreſcens AICHST. Aeſt. Ord. I. T. 12. f. 2.
Aconitum magnum purpureo flore ſ. napellus I. B. III. p. 655. RAJ. p. 702.
Aconitum coeruleum ſ. napellus I. C. B. H. OX. III. p. 463. GARID. p. 7. ic. 2. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 200. RUDBEK. p. 96. IC. ROB. n. 7. WEINM. T. 21.
β Minor TRAGI, neque enim diverſus videtur.
Napellus flore minore RIVIN.
γ Flore albo GESN. &c.
δ Siliquis quinque CORD. p. 145., quae varietas in hortenſibus frequens eſt.

In Alpium & Jurae ſaxoſis & circa caſas alpinas abunde.

Folia multo tenuius diviſa, triloba, lobis profundius & ad pediculum ſeparatis, ipſis bilobis trilobisque, progrediendo lateſcentibus, ſectis in multas & anguſtas laciniias. Spica florum longa, pedalis. Flores firmi, nudi, ſature coerulei. Galea caſſidi ſimilis brevis, brevique mucrone. Stamina quadraginta. Siliquae tres & quinque.

Acrem eſſe & venenatam omnes conſentiunt, ut videatur diverſa ſpecies eſſe, quam DES LANDES in Britannia minori (*recueil de Phyſ.* p. 98.) apud Ruſſos RUDBECKIUS *fund. not. plant.* n. 45. apud Polonos BERNIZ E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* II. *Obſ.* 42. apud Lapones LINNAEUS oleraceam eſſe adfirmant. Certe Aconito ſuo Ruſſos circa *Crasnoyar* Siberiae lupos dolo occidere vidit STRAHLENBERG, & in Polonia innoxiam eſſe negat HAIN E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* III. *Obſ.* 223. Vomitum movet adroſus E. N. C. *Dec.* II. *Ann.* V. *Obſ.* 23. ſymptomata maxima LENTILIUS *Miſc.* p. 381. & mortem, experimento fuſiſſime apud MATTHIOLUM deſcripto p. 1096. quod juſſu Pontificis in latrone factum fuerat a 1524. cum una drachma radicum. Lupo ad drachmam ſemis propinata radix mortem intulit, duodeno inflammato WEPFER. *de cicut. aquat.* p. 178. & in ipſo demum ſeptentrione lethalem efficaciam confirmat MORAEUS in *act. Suec. nov.* Vol. I. Veſicas enim excitat, eoque ſcopo pro ſetaceo in equorum morbis in uſu eſt LOESELIO & olim GALENO teſte. Geſtatum autem nocere, vulgi perſuaſio eſt, quam in E. N. C. confirmari video. *Dec.* III. *Ann.* X. *Obſ.* 92. *Cent.* 7. *Obſ.* 4. vaniſſima certe, quod expertus loquor.

*3. ACONITUM....

GESNER in *Luſio* M. ſupra *Wallenſtadt.* Add. ad *hort.* p. 244. b.

Radix duabus napis fit divaricatis, folia minus diviſa & tenujora, quam reliquae ſpecies Aconiti.

An differt a ſequente?

4. ACONITUM foliorum laciniis linearibus, ubique ejusdem latitudinis CLIFF. p. 214. ROYEN. p. 483.

Antora MATTH. p. 1095. AICHST. Aeſt. Ord. I. T. 12. f. 1.
Antora ſ. antithora CAM. Epit. p. 837. icon optima. GESN. Hort. p. 247.
Aconitum ſalutiferum GESN. Hort. p. 244. *b.*
Anthora vulgaris CLUS. p. XCVIII.
Anthora DOD. Purg. p. 324. Hiſt. p. 443. LOB. p. 477. RIVIN. bene.
Anthora, zedoaria, aconitum ſalutiferum TAB. p. 112.
Antithora flore luteo aconiti I. B. III. p. 660. RAJ. p. 705.
Aconitum ſalutiferum ſ. anthora C. B. ROB. IC. REG. p. 10.
Aconitum ſalutiferum luteum tenuifolium ſeu anthora H. OX. III. p. 463.

In adſcenſu auſtrali M. *Thuiri*, inter ſaxa, inferius quam Mapalia. In M. *Rhaeticis* LOBELIUS.

Radix ex duobus, tribus, quatuor anguloſis bulbis fit, grato odore. Caulis cubitalis. Folia tenuiſſime diſſecta, pariter ad pediculum uſque trilobata. Flos Napelli ſed luteus. Ima petala fere rotunda, media fine lato & recto. Caſſis brevis, mucronata. Delphini ſimiles, pediculi nempe, quorum apici inſidet ornamenti genus, quod ſuperius in calcar recurvatur, inferius explicatur in bracteam planam, revolutam, fine ſerrato: ſed talis omnium Aconitorum fabrica eſt. Stamina ad 47. latis pediculis, antheris reflexis. Siliquae quinque, bivalves, hirſutae, tuba in caudam acutam exeunte. Semina rugoſa, multangula. Sapor cum amaricie dulcis.

Olim pro alexipharmaca habita eſt, quam Natura Torae vicinam naſci juſſerit, certamque antidoton. Et GESNERUS quidem cum reliquis ſentit, ipſe expertus, cum radicum ex aqua mulſa dilutum bibiſſet *Epiſt.* p. 142. & p. 66. Sed CLUSIUS olim & I. B. de innocentia plantae dubitaverunt. SOLERIUS radicem ad phaſeoli magnitudinem ſumtam ſurſum & deorſum purgare vidit, eademque fere habet LOBELIUS *Adv.* p. 301. HOFMANNUS denique virulentas vires, quae vertigines facerent,

egregie perſpexit. Sed dubium denuo reddit Cl. GEOFROI, qui purgantem vim omnino negat, ſcrupuli vero & drachmae dimidiae pondere ad vermes, & tormina infantum, febreſque malignas, ubi vermes & viſcida in primis viis colluvies adſunt, expertus laudat *Tr. de la mat. med.* II. p. 11.

DELPHINIUM.

T. T. 241. bene. BOERHAAVE p. 301. LINN. n. 449. & reliquorum.

Flores nudi, hexapetali, difformes. Petala quatuor inferiora, duorum parium, quorum ſuperiora majora ſunt, ſimplicia, ex elliptico acuminata. Quintum ſimile, ſubrectum, ſupremum, retrorſum in conicum calcar deſcendit. Hoc calcar repletur calcare petali ſexti, quod intra florem continuatur in bracteam veſtigii humani ſimilem, erectam, bifidam. Ex baſi ejusdem duae latae appendices antrorſum procedunt, quae ſtamina continent. Calcaris oſtium clauditur peculiari ſquamula triangulari, quae ad ſextum petalum pertinet. Petalum ſextum protegit ſtamina. Ea latiuſculis ſunt unguibus ab undecim, ad ſedecim. Siliqua in centro ſtaminum modo unica, modo ternae, univalves, cylindricae, polyſpermae, in Tubam ſimplicem eductae. Haec planta documento eſt, non poſſe uniſiliquas ſtirpes a multiſiliquis claſſe ſeparari.

29

1. DELPHINIUM radice fibroſa, foliis tenuiſſime diviſis.

Conſolida regalis BRUNF. 1. p. 83. DORSTEN. p. 90. CAM. Epit. p. 521. optime.
Chamaemelum eranthemum FUCHS. p. 37.
Conſolida regia TRAG. p. 569.
Conſolida regalis vulgaris minor GESN. Tab. Coll. p. 69. *b.* & *Cumini ſylveſtris ſpecies* p. 72.
Delphinium ſylveſtre vulgare GESN. Hort. p. 256. *b.*
Cuminum ſylveſtre II. MATTH. p. 760.
Delphinium vulgare CLUS. p. CCV.
Flos regius ſylveſtris DOD. Cor. p. 57. Hiſt. p. 252.
Segetum conſolida regia ſtrigoſior tota LOB. p. 739.
Conſolida regalis arvenſis TAB. p. 62. bene. C. B. Baſ. p. 43. H. OX. II. p. 466. RAJ. p. 708.
Conſolida regalis arvenſis flore coeruleo ſimplici AICHST. Aeſt. Ord. 2. T. 11. f. 1.
Conſolida arvenſis flore minore I. B. III. P. I. p. 210.
Delphinium ſegetum flore coeruleo TOURN. aut. de Par. p. 432. I. R. H.
Delphinium RIVIN. Pentap. Irreg.
Conſolida regalis Delphinium BLAKW. T. 26.
Delphinium caule ſubdiviſo, nectariis monophyllis LINN. Cliff. p. 217. ROYEN. p. 482.
Buccinum MALPIGH. ic. 143.
β Flore albo, roſeo, purpureo, pleno &c. varie ludit in hortis.

Baſileae in ſegitibus. *Bernae* non vidi.

Folia inordinate trichotoma, lobis bifidis, lobulis fiſſis in duo, tria, quatuor ſegmenta, ſimplicia anguſta, linearia. Flores in ſpicas laxas, naturaliter coerulei, extus viridi colore picti, quales dixi. Siliqua, unica, tuba ſimplici, conica.

Dudum laudata ad movendas urinas, ad calculum, ad inflammationes oculi, ad vulnera, nihil oculis profuiſſe viſa eſt GARIDELLO, ſuſpecta aliis ob vicinitatem Aconiti. Intus adſumtam ſuffocare BOERH. in *pſeudohiſt.*

2. DELPHINIUM radice cava, foliis latioribus trilobatis.

α Varietas ſpontanea, latifolia.
Aconitum coeruleum aliud GESN. Hort. p. 244. *b.* *minus* EJUSD. p. 289. *b.*
Aconiti genus floribus coeruleis EJ. p. 256. *b.*
Wolfswurzen genus purpureum ARET. p. 234. *b.*
Lycoctonum aconitum purpureo flore CORD. Sylv. Obſ. p. 221. *b.*
Aconitum lycoctonum I. CLUS. Pannon. p. 404. bene.
Aconitum lycoctonum flore delphinii I. ſileſiacum EJ. Hiſt. p. XCIIII.
Aconitum lycoctonum flore delphinii AICHST. Aeſt. Ord. I. T. II. f. 1. bene.
Aconitum coeruleum calcare magno I. B. III. p. 657. RAJ. p. 704.
Aconitum coeruleum hirſutum flore conſolidae regalis C. B. H. OX. III. p. 464.
Delphinium perenne montanum villoſum aconiti ſolio I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 35. TILL. BOERH. MILL.
β Varietas, an diverſa planta, glabra, anguſtis foliis.
I. *Aconitum IIII.* MATTH. p. 1087. CAM. Epit. p. 829.
II. *Aconitum lycoctonum flore delphinii II.* CLUS. Hiſt. p. XCV.
Lycoctonum flore delphinii DOD. Purg. p. 315. eadem icon. Pempt. p. 441.
Reliqui ex his fontibus habent.

Priorem

Priorem ARETIUS in *Neſſo* M. legit, in montibus Bernatium vero naſci adfirmat C. GESNER. Deinde in adſcenſu montis *Sureneneck* SCHEUCHZERUS invenit, & J. GESNERUS.

Facilis agnitu: radice ſubrotunda, cava, folio lato, ſatis profunde trilobato, Aconiti Lycoctoni lutei: lobis lateralibus ſemibilobis, omnibus longe decreſcentibus, per oram acutis & gracilibus dentibus inciſis, flore purpureo.

RESEDA.

TOURN. T. 238.
RESEDAE ſp. LINN. n. 447.

Calyx ſexfidus. Flos tetrapetalos, difformis. Petala duo ſuperiora fiunt craſſulo ſcuto, cui ad acutum angulum inſeruntur ellipſes duae erectae, (TOURN. B.) Petala duo lateralia ſcutum minus habent, quod majorem aliam bracteolam, tum duo capillaria filamenta exigit. Imum florem ſpongioſus ſemicirculus ſuſtinet. Stamina in inferiori parte floris congeſta, ad viginti, circumnaſcuntur ovario, ex cylindrico priſmatico, vertice tripartito, qui perpetuo dehiſcit. Quaenam alia ſunt duo petala ERNDTELII E. N. C. *Vol.* III. *App.?*

1. RESEDA foliis omnibus trifidis, inferioribus laciniatis CLIFF. p. 212. ROYEN. p. 483.

Reſeda Plinii neotericorum, belgis Eruca peregrina, italica vel cantabrica LOB. Adv. p. 76. ic. p. 222.
Seſamoides primum CAES. p. 388.
Reſeda major THAL. p. 102.
Reſeda tenuifolia eruca cantabrica TAB. p. 111. non placet.
Reſeda lutea LUGD. p. 1199. male. I. B. III. p. 467. H. OX. III. p. 615.
Reſeda Plinii neotericorum AICHST. Aeſt. Ord. 1. T. 16. f. 1.
Reſeda vulgaris C. B. Baſ. p. 28: RAJ. p. 1053. T. aut. de Par. p. 137. I. R. H. *ſ. Plinii & neotericorum* MUR. p. 730.
Reſeda vulgaris lutea IC. REG.
II. Quomodo differt *Reſeda minor montana* THAL. p. 103.

Paſſim in Helvetia. Baſileae in arenoſis ad *Birſam*, in agris, & ad muros: Genevae in muris I. B. Circa *Ebrodunum*, & prope ripam lacus *Thunenſis* cis *Interlachen* frequentem reperi. *Tiguri* prope muros MURALT.

Folia fiunt nervo foliaceo, undulato, pinnis conjugatis, & ipſis ad radicem diviſis, ſuperius ſimplicibus. Flores in ſpicam aphyllam. Color pallidus, ochroleucus. Sapor oleraceus, fere Braſſicae.

Utilitatem medicam nullam novi.

LUTEOLA.

TOURN. T. 238.
RESEDAE ſp. LINNAEI n. 447.

Calyx quadrifidus, duobus ſuperioribus ſegmentis latioribus. Floris petala quatuor, quae male pro uno habet ERNDL. Superius pallens, ungue fit craſſulo, ſubrotundo, qui quatuor aut plura filamenta acuta exigit. Petalum ſuperius ſecundum, tectum priori, ſimplici fit ungue ſubrotundo. Lateralia ſunt laminae ſimplices, aut profunde bifectae, minores, absque ungue. Stamina per inferiorem calycis hiatum propendent fere viginti. Ovarium rugoſum, tricorne, cornubus crena loco tubae diviſis, inter tubas apertum. Intus in uno loculo, non in quatuor, uti ERNDL. l. c. ſemina ad tres placentas ordinantur, ſenis ordinibus: Ovarium perpetuo tribus lineis apertum hiat.

Conjunxit utrumque genus LINNAEUS, poſt RAII conjecturam. Ecce notas diverſitatis. Dubium vero eſt, an ſeparare praeſtet, an conjungere.

1. LUTEOLA.

Antirrhinum TRAG. p. 362. bene. LUGD. p. 1342.
Lutea, vel luteum Vitruvii GESN. Hort. p. 266.
Lutum herba DODON. p. 80.
Luteola LOB. p. 353. RAJ. p. 1054.
Pſeudoſtruthium MATTH. p. 1307. CAM. Epit. p. 356. ic. opt. AICHST. Aeſt. Ord. 1. T. 14. f. 1.
Guadarella CAES. L. IX. c. 35. p. 388.
Catanance, arcopodium, luteola TAB. p. 110.
Lutea Plinii quibuſdam I. B. III. p. 465.

Luteola herba ſalicis folio C. B. Baſ. p. 28. P. H. ox. III. p. 616. TOURN. aut. de Par. p. 285. I. R. H.
Reſeda foliis ſimplicibus integris lanceolatis LINN. Hort. Cliff. p. 212.
β Varietas junior, foliis criſpis, qualis eſt icon TRAGI, RUPP. p. 234.

Ad muros & in ruderoſis frequens.

Folia ad terram in orbem ſparguntur, longa & ubique aeque lata, exiguis nervis denticulata. Spica floralis nuda, longiſſima, cubitalis. Flores coloris herbidi.

Non audio noſtro tempore a tinctoribus requiri.

PARNASSIA.

T. T. 127. LINN. n. 250.

Calyx quinquefolius, flore brevior. Petala quinque, ex ovatis acuminata, venoſa, expanſa. Quinque ungues roridi, cordato ſcutulo, educunt in ambitum ex propriis erectis filamentis quodque globulos quindecim. Stamina quinque validis, obtuſe ſagittatis, apicibus. Ovarium ex conico quadrilaterum, valvis quatuor. Tuba omnino nulla, ſed ovarium videtur apice hiare. In uno loculo, ad quatuor placentas ſemiſepta facientes, uti in Papavere, abſque axi, ſemina adhaerent innumerabilia.

1. PARNASSIA RUPP. CLIFF. p. 113. *Flor. Lapon.* n. 108. ROYEN. p. 420.
Unifolium paluſtre GESN. Tab. Coll. p. 115.
Hepatica alba CORD. p. 153. cum icone GESNERIANA & GESN. Epiſt. p. 94.
Gramen parnaſſi GESN. Hort. p. 261. LOB. ic. p. 603. AICHST. Aeſt. Ord. 8. T. II. f. 3. RAJ. p. 1049.
Gramen parnaſſium DODON. p. 564.
Quoddam genus herbaceum in alpibus CAES. p. 556.
Gramen hederaceum, flos hepaticus TAB. p. 214.
Gramen parnaſſi Dodonaeo, quibusdam hepaticus flos I. B. III. p. 537.
Gramen parnaſſi albo ſimplici flore C. B. Baſil. p. 89. &c.
Pyrola rotundifolia minor paluſtris flore unico ampliore H. OX. III. p. 505.
Ciſtus paluſtris humilis, hederae folio, perfoliata, noſtras PLUKN. p. 108. VOLC.
Parnaſſia paluſtris & vulgaris I. R. H. aut. de Par. p. 513. ZANICH. p. 204.. ic. 51.
β Flore *duplici* LOBEL. C. B. RAJ.

In paludoſis minime rara.

Caulis pedalis, non ramoſus, folia cordata, amplexicaulia; flos albus, globuli lutei, antherae ellipticae, conpreſſae, ſtamina juniora ovarium conprimunt, adulta expanduntur.

Veram utilitatem medicam nullam novi.

NIGELLA.

T. T. 134. LINN. n. 451.

Flos nudus, regularis, expanſus. Petala quinque, aut plura quandoque, ex ellipticis acuminata, venoſa. Intra haec octo pediculi, qui ad angulos rectos efferunt totidem paria teſtudinum, ſuperne convexarum, lineis transverſis pulchre pictarum, deſinentium in ſtylum geniculatum, apice craſſiori terminatum. Stamina numeroſiſſima, alia tubam ambeunt, reflectuntur alia, cornutis apicibus. Siliquae quatuor, aut quinque, pluresque, alias connatae in unum vaſculum quinqueloculare, alias liberiores, (MALPIGH. ic. 259.) corniculis reflexis, ſ. tubis ſimplicibus. Intus in uno quoque loculo ſemina nigerrima, rugoſa, anguloſa.

1. NIGELLA flore foliis nudo, piſtillis corallam aequantibus CLIFF. p. 215. ROYEN p. 481.
Melanthium ſylveſtre FUCHS. p. 505. DOD. p. 303.
Nigella cornuta CORD. Hiſt. p. 128.
Sylveſtris nigella TRAG. p. 117. GESN. Hort. p. 268. *b.*
Nigella minor ſylveſtris GESN. Tab. Coll. p. 91. *b.*
Nigella agreſtis GESN. Hort. p. 294.
Melanthium ſylveſtre alterum MATTH. p. 797. CAM. Epit. p. 553.
Melanthio cretico non diſſimilis CLUS. p. CCVIII.
Melanthium capitulis reflexis Aquilegiae LOBEL. ic. p. 742. *Nigella ſylveſtris II.* Adv. p. 330.
Melanthium agreſte alterum TAB. p. 72.
Melanthium ſylveſtre ſ. arvenſe I. B. III. P. I. p. 209. cum icone Hyperici.
Nigella arvenſis cornuta C. B. Baſ. p. 44. H. OX. III. p. 515. S. 12. T. 18. f. I. TOURN. aut. de Par. p. 348. I. R. H.

In ſegetibus circa *Baſileam* inveni; ſimilibus locis naſcitur circa *Liechtſtall.* C. GESNER.

Folia ſeſſilia, tenuiter diviſa, lobis ex ordine conjugatis, lobulis bi- & triſectis, laciniis

niis linearibus acutis. Flores ſingulares, abſque foliorum ſub flore capillarium nido. Color petalorum ex albo viridis; & haec & ſiliquae quinae, quae magna ſui parte liberae ſunt.

Semen odoratum, acre eſt. Laudatur ad pellendum lotium, lac, & menſes: maxime vero pro catarrhis, in pulverem redactum, & cum aqua Majoranae reſorbtum. Oleum expreſſum, aut infuſum expectorationem promovere dicitur. Dudum ſuſpecta fuit noxiarum virium PLINIO, TRAGO, & C. HOFMANNO.

HELLEBORUS.

T. T. 144. LINNAEI n. 462.

Flos latus, expanſus, aliquando decolor, & perennis, alias quinquefolius, alias polypetalos, quae folia pro calyce olim [vide quam curioſus] GESNERUS habuit *epiſt. ad Kentm.* p. 52. recentiores denuo petala eſſe maluerunt, quod perſiſtant equidem, neque tamen circa fructum ſe conflectant. Tubuli quinque, octo, novem, decem, viginti, virentes, cavi, conici, dilatati, ore ſerrato, calyce breviores. Stamina ex poroſa placenta quinquaginta & ultra. Siliquae tres, quinque, plurimae, bivalves, rugoſae, ſuam ſingula tubam emittit, globulo terminatam. Semina duplici ordine ad valvarum commiſſionem.

1. HELLEBORUS vaginis foliaceis digitatis, flore virente.

Helleborus niger noſtras CORD. Hiſt. p. 102. *b.*
Veratrum nigrum CORD. Dioſc. p. 73. *b.*
Elleborus noſter GESN. Tab. Coll. p. 75.
Elleborus niger vulgaris GESN. Hort. p. 257. *b.*
Elleborus niger BRUNF. 1. p. 30.
Elleborus adulterinus TRAG. p. 404.
Elleborus adulterinus hortenſis FUCHS. p. 274.
Elleborum nigrum alterum MATTH. p. 1221. CAM. Epit. p. 941. bene.
Veratrum nigrum alterum DOD. Purg. p. 190. opt. Pempt. p. 385. CLUS. p. 275. ex DODONAEO.
Helleboraſtrum LOB. p. 680. ic. ead.
Veratrum nigrum II. TAB. p. 723.
Elleborus niger vulgaris flore viridi, vel herbaceo, radice diuturna I. B. III. p. 636.
X *Elleborus niger hortenſis flore viridi* C.B. RAJ. p. 697. I. R. H. MUR. p. 473. niſi de ſequente dixerit.
Helleborus niger ſylveſtris ramoſus folio latiore deciduo H. OX. III. p. 459.
Helleborus niger foetidus GARID. ic. 48. ut ex vaginis folioſis, & foliis latioribus manifeſtum eſt.
Helleborus caule aequali folioſo multifloro foliis radicalibus caulem tandem ſuperantibus CLIFF. p. 227. ROYEN. p. 484.
β Folio ſanguineis maculis adſperſo, BOCC. Muſ. di piant. p. 26. T. 4.

GESNERUS ait prope *Tigurum* naſci locis apricis.

A ſequente, cum quo habitu elato, ramoſo & folioſo, flore, fructu, radice convenit, differt foliis latioribus, vaginis foliorum ſimilibus, multifidis, floribus pauciori-bus ſolitariis.

2. HELLEBORUS vaginis pallidis, vix ſerratis, flore virente.

Conſiligo RUELL. p. 447. GESN. Tab. Coll. p. 69. Hort. p. 255,
Alter niger helleborus CORD. Hiſt. p. 92.
Elleborus niger adulterinus ſylveſtris FUCHS. p. 275. LUGD. p. 1637. ex FUCHSIO
Pedicularis tertia conſiligo RUELLII TRAG. p. 251. & *Conſiligo Ruellii* EJ. p. 404.
Veratrum nigrum tertium DODON. Purg. p. 191. Hiſt. p. 386. CLUS. p. 274.
Seſamoides magnum Cordi & conſiligo Ruellii LOB. ic. p. 680. eadem icon.
Et *Helleboraſter maximus flore & ſemine praegnans* LOB. ic. p. 679. foliis tantum quaſi piloſis.
Helleboraſtrum magnum TAB. p. 722.
Helleboraſter BLAKW. T. 57. *maximus* AICHST. Hybern. T. 3. f. 1.
Elleborus niger ſylv. adulterinus hyeme florens I. B. III. p. 880.
X *Helleborus niger foetidus* C. B. Baſil. p. 54. TOURN. aut. de Par. p. 200. I. R. H.
Helleborus maximus RAJ. p. 698.
Helleborus niger ramoſus anguſtifolius ſemper virens elatior H. OX. III. p. 459.
Helleborus caule inferne anguſtato multifolio multifloro, foliis caule brevioribus LINN. Cliff. p. 227. ROYEN. p. 484.

In tota Helvetia calidiori ad omnes ſepes, Bernae rarior. In ſylva *Bremgarten* reperi eundo a *Lang-gaſſe* ad *Glasbach.*

Radices longae, teretes, ſucculentae, acerrimae. Folia proprie trilobata, lobis lateralibus quadrifidis, medio ſimplici, ſicca, lucida, ſerrata, gracilia, acuta. Rami vagina aut integra, aut parum dentata, colorata, excipiuntur. Petioli florigeri in

umbellam congeruntur. Flos calyce pariter virente, primo vere floret. Foetet tota planta, neque mediocriter.

3? HELLEBORUM nigrum flore roſeo ad faſtigia M. *Jovis* Oſtenſium legit LOBELIUS *Adverſ.* p. 304. quem puto *Bernhardi* nunc dici.

Validiſſimum eſt, & vetuſtiſſimum purgans medicamentum: quod praeterea peculiari vi menſes pellere creditur, & maxime noſtra ſpecies, quae Anglico Elleboro valentior eſt teſte Cl. BOULDUC: qua etiam MATTHIOLUS & ipſe uſus eſt, & Tridentinos uti ait *Epiſt.* p. 218. tum altera flore roſeo, efficacior habita MATTHIOLO p. 1222.[1] LOBELIO *Adv.* p. 304. DEODATO apud HILDANUM *Epiſt.* XXVI. Chloroticis prodeſt, quando non adeo robur addendum fibris eſt, quam ſolvendae potius obſtructiones. Non malignus eſt, extractum enim aquoſum ad ſcrupulum & ultra exhiberi poteſt, quae forma omnibus reliquis praeſtat BOULDUC, GARIDEL, NENTER &c. ſcopo vero emmenagogo grana quindecim. Ipſas radices ad drachmam ſemis CASP. HOFFMANN, S. PAULI vero viginti grana dat, quod multum videtur, nam alii praeſtantes medici undecim grana non exceſſerunt. PARACELSUS foliorum, quae *Daura* ipſi erant, drachmam ſemis exhibebat quotidie. Extractum reſinoſum valentius eſt, & ſaevius BOULDUC *Mem. de l'Acad.* 1701. p. 252. Aqua deſtillata, quod rarum eſt, alvum ducit, ſumta ad unicum cochlear, ſpirituoſa nempe. Tinctura cum ſpiritu vini facta conjuncta cum ferri tinctura, laudatur ad mulierum morbos. Quare, cum & mochlicum ſit, & praeterea menſes pellat, quorum obſtructio ſaepe cauſa eſt emotae mentis, non mirum eſt peculiariter ad reddendam menti ſanitatem antiqnitus commendatum fuiſſe. Decoctum ejus certe pro efficaciſſimo medicamento habet ad maniam MONAVIUS apud CRATONEM L. 7. p. 616. PECHLINUS extracti drachmam ſemis ter de die ſumtam feminas furioſas ſanaſſe vidit; quartanas decocti una aut altera doſi MATTHIOL. p. 1222. Externo uſu in peſſario ad menſes pellendos, ſetacei etiam loco in jumentis adhibetur & inaurium loco geſtatae radices vehementes ſaepe a capite catarrhos avertunt, in ipſa peſte boum MATTHIOL. *epiſt.* p. 219. BOCC. *Oſſ.* p. 180. & hominum LANG. *Epiſt.* p. 579. Decocto lota capita puerorum Achoribus foedata ſanantur. Si vero ſuccus integra vi ſanguinem receptus fuerit, perinde, uti veratrum, necare dicitur. Toxicum certe, quo Hiſpani ſagittas illinunt, & alibi ex albo Helleboro fieri dicit, ex Conſiligine parari LANGIUS habet *Epiſt.* XX. L. II. Denique mortes ab Helleboro a P. JOVIO, HELMONTIO aliiſque recenſitae, vel ad *album*, vel ad Aconiti radices, teſte HILDANO pro Helleboro venales, referendae videntur. In calidioribus tamen regionibus ſcrupulum extracti Hellebori nigri in Olympo nati fere convulſiones feciſſe teſtatur TOURNEF. Sed ea alia ſpecies eſt.

25

4. HELLEBORUS uniflorus, petalis & ſiliquis plurimis.

Döni & drollblumen ARET.[1] p. 235.
Anemone quaedam montana GESN. Hort. p. 247.
Trollius flos C. GESN. Fract. p. 65. Hort. p. 244. FABR. M. Galand. p. 235. *b.*
Anemone lutea quaedam GESN. Coll. p. 58. *b.*
Ranunculus VI. CAM. Epit. p. 385.
Ranunculus flore globoſo DOD. Purg. p. 287. opt. Hiſt.. p. 430. LUGD. p. 1033. AICHST. Vern. Ord. 1. T. 12. f. 2.
Ranunculus glomerato flore CLUS. p. 237. eadem icon.
Ranunculus montanus alpinus glomeratus LOB. ic. p. 675.
Ranunculus alpinus luteus TAB. p. 46.
Ranunculus flore globoſo, quibuſdam trollius flos I. B. III. p. 419.
Ranunculus montanus aconiti folio flore globoſo C. B. P. MURALT. p. 620. &c.
Ranunculus globoſus PARK. p. 331. RAJ. p. 700.
Pſeudohelleborus ranunculoides luteus flore globoſo H. OX. III. p. 461.
Helleboro ranunculus flore luteo globoſo BOERH. p. 297. MILL. WALTH.
Helleborus niger ranunculi folio flore globoſo majori I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 39.
Helleborus caule ſimplici flore pediculato LINN. flor. Lapon. n. 226.
Helleborus foliis angulatis multifidis flore globoſo LINN. Cliff. p. 227. ROYEN. p. 484.
β Varietas *minor* CLUS. I. R. H. SCHOL. BOT.

In montanis pratis totius Helvetiae frequens.

Folia circumſcriptione orbicularia, ſed ad pediculum diſſectaquinque, lobata, lobis ſecundo trilobis, latis, acute exſectis. Caulis erectus, non ramoſus, uniflorus. Petala duodecim, in ſex ordinibus, quorum tres fere priores virore tinguntur, & apice ſunt adroſo, tres interiores late ovales, magis petalodei. Haec omnia perpetuo introrſum conflectuntur. Tubuli duodecim, tredecim, ſedecim. Stamina innumerabilia.

merabilia. Siliquae copioſiſſimae in ſtellae ſpeciem congeſtae, bivalves, cornu recurvo. In alpibus ſuaveolentia ſua placet. Etſi numero partium ſuperet, ob habitum tamen, & tubulos conjungi meretur.

POPULAGO.

TOURN. T. 145.
CALTHA LINN. n. 463.

Flos bis tripetalos, petalis ſubrotundis, ſtamina pluſquam centum: ſiliquae in ſtellam diſpoſitae, quarum ad duodenas matureſcunt, de more caudatae, polyſpermae.

1. POPULAGO DILL. *ſyn.* III. p. 272.
Chelidonia paluſtris CORD. p. 122.
Caltha paluſtris GESNER. Tab. Coll. p. 64. *b.* Hort. p. 251. DODON. p. 598. LOBEL. ic. p. 594. LUGDUN. p. 1049. I. B. III. p. 470. RAJ. p. 700.
Caltha virgilii TRAG. p. 142.
Tuſſilago altera ſ. farfugium MATTHIOL. p. 846. Epit. p. 594.
Caltha paluſtris vulgaris CLUS. p. CXIV.
Populago major TAB. p. 750.
Ranunculus latifolius LUGD. p. 1036.
Caltha paluſtris ſimplici flore AICHST. Hyb. T. 4. f. 2. C. B. Baſ. p. 81. ROB. IC. REG. n. 53. &c.
Pſeudohelleborus ranunculoides pratenſis rotundifolius ſimplex H. OX. III. p. 461.
Populago flore majori I. R. H.
Caltha LINN. Lapon. n. 227. CLIFF. p. 228. ROYEN. p. 484.
β *Flore pleno* CLUS. CAM. TAB. p. 784. &c.
γ *Femina flore luteo minus tincto caulibus albidioribus* GESN. Tab. Coll. p. 64. *b.*
Populago minor TAB. p. 750.
Populago flore minori I. R. H. VAILL. TILL. &c.

Ad aquas vulgatiſſima.

Radices fibroſae Hellebori. Folia pediculata, circumſcriptione rotunda, per ambitum leviter ſerrata: Flores in petiolis ſolitarii, flavi, tinctorii.

Tota planta cauſtica eſt, noxia pecori.

*2. CALTHA alpina minor paluſtris WAGNER. p. 273. Quid?

POLYSTEMONES.

CL. II.
GYMNOPOLYSPERMAE BOERH.

Quae ſequuntur, charactere naturali ita cohaerent, ut avellere, aut alias miſcere, pariter violentum videatur. Priorum caeterum ſimiles, perpetuo ſiliculas habent monoſpermas, quae nunquam hiſcunt, ſed integrae delabuntur.

ORDO I.
PETALIS EX AMBITU PLACENTAE ORTIS.

ADONIS.

BOERH. p. 35. LINN. n. 465.
RANUNCULI ſp. TOURN. T. 149. P. Q.

Calyx perpetuo quinquefolius, cum petala plura ſint: haec abſque ſquama: ſiliculae in altiorem conum congeſtae, diſpoſitae in quincuncem.

1. ADONIS perennis dodecapetalos.
Helleboraſtrum HEISTERI Catal. Hort. ann. 1731.
Elleborus niger verus TRAG. p. 406. bene.
Elleborine tenuifolia CORD. Hiſt. p. 93. [nempe emendatius]
Ellebori nigri ſpecies GESN. Hort. p. 257. *b.*
Ellebori nigri genus potius anemones GESN. Tab. Coll. p. 75.
Helleboraſtrum GESN. Hort. p. 291.
Pſeudelleborus MATTH. p. 1224. CAM. Epit. p. 942. [haec icon non placet.]
Buphthalmum DODON. Coron. p. 248. Pempt. p. 261. bene.
Buphthalmum Dodonaei, pſeudoelleborus niger CLUS. p. 333. Pannon. p. 569.
Helleborus niger ferulaceus Theophr. LOB. ic. p. 784.
Helleborus ferulaceus buphthalmum Dodonaei LOB. Adv. p. 345. & *niger helleborus Theophraſti &c.* p. 351.

Helle-

Helleborus hippocratis TAB p. 721.
Pseudoelleborus niger AICHST. Hybern. T. 4. f. 3.
Buphthalmum Dodonaei aliis Consiligo tenuifolia I. B. III. p. 637. RAJ. p. 597.
Helleborus niger tenuifolius bnphthalmi flore C. B.
Elleborus ferulaceus Lobelii, buphthalmum Dodonaei forte, pulsatilla lutea Corvini BARR. ic. 1178.
Adonis praecox perennis flore luteo caule plano H. OX. III. p. 26.
Ranunculus ferulaceus hellebori nigri radice I. R. H.
Adonis radice perenni LINN. Cliff. p. 231. ROYEN. p. 488.
β *Helleborus niger ferulaceus, caule geniculato, flore majori, instar tulipae* MENZEL. Pugill. T. 3.
Ex eo H. OX. HERM. RAJ. I. R. H.
γ *Flore pleno* ACT. URATISL. 1722. M. Jul.

In *Valesiae* segetibus inter *Sedunum* & *Agaunum*, propius tamen huic C. G.

Folia tenuiter incisa, dura, caulem congesta occultant. Flos amplissimus in tota gente. Calyx fit quinque caducis, liventibus foliis, multo brevioribus, quam petala. Ea duodena sunt, & ultra, longa, angusta, apice adroso. Stamina innumerabilia, longis filamentis.

In provinciis Saxoniae superioris & in Gallia pro vero Helleboro usurpatur, & pariter purgat cum tota familia. Nobis priores Ellebori praeferuntur. DODONAEUS tamen, & TOURNEFORTIUS negant purgare.

2. ADONIS annua, octopetalos.

α Elatior, flor citrino.
Anemone agrestis flore candido TRAG. p. 128. mala icon, commista ex hortensi & spontanea.
Anemone tenuifolia altera CORD. Hist. p. 151.
Anemone flore pallido CAM. Edit. p. 648. optime,
Adonis sylvestris flore citrino TAB. p. 790.
Adonis flore pallido C. B. Basil. p. 53.
Flos adonis II. RAJ. p. 596. qui post C. B. omnes conjungit.
Ranunculus arvensis folio chaemaemeli, flore citrino I. R. H. VAILL. mem. de l'acad. 1719. p. 55.
β Humilior, flore miniato
I. *Anemone agrestis flore miniato* TRAG. p. 128.
Anemone tenuifolia CORD. p. 150.
Chamaemelum eranthemum GESN. Hort. p. 252.
Quaedam in arvis CAESALP. L. XIV. c. 6. an altera brevibus petalis?
Adonis flore flammeo AICHSTETT. Aest. Ord. 5. T. 11. f. 3.
Adonis flore phoeniceo foliis longioribus C. B. Bas. p. 53.
Adonis sylvestris flore phoeniceo ejusque foliis longioribus C. B. H. OX. III. p. 27.
II. Floris petalis latioribus & btevioribus, quae in Germania sponte non nascitur. Huc Icones MATTHIOL. p. 906. DODON. p. 26C. LOBEL. p. 283. GARIDEL. ic. 85. quae amplissimo flore est &c.
Ranunculus arvensis folio chamaemeli flore phoeniceo T. aut. de Par. p. 523. I. R. H.
Omnes α. β. I. II. conjunxit olim I. B. III. p. 125. & nuper LINNAEUS, cui est
Adonis radice annua CLIFF. p. 231. ROYEN. p. 488.

Non perinde, uti in Germania vulgaris est. Rubram tamen varietatem longioribus petalis legi circa *Basileam*, eundo versus *Miinchenstein*, & *Dornach*, citrinam vero circa *S. Jacob* in agris nasci C. B. ait & KOENIGIUS pater.

Folia perinde tenuiter secta, molliora, minus conferta. Calyx uti priori. Flos circiter octo petalis fit, similiter longe, & anguste ellipticis, in α sulfureis, in β cinnabarinis, macula ad ortum insignitis, totam substantiam penetrante, violacea pariter in utraque varietate. Stamina pauciora, circiter viginti, gracilibus filamentis. Ovarium longum, ex pyramidalibus sessilibus capsulis, mucronatis.

Calculosis utilem esse BRASSAVOLA p. 58.

TRINITAS.

HEPATICA BOERH. p. 29. LINN. II. 457.
RANUNCULI species TOURNEF.

Calyx constanter trifolius, non caducus. Flos bis tripetalos, petalis longe ellipticis, absque squama. Fructus Ranunculi, sed placenta papposa.

1. TRINITAS MATTHIOL. p. 838. CAMER. *Epit.* 585. cum Charactere, CAESALP. L. XIV. C. 8.

Hepatica BRUNFELS L. I. p. 190. LINN. Cliff. p. 223. ROYEN. p. 487.
Nobilis hepatica TRAG. p. 519.
Epimedium CORD. Hist. p. 93.

He-

Hepatica aurea GESN. Hort. p. 261. *b.*
Hepatica terreſtris GESN. Tab. Coll. p. 80. *b.*
Trifolium aureum DOD. Pempt. p. 579. Cer. p. 216.
Hepatica trifolia coeruleo flore CLUS. Hiſt. p. CCXLVII.
× *Hepaticum trifolium* LOB. Ic. II. p. 34.
Hepatica aurea flore coeruleo TAB. p. 527. AICHST. Vern. Ord. 2. T. 3. f. 4.
Trifolium hepaticum ſ. trinitatis herba flore coeruleo ſimplici I. B. II. p. 389.
Trifolium hepaticum flore ſimplici C. B. H. OX. II. p. 433. qui primus huic claſſi reſtituit.
Hepatica nobilis BLAKW. T. 207.
Ranunculus tridentatus vernus flore ſimplici coeruleo I. R. H. GARID. p. 394. ic. p. 84.
β Flore *rubro* TAB. l. c. AICHST. l, c. f. 5. ROYER. p. 115. 124.
γ Flore *albo* MAGNOL. Char. p. 110. ROYER. l. c.
δ Flore *rubro pleno*,
ε Flore *coeruleo pleno* ROYER. p. 115. &c.

In ſylvis primo vere v. g. copioſe in ſylva inter *Wabern* & villam *Eichhorn*: in ſylva *Neßleren*, in ſylva *Bremgarten* ad originem rivi *Gäbelbach*, &c.

Folia facilem reddunt plantae notitiam. Semi trilobata ſunt, medio lobo exquiſite cordato, lateralibus inaequaliter bifidis, duriuſcula. Flos naturaliter coeruleus, in caule aphyllo, non ramoſo. Stamina ad 25. Semina villo obvoluta, & placenta pappoſa.

Adſtringere videtur, adfinis Quinquefoliis. Ad reparandam firmitatem partium laudatur, in Gonorrhoea inveterata, ſputo & mictu ſanguinis, angina, ulceribus &c.

FICARIA.

DILL. *nov. gen.* p. 108.
CHELIDONIUM MINUS RAII. BOERH. p. 29.
RANUNCULI ſp. T. T. 149. C. F. & LINNAEI.

Calyce, ut priori trifolio, aut quinquefolio, ſemper tamen paucioribus foliis facto, quam ſunt petala, flore naturaliter octopetalo, a Ranunculo differt, cujus fructum habet, & in petalo ſquamam.

1. FICARIA BRUNFELS. I. p. 215. VOLC. DILL. *Cat. Gieſſ.* MARTIN. *Cant.*
Vulgago DORST. p. 303.
Chelidonium minus RUELL. p. 431. FUCHS. p. 866. TRAG. p. 113. CORD. Dioſc. p. 49. Hiſt. p. 121. *b.* GESN. Hort. p. 253. Coll. p. 68. MATTH. p. 631. CAM. Epit. p. 403. non bene. DOD. Pempt. p. 49. LOB. ic. p. 593. AICHST. Vern. Ord. IX. T. 1. f. 2. bene. BLAKW. T. 51. WEINM. T. 366.
Vulgo Favagella CAES. p. 546.
Chelidonium minus, ſcrophularia minor TAB. p. 753.
Scrophularia minor ſ. chelidonium minus vulgo dictum I. B. III. p. 468.
Chelidonia rotundifolia minor C. B. Baſil. p. 59.
Ranunculus praecox rotundifolius granulata radice H. OX. II. p. 446. T. aut. de Par. p. 33.
Ranunculus vernus rotundifolius minor I. R. H. VAILL. 1719. p. 53,
Icon CXXX. MERIANAE huc pertinet.
β Folio *maculato* C. B. HERM. I. R. H.
γ Flore *pleno* CAM. H. WEINM. l. c. BRESL. 1722. M. *Jul.*
δ Folio *majori Chelidonia rotundifolia major* C. B. Prodr. p. 137. I. R. H. TILL. TIT. GARID.
Ranunculus latifolius MAGN. Char. p. 110. facit calycem quadrifidum.

Ubique ad ſepes, & in umbroſis.

Radix fit fibris, & intermiſtis bulbillis. Caulis projectus, ramoſus. Folia longe pediculata, alias cordata, alias anguloſa, & hederacea, macula ad originem ferruginea non raro notata. Calyx caducus. Petala octo, longa, elliptica, maxime expanſa, lutea, ſquamula oblonga in ungue notata. Stamina viginti.

Herbaceus ſapor eſt, abſque magna acrimonia, aqua tamen deſtillata Sinapi odorem & acrimoniam habet GEOFROI III. p. 315. Externe unguenti ſpecie pariter & interne ad haemorrhoides laudatur, & decocto, ad duas quotidie uncias dato, experimentum ſibi ſucceſſiſſe teſtatur BOERHAAVIUS. Radix in aqua pluvia infuſa coſmerica eſt. Raro tamen in uſum revocatur.

RANUNCULIS.

BOERH. p. 30.

RANUNCULI ſp. T. T. 149. A. B. K. L. *RANUNCULI* pleraeque ſp. LINN. n. 464.

Calyx quinquefolius, caducus. Petala quinque, expanſa, ſubrotunda, ungue brevi, in quo foveola, aut tuberculum. Stamina multa, gracilibus filamentis, antheris ovatis, conpreſſis. Ovarium convexum, fit multis capſulis monoſpermis, ovalibus, in aciem lateraliter excavatis, apice tubam brevem & recurvam edente.

ORDO I.
FLORIBUS SUMMOS RAMOS TERMINANTIBUS.
RANUNCULUS VAILL.

1. RANUNCULUS radiculis teretibus, obtusis, graminifolius, albo flore.

Ranunculus in summo Braulio M. C. GESN. add. ad Hort. p. 275.
Ranunculus albus in summo Braulio EJ. Tab. Coll. p. 101.
Ranunculus alpinus gramineus albo flore BURS. Act. Suecic. 1724. p. 505. Videtur.
Ranunculus flammeus flore albo minor PARK. 1215?
Ranunculus montanus alter plantaginis folio longiore glabro BERARDI JONQ. p. 107.

C. G. loco citato. I. GESNERUS, si recte memini, in M. *Albula.* HUBERUS juxta molem glacialem, ex qua *Rhodanus* oritur, in pascuis udis, haud procul a primo ponte.

Radicis multi napuli, teretes, obtusi. Folia graminea, lineata, in progressu latiora, ex radice semipedem longa: superiora latiuscula sunt, & utcunque amplexicaulia. Caulis pedalis, parum ramosus, in ramis aphyllis longisque unum alterumve florem praefert, album, magnum. Ovarium longius, quam vulgaribus, uti in palustri n. 4.

2. RANUNCULUS erectus, foliis longis, sessilibus, capitulo squamulis distincto.

An *Ranunculi genus aquaticum folio plantaginis* GESN. Coll. p. 100.
An *Ranunculus coronopi folio* CAES. XIV. C. 4. p. 546. Ita mallem.
Ranunculus πλατυφυλλος THAL. p. 100.
Et *αρνογλωσσοφυλλος prior* EJ. ob floris magnitudinem.
Ranunculus lanceatus major TAB. p. 48. bona icon.
Lingua Plinii LUGD. p. 1037.
Ranunculus phoeniceus Myconi? IBID. p. 1035. 1036. Non recedit.
Ranunculus longo folio maximus, lingua Plinii I. B. III. p. 865.
Ranunculus longifolius palustris major C. B. Bas. p. 54. MOR. II. p. 442. aut. de Par. p. 524. I. R. H. VAILL. l. c. p. 52.
Ranunculus flammeus major PARK. SCHWENKF. p. 128.
Ranunculus arundinaceus noster flore amplo splendente HOFM.
β Foliis *serratis* AMBROS. p. 459. cum icone.
γ Quomodo differt *Ranunculus flammeus maritimus Bayonensis* PARK. p. 1215?
δ Et *Ranunculus flammeus latiori folio marginibus pilosis* PLUKN. p. 312.

In fossis aqua plenis *Michelfeldae* C. B. Ego circa *Moratum* reperi, & Bernae in fossa, quae adjacet viae *Worbensi*, ubi a *Muriensi* secedit, & inter *Meiringen* & *Wyler.*

A sequente modice differt. Canlis crassus, fistulosus, erectus, nullasque demittens radiculas, pedalis, cubitalis: folia vero sessilia, nervo nullibi nudo, linguiformia, serrata, aut non serrata; flos amplissimus: semina ovata, conpressa, incurva, squamis fuscis subrotundis distincta.

3. RANUNCULUS foliis ovato lanceolatis, petiolatis, caule declinato CLIFF. p. 228. ROYEN. p. 489.

Ranunculi duodecima species CORD. Hist. p. 121. *b.*
Ranunculus oleae folio S. II. GESN. Hort. p. 475.
Ranunculus palustris GESN. Coll. p. 101
Flammula ranunculus DOD. Purg. p. 292. optime. Pempt. p. 732.
Flammeus ranunculus aquatilis angustifolius, taraconis effigie, flammula vulgo LOB. ic. p. 670.
Ranunculus insectus primus plantaginis folio CAES. L. XIV. c. 4.
Ranunculus αρνογλωσσοφυλλος minor THAL. p. 99. 100.
Ranunculus lanceatus minor TAB. p. 49.
Ranunculus longifolius aliis flammula I. B. III. p. 864.
Ranunculus longifolius palustris minor C. B. H. OX. II. p. 443. T. aut. de Par. p. 135. I. R. H. &c.
β Foliis dentatis, minime diversus, cum in eadem planta utraque varietas reperiatur. Vide iconem C. GESNERI ad CORDI l. c.
Flammula ranunculus folio serrato DOD. Pempt. p. 433.
Ranunculus aquatilis angustifolius serratus LOB. ic. p. 670.
Ranunculus lanceatus serratus TAB. p. 49.
Flammula aquatica LUGD. p. 104.
Ranunculus palustris serratus C. B. Bas. p. 54. I. R. H. &c.
γ Varietas minima.
Ranunculus longifolius minimus reptans BURS. Act. Suec. 1724. p. 505.
Ranunculus palustris angustioribus foliis minimus BROM. Chlor. Goth. p. 95.
Ranunculus foliis linearibus caule repente LINN. flor. Lapon. p. 236. T. 3. f. 5.
Ranunculus repens gramineis foliis e singulis geniculis radice agens AMM. plant. Ruth. p. 80. T. 13. f. 1.
Ranunculus flammeus minimus spergulae folio BUXB. *Cent. V. app.* n. 41.

Prior

Prior α. β. in ſylvarum locis gramineis, quae ſubinde inundantur, vulgaris eſt. Altera ſp. γ. in lapidoſis littoribus lacus *Moratenſis*, *Biennenſis*, cis *Vingels*, & *Neocomenſis*

Caulis ramoſus, partim proſtratus, partim erectus, per intervalla emittit radiculas teretes. Folia ex radice petiolo crena diviſo nixa, rhomboidea, ad caulem pariter verticilli modo utrinque acuta, firmula. Caulis floriger ad pedem & cubitum erigitur in vulgari ſpecie. Flos parvus, croceus, &, ut plerique ranunculi, gummeo ſplendore nitens. Foveola in ungue, labris eminentibus cincta: ſtamina ultra triginta: ovarium convexum, ſeminibus ſedecim & viginti. Tubae non ex mucrone ovi. Varietas γ. folia habet graciliſſima, caulem omnino proſtratum, frequentius radicatum Acerrimus eſt Ranunculorum: Hoc Galli pro veſicatorio utuntur, hoc eodem mendici lata ulcera pueris inurunt, ut miſericordiam hominum in quaeſtum vertant.

4. RANUNCULUS fructu oblongo, foliis inferioribus palmatis, ſummis digitatis LINN. *Cliff.* p. 230. ROYEN. p. 490.

Ranunculi ſecunda ſpecies FUCHS. p. 159.
Apium aquaticum TRAG. p. 93.
Ranunculi ſpec. I. CORD. Hiſt. p. 119. *b.* CAESALP. L. XIV. c. 2.
Ranunculus I. GESN. Hort. p. 275. CAM. Epit. p. 380. optime.
Ranunculus ſardonius GESN. Tab. Coll. p. 100. *b.*
Ranunculus ſylveſtris I. DOD. Purg. p. 278. Pempt. p. 426.
Ranunculus paluſtris TAB. p. 42. BLAKW. T. 259.
Ranunculus paluſtris rotundiore folio LOB. ic. p. 669.
Ranunculus paluſtris flore minimo I. B. III. p. 858.
Ranunculus paluſtris apii folio levis C. B. Baſ. p. 54. H. OX. II. p. 441. T. aut. de Par. p. 34. I. R. H.
Ranunculus paluſtris rotundifolius RAJ. p. 585.

Ad foſſas circa *Baſileam*, *Ebrodunum* &c.

Caulis craſſus, fungoſus. Folia ima petiolata, rotunde triloba, lobis pariter rotunde diſſectis, levia, tenera. Ad caulem vero ſimplicia ſunt, ſine dilatato, trifido, deinde, in ſupremis, integro, obtuſo. Flores parvi, pallentes, ſtamina fere viginti. Fructus longiuſculus, ovatus, ſiliculis in quincuncem diſpoſitis, minimis, quarum breviſſimi apices repandi ſunt. Pro nectario foveola.

Acerrimus eſt, cum & ranunculus ſit, & aquaticus; oves occidere, riſum Sardonium facere dicitur comeſtus. Vide exemplum E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* II. *Obſ.* 81.

5 RANUNCULUS ſeminibus aculeatis, foliis decompoſitis linearibus LINN. *Cliff.* p. 229. ROYEN. p. 491.

Ranunculi hortenſis ſimplicis prima ſpecies FUCHS. p. 157.
Ranunculi 5. ſpecies CORD. p. 120. *b.* bene. cum icone GESNERIANA.
Ranunculus arvenſis aeſtivus GESN. Hort. p. 275.
Ranunculus arvenſis echinatis ſeminibus GESN. Coll. p. 100.
Ranunculus ſylveſtris III. DOD. Purg. p. 280. Pempt. p. 427. egregie.
Ranunculus arvenſis anguſtifolius TAB. p. 47.
Ranunculus arvenſis echinatus C. B. Baſ. p. 54. I. B. III. p. 859. H. OX. II. p. 440. T. aut. de Par. p. 522.
Ranunculus arvorum LOB. ic. p. 665. ex DOD. RAJ. p. 585.

In arvis Helvetiae, exceptis montanis, frequens.

Folia trilobata: laterales lobi petiolati, fiunt ſegmento alio bifido, alio trifido, utroque ad lineam lato, medius autem tribus, omnibus ad originem anguſtioribus. Flos exiguus, pallidiſſimus, ſtamina circiter quindecim; Semina pauca, ad octo, divergentia, rotunda, plana, utraque ſuperficie emittente aculeos. Pro nectario ſquama obſcure cordata.

6. RANUNCULUS radice ſimplici ſubgloboſa LINN. *Cliff.* p. 230. ROYEN. p. 491.

Crus galli BRUNF. I. p. 45.
Laurea DORST. p. 165. *b.*
Ranunculi tertia ſpecies FUCHS. p. 160.
Ranunculus exiguus TRAG. p. 93.
Ranunculi nona ſp. CORD. p. 121. cum icone GESNERIANA.
Ranunculus qui flammula GESN. Hort. p. 275.
Ranunculus V. MATTH. p. 614. CAM. Epit. p. 384. non bene.
Ranunculus tuberoſus DOD. Purg. p. 290. Hiſt. p. 431. bene.
Ranunculi genus lanuginoſum I. CAES. p. 544.
Ranunculus minor TAB. p. 43.
Ranunculus bulboſus LOB. ic. p. 666. RAJ. p. 581. LINN. Lap. n. 229.
Ranunculus tuberoſus major I. B. III. p. 417.
Ranunculus pratenſis repens radice verticilli modo rotunda C. B. Baſil. p. 54. H. OX. II. p. 439. T. aut. de Par. p. 33. I. R. H.

β *Minor* SCHOL. BOT. I. R. H. BUXB. GAR. TILL.
γ *Ranunculus bulbocaſtani radice* MERR. p. 101.
δ *Flore pleno. Pes corvinus* DORST. p. 218. &c.

Vulgaris in hortis, pratisque & ad vias.

Radix globoſa, ſuperne & inferne depreſſior, firma. Folia hirſuta, facile dignoſcuntur, quod in longitudinem protendantur, & trilobata ſint, lobo medio anguſtius petiolato, ſecundo trifido, ejusque medio ſegmento tertio acute triſecto. Superiora folia longa, anguſta, ſimpliciora ſunt. Caulis erectus, pedalis & paulo ultra, parum ramoſus. Flos ſplendide croceus; ſtamina ad ſexaginta; ſquamae convexa linea terminatae, Fructus convexus, obtuſus, tubis breviſſimis, transverſis, ſiliculis levibus, plurimis. Radix acerrima eſt.

7. RANUNCULUS caule ex geniculis radicato, foliorum lobis petiolatis.

Ranunculi genus per terram repens Cronopus GESN. Hort. p. 275.
Ranunculus ſerpens in olera receptus GESN. Coll. p. 101.
Ranunculus hortenſis I. DOD. Purg. p. 274. Pempt. p. 425. icon eximia.
Ranunculus pratenſis etiamque hortenſis, reptante cauliculo LOB. ic. p. 664. eadem icon.
Ranunculus humiſerpens CAES. L. XIV. c. 3. p. 545.
Ranunculus vinealis. Batrachium vineale TAB. p. 54.
Ranunculus dulcis repens SCHWENCKF. p. 177.
Ranunculus repens flore luteo ſimplici I. B. III. p. 419.
Ranunculus pratenſis repens hirſutus C. B. Baſ. p. 53. T. aut. de Par. p. 32. I. R. H. Lap. n. 230.
Ranunculus pratenſis repens RAJ. p. 586. H. OX. II. p. 439.
β Flore *pleno*: an a WAGNERO dictus pro non deſcripto p. 284?
Ranunculus hortenſis inclinans C. B.

Nihil vulgatius in agris, areisque hortorum.

Cum priori n. 6. foliorum habitu fere convenit, lobis etiam magis pediculatis, circumſcriptione triangulari. Differt, quod bulbo deſtituatur, & caulis reptando per intervalla radicularum faſciculos emittat, denique ſapore oleraceo abſque acrimonia. Ad haemorrhoides fomentum utile praebet CHOMEL.

II. Quando hanc notam & folia confero, cum iconibus, non video quomodo diverſus ſit

Ranunculus dulcis, batrachium ſalutiferum TAB. p. 51.
Et *Ranunculus holeraceus major* EJ. p. 52.
Ranunculus holeraceus TRAG. p. 96. deſcr. cum icone, cui praefigitur
Ranunculus ſylveſtris p. 95. haec enim commutatio manifeſta eſt.
Ranunculo cognata herba oleracea GESN. Tab. Coll. p. 101.
Ranunculus II. CAM. Epit. p. 381.
Ranunculus pratenſis erectus dulcis C. B. H. OX. II. p. 439. RAJ. p. 583. I. R. H.

III. Demum ego quidem nondum plantam inveni, ſatis diverſam a priori, pariterque dulcem, quae foret

Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirſutis I. B. III. p. 417. RAJ. p. 582. I. R. H.
Ranunculus BLAKW. T. 31.
Quid autem eſt *Ranunculus pratenſis reptante cauliculo urens* CORNUTI p. 235?

7. RANUNCULUS caule erecto, multifloro, folio pentagono, lobis ſeſſilibus.

Icon BRUNF. I. p. 143. non mala.
Chryſanthemum FUCHS. p. 879.
Ranunculus luteus TRAG. p. 94. icon & Ran. altera ſpecies eid. in deſcr.
Flammula CORDI 5. 6. 8? una, an omnes?
Ranunculus cum plumbo GESN. Coll. p. 100. *b.*
Ranunculi genus hirſutius GESN. Hort. p. 275.
Ranunculus hortenſis II. DOD. Purg. p. 275. Hiſt. p. 426. optime.
Ranunculus pratenſis ſurrectis cauliculis LOB. ic. p. 665. eadem icon.
Ranunculus III. CAM. Epit. p. 382.
Ranunculus pratenſis erectus acris C. B. Baſ. p. 53. H. OX. II. p. 439. T. aut. de Par. p. 32. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 109. ZANICH. p. 223. ic. 108.
Ranunculus rectus non repens flore ſimplici luteo I. B. III. p. 416.
Icon MERIANAE XV. & forte VI.
Ranunculus foliis peltatis, quinqueangularibus, multipartitis, laciniis linearibus CLIFF. p. 231.
β *Maculatus* I. R. H. &c.
γ *Flore pleno* BRUNF. p. 144. SUTH. &c.
δ *Alpinus It. Helvet.* n. 75.

Ubique in pratis, ad rivulorum oras.

Mire ludit, hinc perpetuus character adſignandus eſt. Radix ex oblongo tubere co-

copioſiſſimas fibras rectas demittit. Culmus folioſus, & ramoſus, erectus, multos flores in aequalibus ramis in umbellam praefert. Folia circumſcriptione pentagonia, trilobata, lobis non petiolatis, ſed late conjunctis, lobo medio tripartito, media lacinia tridentata, lateralibus bipartitis: hirſuta caeterum, & frequenter ferruginea macula infecta, quae a pediculi inſertione orta, per totum folium ſe diſpergit. Flores ſplendentes priorum.

Acris eſt, pro veſicatorio uſurpatur, & ad febrientium carpos adplicatur, felici aliquando ſucceſſu ACT. VRATISL. 1719. *M. Aug.* Ad dolorem capitis eodem veſicatorio utebatur familiariter N. CHESNEAU p. 11. 12. 14. 15. 420. & nuper BAGLIVUS, olimque ab agyrta arthriticum eodem fomento ſanatum lego, quem fruſtra curaſſent FABRICIUS & CAPIVACCIUS.

8. RANUNCULUS....

I. *Ranunculus magnus valde hirſutus flore luteo* I. B. III. p. 417. RAJ. p. 582. RUPP. VAILL. 1719. p. 54.

II. *Ranunculus montanus lanuginoſus foliis ranunculi repentis* RAJ. Syllog. Exter. p. 214. in M. *Saleva* I. I. SCHEUCHZ. It. I. p. 47. an WAGNER. p. 284. I. R. H. Quam vero hoc nomine C. B. deſcribit *Prodr.* p. 96. omnino ad repentem pertinere videtur, ob *petiolos*, quos citat, foliorum.

III. *Ranunculus montanus ſubhirſutus geranii folio* C. B. Baſ. p. 54. I. R. H.

Ranunculus montanus ſubhirſutus latifolius C. B. Prodr. p. 96. bona ic. RAJ. Syllog. Ext. p. 216 Hiſt. p. 594*.

Huc porro pertinet

Aconitum V. CAM. Epit. p. 830.

Ranunculus Cordi ſextus THAL. p. 99.

Ranunculus alpinus luteus maximus SCHWENCKF. p. 179.

Ranunculus nemoroſus hirſutus folio caryophyllatae LOES. p. 220. ic. 71.

Ranunculus πολυπλατυφυλλος *noſter* HOFM.

Ranunculus montanus aconiti folio magno flore BUXB. Hal. p. 277.

Ranunculus ſylvaticus latifolius hirſutus flore luteo SIEGESB. p. 93.

C. B. n. III. in M. *Muteto*, ibique I. B. ſuum I. RAI. n. II. in M. *Saleva*. Ego paſſim in ſylvis montanis v. g. inter *Hub*, & *Thorberg-Alp* &c.

Non ſatis a priori n. 7. diverſus videtur; vaginae enim fulvis pilis hirſutae, folia ampliſſima, vitiginea, valde hirſuta, flos & caulis ſpecioſae magnitudinis, non videntur ſufficere poſſe, neque aliam notam invenio, dudum ſpeculatus.

9. RANUNCULUS foliis quinatis, lanceolatis, inciſo-ſerratis LINN. *Cliff.* p. 229. ROYEN. p. 490.

I. *Ranunculus montanus IIII.* CLUS. Pannon. p. 369. 370. Hiſtor. p. 236.

Ranunculus montanus aconiti folio albus flore majore C. B. RAJ. Syllog. p. 214. I. R. H. &c.

Ranunculus montanus II. GESN. Hort. p. 275. Videtur.

Ranunculus flore albo alpinus major I. B. III. p. 860. ex CLUSIO, RAJ. p. 589. cum *.

Pſeudohelleborus ranunculoides albus flore ſimplici majori H. OX. III. p. 461.

II. *Aconito cognata herba* GESN. Hort. p. 245?

Ranunculus montanus tertius fidertſche EJ. Coll. p. 101.

Ranunculus albus major EJ. Hort. App. p. 295. Fract. p. 65.

Herba lycoctoni majorisve geranii foliis CORD. Sylv. p. 222.

Aconitum III. MATTH. p. 1086. etſi flores dicat purpureos. Omnino.

Ranunculus quartus CAM. Epit. p. 383. optima icon.

Ranunculus albus externorum quartus DOD. Purg. p. 288. ic. p. 286. *quintus* EJ. Pempt. p. 430. ic. p. 429.

Ranunculus albo flore a Dod. deſcriptus CLUS. Pann. p. 369.

Ranunculi montani IIII. ſp. altera EJ. Hiſt. p. 236.

Ranunculus albus flore ſimplici LOB. p. 668. ic. DOD.

Aconitum batrachioides EJ. ib.

Ranunculus maximus λευκανθεμος *ſive aconitiformis* THAL. p. 101.

Ranunculus albus ſimplici flore I. B. III. p. 859. RAJ. p. 589.

Ranunculus montanus aconiti folio albus flore minore C. B. I. R. H. &c.

Ranunculus albus apenninus ſaniculae majoris folio BARR. ic. n. 88.

Aconitum ranunculoides flore ſimplici minore H. OX. III. p. 461.

β *Flore pleno* in hortis frequens.

Frequens ubique in altioribus ſylvis *Jurae* M. & in paſcuis alpinis circa mapalia. Major in Jura, ad 3. 4. pedes adſcendit, in alpibus dodrantalis eſt.

Folia trilobata, lobis lateralibus profundiſſime ſectis, ut quinque adeo portionibus digitata videantur. Harum mediae ſemitrifidae, laterales ſimplices ſunt, longe

rhomboideae, margine acute ſerrato, nervis ſubtus eminentibus. Caules ramoſi, multiflori. Flos unciae diametro albus; ſquama acuminata. Vix acris eſt.

10. RANUNCULUS caule multifloro, foliis multifidis, calyce floris albi villoſo.

Ranunculus montanus purpureus, calyce villoſo Fel. Plateri I. B. III. p. 862. RAJ. p. 590. ex I. B. Syll. p. 216. H. OX. II. p. 448. I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 139. T. 20. f. 1. non bene. It. IV. p. 339. deſcript.

Ranunculus alpinus foliis crithmi craſſioribus, floribus albis vel carneis SCHOL. PARIS p. 12.

Ranunculus alpinus roſeus albus calyce hirſuto RUDBECK. p. 99. & *purpureus* EJ.

Ranunculus caule bifloro calyce hirſuto LINN. Lapon. n. 233. T. 3. f. 1.

Hic reliquis rarior eſt. PLATER ex alpibus Valeſiacis habuit. SCHEUCHZERUS legit in nivoſis cacuminibus *Septimi* M. & in alpe *Piora* Lepontinae vallis. Ego copioſe in vallecula ſumma M. *Furcae*, ex cujus aeternis nivibus *Urſae* occidentalis prima ſtamina proveniunt.

Radix fit ex multis napulis ſucculentis, teretibus, obtuſis. Caules ſemipedales, folioſi & ramoſi, multiflori, ſucculenti. Folia ſucculenta, luteola, multum diviſa, trilobata, lobo quovis petiolato, ſecundo tripartito, lobulis denuo petiolatis, multifidis, lanceolato fine. Flos ſpecioſa magnitudine, uncia latior. Calyx villo fulvo pulchre pubeſcit. Floris petala rotunda, alba, aut modica purpura tincta.

11. RANUNCULUS caule aphyllo, unifloro, foliis rotundis, ſemitrifidis.

α *Jegerkraut* ARET. p. 234. *b.* FABRIC. Gal. p. 235. *b.*

Ranunculus montanus minimus, jaegerkraut GESN. Hort. p. 275.

Aconito cognata herba ſchneeblumen? GESN. Hort. p. 245?

Ranunculus alpinus, petraeus, albus, ex M. Pilati GESN. Coll. p. 101.

Ranunculi montani I. ſp. I. CLUS. Pann. p. 363. 364. Hiſt. p. 234.

Ranunculus montanus DOD. p. 429. cum icone varietatis majoris.

Ranunculus minimus alpinus albus (& luteus) I. B. III. p. 461. cum icone exteriori, male vero conjungit luteum. MORIS. II. p. 488. RAJ. p. 590*.

Ranunculus alpinus humilis rotundifolius flore minore C. B. RAJ. Syll. p. 215. I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 339. recte conjungit utrumque α. & β.

Ranunculus montanus albus humilior RAJ. p. 590*. denuo.

Ranunculus humilis rotundifolius flore minore H. OX. II. p. 448. denuo.

Ranunculus tertius MARTENS Spizberg C. IV. T. H. lit. *e.*

An *Ranunculus caule unifolio & unifloro foliis tripartitis* LINN. Lap. n. 231. T. 3. f. 4. Omnino, niſi florem diceret luteum.

β Varietas major

Ranunculi montani I. ſp. altera CLUS. Pannon. p. 363. 365. Hiſtor. p. 234.

Ranunculus montanus flore majori DOD. Hiſt. p. 429. Icon vero nomine *montani* proponitur.

Ranunculus alter flore albo DE BRY Floril. T. 69.

Ranunculus alpinus humilis rotundifolius flore majore C. B. RAI. Syllog. Exter. p. 215. Hiſtor. p. 590*. I. R. H. MURALT. p. 621. 730. SCHEUCHZ. It. I. p. 47. It. VII. p. 517. *Ranunculus* 58. H. OX. II. p. 449.

In *Jurae* & Alpium cacuminibus lapidoſis ubique, quando nives defluxerunt.

Priori n. 10. ſatis ſimilis, diverſitatibus tamen propriis ſeparatur. Folia in univerſum orbicularia, hilo exciſa, ad dimidias triſecta, lobo quolibet rotunde trifido, lobulis late & ſimpliciter crenatis. Alias, absque loborum diviſione, folium rotunde circum ſerratum eſt. Caeterum ſucculenta ſunt, nitida, levia. Caules aphylli ex radice, unica fere aut duplici ligula folioſa praediti, ex alba vagina orta, uniflori, raro biflori. Flos minor uncia: calyce pallido, non villoſo. Petala alba, ora cordata. Ovarium hemiſphaericum. Acerrimus eſt. Arthritidem ſanatam veſicatorio ex hoc ranunculo facto, recenſet CONSTANT. *Medic. Helv. obſ.* 20. Aquam inde deſtillari, valide purgantem, C. GESNER.

12. RANUNCULUS caule unifloro, foliis radicalibus palmatis, caulinis multipartitis, ſeſſilibus LINN. *Lapon.* n. 232. T. 3. f. 2.

Ranunculus minimus alpinus (albus &) *luteus* I. B. III. p. 861. cum icone interiori.

Ranunculus ſecundus MARTENS C. IV. T. G. f. *e.*

Ranunculus ſaxatilis magno flore SCHEUCHZ. It. I. p. 46. in M. *Joch. Laubersgrad* &c. An & C. B. Prodr. p. 46. PARK. Theatr. p. 238. RAI. Syllog. p. 216. Hiſtor. p. 595. TOURN. Schol. Bot. p. 21. I. R. H. TILL. p. 144. Sed iſte Monſpelii naſci dicitur, cum noſter ſummarum ſit alpium.

In

In alpibus ſolis, neque hactenus in *Jura* M. lectus. Legi in *Gemmio, Gotthardo, Neunenen* &c. cum albo n. 11., quo tamen rarior eſt.

Caulis ſubhirſutus, triuncialis. Folia glabra, ex radice evidentius trifida, minus rotunda, lobi ſeſſiles, laterales bifidi. Ad caulem unicum folium, non ſerratum, trifidum, quinquefidum, latiusculum, lanceolatum. Calyx hirſutulus. Flos unicus, luteus, ſplendens, dodrantem unciae latus. Conf. *It. Helvet.* LXXII. LXXVI.

13. RANUNCULUS . . . .

Ranunculus montanus tenuifolius luteus I. B. III. p. 416. RAI. Syll. p. 216. Hiſt. p. 582.

In M. *Thuiri* cum Thora.

Parum a priori n. 12. differt, & forte nihil. Altior eſt, folia ad terram acutius diſſecta, triloba, lateralibus lobis profundiſſime bifidis, lobulis acute tridentatis: ad caulem ſimiliter ſimplicia & digitata, ternata aut quinata, ſed anguſtiora. Flos unicus, ſimilis. Conf. *It. Helv.* LXXIII. LXXVII.

14. RANUNCULIS foliis radicalibus reniformibus, crenatis, caulinis digitatis ſeſſilibus ROYEN p. 490.

Ranunculi prima ſpecies ſylveſtris FUCHS. p. 156.
Ranunculus dulcis ſ. pratenſis TRAG. p. 97. icon.
Ranunculus ſylveſtris ſ. 2. deſcr. ib.
Ranunculus ſylvaticus Trago & Dodonaeo dictus GESN. Hort. p. 275.
Ranunculus auricomus DOD. Ic. Vet. p. 408. THAL. p. 99.
Ranunculus auricomus, ranunculus dulcis Tragi LOB. p. 669.
Ranunculus rotundifolius vernus ſylvaticus I. B. III. p. 857. VAILL. 1719. p. 53.
Ranunculus nemoroſus vel ſylvaticus folio rotundo C. B. Baſ. p. 53. H. OX. II. p. 438. TOURN. aut. de Par. p. 522. I. R. H.
Ranunculus nemoroſus dulcis ſecundus Tragi RAI. p. 484.
Non audeo conjungere iconem LOESELII n. 72. quod folia ad caulem ſerrata pingantur.

In umbroſis, ad ſepes, non infrequens.

Folia ad terram pediculata, ambitu ſubrotundo, aut leniter cordato, hilo inciſo, rotunde crenato. Proxima, & quandoque radicalia, trilobata. Caulis folioſus & ramoſus, pariter cum foliis glaber, tenerque. Folia ad caulem palmata, quinque longis, non ſerratis, gracilibus portionibus. Flos ex paulo minoribus hujus gentis: ſtaminibus quinquaginta. Totus mitis eſt & oleraceus.

Varietatem vidi, quae petala nulla habebat, calycem vero ſemi-floralem: neque a. 1740. facile alia exemplaria inveni.

15. RANUNCULUS foliis radicalibus cordato-ſubrotundis, caulinis tripartitis, ſeſſilibus lanceolatis, integerrimis ROYEN p. 491.

Thora quam ante 20. annos dixi aconitum eſſe C. GESN. Epiſt. p. 9. (a. 1562.
Aconitum primum pardalianches GESN. Hort. p. 244. *b.*
Thora major GESN. de *Acon.* p. 4. CAM. Epit. p. 826.
Et *Thora minor* GESN. de *Acon.* CAM. Epit. p. 826.
Aconitum pardalianches MATTH. p. 1084. ſed male ita vocari idem contendit p. 384. 385.
Ranunculus grumoſa radice III. CLUS. p. 239. bene pentapetalum pingit.
Phthora valdenſium montis baldi ID. ib. ex LOBELIO, pariter pentapetalum facit.
Phthora valdenſium LOB. Adv. p. 263. Ic. p. 604.
Thora valdenſis DOD. Hiſt. p. 443. Purg. p. 322. ic. CLUS. RAJ. Syll. p. 248. Hiſt. p. 591.
Thora montis Baldi TAB. p. 585. ad LOBELIUM.
Thora ſabaudica EJ. ib. ad CLUSIUM.
Thora valdenſis mas EJ. p. 586. pariter.
Et *Thora valdenſis femina* EJ. ib. Omnes hae icones pentapetalae ſunt.
Thora valdenſium aconitum I. Dioſcoridis GESNERO LUGD. p. 1735.
Lineum pardalianchis genus uno tantum folio ID. p. 1738. bona icon.
Limeum alterum duplici folio LUGD. p. 1739. ex MATTH.
Aconitum pardalianches primum ſ. thora major C. B.
Aconitum pardalianches alterum ſ. thora minor EJ.
Thora folio cyclamini I. B. III. p. 650. ex CAM.
Ranunculus aſphodeli radice dictus phthora minor H. OX. II. p. 449. & *major* ib.
Ranunculus cyclamini folio aſphodeli radice major I. R. H. TIT. TILL. BOERH. & *minor* ib.
Aconitum pardalianches ſ. thora valdenſium MUR. p. 701.
Huc icones WEINM. T. 24. *d. e.* T. 25. *a.*

Ex Valeſia habuit a COLLINO C. GESNERUS. Ego poſt LOBELIUM. I.B. & RAIUM in M. *Thuiri* ſummis paſcuis copioſe legi anno 1736. MURALTUS in *Praetigovia* circa acidulas *S. Mauricii.*

Radix fit multis oblongis bulbillis, in uno caule convenientibus. Caulis unicus, firmus, ſimplex

ſimplex, dodrante minor, uniflorus & biflorus. Folium primum unum, raro duo, glauca haec, dura, nervoſa ambitu reniformi, ora rotunde denticulata, dentibus e regione pediculi maximis. Alterum perpetuum, ſuperius ad caulem profunde & acute trifidum, & tertia ſaepe ſimplex ligula. Flos parvus Ranunculi n. 5. non ſplendens, pallidus, ſemper pentapetalos. Fructus convexus, ſiliquis ſubrotundis, tuba oblonga, non decidua, ex medio.

Icones GESNERI, CAMERARII, & MATTHIOLI ad ſiccam plantam factae, inpoſuerunt RUPPIO, ut tetrapetalam eſſe perſuaſus, novum genus fecerit.

Venenum atrociſſimum eſſe fere communi conſenſu Scriptorum traditur, & hoc ipſo Alpium Cottiarum incolae dicuntur olim ſagittas ſuas imbuiſſe, quarum vel leviſſima vulnera certam mortem inferebant, LOBEL. *Adv.* p. 263. Eamdem hiſtoriam de Veratro narrant alii.

ORDO II.

FLORIBUS SINGULARIBUS EX ALIS FOLIORUM.

RANUNCULOIDES VAILL.

16. RANUNCULUS foliis inferioribus capillaceis, ſuperioribus peltatis LINN. *Lapon.* n. 234. ROYEN. p. 492.

\+ *Ranunculus aquaticus hepaticae facie* LOB. Ic. II. p. 35.
Ranunculus aquatilis DOD. p. 387. RAI. p. 586.
Ranunculus aquaticus, cui utrumque foliorum genus CAES. L. XIV. c. 2. p. 544.
Hepatica paluſtris THAL. p. 56.
Hepatica aquatiqua ſ. paluſtris LUGD. p. 1021.
Ranunculus aquaticus folio rotundo & capillaceo C. B. MORIS. II. p. 442. TOURN. aut. de Par. p. 524. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 109.
Ranunculus aquatilis albus tenuifolius I. B. III. p. 781.
Ranunculus aquaticus albus lato & foeniculi folio BARREL. ic. p. 565.
Ranunculoides foliis variis VAILL. 1719. p. 49.

In *Helvetia* non ubique frequens. *Baſileae* reperi in ſcrobibus ad *Wieſam*, cum ſuperato ponte fluvium relegerem. Inter novum pontem & *Ortſchwaben* in rivulo inter duas ſylvas, leucae a *Berna* diſtantia.

Hic, cum ſociis, caules habet longe fluitantes, ramoſos, per intervalla demittentes radiculas. Folia ima circumſcriptione utcunque rotunda ſunt, ſed capillacea diviſione. Folia ſuprema, natantia, triloba, lobis lateralibus bifidis, modo integris, modo in lobulos ſemel, bis & ter diviſis, ſed lata ſemper, & lucida. Folium & floriger pediculus ex una vagina. Flos unicus, albus, unguibus luteolis, valde caducus. Fructus hemiſphaericus, ſiliculis in transverſum rugoſis, tubam oblique emittentibus.

17. RANUNCULUS foliis capillaceis, circumſcriptione vaga, brevioribus.

Alga prima TRAGI p. 687.
Ranunculus quartus GESN. Ind. p. 100.
Ranunculus tertius EIUSD. Hort. p. 275.
* *Ranunculus chamaemeli foliis* GESN. Tab. Coll. p. 101. & *minimum genus foliis .. ut in cotula* EI. Coll. p. 100. *b.*
Millefolium aquaticum quoddam EI. p. 90. *b.*
Millefolium maratriphyllum tertium flore & ſemine ranunculi aquatici hepaticae facie LOB. ic. p. 791.
Ranunculus aquaticus alter CAES. L. XIV. c. 2.
Foeniculum aquaticum tertium TAB. p. 71. commode.
Ranunculus trichophyllon aquaticus medioluteus COLUMN. p. 315. ic. p. 316.
Ranunculus aquatilis omnino (tenuifolius) I. B. III. p. 781.
Millefolium aquaticum foliis abrotani ranunculi flore & capitulo C. B. Baſ. p. 43. HOFM.
× *Ranunculus aquaticus capillaceus* C. B. ex COL. H. OX. II. p. 442. TOURN. aut. de Par. p. 298. I. R. H.
Ranunculus aquatilis omnino tenuifolius RAI. p. 586.
Ranunculus aquaticus albus foeniculi folio BARR. ic. 566.
Ranunculoides foeniculi folio breviore VAILL. 1719. p. 49.

In ſtagnis & foſſis frequens.

Flos & caulis prioris, differt autem foliis nullis latioribus, aut circumſcriptione rotundis, ſed fluitantibus omnibus magis teretibus & capillaribus, figurae minus definitae.

18. RANUNCULUS foliis omnibus capillaceis, circumſcriptione rotundis, LINN. *Cliff.* p. 232. ROYEN. p. 492.

Mille-

Millefolium aquaticum cornutum majus C. B. Basil. p. 43. (in horto sicco vero fuit miscela diversarum plantarum) PARK.
Millefolium aquaticum cornutum C. B. Prodr. p. 73. cum icone non optima I. B. III. p. 784. ex fratre, HOFM. &c.
Millefolium aquaticum cornutum flore albo parvo tetrapetalo H. OX. III. p. 622.
Ranunculus aquaticus albus circinatus, tenuissime divisis foliis, floribus ex alis longis pediculis innixis PLUKN. p. 311. T. 55. f. 2. RAI. Synops. III. p. 249.
Ranunculoides folio circinato tenuissime diviso VAILL. Mem. 1719. p. 49.
Ranunculus aquaticus folio circinato LINDERN. p. 51. pro novo.

In Helvetia minus rarus est. C. B. circa *Hiltelingen.* I. B. *Genevae* circa Nosodochium. Ego passim in fossis *Nidoviae*, circa *Erlach*, & *Mathod.*

A priori n. 17. modice differt. Folia magis caulem ambeunt, accurate in circulum inscripta, firmula, tenuissime dissecta, lobis densius, quam in aliis congestis.

19. RANUNCULIS foliis omnibus capillaceis circumscriptione oblongis ROYEN. p. 492.
Millefolii species cauliculis fluitantibus imbecillis longis THAL. p. 77.
Foeniculus aquaticus LUGD. p. 1023. utcunque.
Millefolium aquaticum foliis foeniculi, ranunculi foliis & capitulo C. B. Basil. p. 43.
Ranunculo s. polyanthemo aquatili albo affine millefolio maratriphyllum fluitans I. B. III. p. 782. non male, RAI. p. 586.
Millefolium aquaticum filamentis foliaceis LOES. p. 165.
Ranunculus aquaticus albus fluitans peucedani folio HERM. Hort. Lugd. Bat. p. 516. TOURN. aut. de Par. p. 524. I. R. H.
Ranunculoides foeniculi folio longiore VAILL. p. 1719. p. 49.

Basileae in scrobibus ad Wiesam.

Et ipse a priori n. 17. non maxime differt. Folia nempe minus frequenti divisura, angulis vero divisionum acutissimis, ad aliquot uncias longa. Flos inter cognatos major, uncialis. Color idem, & in macula lutea foramen margine tumente cinctum, similis etiam convexa placenta, & ova ovalia. Stamina pariter viginti ad triginta. Ut dicam, quod verum est, Cl. LUDWIGII in epistola proposita conjectura minime inprobabilis videtur, omnes nempe quatuor species eamdem omnino esse plantam, aliquando a fluento inclinatam in varietate 18. alias in semisiccis fossis folia minus findentem, in n. 15. Quam interim, dum experior, nolui reticere summa certe est floris, & habitus vicinitas.

ANEMONE.

ANEMONOIDES. HOTTON. apud RAI. *Method. app.* p. 190. BOERHAAV. p. 36. VAILL. l. c. p. 39.
ANEMONOIDES DILLENII.
& *ANEMONE RANUNCULUS* EIUSD. in nov. spec.
RANUNCULI sp. T.
ANEMONE TOURN. T. 147.
ANEMONE LINN. n. 459.
& *PULSATILLA* T. T. 148. LINN. n. 458.

Olim JUNGIUS separavit Anemonen nemorum albam a Ranunculo, quod hexapetala esset. Deinde HOTTONUS ob florem nudum. BOERHAAVIUS ob hanc notam, & folia terna circa caulem, qualia sunt Anemones. Ob eam vero notam, methodum naturalem secutus, ad Anemonen reduxit BLAIR *essais* p. 168. & LINNAEUS. Rara enim in foliis adfinitas non permittit separare, Anemonoiden ab Anemone, ob sola semina glabra, quae Anemonae hirsuta sunt, neque Pulsatillam, etsi tuba longa, & plumosa ornetur. Quod enim calycem vocat LINNAEUS, sunt terna ad caulem folia, Anemonae propria, & in quibus characterem specificum pono. *Anemone-Ranunculus* denique, solo flore pentapetalo diversus, non est genus naturale.

ORDO I.
I. SEMINE LEVI, BREVI TUBA.

1. ANEMONE semine levi, petalis quinis, subrotundis, luteis.
Ranunculi quarti species lutea FUCHS. p. 162.
Tertia ranunculi species flore luteo TRAG. p. 95.
Tertia ranunculi species CORD. Hist. p. 120.

Anemone adnumerandus ranunculus phragmites flore luteo GESN. Hort. p. 246. *b.*
Anemone sexta DOD. p. 485.
Sylvarum ranunculus flore flavo CLUS. Hist. p. 246. absque icone, *toto luteo* Pann. p. 385.
Nemorosus ranunculus luteus LOB. Ic. p. 674.
Anemone montana flore luteo CAES. L. XIV. C. 10.
Ranunculi tertii sp. I. & II. THAL. p. 96. 97.
Ranunculus nemorosus floore luteo AICHST. Vern. Ord. 1. T. 3. f. 2. male.
Ranunculus phragmites luteus nemorosus I. B. III. p. 413.
Ranunculus nemorosus luteus C. B. Bas. p. 53. TAB. p. 44. HOFM. T. aut. de Par. p. 522. I. R. H.
Anemone nemorum lutea RAJ. p. 625.
Anemonoides flore luteo unico BOERH. p. 36.
Anemonoides lutea interdum monanthos interdum biflora, aut triflora VAILL. l. c. p. 41.
Anemone seminibus acutis, foliis incisis, petalis subrotundis, caule saepius bifloro LINN. Cliff. p. 225. ROYEN. p. 488.
β *Ranunculus nemorosus foliis minoribus eleganter incisis flore luteo simplici* PLUKN. p. 310. I. R. H.

In Germania frequens, Helvetiae rarus hospes est I. B. *Genevae* invenit. C. B. in *Mönchenstein*, in alneto ad *Wiesam*. Copiose reperi Basileae ad *novam domum*, in pomario, ubi olim C. B.

Radix transversalis, cylindrica. Caulis ad angulum rectum ex radice surgit, unicus, nunquam ramosus. Folia terna ex uno puncto, triloba, lobis rotunde multifidis. Ex divisione foliorum unus, & alter pediculus floriger, brevis, ut flos parum super folia emineat. Flos quinque fit petalis subrotundis. Stamina circiter 50. Fructus convexus, capsulis acute caudatis.

2. ANEMONE semine levi, petalis senis, ellipticis.

Sanicula minor quibusdam BRUNF. L. II. p. 84.
Ranunculus quartus Dioscoridis Seniclon RUELL. p. 427.
Ranunculi quarti species lactea FUCHS. p. 161.
Tertia ranunculi species TRAG. p. 95. & *Ranunculus candidus* in icone ex FUCHSIO.
Ranunculi quarta species CORD. Hist. p. 120.
Ranunculi genus quartum Fuchsio GESN. Coll. p. 100.
Anemone V. DOD. Purg. p. 300. Hist. p. 435. bona ic.
Sylvarum Ranunculus flore lacteo CLUS. p. 246. ic. ex DOD.
Nemorosus ranunculus LOB. Ic. p. 673.
Anemone montana flore lacteo CAES. L. XIV. C. 10.
Ranunculus nemorosus albus AICHST. Hyb. T. 6. f. 4.
Anemone nemorosa C. B. Bas. p. 52. *flore majore* P.
Ranunculus phragmites albus (& purpureus) *vernus* I. B. III. p. 412.
Anemone nemorum alba RAJ. p. 624.
Ranunculus phragmites vernus albus TOURN. aut. de Par. p. 135. I. R. H.
Ranunculus nemorosus flore majore H. OX. II. p. 437.
Anemonoides flore albo BOERH. p. 36.
Anemonoides vulgaris monanthos flore albo VAILL. p. 39.
Anemone seminibus acutis, foliolis incisis, caule unifloro LINN. Cliff. p. 225. ROYEN. p. 488.
β *Flore dilute purpureo* TAB. p. 45. PARK.
γ *Flore sature purpureo* TAB. p. 46. PARK.
δ *Stigmatoides. insectorum vicium* HOFM. MENZ. BROM.
ε *Flore pleno* CLUS. p. 247. ACT. URAT. 1722. M. Jul. &c.

In omnibus sepibus & dumetis primo vere.

Facies tota prioris. Flos unicus, major, petalis, perpetuo pluribus, quam quinque, longioribus, albis, aut carneo colore pictis; petiolus longior, ut insigniter super folia efferatur, & saepe propendeat.

Hunc ad tineam cataplasmatis specie expertus laudat CHOMEL.

*3. ANEMONE monanthos flore albo minor VAILL. p. 40.

Anemone nemorosa flore minore C. B. P.
Ranunculus nemorosus anemones flore minor C. B. Prodr. p. 95. BOT. MONSP. p. 219.
Ranunculus nemorosus minimus albus PARK. p. 325.
Varietas *flore pleno* MENZER. Pugill.

C. B. in altissimo monte ad *Curiam* Rhaeticam. Sed videtur varietas.

Omnia minora: foliis tribus, unico prioris nihilo majoribus. Reliqua prioris n. 2.

4. ANEMONE multiflora semine levi, latissimo, petalis senis, ex rotundo acutis.

α *Ranunculus quidam cubitalis trollio cognatus* FABRIC. Galand. p. 235. *b.*
Aconito cognata herba GESN. Hort. p. 245. Omnino, ut nunc demum video.
Ranunculus IIII. MATTH. Magn. ic. p. 613. & Comp. Ital. p. 351. omnino videtur.

Raunn-

Ranunculi montani II. ſpecies altera CLUS. p. 235. opt. ic.
Ranunculus alpinus narciſſi flore EJ. Pann. p. 366. I. B. III. p. 860.
Pulſatilla trianthos ſulfurea ſemine non pappoſo BARR. Ic. p. 494. Omnino.
Ranunculus montanus hirſutus humilior narciſſi flore C. B. H. OX. II. p. 448. RAJ. Syllog. Exter. p. 215. Hiſt. p. 590*. I. R. H.
Anemonoides polyanthos hirſuta flore albo VAILL. p. 41.
β Varietas elatior
Ranunculus montanus ſecundus CLUS. Pannon. p. 363. Hiſtor. p. 235. abſque icone.
Ranunculus montanus hirſutus albus elatior C. B. RAJ. Syll. p. 215. Hiſt. p. 589. SCHEUCHZ. It. IV. p. 339. (recte conjungit varietates) *altior* H. OX. II. p. 447. I. R. H.
γ *Ranunculus montanus III.* CLUS. p. 235. iconem proponit a PENNAEO acceptam, cum calyce & petalis ſubrotundis.
Aconitum candidum acaulon Dalech LUGD. p. 1743.
Ranunculus montanus hirſutus flore purpuraſcente C. B. I. R. H. MURALT. p. 620. SCHEUCHZ. It. I. p. 47. It. VII. p. 518.
Ranunculus montanus albus hirſutus I. B. III. p. 861. RAJ. p. 589. PLUKNET.
Anemonoides polyanthos hirſuta purpuraſcente flore VAILL. p. 42.
δ *Caryophyllata pentaphyllaea* LOBELII Ic. p. 696. omnino videtur huc pertinere.
ε Icon *Ranunculi orientalis aconiti lycoctoni folio, flore magno albo, & purpuraſcente* TOURN. Voy. au levant. III. p. 92. optime noſtram plantam exprimit.

Minime rara eſt in alpinis, & montanis altioribus. Nullibi frequentiorem vidi, quam in M. *Falconario.* In Toggicis Alpibus MURALT.

Radix perennis, lignoſa, fibras demittit graciles. Caules ex una radice multi, pedales, cubitales. Folia ad terram, ambitu orbiculari, trilobata, ſed lobis lateralibus profundiſſime bifidis, ſegmentis ampliter trifidis, hirſuta, mollia, reduplicata, uti in Aconito, quod nobis 2. eſt. Ad caulem ſupremum terna, parva, profunde inciſa, ſed ſimpliciter. Ex ſuprema corona foliorum petioli, ſex, octo, floribus umbellatis onuſti. Hi petalis ſunt ex lato ortu acuminatis, ſubhirſutis, craſſulis, albis, extus ſubpurpureis, fere ſex, aut ſeptem, plerumque conniventibus. Siliquae multum diverſae a prioribus, magnae rotundae, planae, conpreſſae, vel absque ſpiculo, quod de Tuba reliquum eſt, vel eo breviſſimo.

ORDO II.
SEMINE HIRSUTO.
TUBA LONGISSIMA PLUMOSA.
PULSATILLA AUCTORUM.
I.
FOLIIS OMNIBUS SIMILIBUS.
ANEMONAE LINN.

5. ANEMONE tubis caudatis, foliis omnibus duplicato pinnatis, pinnulis remotis, albo flore.

Ranunculi XI. ſpecies CORD. Hiſt. p. 121. *b.*
Zweyte bizwurz ARET. p. 234. *b.*
Anemone quaedam alpina GESN. Fract. p. 64.
Graue bergmännlein flore albo EJ. Hort. p. 247.
Pulſatilla flore albido LOB. Adv. p. 114. DOD. Purg. p. 294. Pempt. p. 433.
Anemone ſylveſtris II. CLUS. Pannon. p. 382. Hiſtor. p. 245. cum bona icone.
Pulſatilla alba LOBEL. ic. p. 282. ex CLUSIO. I. B. III. p. 410. cum icone flor. Cuculi PARK. RAJ. p. 634. Syllog. Exter. p. 210.
Anemone flore candido THAL. p. 15.
Pulſatilla III. alba TAB. p. 30.
Pulſatilla alba Lobelii LUGD. p. 849. PLUKN. p. 308.
Pulſatilla nivea alpina SCHWENCKFELD. p. 171.
Pulſatilla ſylveſtris DE BRY T. 56.
Pulſatilla flore albo C. B. Phyt. P. JONQ. CHABR. MORIS. Hort. Bleſ. & Hiſtor. II. p. 429. TOURN. Schol. Bot. & I. R. H. TIT. TILL. WALTHER. MILLER. WAGNER. HELWING. de Pulſat. Camp. p. 70. qui plantam non videtur vidiſſe.
Pulſatilla folio craſſiori & majore flore SCHEUCHZ. It. IV. p. 339. omnino.
β Quomodo differt
Anemone alpina alba major C. B. Prodr. p. 94. & WAGNER. p. 271. & *minor* C. B. ib.

Non rara in ſaxoſis Jurae culminibus, alpiumque. In M. *Chaſſeral*, *Falconario*, *Thuiri*, *Waach* &c. In M. *Bructero* minor, levis, flore penitus candido, copioſe provenit.

Craſſa radix, ſcabra, lignoſa, perennis, folia emittit ſimilia ſuperioribus. Caulis nudus, ſub flore tria folia educit, minute diviſa, circumſcriptione triangularia, viridia, hirſuta, mollia, pinnis, & pinnulis ramoſis, ultimis laciniis ſenſim decreſcentibus, acute dentatis, dentibus inciſis. Flos unicus, longe ſupra folia elatus, magnus, connivens, fit plerumque petalis ſex, & ultra, ex latitudine breviter acuminatis, craſſulis, albis, extus hirſutis & coeruleis. Stamina numeroſiſſima. Semina hirſuta, per maturitatem globum faciunt, undique echinatum tubis longis, plumoſis, fine ſimplici, nudoque.

6. ANEMONE tubis caudatis, foliis omnibus duplicato pinnatis, pinnulis confertis, luteo flore.

I. *Rariſſima planta in ſummis jugis flore luteo ranunculi majoris fruticoſior* GESN. Epiſt. p. 89. *b.* *foliis tenuiter inciſis, acerrima* EJ. p. 93. *b.*
Bergmännlein flore luteo GESN. Hort. p. 247.
Pulſatilla lutea CAM. Epit. p. 393. bene LOB. Adv. p. 114.
Anemone ſylveſtris tertia CLUS. p. 245.
Pulſatilla I. DALECH. p. 850. cum icone non ſimillima noſtrae.
Pulſatilla luteo flore DOD. Pempt. p. 433. Purg. p. 294. abſque icone C. B. Phyt. p. 318. ex CAM.
Pulſatilla lutea apii folio EJ. ib. ex DALECH.
Pulſatilla lutea alpina hiſpidior C. B. ex I. LUGD. H. OX. II. p. 429. HELWING. p. 72. ex aliis I. R. H. MILL. MURALT. p. 617.
II. *Pulſatilla III.* DALECH. LUGD. p. 851. evidenter eadem eſt.
Palſatilla lutea paſtinacae ſylveſtris folio C. B. P. ex *III.* DALECH. & planta C. G. Phytop. p. 318. MORIS. II. p. 428. cum icone CAM. RAJ. p. 634*. HELWING. p. 71. ex aliis MURALT. p. 729. in M. *Toggicis*
Et *Pulſatilla lutea apii folio* MUR. l. c. in M. *Fracto.*
I. II. *Pulſatilla lutea* I. B. III. p. 411. RAJ. p. 634*. Syllog. Exter. p. 211.

C. GESNER in altiſſimis ſcopulis. I. B. in *Braulio* M. Ad pedem *S. Bernhardi* verſus Helvetiam ROELSIUS apud CLUSIUM. CHERLER ex *Gotthardo.* MURALT. in Alpp. *Glaronenſium*, *Fracto*, & *Toggicis* alpibus.

Foliis circumſcriptione triangularibus pinnatis, pinnisque conjugatis, plurimis, lente decreſcentibus *Chaerophylli ſylv.* C. B., obtuſius inciſis, brevioribus & confertioribus ſimilis priori, flore differt, cujus petala breviora ſunt, color aureus.

7. ANEMONE tubis caudatis, tetrapetala, pinnis latiſſimis.

Clematis coeruleo flore GESN. Hort. add. ad p. 254. *b.*
Clematis coerulea ſerrato folio I. B. II. p. 129.
Clematis cruciata alpina PON. Ital. p. 175. apud CLUS. p. CCCXXXV. non bene PARK. RAJ. p. 622*.
Clematis alpina geranifolia C. B. RAJ. Syll. p. 103. MORIS. III. p. 616. PLUKN. p. 109. T. 84. f. 7. I. R. H. WAGNER.
Clematis foliis cordatis crenatis indiviſis, trilobis ac ternatis ROYEN. p. 487.

I. B. in montibus circa *Münſterthal*, Rhaetiae vallem. I. C. BAUHINUS in altioribus Rhaetiae montibus.

Omnino eſt Anemone, praeferendus enim eſt habitus defectui in petalorum numero, uti in Anemone 1. Folia ex radice ampliſſima, pinnata, circumſcriptione triangulari. Pinnae conjugatae, trilobatae, lobis breviter pediculatis, lateralibus ſemibifidis, acute rhomboideae caeterum, lateralibus extremis acute ſerratis. Caulis nudus pedalis; cinctus tribus in orbem poſitis foliis. Flos unicus amplus, petalis ex latitudine acuminatis. Semina hirſuta, tubae longae plumoſe, fine de more nudo.

II. TUBA VILLOSA. FOLIIS CAULINIS ANGUSTISSIMIS. *PULSATILLAE* LINN.

8. ANEMONE tubis caudatis, radicalibus foliis rariter pinnatis, pinnis latis inciſis, caulinis anguſtiſſimis.

Pulſatilla II. Dalech. LUGD. p. 851. bene.
Pulſatilla lutea apii hortenſis folio C. B. P. Phyt p. 318. H. OX. II. p. 429. MAGN. Hort. Reg. I. R. H. MILL. HELWING. p. 67. SCHEUCHZ. It. II. p. 139. An & I. B. III. p. 411. qui *II.* & *III.* DALECH. non bene conjungit. Vide Iconem noſtram T. VI.

*9. PULSATILLA apii folio vernalis flore minore C. B. *Prodrom.* p. 94. pro nova. RAI. p. 635.* I. R. H. HELWING. ic. 10. SCHEUCHZER. *It.* IV. p. 339.
Pulſatilla involucro piloſo nitido LINN. Lapon. n. 223.
II Ab hac, quae *majori* flore dicitur, videtur differre, ſi carneo flore eſt, qualem facit RUDBEK. p. 99.

Priorem

Cherleria.

Fragaria Helvetica nana. C. B.

Quinquefolium minus repens alpinum aureum. C. B.

Pulsatilla lutea apii hortensis folio. C. B.

C. P. Rothrius Med. C. Dolin.

Sculp C. F. Frihsch C filius

Priorem I. GESNER misit. HUBERUS legit in M. *Albula* Rhaetiae. SCHEUCHZER. in altiss. montibus vallis Praegallienſis.

Priori folia ex ipsa radice multa, crassa, firma, subhirsuta, lata, pinnata, duobus paribus cum extremo inpare. Pinnae primae semibifidae, minori lobulo simplici, majori trifido, obtuse, & ampliter, uti fere in *Thalictro* vulgari: extrema vero trilobata, medio lobo trifido. Quae vero terna ad caulem nudum sub flore ponuntur, hirsutissima sunt, & tenuissime inciſa. Flos & ipse villo flavo nitens: semina hirsuta, longissima cauda plumosa, de more gentis.

Alteram, quae folio simillimo est, flore autem albo, extus subcoeruleo, SCHEUCHERUS in M. *Regio* invenit.

10. ANEMONE tubis caudatis, imis foliis duplicato pinnatis, multifidis, superioribus anguſtissimis.

Kuchenſchell BRUNF. I. p. 217. bene.
Anemone purpurea RUELL. p. 428.
Anemone ſylveſtris FUCHS. C. 349. edit Germanicae.
Herba venti TRAG. p. 413. commode.
Ranunculi decima ſpecies CORD. Hiſt. p. 121.
Anemone alpina ARET. p. 234. *b.*
Anemone quaedam italis pulſatilla GESN. Hort. p. 247.
Pulſatilla MATTH. p. 620. CAM. Epit. p. 392. optime. DOD. Hiſtor. p. 433. icon interior CAESALP. L. XIV, c. XI. LUGD. p. 849. &c.
Pulſatilla purpureo flore DODON. Purg. p. 294. SCHWENCKFELD.
Pulſatilla vulgaris dilutiori flore CLUS. p. 246.
Pulſatilla vulgaris LOB. ic. p. 281. ex DOD. CLUS. Pann. p. 385. C. B. Phytop. PARK. LOES. MERRET. RAJ. p. 633. BUXBAUM. MARTIN.
Anemones ſpecies quam pulſatillam vocant THAL. p. 15.
Pulſatilla I. rubra TAB. p. 59. & *II.* ib.
Pulſatilla flore coeruleo AICHSTETT. Hybern. T. 6. f. 2.
Pulſatilla purpurea coeruleave I. B. III. p. 409. MAGNOL. Char. p. 174.
Pulſatilla folio craſſiori & majori flore C. B. Baſil. p. 52. RAJ. Syllog. p. 211. TOURN. aut. de Par. p. 130. I. R. H. HELWING. p. 59. ic. 8.
Pulſatilla foliis decompoſitis, pinnatis, flore nutante, limbo recto LINN. Cliff. p. 223. ROY.. p. 487.
β Flore albo LINDERN.
γ Pulſatilla folio tenujus inciſo, & flore minori ſ. paluſtris C. B. P. RAJ. p. 635. I. R. H. TILL.
Pulſatilla paluſtris C. B. Prodr. p. 94. RAJ. Syllog. Exter. p. 211.

In Helvetiae montosis, non vulgaris. GESNERUS in M. *Rand* prope *Scaphuſiam*. LOBELIUS circa *Baſileam*: ubi in *cornu* M. *Crenzach* copioſe reperi. ARETIUS in Neſſo M. C. B. circa *Badam*. DIVERNOI *au deſſus de Vauſſeyon* prope *Neocomum*.

Ex dura radice copioſa folia, circumſcriptione triangularia, hirsuta, tenuissime inciſa, paribus pinnarum quatuor: pinnae denuo quatuor pinnularum paria accipiunt. Pinnulae primae & ipsae ramosae, fine trifido, lineares omnes, & aeque latae. Sub flore corona foliorum tenuissimorum, multo longiorum, quam radicalia, villosissimorum, de more. Flos, ut solet unicus sex fit petalis, firmulis, violaceis, conniventibus, lente ex ellipsi acuminatis. Tubae argenteae, pilosae, & stamina ex gentis indole.

Acerrima est, cum tota gente, adplicata herba vesicas excitat, aqua destillata vomitum movet (TOURNEF. CHOMEL &c.) Cave ergo ne cum Boruſſis habeas pro medicamento ad Pulmonum vicia. Funestum certe effectum syrupi HELWINGIUS vidit p. 86. Flores viridi colore tingunt IDEM. *pulſ. camp.* p. 93.

In varietate γ. in paludosis *Michelfeldenſibus* indicata a C. B. nullam veram diversitatem a vulgatiori reperi.

*11. PULSATILLA flore acaulo minore non descripta WAGNER. p. 233.
De hac nihil mihi innotuit.

CLEMATIS

TOURN. T. 150. LINN. n. 460.

CLEMATIS RUPP. p. 54. *VITICELLA* DILL. *nov. gen.* p. 165.
CLEMATIS DILL. ib. *FLAMMULA* RUPP.

Uti Pulsatillam ab Anemonae Tubae solae non distinguunt, ita neque Clematides dividet eadem nota, cum solae in tota gente foliis conjugatis, & communi

praeterea habitu conſentiant. Ab Anemone differunt flore naturaliter tetrapetalo, foliis conjugatis, caule multis foliorum paribus folioſo, & ramoſo.

1. CLEMATIS foliis pinnatis, foliolis cordatis, inaequaliter inciſo ſerratis CLIFF. p. 225. ROYEN. p. 486.

α Varietas foliis omnibus *dentatis*
Vitalba DOD Purg. p. 241. Pempt. p. 404. bene. CAES. L. XIV. C. 1.
Atragene Theophr. CLUS. p. 122. eadem icon.
Viorna LOB. ic. p. 626. eadem.
Clematis latifolia dentata I. B. II. p. 125.
Flammula ſepium foliis dentatis RUPP. p. 54. BUXB. ERNDL.
Clematitis ſylveſtris latifolia T. aut. de Par. p. 72. I. R. H. GARID. VAILL. LIND. MILL. &c.
β Varietas foliis pleriſque *non dentatis*
Ampelos melaena FUCHS. p. 97.
Vitis ſylveſtris TRAG. p. 818.
Clematis tertia MATTH. p. 938. CAMER. EPIT. p. 697. optime.
Vitis nigra II. TAB. p. 892.
Clematis ſ. viorna vulgi Lobelii AICHST. Aeſt. Ord. 6. T. 5. f. 3.
Clematis latifolia integra I. B. l. c. pro var.
Viorna folio integro PETIV. apud RAJ. Syn. III. p. 258.
Clematis ſylveſtris latifolia foliis non inciſis T. aut. de Par. p. 72. I. R. H. TILL. VAILL. &c.
Flammula ſepium foliis integris RUPP. p. 54. BUXB. ERNDL.
α β Unicam, & recte faciunt alii
Vitis ſylveſtris cauſtica GESN Hort. p. 286. *b.* Coll. p. 115.
Clematitis ſylveſtris latifolia C. B. Baſil. p. 86. P. FABREGOV. III. p. 212. &c.
Clematis latifolia ſ. atragene quibuſdam RAJ. p. 620.

Ubique ad ſepes.

Caules ſcandentes, abſque viticulis, ramis conjugatis. Foliorum conjugationes diſtantes, ſunt autem firmula, ex ovatis acuminata, fere cordata, dente uno alterove, aut nullo, inciſa. Flores ad nudos ex alis foliorum pediculos racemoſi. Petala quatuor, raro quinque, oblonge rectangula, reflexa, firmula, ſubhirſuta, ex albo virentia, odorata. Stamina ad ſexaginta, & longae tubae, & ſemina pappo argenteo villoſa: apex tubarum nudus.

Acerrima eſt, & ad inurenda ulcera aeque recepta, ac Ranunculi, hinc nomen nacta *herbe aux Gueux:* qua pro veſicatorio in Podagricis feliciter utebatur N. CHESNEAU, p. 421. Ipſam aquam acrem eſſe, in morbis & frigidis prodeſſe MATTHIOLUS ait p. 958. Lego tamen in acetario abſque noxa adſumtam fuiſſe RHOD. *Obſ.* 96. *Cent.* 3.

2. CLEMATIS foliis inferioribus pinnatis, laciniatis, ſummis ſimplicibus, lanceolatis integerrimis ROYEN. p. 486.

Clematis flammula quibuſdam albo flore GESN. Hort. p. 254. *b.*
Flammula DOD. Purg. p. 243. Pempt. p. 404. RUPP.
Clematis urens vulgo flammula LOB. Ic. p. 627.
Viticella CAES. L. XIV. C. I. p. 543.
Clematis urens I. TAB. p. 882. an & *II.* EJ. p. 883.
Clematis ſ. flammula repens C. B. RAJ. p. 621. Syll. Ext. p. 103.
Clematis ſ. flammula ſcandens tenuifolia alba I. B. II. p. 127.

I. BAUHINUS in *Rhaetia* legit ad ſepes.

Habitus prioris, ſed folia minora, trifolia, aut quinquefolia, pinnarum uno vel duobus paribus, inpare extremo, primis trifidis, ultima acute elliptica. Flos ſimilis etiam, minor tamen, petalis ellipticis, anguſtis, acutis.

POLYSTEMONES.
GYMNOPOLYSPERMAE.
ORDO II.
CALYCIFLORAE ROYENII.

Hae plantae ſtaminibus, petalis, eorumque origine, radice perenni, acidi in planta & radice abundantia, viribus vulnerariis adſtringentibus, duritie totius habitus omnes conſentiunt, & claſſem faciunt naturalem. Has cum prioribus conjungit *Dryas*, & *Caryophyllata.*

DRYAS.

DRYAS.

LINN. n. 419.
CERVARIA C. GESNERI & JUNGII.
CARYOPHYLLATAE ſp. TOURN. T. 151. B.E.

Cum Anemone & Clematide convenit ſeminibus longa & caudata tuba praeditis, & cum Anemone petalis perpetuo pluribus, quam quinque, ſunt enim fere octona. Differt calyce, qui in totidem ſegmenta finditur, quot ſunt petala, deinde origine petalorum ex calyce.

1. DRYAS LINN. *Lap.* n. 215. *Cliff.* p. 195. ROYEN. p. 279.
Herba puſilla ſub nomine Hirzwurz ARET. p. 235.
Herba cervi GESN. Fract. p. 63.
Chamaedry ſimilis folio alpina GESN. Tab. Coll. p. 67. *b.*
Cervaria GESN. Hort. p. 252. *b.* AMBR.
Hirzwurz GESN. Epiſt. p. 116. *b.*
Chamaedrys tertia CLUS. Pannon. p. 611. *ſ. montana* Hiſtor. p. 351. bona icon.
Chamaedrys montana durior LOB. ic. p. 495. & alia propria ex Adverſ. p. 209.
Chamaedrys montana TAB. p. 379. cum ſemine commode. DAL. p. 1164. flore pentapetalo.
Argentina monſpelienſis TAB. p. 125. abſque flore.
Chamaedrys alpina quorumdam leucas CAM. Hort. p. 39.
Chamaedrys alpina flore fragariae albo I. B. III. p. 290. cum icone Sclareae.
Chamaedrys alpina ciſti flore C. B. Phyt. Schol. Bot. JONQ. TIT. It. &c.
Caryophyllata alpina chamaedryos folio H. OX. II. p. 432. qui primus ſuae ſedi reſtituit. RAJ. p. 608. PLUKN. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 33. It. IV. p. 332. cum deſcr. It. VII. p. 511. *ciſti flore* RAJ. Syllog. p. 92.
II. Monente VAILLANTIO, etſi mala ſit icon, flore pentapetalo.
Ranunculus montanus betonicae folio PARK. p. 338. MOR. II. p. 445. RAJ. p. 595*. I. R. H.
III. Icon *Incanae pentaphylli effigie an leucas* LOB. Adv. p. 307. ſatis ad hanc plantam accedit. Sed ipſa Dryas LOBELIO non fuit incognita.

In alpium editis ſaxoſis ubique. Sed in humilioribus etiam montibus reperi, *Falconario*, M. *Hengſt* vallis *Emmiae* &c.

Radix perennis, tuberoſa, lignea, plurimos cauliculos, & latum fundit foliorum ceſpitem. Folia dura, nervoſa, ovalia, ora rotunde ſerrata, omnino ſuo nomine digna, averſa parte albiſſima. Scapus floriger ex radice, nudus, biuncialis ad uſque ſemipedem. Flos unicus, expanſus. Calyx monophyllos, ſtellatus, in totidem folia anguſta profunde ſectus, quot petala ſunt. Haec tenera ſunt, lacteola, elliptica, fere octo. Ovarium ex natura gentis, undique ex oblongo capitulo exſtantibus, tubis molliter plumoſis, longiſſimis, ut in Caryophyllata 2.

CARYOPHYLLATA.

TOURN. T. 151. A. C. D. F.
GEUM LINN. n. 418.

Calyx monophyllos, ad dimidia ſectus, in quinque magna, & quinque parva ſegmenta. Flos pentapetalos, ex more claſſis ex calyce naſcitur. Semina longam tubam plumoſam emittunt.

1. CARYOPHYLLATA pinnis paucioribus, rhomboideis, tubarum fine uncinato.
Caryophyllata BRUNF. II. p. 46. III. p. 24. RUELL. MATTH. p. 984. CAM. Epit. p. 725. DOD. Pempt. p. 137. RAJ. p. 606. BLAKW. T. 253.
Garyophyllata DORST. p. 136. *b.* TRAG. p. 67.
Caryophyllata hortenſis FUCHS. p. 384.
Geum urbanum GESN. Hort. p. 260.
Caryophyllata urbana & ſylveſtris GESN. Coll. p. 66. *b.*
Caryophyllata vulgaris Geum Plinii CLUS. p. CII.
Vulgaris Cariophyllata LOB. Ic. p. 693. ex DOD.
Gariofilata CAES. L. XIV. c. 12.
Caryophyllata herba benedicta TAB. p. 115.
Caryophyllata vulgaris flore parvo luteo I. B. II. p. 398. *l.* (cum icone Hepaticae) WEINM. T. 322.
Caryophyllata vulgaris C. B. Baſil. p. 91. PARK. MORIS. II. p. 430. TOURN. aut. de Par. p. 254. I. R. H. T. 251. F. G. H.
Geum floribus erectis, fructu globoſo, ſeminum cauda uncinata LINN. Cliff. p. 295. ROYEN. p. 296.
β An vere differt varietas flore *majori* C. B. RAJ. PLUKN. I. R. H.

Ca-

Caryophyllata ſylveſtris FUCHS. p. 385. quam pingit WEINM. T. 322. lit. *b.* T. 323. lit. *a.*
Prior ubique ad ſepes provenit.

Radix, ut omnibus, quae longo ordine ſequuntur, perennis, lignoſa, dura. Caulis erectus, folioſus, ramoſus, tripedalis. Folia ad caulem in origine par habent pinnularum, conpoſita ipſa, pinnis progrediendo majoribus, paucis, fere tribus, & quinque, aut, ad ſummum, ſeptem, extrema maxima, rhomboidea, acute ſerrata. Ramos pene nudos terminat ſingulus in quolibet flos, petalis patentibus, ſubrotundis, luteis, calyce reflexo. Stamina ſupra 50. Placenta, & ſemina hirſuta. Tuba longa, gabra, apice ſingulariter reflexo, geniculato, fere uti ariſtae ſolent.

Amara eſt radix, ſtiptica, acido praegnat; primo vere, neque tamen ſemper, Caryophyllum aromaticum redolet. In vino infuſo roborat ventriculum, vulneraria eſt, (LOBEL. *Adv.*) haemorrhagiis, dyſenteriis medetur, uti Agrimonia, quae habitu adeo ſimili eſt. Mire laudat in Chronicis ferosis morbis BUCHWALD p. II. In febribus intermittentibus vires expertus eſt CHOMEL, & in palpitatione cordis, ad Variolas & in morbis maliginis laudat GEOFROI, ſiquidem adſtringendum eſt. Dicitur etiam Aphrodiſiaca eſſe EPH. NAT. CUR. *Vol.* V. *Obſ.* 83. & in univerſum ad omnes a laxitate morbos valet.

2. CARYOPHYLLATA pinnis confertioribus, extrema ſubrotunda, tubis rectis.

Caryophyllata alpina urbana minor GESN. Epiſt. p. 93. *b.*
Geum tertium alpinum GESN. Hort. p. 260. *b.*
Caryophyllata montana MATTH. p. 985. foliis male glabris. CAM. Epit. p. 727. optime, DOD. p. 137. TAB. p. 115. PARK. &c.
Caryophyllata montana II. CLUS. CIII. Pann. p. 436.
Caryophyllata major rotundifolia LOB. Ic. p. 695. Hort. Bleſ. JONQ.
Caryophyllata montana flore magno luteo I. B. II. p. 398. lit. *n.* PLUKN. MILL.
Caryophyllata alpina lutea C. B. SCHWENKF. I. R. H. TIT. It. *major* H. OX. II. p. 430. MUR. p. 707. II. Omnino eadem eſt, teſte herbario C. B.
Caryophyllata omnium minima PON. ap. CLUS. p. CCCXLII. H. JONQ. & BLES.
Caryophyllata alp. minima I. ſpecies PON. It. p. 203.
Caryophyllata alpina minor C. B. Phyt. p. 644. & Prodr. p. 139. pro nova. PARK. RAJ. p. 608. I. R. H.
Caryophyllata alpina minima flore aureo BARR. ic. 399. bene.
Caryophyllata alpina, longifolia, ſinuatis nec profunde inciſis foliis H. OX. II. p. 431.
Caryophyllata alpina lucida magno capite SCHOL. PARIS. p. 223. RAJ. Suppl. III. p. 325.

In alpinis paſcuis ubique. I. B. in *Braulio* M. Ego fere ubique in *Neunenen*, *Morgeten*, *Gotthardo* &c. nullibi vero in *Jura.*

Radix prioris, & folia conveniunt, quod pinnas accipiant progrediendo majores, ſed plures habent, ad quinque paria, & ultra, deinde ultima differt, quae ambitu oblonge ſubrotundo eſt, parum inciſa, medio ſegmento obtuſe ſerrato, tota etiam folia molliora ſunt, & hirſutiſſima. Porro caulis non ramoſus, ligulas aliquot laciniatas loco foliorum educit, & florem unicum, patentem, unciae diametro, quinque emarginatis petalis factum. Tubae longae, plumoſae, molliores. neque fine adunco.

3. CARYOPHYLLATA pinnis profunde inciſis.

Caryophyllata montana FABRIC. Gal. p. 225. *b.*
Geum quartum longiore folio GESN. add. ad Hort. p. 260. *b.*
Caryophyllata alpina minima II. ſpec. PON. Ital. p. 205.
Coryophyllata alpina Apii folio C. B. H. OX. II. p. 431. JONQ. SCH. PAR. H. R. M. PLUKN. I. R. H.
Caryophyllata alpina minor altera PARK. RAJ. p. 608*.
Caryophyllata alpina tenuifolia, incana, flore luteo, longius radicata BARR. ic. 400. bene.
Caryophyllata alpina, tenuifolia, incana, longius radicata BOCCONE p. 160. T. 128. ead. ic.

FABRICIUS in *Galanda* I. G. ex Valeſia retulit prope *S. Pierre.*

Pleraque prioris n. 2. Sed folia differunt pinnis conjugatis, equidem latis, acute & profunde ſex fere dentibus inciſis, quaſi ſemitrilobis, intermiſtis minoribus, extrema ampliora trilobata ſunt, lobis inciſis. Caulis longe repens, ut in Quinquefoliis, foliis tenuiter inciſis.

306

4. CARYOPHYLLATA pinnis frequentioribus, extrema ſemitrifida, flore connivente, nutante.

Benedicta ſylveſtris TRAG. p. 517. abſque ic.
Geum rivale GESN. Hort. p. 260. *b.* LINN. Lapon. n. 216.
Caryophyllata aquatica GESN. Coll. p. 66. *b.* CAM. Epit. p. 716. non bene. HOFM.
An *Polyanthemon alpinum, quam vocant polycalathon* FABRIC. ad GESN. Epiſt. p. 89?

Ca-

Caryophyllata alpina nutante flore CLUS. Pannon. p. 434. bon. ic.
Caryophyllata montana I. CLUS. Hiſt. p. CIII.
Septentrionalium rotundifolia pappoſa caryophyllata LOB. Ic. p. 694. bene.
Gariofillatae alterum genus CAES. L. XIV. C. 12.
Caryophyllata major ſ. purpurea THAL. p. 28.
Caryophyllata montana AICHST. Vern. Ord. 1. T. 5. f. 2. *purpurea* RAJ. p. 607.
Caryophyllata aquatica flore rubro ſtriato I. B. II. p. 398. *n.*
Caryophyllata aquatica flore nutante C. B. P. I. R. H. MAGN. Char. p. 275. &c.
Geum floribus nutantibus, fructu oblongo, ſeminum cauda molli plumoſa CLIFF. p. 195. ROY. p. 277.
II. *Caryophyllata montana III.* CLUS. Pannon. p. 437. Hiſtor. p. CIIII. eſt planta GESNERI, cujus iconem a PENNAEO habuit CLUSIUS.
Caryophyllata aquatica altera C. B. RAJ. Syll. PARK. VOLC. I. R. H. *purpurea* H. OX. II. p. 432.
Caryophyllata montana Dal. LUGD. p. 686.
III. *Caryophyllata montana lutea flore puniceis lineis ſtriato* C. B. EX LUGD.
Caryophyllata montana minor flore nutante I. R. H.
Et *Caryophyllata montana minor flore luteo nutante* SCHOL. BOT. I. R. H. VOLC. &c.
IV. *Flore prolifero*
CLUS. LOESEL ic. 6. BREYN. Cent. Rar. ic. 60. RAJ. SIBB. SUTH. PLUKN. I. R. H.

In Helvetia abunde ad rivos, vere & autumno floret, maxime *Bernae* v. g. ad ſemitam, quae per prata ducit verſus *Holligen*, in paludoſis inter duo balnea ſuburbana &c. In alpibus, etiam altioribus pariter reperitur.

Ex ſimili radice multa folia, pariter hirſuta, mollia, pinnis primis exiguis, paulatim majoribus, minimis intermiſtis, ad quinque in univerſum paria, ampliori ultima pinna, ſemitrilobata. Caulis cum paucis foliis, auriculatis, ex apice ramoſus, plures flores fert. Horum petioli nutant, petala vero perpetuo in cylindrum connivent, latiſſima in transverſum, cordata, rubella, lineis concoloribus. Stamina ultra 100. Semina ad longiuſculum axin, tubae pappo molli barbatae.

*5. CARYOPHYLLATA pentaphyllaea I. B. II. p. 398. lit. *o*. RAI. p. 608.* SIBBALD. p. 15.

Alpina pentaphyllaea caryophyllata LOB. Adv. p. 309. ic. p. 696. PANCOV. ic. 333.
Caryophyllata alpina quinquefolia C. B. TAB. p. 116. H. OX. II. p. 431. PLUKN. Amalth. p. 52.

C. B. in M. *Fracto.* LOBEL. in montibus Rhaeticis, haud procul *Clavenna.*

„ Radix fibroſa, foris rubiginoſa, leniter odorata. Caules pedales, folia quinquepartita Pentaphylli, vel Tormentillae: flos luteus pallens, ſtaminibus lanuginoſis croceis minoribus.

Olim I. B. ſuſpicatus eſt, deinde icon & planta horti ſicci C. B. confirmat, eſſe omnino *Anemonen*, quae nobis *quarta* eſt.

COMARUM.

LINN. n. 417.

A reliquis *Quinquefoliis* differt placenta per maturitatem carnoſa, fragiformi, petalis minimis. Nomen, etſi non placet, quod *Fragum* ſignificet, non viſum eſt mutare.

1. COMARUM LINN. *Lap.* n. 214. *Cliff.* p. 195. ROYEN. p. 276. 322

Pentaphyllum paluſtre CORD. p. 95. *b.* cum bona icone GESNERIANA. THAL. p. 88.
Fragaria quarta TRAG. p. 501.
Quinquefolium paluſtre GESN. Hort. p. 261. *b.* Tab. Coll. p. 100. CAM. Epit. p. 762. AICHST. Aeſt. Ord. 10. T. 9. f. 1.
Quinquefolium quartum DOD. Pempt. p. 177.
Pentaphyllum rubrum paluſtre LOB. ic. p. 691. RAJ. p. 611.
Quinquefolium paluſtre ſ. aquaticum TAB. p. 122.
Quinquefolium rubrum LUGD. p. 1265. non opt. &
Pentaphyllum rubrum Dodonaei EJ.
Pentaphyllum vel potius heptaphyllum flore rubro I. B. p. 398. *c.*
Quinquefolium paluſtre rubrum C. B. LOES. MURALT. p. 619. &c.
Pentaphyllum ſ. heptaphyllum majus erectum rubrum paluſtre H. OX. II. p. 189.
Pentaphylloides paluſtre rubrum T. aut. de Par. p. 514. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 112.
β Pentaphyllum paluſtre rubrum craſſis & villoſis foliis ſuecicum & hybernicum PLUKN. p. 284. T. 212. f. 2. RAJ. Hiſtor. III. p. 326. Synopſ. III. p. 256.

I. B. & MURALT. circa lacum *Felinum.* Bernae paſſim. In paludoſis ſylvae *Bremgarten* inter *Lenggaſſen*, & viam regiam *Arbergenſem.* In torfaceis *Gümligenſibus.*

Radice a ſociis differt, haec enim, ex aquaticarum plantarum more, ipſe caulis

eſt, qui paſſim faſciculos edit fibrarum longiſſimarum, ſimplicium. Caulis erecta pars cubitalis eſt, folioſa, ſubhirſuta in ſummitate multiflora. Folia pinnata, paribus duobus & tribus pinnarum oblongarum, ellipticarum, acute ſerratarum, extrema inpare majori. Flos fit ampliſſimo, obſcure rubro, calyce decemfido, alternatim minoribus ſegmentis. Petala quinque lingulata, minima, obſcure ſanguinea. Stamina ad triginta.

POTENTILLA.

POTENTILLA LINNAEI n. 415.
& *TORMENTILLA* LINN. n. 416. TOURN. T. 153.
QUINQUEFOLIUM T. T. 153.
& *PENTAPHYLLOIDES* T.
& *FRAGARIA STERILIS* BOERH. p. 42. RAI. *meth.* p. 68.
quae *COMAROIDES* PONTEDER *Anthol.* p. 290.

Cum Caryophyllata convenit calyce & flore, differt placenta propria convexa, ſeminum tuba breviſſima, ſive pappoſa ſint, ſive minime. Deinde calycis quinque ſegmenta patent perpetuo, quinque majora circa ovarium ſe conplicant, & quaſi capſulam efficiunt.

ORDO I.
FOLIIS PINNATIS PLURIBUS.
PENTAPHYLLOIDES T. BOERH. &c.

321 1. POTENTILLA caule erecto, multifloro, foliis ſeptenis conjugatis, ſubrotundis, ſerratis.

Quinquefolium V. CLUS. Pann. p. 431. *fragiferum* Hiſtor. p. CVII.. non optime.
Quinquefolium fragiferum C. B. PARK. RAJ. Syllog. p. 213.
Pentaphylloides erectum I. B. II. p. 398. *d.* cum bona icone RAJ. p. 616. I. R. H. MAGN. Char. p. 112.
Pentaphylloides majus erectum flore albo, foliis alatis & hirſutis H. OX. II. p. 192. S. 2. T. 20. f. 1.
Potentilla foliis pinnatis, conjugatis, foliolis ovatis, crenatis, caule erecto LINN. Cliff. p. 193. ROY. p. 275.

1. RAIUS in M. *Saleva* prope arcem dirutam.

Caulis erectus, pedalis, purpureus, in ſummitate ramoſus. Folia ad terram multa continua, tribus pinnarum paribus, quae ambitu rotunde rhomboideo ſunt, & a nervo inaequaliter dividuntur, ora profundius, & levius, inciſa. Ad caulem pinnae quinae, deinde ternae, ſimiles. Summus caulis multiflorus. Flos albus expanſus, petalis rotundiſſime terminatis. Antherae peculiaris fabricae, rotundae, cavae, uniloculares.

320 2. POTENTILLA repens, ſcapo nudo unifloro, pinnis plurimis confertis, minoribus intermiſtis.

Potentilla BRUNF. L. III. p. 45. FUCHS. p. 619. MATTH. p. 1016. CAM. Epit. p. 758. bene CAES. L. XIV. c. 23. THAL. p. 91. C. B. Baſil. p. 91. PARK. &c.
Protentilla D'ORST. p. 236. non male.
Argemone altera GESN. Coll. p. 59. Hort. p. 248.
Argentina RUELL. p. 625. DOD. p. 600. BLAKW. T. 6.
Argentina potentilla LOB. Ic. p. 693.
Anſerina argentina potentilla TAB. p. 118.
Potentilla ſ. argentina I. B. II. p. 398. *b.*
Pentaphylloides minus ſupinum ſeu procumbens, foliis alatis, argenteis, & ſerratis, flore luteo H. OX. II. p. 193.
Pentaphylloides argenteum alatum ſeu potentilla T. aut. de Par. p. 30. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 111. ZANICH. p. 107. ic. 26.
Potentilla foliis pinnatis caule repente LINN. Cliff. p. 193. Lapon. n. 210. ROYEN. p. 275.

Nihil vulgatius ad foſſas.

Radix minime craſſa, aut tuberoſa. Caulis folioſus, repens, ramoſus, ex geniculis radices demittit, florigeri vero caules prope radicem oriuntur aphylli, humillimi, uniflori. Folia pinnata, paribus decem, ad duodecim, quibus minora intermiſcentur. Majores pinnae ovales, progrediendo majores, acute circum ſerratae, ſubtus ſericeis villis obſitae. Petala ambitu rotundo, lutea, patentia. Stamina viginti ad 25. Calyx ſaepe ludit aut biſectis foliolis, aut numeroſioribus. Placenta pappoſa; ſemina ovata, longa, recta, & ſimplici tuba.

Sapor herbaceus, ſubſalſus, cum acidi ingenii manifeſtis indiciis. (GEOFROI III. p. 112.) ſed aquoſior: Edulis eſt, in medicina adſtringit vulneraria, febrifuga BOERHAAV. ſucco dato ad quatuor & ſex uncias ad fluxum al-

bum

album in jure carnium feliciter uſus eſt TOURN. Succum cum ſecali tritum pro magno lithonthriptico habuit TIMAEUS: ad ulcera maligna, dyſenterias, viſcerum tonum firmandum LOBELIUS laudat. Aqua cosmetica habetur.

*3 POTENTILLA . . .

Quinquefolio ſimilis enneaphyllos hirſuta C. B. Prodr. p. 139. RAJ. Syll. p. 214. WAGNER.
Alterum eidem ſimile enneaphyllos PARK. p. 309.
Pentaphylli ſpecies flore luteo ſ. enneaphyllos hirſuta AMBROSIN. p. 414. cum icone, ſi eadem eſt & differt a *Supino*.

C. B. ex alpibus Helvetiorum.

Radix craſſa, nigricans, in longas fibras abit. Cauliculi ad terram multi, ſparſi, capillacei, multifidi, triunciales. Folia in oblongis pedicellis, ſecta in novem anguſtiſſimas lacinias, & ipſas per marginem inciſas, hirſutas. Ea ita pingit AMBROSIN, ut pinnarum quatuor conjugationes ſint. Flores parvi lutei, & capitula Quinquefoliorum modo a pediculo ſuſtentantur. Propriam plantam videri, mihi vere ignotam eſſe, in *notis* invenio.

ORDO II.
FOLIIS EX UNO PEDICULI PUNCTO QUINIS.
I. FLORE PENTAPETALO.
QUINQUEFOLIA T. & omnium Auctorum.

4. POTENTILLA foliis quinatis, apice retuſo ſerrato, petalis albis oblongis ellipticis.

α *Quinquefolium II.* CLUS. Pann. p. 425. (petalis cordatis.)
Quinquefolium II. minus albo flore EJ. Hiſt. p. CV. RAJ. p. 614*.
An haec *Quinquefolii albi ſpecies* GESN. App. ad Hort. p. 295. *b.* in montibus.
Quinquefolium minus album alterum C. B. P. I. R. H. SCHEUCHZ. It. Alp. II. p. 139. It. VI. p. 460.
Pentaphyllum album minimum PARK. p. 397.
Pentaphyllum minus erectum, hirſutum, flore albo H. OX. II. p. 189. T. 19. f. 6. PLUKN. H. L. B.
II. *Quinquefolium album minus* C. B. Phytop. p. 650. Prodr. p. 139. P. RAJUS Syllog. p. 212. Hiſtor. p. 614*. I. R. H.
Pentaphyllum album minus PARK. l. c.
III. *Pentaphyllum rectum* RAJ. Syll. l. c. Hiſt. p. 614.

RAIUS n. III. in adſcenſu *Salevae*. SCHEUCHZER n. I. paſſim in *Rhaetia*, ut in *Julio* M. in Monte *Schin* inter *imum caſtrum* & *Fürſtenau*, & ad pontem in initio *viae malae*. C. B. n. II. circa *Curiam* in ſaxoſis.

Radix perennis, tuberoſa. Caulis erectus, folioſus, ramoſus. Folia digitata; quina, elliptica, integra, fine paulum contracto, acute tridentato, & quinquedentato, hinc glabra, inde ora & nervo ſericeo ville nitente. Flos patens, petalis oblongis, diſtantibus. Placenta & ſemina ipſa pappoſa.

β *Pentaphyllum petraeum* GESN. Tab. Coll. p. 95.
Pentaphyllum album petraeum GESN. Hort. p. 271.
Quinquefolium album majus C. B. Prodr. p. 139. *caulescens* P. I. R. H. TILL.
II. An *Quinquefolium I. majus albo flore* CLUS. Pann. p. 423. Hiſt. p. CV. Referunt ad TRAGIANUM, ſed icon omnino noſtrum exprimit.
Pentaphyllum album I. CLUS. I. B. II. p. 398. *e.*

In periculoſa ſemita, qua per M. *Leitern* a pago *Farren* ad pagum *Innen* compendioſe itur. In rupibus circa *Agaunum* Valeſiae. In occidentali exitu ex area *Creux du Vent*. C. GESNER n. I. in montibus ſupra *Sargans*, & in muris *Walenſtadii*, quem locum natalem ſuae plantae n. II. pariter tribuit C. B. ut eo magis mireris, quod pro nova eam propoſuerit.

A priori n. α. non ita differt, ut ſeparari poſſit. Folia equidem viridiora, multo ampliora, ex radice frequentiſſima, caulis humilior eſt. Sed reliqua omnia, & ſtamina barbata, & placenta pappoſa, & reliquae notae conveniunt. Vide *Iter. Helvet.* n. LII.

5. POTENTILLA foliis quinatis, acute ſerratis, ora ſericea; petalis maculatis.

Quinquefolium aureo flore III. CLUS. Pann. p. 426. 427. Hiſt. p. CV. CVI. cum icone non incommoda.
Quinquefolium alpinum ſplendens SCHWENKF. p. 175.
Pentaphyllum alpinum ſplendens aureo flore I. B. II. p. 398. RAJ. p. 612*. PLUKN. MAGN.
Quinquefolium minus repens, alpinum, aureum C. B. I. R. H. RAJ. Syllog. p. 213. TILI. MUR. p. 620. SCHEUCHZ. It. II. p. 139. It. VII. p. 517. T. noſtr. VI.

Pentaphyllum incanum repens alpinum PARK. SUTHERL. SIBB.
Pentaphyllum montanum minus luteo tormentillae flore cineraceum BARR. ic. 709. non repugnat.
Quinquefolium alpinum repens aureum flore aureo radiculas in terram demittens H. OX. II. p. 189.
Potentilla foliis quinatis incisis caule adsurgente LINN. Lapon. p. 212. CLIFF. p. 194. (non autem synonyma) *declinato* ROYEN. p. 276.
II. *Quinquefolium montanum erectum luteum hirsutum* SCHEUCHZ. It. I. p. 46. minime differt, si descriptionem respexeris.
III. *Quinquefolium erectum folio argenteo* EJ. It. IV. p. 427. It. VII. p. 517. Omnino videtur.

In omnibus alpium lapidosis pascuis reperi, RAIUS etiam in *Dolaz.*

Cum sequentibus radice, & floris petalis cordatis, & habitu convenit. Dignoscitur facile foliis integris, multo acutius incisis, neque lobatis, serrato ambitu, & serico fimbriato, uti nervus sericeus est. Flos etiam amplior, macula crocea in origine insignis.

6. POTENTILLA foliis quinatis, obtuse in apice serratis, petalis cordatis.

In hoc vulgari Quinquefolio insuperabilis est confusio & immedicabilis.
Minimum quinquefolii genus TRAG. p. 505.
Quinquefolium minus FUCHS. p. 625. non recedit. GESN. Tab. Coll. p. 100.
Pentaphyllum minus luteum LOB. Adverss. p. 307. LUGD. (ex FUCHS.) p. 1264.
Quinquefolium IIII. flavo flore prima species CLUS. Pann. p. 426. Histor. p. CVI? Descriptio non recedit, sed icon habet folia ternata.
Pentaphyllum 3. quinquefolium minus TAB. p. 123. bene.
Quinquefolium minus repens luteum C. B. Basil. p. 92. omnino P. RAJ. Syll. p. 213. an TOURN. aut. de Par. p. 134. I. R. H. &c.?
An *Quinquefolium minus folio subtus albicante* I. B. II. p. 398. *a.* RAJ. p. 612*.
Quinquefolium minus repens aureum SCHEUCHZ. It. V. p. 427.

Vulgatissimum est verno tempore ad vias, in collibus apricis &c.

Radix perennis, lignosa, longe repens. Caules plurimi, prostrati, multiflori. Folia ex radice quinata, medio maximo, terminata lato & obtuso arcu, obtuse serrato, utrinque, sed in nervo maxime hirsuta. Ad caulem folia ex vagina oriuntur biauri, ipsa ternata. Petala lutea, cordata, non maculata. Semen leve, tuba oblonga sub apice educta. Stamina fere viginti. Pappus inter semina evidens etiam in adulto fructu.

*7. QUINQUEFOLIUM minus repens lanuginosum luteum C. B. I. R. H. DILL, &c.

Quinquefolium IIII. flavo flore II. CLUS. p. CVI. cum bona icone.
Quinquefolium parvum hirsutum I. B. II. p. 398. *a?* RAJ. p. 612.
Pentaphyllum minus magis villosum, flore aureo foliis altius serratis H. OX. II. p. 190. PLUKNET.

Passim a variis accepi; sed nihil veri discriminis reperio, nisi quod foliis hirsutioribus, & capitulis magis sit lanuginosis, totis albicantibus, quod locis aridis, & juniori aetati tribui potest.

8. QUINQUEFOLIUM montanum erectum hirsutum luteum C. B. *Prodrom.* p. 139. *Basil.* p. 92. RAI. *Syll.* p. 213. I. R. H. &c.

In C. B. horto sicco vidi, & passim reperi in arenarum fodinis circa *Bernam.*

A priori n. 6. modice differt, ut noluerim nomen stirpi imponere, quam differre non persuadeor. Folia nempe quinata equidem, sed lobi pediculo proximi saepe ita profundi bisecti, ut septem folia videantur, longiora, quam in priori, extremo arcu paucioribus dentibus profunde inciso, fere magni illius recti lutei similia.

9. POTENTILLA foliis quinatis, longe petiolatis, caule repente.

Pentaphyllum minus BRUNF. II. p. 38.
Pentaphyllon DORST. p. 214. bene GESN. Hort. p. 271.
Quinquefolium majus luteum FUCHS. p. 624. LUGD.
Vulgare pentaphyllon TRAG. p. 505.
Et *Quinquefolium exiguum* TRAG. ic. p. 506.
Quinquefolium CORD. Dioscor. p. 64. *b.* MATTH. p. 1018. CAM. Epit. p. 759. CAES. L. XIV. C. 19. BLAKW. T. 454.
Quinquefolium majus DOD. Pempt. p. 116.
Quinquefolium majus flore subluteo interdum albo LOB. p. 690. icon non autem nomen.
Quinquefolium pentaphyllum vulgare LOB. ic. p. 689. nomen non vero icon.
Pentaphyllum Dioscoridis TAB. p. 120.
Pentaphyllum 3. quinquefolium vulgare repens I. B. II. p. 397. MAGN. Char. p. 111.
Quinquefolium majus repens C. B. Basil. p. 92. I. R. H. PONT. Anthol. p. 87.

Pen-

Pentaphyllum vulgatiſſimum RAJ. p. 611.
Quinquefolium minus procumbens flore luteo vulgare radices emittens ex geniculis H. OX. II. p. 189.
Quinquefolium minus repens luteum ZANICH. p. 221. ic. 263.
Potentilla foliis digitatis longitudinaliter patenti-ſerratis caule repente LINN. Cliff. p. 194. ROY. p. 275.

In muris, ad vias, arborum radices &c.

A prioribus differt caule gracili, longe repente, ex intervallis emittente radiculas: foliis raris, ex longiſſimis petiolis, vaginis minimis ſuſceptis, caulinis quinis, ovalibus, undique circumſerratis.

Vulneraria eſt & adſtringens, tum radix, quae ſubacida eſt, tum folia, in quibus viſcidum quid reperitur. Saturatum decoctum ad dyſenteriam CHOMELIUS expertus laudat. In gargarismate valet, quando adſtringendum eſt.

10. POTENTILLA foliis quinatis anguſtiſſimis, ſubtus tomentoſis, caule erecto.

Pentaphyllum album MATTH. p. 1020.
Pentaphyllum minus CAM. Epit. p. 760. optime.
An *Quinquefolium luteis floribus, erectum, non ſerpens* GESN. Hort. p. 295. *b.* lectum Zurzachii.
Quod *Pentaphyllum erectum magnum* EJ. Coll. p. 95.
Alterum exiguum pentaphyllon TRAG. p. 505. abſque icone.
Quinquefolium alterum DOD. Pempt. p. 116. deſcriptio non vero icon.
Pentaphyllum canum polyſchiſton THAL. p. 88.
Quinquefolium petraeum majus TAB. p. 122. bene.
Pentaphyllum erectum foliis profunde ſectis ſubtus argenteis flore luteo I. B. II. p. 398. *c.* RAJ. p. 613. H. OX. II. p. 190. T. 19. f. 11.
Quinquefolium folio argenteo C. B. Baſil. p. 92. TOURN. aut. de Par. p. 133. I. R. H.

Ad vias non rarum, circa Baſileam. Bernae prope *Siechenhaus* &c.

Caulis hirſutus, ramoſus, erectus, cubitalis. Foila quinata, longiora quam priorum, peranguſta, diſtantia, quinque, & ſeptem magnis, conjugatis dentibus in apice inciſa, deinde ternata. Subtus albo tomento obducuntur. Flores plurimi, petalis oblongo-rotundis, ſulfurei aequalis coloris. Stamina fere viginti. Calyx totus prae tomento albicat. Placenta pappoſa.

II.
FLORE TETRAPETALO.

TORMENTILLA TOURN. LINN. RIVINI, quam olim ob quatuor petala ſeparavit à Quinquefolio SPIGELIUS *Iſag.* c. 18.

11. POTENTILLA foliis quinatis, flore tetrapetalo, caule erecto.

Tormentilla BRUNF. I. p. 85. RUELL. DORST. p. 287. TRAG. p. 503. CORD. Dioſc. p. 64. *b.* Hiſt. p. 94. *b.* GESN. Tab. Coll. p. 111. *b.* MATTH. p. 947. CAM. Epit. p. 685. optime. DOD. Hiſt. p. 118. CAES. L. XIV. c. 21. THAL. AICHST. Aeſt. Ord. 10. T. 9. f. 3. I. B. II. p. 398. *g.* RAJ. p. 617. LINN. Cliff. p. 194. ROY. p. 276. BLAKW. T. 445.
Heptaphyllum FUCHS. p. 260. GESN. Hort. p. 261. *b.*
Tormentilla vel heptaphyllum LOB. ic. p. 696.
Tormentilla conſolida rubra TAB. p. 124.
Tormentilla ſylveſtris C. B. T. aut. de Par. p. 538. I. R. H. ZANICH. p. 261. ic. 87. LINN. Lap. n. 213.
Pentaphyllum aut potius heptaphyllum flore aureo tetrapetalo tormentilla dictum H. OX. II. p. 190. T. 19. f. 13.
β *Tormentilla quadrifolia radice rotunda* MERRET. p. 119.

In ſylvis, & pratis udis frequens.

Radix fit magnis tuberibus pollicaribus & ultra, multiplicibus, ſanguineo ſucco plenis. Caules erecti, ramoſi, a duabus unciis ad pedem alti. Folia ſeſſilia, longa, acute inciſa, lobis quinque & ſeptem, quorum, qui cauli proximi, perexigui ſunt, & profundiſſime inciſi, pene palmati. Pappus in ovario conſpicuus. Summus caulis laxis eſt & diſtantibus ramis. Calyx octofidus, flos tetrapetalos, cordatis, luteis petalis, ungue croceo, ſtaminibus ab octo ad ſedecim, ſeminibus paucis, circiter ſenis, octonis.

12. TORMENTILLA alpina CAMER. *hort.* p. 171. *ic. rad.* in *Epit.* cum priori SCHWENKFELD.

Tormentilla alpina vulgaris major C. B. I. R. H. WAGNER. &c.
Tormentilla alpina major PARK. RAJ. p. 618.
II. *Tormentilla caſſubica major* I. R. H.

Pentaphyllum caſſubicum foliis viridibus profunde ſectis & majus HERM. Par. Bat. p. 211. cum icone.

Prior ſpecies in alpibus provenit, *Grindeliae* vallis, in *Gotrhardo* M. &c. Nuper ex *Gemmio* M. miſit Cl. D. D. RESPINGER. Altera e regione caſtri *Reichenbach.*

In univerſum haec ſpecies, aut varietas, ſpecioſior tota eſt & major. Folia multo, pro portione longitudinis, latiora, rhomboidea, radix craſſior eſt. Variat autem flore pentapetalo.

Olim GESNERUS in *Epiſt.* p. 52. commendavit uſurpandam radicem pro Been rubro. Stiptica eſt, amara, acido plena, hinc vulneraria, dentes labentes firmat, in mictu cruento ex motu nimio, in diarrhoeis & dyſenteriis a laxitate, ex potentiſſimis eſt, ſi ſapienter & poſt evacuationes adhibeatur BUCHWALD p. 274. Inter ſtiptica certe ſolam ſufficere credit LUDOVICI p. 337. STEPHANUS SALA decocto in ſanandis pravis ulceribus magna cum felicitate uſus eſt, VESAL. *de rad. Chin.* p. 18. Coria radice Tormentillae praeparant FEROENSES *Act. Hafn.* I. *Obſ.* 49. & *med. dan. dom.* p. 23.

ORDO III.
FOLIIS TERNATIS.
FRAGARIA STERILIS BOERH. *COMAROIDES* PONTED.

13. POTENTILLA foliis ternatis, petalis cordatis luteis.

Dubia ſynonyma vix eruuntur. Huc refertur

I. An *Planta fragariae ſimilis* MART. Spizberg. c. X. Tab. H. lit. *b.*

Trifolium norvegicum majus ſurrectum, foliis crenatis, flore luteo BARTHOL. Act. Danic. 1673. Obſ. 130. p. 346. ic.

Pentaphylloides minus erectum flore luteo ternis fragariae foliis PLUKN. p. 284. Sed hae plantae omnino ad aliam pertinent, ramoſam ſpeciem, flore parvo.

Fragaria alpina fruteſcens MUR. p. 713.

Pentaphylloides majus erectum flore luteo ternis foliis SCHEUCHZ. It. II. p. 138. niſi duae congeneres in Helvetia naſcuntur.

An *Fragaria ſterilis foliis molli lanugine pubeſcentibus* AMMAN. plant. Ruthen. p 84.

II. *Fragaria parva luteo flore* C. GESN. Hort. add. ad p. 259. *b.* Verum ſi omnino fraga fert, non erit hujus generis.

Fragaria flore luteo C. B. I. R. H. WAGN.

Fragaria helvetica nona PARK. p. 257. cum icone, quae noſtram omnino exprimit. H. OX. II. p. 187. RAJ. p. 610*. Haec certe, quam *Sibbaldia*, Fragariae multo ſimilior eſt.

An *Trifolium montanum luteo tormentillae flore cineraceum* BARR. ic. 710.

HUBERUS in *Gotthardo* M. & inter *Urſelen* & *Realp.* C. G. in M. *Braulio.* SCHEUCHZERUS ad ripam lacus *Sylvae pianae.*

Folia Fragariae ſimillima, margine obtuſo, crenato, nervis eminentibus, hirſuta. Flos in tota familia maximus flavus, petalis cordatis. Ecce iconem T. VI.

313 14. POTENTILLA foliis ternatis, petalis albis ſubrotundis.

Fragaria minor ſterilis GESN. Coll. p. 77. *b.* dici tetrapetalam.

Fragaria minime veſca ſ. ſterilis LOB. ic. 698.

Fragaria non fragifera & non veſca I. B. II. p. 395.

Fragaria ſterilis I. B. F. Boll. p. 200. C. B. RAJ. p. 611. T. aut. de Par. p. 82. I. R. H.

Fragaria ſterilis ſ. minime veſca, hirſuta, minime incana H. OX. II. p. 186. T. 19. f. 5.

Pentaphylloides minus repens flore albo foliis fragariae ternis PLUKN. p. 284.

Fragaria caule decumbente repente ROYEN. p. 274.

β *Quadrifolia* CORNUT. p. 219.

GESNERUS ait in ſepibus apricis naſci, quam in Helvetia nullibi vidi.

A *Fragaria* differt placenta pappoſa, minime ſucculenta, tum, quod flagellis deſtituatur.

SIBBALDIA.
LINNAEI n. 256.

Ab ultimo ordine Potentillae differt, ſtaminibus & ſeminibus tantum quinis. Perinde eſt, ſi conjunxeris.

316 1. SIBBALDIA foliis tridentatis LINN. *Lapon.* n. III. ROYEN. p. 276.

Fragariae ſylveſtri adfinis planta flore luteo SIBB. Scot. Illuſtr. p. 25. ic. T. 6.

Pentaphylloides erectum, luteum, quinquefolium, alchimillae alpinae effigie, foliis in ſummo apice tridentatis PLUKN. p. 284. T. 210. f. 5. non bene, ut potius *Quinquefolii albi cauleſcentis* iconem exprimat.

An eadem *Fragariae affinis ſericea incana* C. B. Prodr. p. 139. Sed terna folia ait ad pediculum in-

incisa, & videtur potius pertinere ad *Heptaphyllum argenteum trifolium ſabaudum* BOCCON. p. 20. T. 9.
Fragaria ſterilis ſericea ſ. incana GARID. p. 190. ic. 109. utcunque.
Pentaphylloides fruticoſum minimum procumbens, flore luteo, foliis ſericeis fragariae ternis PLUKN. p. 284. T. 212. f. 3. Omnino haec ad noſtram pertinet.

Priorem I. GESNERUS miſit, in alpibus lectam.

Radix longa, lignoſa. Folia radice pediculata, juniora ſubtus ſericea, adulta pene glabra, quod in plurimis plantis fieri contingit, reſecto apice, profunde tridentato, firmula. Calyx campaniformiter connivet, durus, venoſus, glaber.

FRAGARIA.

RAI. *meth.* p. 68. BOERH. p. 41. LINN. n. 414.
FRAGARIAE ſp. T. 152.

Ab ultimo Potentillarum ordine differt placenta pulpoſa, ſphaerica, eduli: A *Comaro* praeterea petalis magnis, cordatis.

1. FRAGARIA flagellis reptans LINN. *Cliff.* p. 192. ROYEN. p. 274.
Fragaria BRUNF. II. p. 40. DORST. p. 130. *b.* TRAG. p. 500. GESN. Hort. p. 259. *b* GESN. Coll. p. 77. MATTH. p. 1021. RAJ. p. 609. BLAKW. T. 77.
Herba qua e fraga gerit RUELL. p. 451.
Fragula CORD. Hiſt. p. 173.
Fragaria major FUCHS. p. 853. THAL. p. 43.
Fragaria & fraga DOD. Pempt. p. 672. LOB. ic. p. 697.
Fragaria ſylveſtris vel montana CAM. Epit. p. 765.
Fragum trifolium fragiferum TAB. p. 118.
Fraga fructu rubro AICHST. Vern. Ord. 7. T. 8. f. 3.
Fragaria ferens fraga rubra I. B. II. p. 394.
Fragaria vulgaris C. B. Baſ. p. 92. H. OX. II. p. 186. I. R. H. MAGN. Char. p. 112. LINN. Lapon. n. 209.
β Minor FUCHS. THAL.
Fraga altera DOD. l. c.
γ Fructu albo GLSN. Hort. l. c. TAB. p. 119. CAM. Epit. p. 766. AICHST. I. B. RUDBEK. Act. Suec. 1720. p. 97.
δ Flore pleno ACT. URATISL. 1722. M. Jul.

Prior ubique ad ſepes & in ſylvis frequens eſt. Albo fructu in apricis circa *Badam* legit C. GESNERUS.

Radix dura, nigra, ramoſa. Caules projecti, repentes, ramoſi, graciles pediculos emittunt, qui in diſtans erepunt, novasque radiculas cauliumque colonias propagant. Folia ternata, circumſcriptione rhomboidea, lateribus extremis ſerratis, viridia, parte averſa albo villo ſplendente, nervis parallelis conſpicuis. Petala magna, rotunda. Stamina robuſtis & triangularibus filamentis, fere viginti. Placenta depilis, per maturitatem ſucculenta, rubra. Semina ex ovato acuminata.

Radix adſtringit, vulneraria eſt, ſic folia. Fructus vero notiſſimi ſaporis, quo plerosque Europae horaeos fructus ſeparat, acidae indolis, quae natura in aquam transit GEOFROI III. p. 489 tenuium partium, vi diuretica, quam GESNERUS *epiſt.* p. 92 *b.* ad calculum praedicat, & in ſolis acinis reſidere ait BOERHAAVE. Ad icterum etiam valet. CRATO ad nimias haemorrhoides mirifice commendat *Conſil.* L. III. n. 15. In febribus ardentibus conditum, ſuccus, ipſa planta putredini ſitique reſiſtit, vi acidula: hinc ad bilis, alcaleſcentis liquidi, & hepatis morbos apta. Aqua pro coſmetica habetur. Intus ſumta temperat, & ad febres convenit, ſed decocta faeces alvinas rubro colore tingunt GEOFROI. Externo uſu ulcera, etiam vetuſta, ſanat herba E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* III. *Obſ.* 80.

Perchepier & *Alchimilla*, quas ob calycis ſegmenta duorum ordinum, & faciem conjungit LINNAEUS, nimis diſtant flore, ſemine, ſtaminibus, & interrumpunt catenam ordinis naturalis.

RUBUS.

TOURN. T. 385. LINN. n. 413.

Summa ſimilitudo faciei, floris, fructus, virium medicatarum efficit, ut a Fragaria removeri non poſſit, & ſi ſemina pulpoſo involucro contineantur, quae Fragariae nuda

nuda ſunt, pulpa nempe a ſtrigoſo cortice non ſeparabili, & calyx monophyllos in quinque tantum ſegmenta findatur.

310 1. RUBUS radice repente annua foliis ternatis LINN. *Lap.* n. 206. ROYEN. p. 274.
Rubus alpinus humilis GESN. Hort. p. 277. I. B. II. p. 61. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VI. p. 461. It. VII. p. 518.
Rubus idaeus abſque ullis ſpinis GESN. Fract. p. 63.
Rubus idaeus quidam in M. Pilati GESN. Coll. p. 103. *b.*
Chamaebatus G. Aemilii GESN. Epiſt. p. 107. *b.*
Chamaebatus ſeu rubus idaeus alter germanis bocksbeer TRAG. p. 973. deſcriptio, non vero icon.
Rubus ſaxatilis alpinus CLUS. Pann. p. 115. 116. cum ic. PARK. p. 1015. BOT. MONSP. APP. &c.
Rubus ſaxatilis ſ. petraeus CLUS. Hiſt. p. 117.
Rubus minimus THAL. p. 102.
Chamaerubus ſaxatilis C. B. RAJ. p. 1654. SCHEUCHZ. It. I. p. 34.
Rubus idaeus non ſpinoſus ZWING. p. 267.
II. Quomodo differt *Rubus tricoccos* PARK. p. 1015.
Et *Rubus alpinus trifolius erectus folio ſerrato mitioribus ſpinis & ſubhirſutis* PONTED. Anth. p. 155. Nihil uterque, niſi fallor.

In alpium ſylvis humilioribus. GESNER in M. *Fracto.* SCHEUCHZER ad radicem M. *Tittelsberg*, & circa Thermas Fabarias. HUBER. in M. *Luna.* Ego ad conjunctionem vallis *Lauterbrunnenſis* cum *Grindelia* &c. RAIUS in M. *Thuiri.*

A ſequentibus differt herbacea natura molliori, humili, foliis ſubtus non incanis, baccis pauciſſimis, duabus ad ſex, ſed majoribus, diſtinctis, quae in reliquis coaleſcunt. Praeterea breves pediculi florum, & folia Ulmi ſimilia, varie circumſerrata, facile diſtinguunt.

2. RUBUS caule aculeato foliis ternatis LINN. *hort. Cliff.* p. 192. ROYEN. p. 273.
Chamaebatus humilior DORST. p. 193.
Rubus tertius CORD. Dioſc. p. 63. *b.*
Rubi alia ſpecies in humidioribus GESN. Hort. p. 277.
Rubus humilis chamaebatus GESN. Coll. p. 103.
Humilis rubus TRAG. p. 969.
Rubus minor DOD. p. 742. cum icone. RAJ. p. 1640.
Humilis rubus in belgicae ſylvis CLUS. Pannon. p. 115. Hiſtor. p. 118.
Rubus reptans LOB. Adv. p. 446.
Rubi genus humilius in humidis CAES. L. III. c. XI. p. 98. An huc? cum dicat baccas tantum duas vel tres habere.
Rubus minor fructu coeruleo I. B. II. p. 59.
Rubus repens fructu caeſio C. B. Baſ. p. 112. TOURN. aut. de Par. p. 528. I. R. H. RUDBECK. p. 99. ZANICH. p. 229. ic. 101.

Paſſim in agris declivibus, & aquoſis v. g. circa *Seelhofen.*

A ſequente differt, humili habitu, minus ramoſo, nigriori, foliis ſemper ternatis, fructu coeruleo, aquoſe dulci, acinis majoribus.

307 3. RUBUS foliis ternatis & quinatis, coſta plerumque inermi, fructu rubro, villoſo.
α *Rubus idaeus* TRAG. p. 970. deſcriptio, non vero icon. CORD. Dioſc. p. 63. GESN. Hort. p. 277. Tab. Coll. p. 103. *b.* MATTH. p. 1110. CAM. Epit. p. 752. DOD. p. 743. ex CLUSIO, LOB. Ic. p. 212. eadem icon. BLAKW. T. 289.
Rubus baccis ſ. moris rubris CLUS. Pann. p. 117.
Rubus idaeus vulgaris CLUS. Hiſt. p. 117. cum icone.
Rubus tertius montibus proprius CAES. L. XIV. c. 11.
Rubus idaeus ſpinoſus LUGD. C. B. Baſ. p. 112. T. aut. de Par. p. 528. I. R. H. *fructu rubro* I. B. II. p. 59. RAJ. p. 1640.
Rubus caule erecto hiſpido, foliis ternatis LINN. Lapon. n. 204. Cliff. p. 192. ROYEN. p. 273.
β Var. non ſpinoſa.
Rubus argentinae in horto GESN. Hort. p. 277.
Rubus idaeus Placae CLUS. p. 117. deſcriptio non vero icon.
Rubus hircinus TAB. p. 897.
Rubus fructu rubello non aſper I. B. F. Boll. p. 150.
Rubus idaeus non ſpinoſus LUGD. p. 124. I. B. II. p. 60. RAJ.
Rubus idaeus levis C. B.
Icon MERIANAE CCXXII.
γ *Fructu albo* CAM. Hort. THAL. p. 102. I. B. RAJ. I. R. H. RUDBECK. p. 99.

Spinoſa varietas in montanis frequens eſt v. g. in ſylvis M. *Gurten*, non ſpinoſa in ſylvis humilioribus v. g. circa *Glasbach.*

Altior

Altior eſt, erectior, ſepedalis, foliis ex ovato in longum mucronem productis, ſubtus tomento albiſſimis, fructu rubro, odorato, ſuaviori, baccis pluribus & minoribus. Folia ſaepe quinata, vere pinnata, prima conjugatione majori.

Syrupus in medicamentis ob gratiam frequens admiſcetur, vi cardiaca olim notiſſimus, a GESNERO facile praepoſitus margaritis & ſapphiris, dulci & aromatico ſapore. Salem eſſentialem alii laudant, pariter acidum, ſed & aqua ſuavis eſt & commodum medicamentorum vehiculum.

4. RUBUS foliis ternatis & quinatis, coſta ſpinoſa, fructu nigro & levi.

Mora baccae prius genus DORST. p. 193.
Rubus FUCHS. p. 152. TRAG. p. 970. MATTH. p. 1009. CAM. Epit. p. 751. optime. DOD. p. 742. LOB. II. p. 211. etiam bene. BLAKW. T. 45.
Rubus grandis TRAG. p. 969.
Rubus I. CORD. Dioſc. p. 63. *b.* CAES. p. 98.
Rubus vulgaris GESN. Hort. p. 277. THAL. &c.
Rubus major GESN. Coll. p. 103.
Rubus arvenſis TAB. p. 896. icon propior ſpeciei 2.
Rubus vulgaris ſ. rubus fructu nigro C. B. T. aut. de Par. p. 138. I. R. H. ZANICH. p. 228. ic. 264.
Rubus vulgaris fructu nigro C. B. Baſ. p. 112.
Rubus major fructu nigro I. B. II. p. 57. RAJ. p. 1639.
Rubus caule aculeato foliis ternatis & quinatis LINN. Cliff. p. 192. ROYEN. p. 273. Icon CXXII. MERIAN. *Inſ. de l'Eur.*
β *Spinis carens* BARR. ic. 395 H. R. P. I. R. H. TILL. H. R. M.
γ *Fructu albo* I. R. H. GARID. RAJ. Syn. III.
δ *Flore ſemipleno* VAILL.
ε *Flore pleno* BRESLAV. 1722. M. Jul.

Nihil frequentius in ſylva, quae ab hoc Rubo dicta eſt *Bremgarten*, prope *Bernam*, & alibi, ad ſepes, in ſylvis caeduis &c.

Caulis fruticoſus, longe repens, una cum ramis ſpinoſus. Folia per intervalla, pinnata, uno, aut duobus paribus pinnarum, ambitu obtuſe rhomboideo, circumſerrato, aliquando bilobata. Prima conjugatio, ſi duae ſint, altera minor eſt, & divergit. Flores umbellati in ramoſis pediculis. Calyx quinquefolius, in anguſta ſegmenta productus, cum aetate reflectitur. Petala ex calyce ſubrotunda, alba aut carnea, flaccida, ſtamina numeroſiſſima. Bacculae in acervum hemiſphaericum circa placentam congeſtae, monoſpermae, tuba ſimplici capitata, nigrae, ſucco rubro. A prima & ſecunda colore fructus, caule ampliori, foliis ſaepe quinis diſtinguitur, a tertia fructu, & aſperiori habitu, nervoque folii perpetuo ſpinoſo, foliisque magis digitatis.

Folia ſtiptica ſunt, uti priorum, & acerba, laudantur in angina, in ulceribus pervicacibus pedum, CHOMEL. p. 648. in firmandis gingivis relaxatis. Fructus notiſſimus eſt puerorum cibus, ſubdulcis, acidae indolis, & aquoſae Syrupus & gelatina obſiſtunt putredini, uti fraga, & ad febres & anginas conveniunt, & quotiescunque acida proſunt. Radix pro aperiente habetur, & decoctis additur in hydrope morbisque chronicis.

PLANTAE POLYSTEMONES.
CLASSIS III.
POMIFERAE.

His, uti proxime priori claſſi, petala quinque, & ſtamina, ex calyce oriuntur. Sed ſemina conceptaculo pulpoſo includuntur.

ORDO I.
UMBILICATAE.

His calycis pars monophylla, cava, cum ovario inſeparabiliter connexa eſt, ut grandeſcens fructus expanſa calycis ſegmenta ex apice praeferat.

RIBES.

LINN. n. 195.
GROSSULARIA TOURN. T. 409.
GROSSULARIA BOERH. p. 253. DILL. *Elth.* ad T. 139.
RIBES BOERH. p. 254. & DILL. l. c.

Non alio loco ponendus fuit, ob habitus cum Rubo ſimilitudinem, fructumque

umbilicatum, licet ſtamina, uti *Sibbaldia*, tantum quinque nactus ſit, petala vero in multis ſpeciebus minutiſſima ſint, & licet aegre adducar, ut aliquid Roſae & Rubo interponam. Tuba unica vel breviſſime, vel longius, bicornis. Utrumque genus BOERH. & DILL. ſeparari vetat conſtans habitus conſenſus, notarumque defectus. Fructus mollis, calyce coronatus, polyſpermos.

1. RIBES ramis aculeatis, erectis, fructu glabro LINN. *hort. Cliff.* p. 82. ROYEN. p. 273. MALPIGH. ic. 199. 259.

Groſſularia RUELL. I. C. 107. 123.
Criſpina uvam ferens ſpina CORD Dioſc. I. C. 120.
Ceanothus ſpina theophraſto memorata GESN. Hort. p. 252.
Uva ſpina MATTH. p. 167. bene. CAES. L. III. c. 12.
Uva criſpa FUCHS. p. 187. bene. GESN. Coll. p. 115. *b.* TRAG. p. 977. ex FUCHS. DOD. p. 748. bene. LOB. Ic. II. p. 206.
Uva criſpa uva ſpina TAB. p. 1082.
Uva criſpa ſ. groſſularia I. B. I. P. II. p. 47. RAJ. p. 1454.
Groſſularia ſimplici acino ſ. ſylveſtris C. B. TOURN. aut. de Par. p. 464. I. R. H.
Groſſularia ſpinoſa ſylveſtris C. B. Baſ. p. 109.
Groſſularia BLAKW. T. 277. (varietas hortenſis) IC. MER. XII. & XXXI.

Nihil frequentius ad ſepes vivas.

Folia ſemitrifida, lobis rotunde terminatis & inciſis, lateralibus plerumque denuo ſemibifidis. Gemmae trifoliatae, biflorae, cum ſpina acuta ſubjecta. Pediculus pendulus, ſquama auriculari ſuccinctus. Ovarium ſubhirſutum, calyce coronatum, quinquefolio, ellipticis, cavisque ſegmentis, per aetatem reflexis. Petala ex calyce, fere pentagona, ſubrubella. Stamina ex calyce quinque. Tuba in fine ſpongiolas duas adnatas habet. Fructus maturus ſphaericus, pellucidus, valde ſucculentus, polyſpermos.

Baccae edules, ad intrita in uſu ſunt. Dicuntur etiam gratiſſimum vinum preſſae ſubpeditare. Immaturae periculoſum cibum praeſtant, maturae alvum ducunt, utiles hominibus ſiccis & melancholicis.

2. RIBES inerme, foliis planiuſculis, racemis erectis LINN. *Cliff.* p. 82. ROYEN. p. 270.

Ceanothi levis genus GESN. Hort. p. 252. LUGD. p. 132.
Ribes ſylvaticus GESN. Hort. app. p. 295. *b.*
Ribes vulgaris fructu dulci CLUS. Pann. p. 119. Hiſt. p. 119. deſcriptio, non icon, quod video etiam ERNDTELIUM obſervaſſe E. N. C. *Vol.* III. *app.*
Ribes ſylveſtre CAM. Hort. p. 141.
Groſſulariae rubrae levis genus LUGD. p. 132. ex GESNERO.
Ribes inſipidum SCHWENCKF. p. 182.
Ribes alpinus dulcis I. B. II. p. 98. RAJ. p. 1486. ZWING. p. 234. LINN. Lapon. p. 97.
Groſſularia vulgaris fructu dulci C. B. I. R. H.?
Groſſularia ſylveſtris rubra C. B. LOES. HOFM.
Ribes montana altera C. B. Prodr. p. 160.
Groſſularia hortenſis fructu margaritae ſimilis RUDB. p. 98.

In ſylvis altioribus Jurae & alpium. In *Saleva* & *Thuiri* I. B. & RAI. Circa *Baſileam*, ſupra *Riegoldswyl* in montibus, qui cum M. *Waſſerfall* continuantur. In paludoſis agri Bernenſis v. g. circa *Wengi*.

A ſequente modice differt. Frutex humilis eſt, albo cortice, folia ſemi-trifida, acutis laciniis, media longiore, quam in n. 4. acute circumſerrata: ſpinae nullae. Flores ex uno pediculo conferti, exigui, racemis erectis. Fructus albidus, pene inſipidus.

Tuſſi mederi, ruſticum medicamenti genus C. G.

3. RIBES inerme, floribus planiuſculis, racemis pendulis LINN. *Cliff.* p. 82. ROYEN p. 270.

Ribes vulgaris flore rubro CLUS. Pannon. p. 119. Hiſtor. p. 119.
Ribes vulgaris in allobrogum & ſequanorum montibus ſponte naſcens ruber LUGD. p. 132.
Alius frutex in alpibus CAES. L. VIII. C. 12.
Ribes vulgare baccis rubris CAM. Hort. p. 141. lectum in Luſatiae finibus.
Ribes montana oxyacanthae ſapore C. B. Prodr. p. 160.
Ribes acidum SCHWENCKF. p. 182.
Groſſularia multiplici acino ſ. non ſpinoſa hortenſis rubra Ribes officinarum HOFM. lectam circa Altorfium.

Ribes

Ribes flore rubente I. B. II. p. 98.
Ribes acidus ruber LINN. Lap. n. 98.
β *Ribes vulgaris* CLUS. p. 119. Haec nempe varietas hortenſis eſt, neque in Helvetia ſponte provenit.

In ſylva *Bremgarten*, circa *novum pontem* non frequenter. In Valeſiorum alpibus C. B. Altior priori, erectus ad 10. pedes. Folia fere ſimilia n. 4. magis pentagona, quam in n. 2. medio ſegmento non ita longo. Racemus pendulus, flos ruber, petalis minimis, inſtar cunei reſectis, Tuba in duo brevia cornicula finditur.

Hujus, & adfinis hortenſis, fructus conditus in deliciis habetur. Iidem vel recentes, vel rob cum ſaccharo paratum, in febribus, & elegans, & efficax medicamentum praebent, familiare magno BOERHAAVIO.

4. RIBES inerme, folio & nigro fructu maximis, olentibus.
Piperaſtrum RUELL. p. 119.
Ribes ſylveſtre TRAG. p. 994.
Amomum falſum GESN. Hort. p. 246. Tab. Coll. p. 58.
Ribes ſylveſtre aquaticum ſabinae fere odore GESN. Epiſt. p. 102.
Pſeudamomum EJ. Coll. p. 48.
Arbuſcula piper racematim ferens MATTH. p. 579.
Ribes cum fructu nigro DOD. p. 749.
Ribes nigra LOB. Adv. p. 445. Ic. p. 202. eadem icon. TAB. p. 1083. bene. SWEERT. II. T. 33.
Ribes ſylveſtris THAL. p. 96. niſi dulcis ſit.
Frutex ribi ſimilis CAES. L. III. c. 12.
Ribes baccis nigris CAM. Hort. p. 141.
Ribes nigrum SCHWENCKF. p. 183.
Ribes fructu nigro AICHST. Vern. Ord. Frut. T. 14. f. 3. PARK. &c.
Ribes nigrum vulgo dictum folio olente I. B. II. p. 98. bene. RAJ. p. 1486. &c.
Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro C. B. P. &c. *majore* TOURN. aut. de Par. p. 64. I. R. H. RUPP.
Icon MERIANAE n. XXXVII.
Ribes vulgaris fructu nigro LINN. Lap. n. 99.
Ribes inerme floribus oblongis monogynis LINN. Hort. Cliff. p. 269. ROYEN.
β *Fructu minore* I. R. H.
γ *Folio picto* MILLER.
♂ Huc LINNAEUS refert *Ribes nigrum penſylvanicum foliis oblongis* DILLEN. Hort. Eltham. T. 245.

C. GESNERUS ad foſſas aqua plenas circa *Tigurum*. Ego circa Bernam ad ſtagna, non frequenter.

Frutex humilior eſt, folia multo majora, ſemi trifida, angulo medii ſegmenti lateralibus majori. Racemi penduli, baccis majoribus, nigris, permaturitatem ſub. acidis. Florem non vidi, dicitur longior eſſe & magis cylindricus. Tota planta ingrato odore etiam eminus ſe diſtinguit.

CAMERARIUS ait veneno non carere. Alii, in primis FORESTUS, fructum valide diureticum eſſe, foliis primo naſcentibus ſpiritum frumenti ita tingi, ut ſpiritum vini referat. Ad rabidi canis morſum laudari narrat GEOFROI III. p. 540. Verum id nimium eſt.

ROSA.

T. T. 408. LINN. n. 412.

Fructus umbilicatus, calyce expanſo, quinquefolio. Petala ex calyce quinque, ſubrotunda, cordata, ampla, ſtamina plurima, ad 90. in orbem multiplicem diſpoſita, & tubae plurimae, breves hae, craſſulae & congeſtae. In coriaceo, ſucculento tamen, & colorato fructu ſemina plurima villoſa, in unico loculo.

1. ROSA calycis foliolis indiviſis, pomo globoſo.
Roſa V. CLUS. Hiſt. p. 116. Omnino noſtra eſſe videtur, ex fructu nigro, facie &c. licet a Dunenſi ipſe ſeparet.
Roſa campeſtris odora EJ. Pannon. p. 111. ic. p. 112. deſcr. *odorato flore* Hiſtor. p. 116. cum duabus iconibus.
Roſa parva fruticoſiſſima III. CAM. Epit. p. 99. abſque icone.
Roſa alpina rubra SCHWENCKF. p. 84.
Cynorrhodon polyacanthon LUGD. p. 127.
Cynorrhodi ſpecies in broccenbergo THAL. p. 35.
Roſa campeſtris flore albo odoro PARK. p. 1017.
Roſa ſpinoſiſſima pumila flore rubro I. B. II. p. 41. ex LUGD. ZWING.
II. *Roſa dunenſis ſpecies nova* DOD. p. 187. icon qua CLUSIUS uſus eſt, noſtrae ſimillima.

Roſa nona EJ. Coron. p. 98. Hiſtor. l. c.
Roſa ſylveſtris pomifera LOB. Ic. II. p. 211. alia icon ſimilior iis, quas ex Gallia habeo. LUGD. p. 127. licet enim iconi ſpinae deſint, rotundo tamen fructu facile a ſequente diſtinguitur: neque ea in Anglia naſcitur.
Dunen roſen LOB. Adverſ. p. 446.
Roſa arvina TAB. p. 1088. *Tabern. ſpinoſa* I. B. II. p. 41.
Roſa pumila ſpinoſiſſima foliis pimpinellae glabris flore albo I. B. II. p. 40. RAJ. p. 1472. ZWING. p. 237.
β Varietas roſae pimpinellae folio
Roſa alia odoratior CAM. l. c.
Et *Roſa ſylveſtris pomifera Lobelio flore rubello ſine ſpinis pumila, eadem forte praecedenti* I. B. II. p. 40.
Roſa campeſtris ſpinoſiſſima flore albo odoro C. B. VAILL. I. R. H. ROYEN. p. 272.
Et *Roſa ſylveſtris pomifera minor* C. B. LINN. Lapon. n. 203. &c.
Roſa pimpinella ſ. pomifera minor PARK. ib.
γ *Flore variegato* MERR. SUTH. SIBB. p. 46. ic. 2.
δ *Foliis variis* MILL.

STAEH. prope *Farnspurg auf der Schiffernfliih* Roſam legit, pumilam, ramoſiſſimam, foliis ſeptenis & novenis, oblongis, acute circumſerratis, fructu tumente, retuſo, rotundo, breviori quam congenerum, flore albido, calycis ſegmentis non ramoſis. Ea, etſi folia omnino longiora habeat, & minus dura, quam Roſa pimpinellae folio Galliae Aquitanicae, huc tamen, maxime ad varietatem β. omnino pertinet. Quam vero ego legi ſimillimam, valde humilem, nervo, ramis, ſpiniſque purpureis, flore vero ſature rubente, in ſummis rupibus montis *Chaſſeral*, ad var. α. pertinere videtur. A ſequente maxima diverſitas in ſpinis eſt, quibus abundat, & fructu globoſo.

2. ROSA non ſpinoſa, calycis foliis indiviſis, fructu oblongo.
An *Roſae ſylveſtris tertium genus* TRAG. p. 988. Locus natalis non placet, GESNERUS tamen conjungit.
Roſa ſylveſtris a majo M. denominata GESN. Hort. p. 276. *b.* dicit ſpinis eſſe non perinde minacibus.
Roſa maji ſine ſpina GESN. Coll. p. 102.
Roſa cinamomea ſimplex fructu oblongo admodum praecox CAM. Hort. p. 144. ex *Albio* M.
An *Roſa ſaxatilis colore floris ruberrimo* EJ. Epit. p. 99. abſque icone.
An *Roſa minor rubello flore, quae vulgo a M. majo majalis dicitur* C. B. P.? ſynonyma confuſa ſunt. I. R. H. &c.
Roſa ſylveſtris odoratiſſimo rubro flore C. B. ZWING. p. 237.
An *Roſa cinnamomea floribus ſubrubentibus ſpinoſa* I. B. II. p. 39? Non dixerim.
Roſae vernae non ſpinoſae I. B. F. Boll. p. 149.
De *Roſa cinnamomea* DOD. & LOB., quam cum noſtra Helvetica conjungit I. B. & C. B. nihil omnino definio.
II. *Roſa ſuaviſſimi odoris in M. Pilati* LUGD. p. 126.
Roſa campeſtris ſpinis carens biflora C. B. P. RAJ. p. 1472. refert ad n. 1. cum tamen & montana ſit, & ſpinis careat. ZWING. I. R. H.
III. *Roſa rubello flore parvo ſimplici non ſpinoſa* I. B. II. p. 39. bon. ic. RAJ. p. 1470. Syll. Exter. p. 219. PLUKN. ZWING.
IV. Porro *Roſa minima* I. B. II. p. 41. non ſpinoſa eſſe dicitur.
V. Omnino eadem eſt
Roſa alpina rubra ſpinis carens BURS. Act. Suec. p. 585.
Ic. CXLV. MERIANAE.

In ſylvis *Jurae* non rara. Abunde in adſcenſu auſtrali M. *Grandvi*, in *Dolaz*, in dumetis inter M. *Waſſerfall* & *Vogelberg* ſecundum rupes. C. G. ad *Albii* M. radicem. I. B. in *Thuiri* & prope *Colonge*. RAIUS in montibus Genevenſibus.

Frutex humilis, cubitalis, & bicubitalis, ramoſus, non ſpinoſus, etſi aliqui, ſed rari, & debiles aculei per caulem ſpargantur. Folia uti in n. 1. levia, ovata, acute circumſerrata, dentibus bifidis, ſeptena, rarius novena. Flores ſolitarii. Ovarium oblongum, glabrum, aut ad baſin mollibus ſpinis armatum. Flos amplus, petalis pulchre coloratis, ungue pallente, odorus. Calycis folia non ramoſa, fructus oblongus, ſub calyce anguſtior.

*3. ROSA . . .
An *Roſa ſylveſtris III. omnium minima* CORD. Dioſc. l. c. 124.
Roſa ſylveſtris rubella parvo frutice I. B. II. p. 35. RAJ. p. 1470. Syllog. Exter. p. 219. PLUKN. ZWING.
II. *Roſa pumila pannonica flore rubello* I. B. II. p. 35. RAJ. p. 1469.

Roſa

Roſa pumila CLUS. Hiſt. p. 117. abſque icone.
Χαμαιρροδον EJ. Pannon. p. 113.
Roſa ſylveſtris pumila rubens C. B. RAJ. Syllog. p. 220. I. R. H. ZWING.
Roſa pumila rubra auſtriaca PARK. p. 1019.

RAIUS in collibus *la Baſtie* & *Champé* circa *Genevam*, I. B. inter *Genevam* & *Treney*, & circa caſtellum *l'Abbatie*.

„ I. B. Cubitalis frutex, ſpinis raris, foliis plerumque quinis, raro ſeptenis, ſerratis, glabris, rotundioribus, minoribus, quam in Roſa flore interſe rubro. Flos non parvus, incarnatus, jucundiſſimo odore, capitulo cum pediculo hiſpido. CLUSIANA planta multa ſimilia habet, & capitulum maximum, turbinatum.

4. ROSA foliis glaucis rubedine tinctis, flore rubro SCHEUCHZER. *It.* VII. p. 518. In ſepibus, intra ambitum pagi, certe longiſſimi, *Grindelwald.* Ex *Rhaetia* D. HUBER. A ſequente aut modice differt, aut nihil quidquam. Folia ampla, glabra, ſeptena, glauca, medietate tota purpurea. Pomum glabrum. Florem non vidi, dicit autem SCHEUCHZERUS intenſe rubrum eſſe, calyce pallente. Calyx inciſus eſt varie & alternatim, uti in ſequente.

5. ROSA foliis & fructu rotundo levibus, calycis foliolis diviſis, (MALPIGH. ic. 146. 205.)

Roſa ſylveſtris procerior CORD. Dioſc. I. c. 124.
Roſa ſylveſtris aſperior punicea FUCHS. p. 656. ſed flores plurium generum in unum fruticem commiſcuit.
Roſae ſylvoſtris vulgare genus TRAG. p. 987. cum icon. p. 986.
Roſa vulgo proveniens CAM. Epit. p. 99.
Roſa canina vulgo dicta DOD. p. 187. Coron. p. 48. bona icon. p. 97.
Cynorrhodos ſ. roſa ſylveſtris floribus ſubrubris THAL. p. 35.
Roſa ſylveſtris TAB. p. 1088, *colore ſubrubente* CAES. L. III. c. 10. p. 97.
Roſa ſylveſtris incarnato flore AICHST. Vern. Ord. 6. T. 6. f. 1.
Roſa ſylveſtris alba cum rubore folio glauco I. B. II. p. 43. LINN. Lapon. n. 202.
Roſa ſylveſtris vulgaris flore odorato C. B. Baſil. p. 112. *incarnato* P. T. aut. de Par. p. 527. I. R. H. ZANICH. p. 226. ic. 300. ZWINGER. cum Eglanteria conjungit.
Roſa ſylveſtris inodora ſ. canina PARK. p. 1017. RAJ. p. 1470.
Roſa canina ſylveſtris BLAKW. T. 8.
II. Quomodo differt *Roſa ſylveſtris flore majore & rubente* C. B. I. R. H. &c.
Quam *confervam cynosbati* vocat LEOPOLD. *flor. Ulmen.* p. 45. eſt inſecti opus, a MALPIGHIO deſcriptum.

Nihil vulgatius in ſepibus.

Altior eſt congeneribus, decempedalis, valde ſpinoſa, ſpinis hamatis. Folia quina, & ſeptena, ovata, levia, ſubtus glauca. Calyx, ut in hortenſibus, folio unico integro, duobus ab uno latere lacinias emittentibus, duobus utrinque pinnatis. Flos ſuaveolens, ungue albo, bractea cordata, varie incarnata, dilutiori, & tinctiori. Fructus maximus, ex rotundo conicus, glaber, rubensque.

Aqua deſtillata hortenſi non cedit, niſi ſuperat fragrantia. Infuſum Theiforme ex elegantia commendat THOMASIUS. E. N. C. *Cent.* IV. *Obſ.* 199. nam & vera Thea fere ſolo fructu a Roſa differt. Conſerva ex floribus adſtringit, ad haemorrhoides laudatur, dyſenteriam, fluxium hepaticum, ad pectoris morbis, ſiccaque guttura. Sed major uſus eſt in conditis, pro uſu culinario. Pulvis fructus exſiccati, (aut ſeminum ſolorum) ad calculum BORELL. *Cent.* III. *Obſ.* 22. Vermes ſpongiarum dicunter ſoporiferi eſſe, quod vix credo. In Sicilia, ſed inter ſuperſtitioſos mortales, ad incantationes, morbos ex terrore, morſus animalium venenatorum & canis rabidi, pro panacea habetur, uti ex ipſo nomine *Sanatodos* intelligitur. BOCC. *Muſ. di Pian.* p. 10.

6. ROSA foliis & rotundo fructu levibus, calycis foliis diviſis, albo flore.

Roſa ſylveſtris aſperior candida FUCHS. p. 656.
Roſae ſylveſtris quarta ſpecies TRAG. p. 988.
Cynorrhodon ſ. roſa ſylveſtris flore albo THAL. p. 35.
Roſa ſylveſtris albo colore CAES. L. III. c. 10.
Roſa ſylveſtris folio glabro, flore penitus albo I. B. II. p. 44.
Roſa arvenſis candida C. B. Baſ. p. 113. P. I. R. H.
Roſa pumila campeſtris alba PARK. p. 1019.
Roſa ſylveſtris altera flore albo noſtras RAJ. p. 1471. VAILL. ZWING.

In ſepibus & dumetis non raro.

Frutex humilior eſt, flos pene inodorus, absque rubore, folia ſubrotunda, minora. Calyx ſaepe integris foliolis fit, & ſemper minus profunde ſectis.

331 7. ROSA foliis ſubtus rubiginoſis, & odoratis.

Rubus canis RUELL. 1. C. 128.
Roſa ſylveſtris altera CORD. Dioſc. I. c. 124.
Roſa ſylveſtris alia humilior GESN. Hort. p. 275. *b.*
Roſae ſylveſtris ſecundum genus TRAG. p. 987.
Roſa maxima ſylveſtirum CAM. Epit. p. 99. cum icone.
Roſa ſylveſtris odorata DOD. Coron. p. 100.
Roſa ſylveſtris foliis odoratis EJ. Pempt. p. 187.
Eglentina ſ. eglantier LOB. Adverſ. p. 446.
Cynorrhodon ſ. roſa ſylveſtris virgis (fructu) *ac foliis aculeatis* THAL. p. 35.
Roſa Eglenteria TAB. p. 1087. AICHST. Vern. Ord. 6. T. 6. f. 4.
Roſa ſylveſtris foliis odoratis C. B. Baſil. p. 112. ZWING. p. 237. T. aut. de Par. p. 527. I. R. H. CLIFF. p. 191. ROYEN. p. 272.
Eglanteria DE BOOT. ic. 50.
Roſa ſylveſtris odora RAJ. p. 1471. non bene conjungit cum vulgari n. 5.
β Flore pleno I. B. MERR.
γ An haec *Roſa ſylveſtris alba cum aliquo rubore folio hirſuto* I. B. II. p. 44. Videtur.
Roſa vulgaris ſylveſtris folio ſubtus villoſo, flore albo VAILL p. 174. Videtur.
Inter TILLIANAS *Roſas* p. 148. non una videtur eſſe, quae ab iſta non differat.

Tiguri *Wynröslin* dici C. GESNER. *Baſileae* in ſepibus nonnullis naſci I. & C. B. Ego ibi legi circa *S. Louis*; deinde in juniperis inter *Orbe* & *Laſſaraz* magna copia, ſupra *Biennam* & *Creſſier* inter vineas; in ſubalpinis demum ſub *Geſchinen.* HUBERUS ad viam publicam in M. *Bözberg.* In Germania vulgatior eſt.

Firma eſt, erecta, aſperrimis ſpinis. Folia ambitu fere rotundo, quina, & rarius ſeptena, ſuperne leviter ſubhirſuta, inferne nervi, uti rami, rubiginoſa villoſitate conſperguntur, ſummitates ubique viſcoſae ſunt. Flos exiguus, imarnatus, pallidus unque albo. Calyx ſegmentis magnis & inciſis uti n. 6. Fructus aut levis aut molliter ſpinoſus, ovalis, per maturitatem niger. Odor pomorum totam plantam, etiam eminus prodit.

Hujus flores alvum dicuntur laxare.

336 8. ROSA foliis utrinque villoſis. fructu ſpinoſo.

An *Roſa ſylveſtris IV.* CORD. I. c. 124. ob folia lanuginoſa.
Roſa pomo ſpinoſo folio hirſuto I. B. II. p. 38. cum icone fructus, quem in deſcriptione nimis parvum facit. MAGN. Bot. M. p. 223.
Roſa ſylveſtris pomifera major C. B. Baſil. p. 112. RAJ. p. 1472. ZWING. I. R. H. RUPP. ROYEN. p. 273.
Roſa ſylveſtris fructu rubro hiſpido VAILL. p. 175.
Speciminibus DILLENIANIS collatis, non video differre
Roſam pomiferam majorem PARK. RAJ. p. 1472.
Roſam ſylveſtrem pomiferam majorem noſtratem PLUKN. p. 322. RAJ. Synopſ. III. p. 455.
Roſam ſylveſtrem fructu majori hiſpido PLUKN. p. 322. MILL.

Non ubique: C B. in Alnetis circa *Baſileam.* Ego in paludoſis circa *Heilbad* Thermarum *Leucenſium.* Gottingae non rara eſt.

Prioris n. 7. non diſſimilis eſt. Sed folia utrinque villoſa ſunt, hinc cinerea, longiora, majora, propiora ſpeciei 5. Flos ſature ruber. Fructus ſphaericus, maximus, per maturitatem niger, aculeis undique horret. Calyx uti n. 5.

Solis foliis ſeptenis, quae etiam in noſtra reperiuntur, differt *Roſa pomifera Venetiis Sprengeri folio hirſuto* I. B. II. p. 38.

Apud amiciſſimum STAEH. duas alias *Roſas* vidi, de quibus nihil definire licet, cum non ſint ad manus.

Roſa (ita in notis meis invenio) *pomifera fructu nigro rotundo* In Alnetis.
Roſa pomifera, foliis glabris, fructu nigro, longo, ventricoſo, gigartino. Ad Wieſam.

SORBUS.

T. LINN. n. 405. & omnium Auctorum.

338 Calycis cava pars, ut in reliquis, eſt fructus involucrum extremum, qui triſpermos eſt. Stamina, uti ſequentibus; circiter vigena, tubae tres.

1. SORBUS foliis pinnatis, glabris, fructu minimo.

Fraxinea arbor TRAG. p. 1008.

Sorbus

Sorbus aucuparia CORD. Dioſc. 1. c. 174. CLUS. Pannon. p. 8. Hiſtor. p. 9. obiter. THAL. I. B. I. P. 1. p. 62. I. R. H.
Sorbus GESN. Hort. p. 262. Tab. Coll. p. 108.
Sorbus ſyveſtris MATTH. p. 262. CAM. Epit. p. 161. bene. TAB. p. 1020. ZWING. p. 15.
Ornus DOD. Pempt. p. 834.
Sorbus ſylveſtris alpina LOB. Ic. II. p. 107.
Sorbus ſylveſtris in alpibus CAES. L. III. c. 63.
Sorbus torminalis LUGD. p. 99. BLAKW. T. 73. omnino.
Et *Sorbus ſylveſtris Matthioli, torminalis vera* LUGD. p. 332.
Sorbus ſylveſtris foliis domeſticae ſimilis C. B. P. RAJ. p. 1457.
Sorbus ſylveſtris quae aucuparia C. B. Baſ. p. 105.
Aucuparia RIV. RUPP. p. 112.
Sorbus foliis pinnatis LINN. Hort. Cliff. p. 196. ROYEN. p. 272.
β *Foliis pictis* MILL.

In ſylvis altioribus non rara, v. g. in montoſo tractu inter *Pantiger-hubel*, & *Thorberg Alp.* Arbor ramoſa, frondoſa, non altiſſima. Cortex fuſcus, levis. Foliorum octo circiter conjugationes ad unam coſtam, extremo inpare: ſicca ſunt, ſature virent, oblonga ellipſi circumſcribuntur, ambitu acute dentato. Flores in denſiſſimas umbellas. Petala alba, cava, ſubrotunda. Stamina de more ex flava corona, quae calyci adhaeret, & ovario circumponitur, omnino 20. Tubarum apex craſſiuſculus. Fructus ruberrimus, inedulis.

Fructus exſiccatus valide adſtringit, uti Prunus ſylveſtris: ut non videam quomodo hydragogus ſit, qualem facit eſſe NEEDHAMUS: Succus expreſſus dat viliorem ſpeciam *Sicerae*. Spiritus ex fermentatis ſorbis ſtillans laudatur ad morbos pectoris lentos. Rob haemorrhoidum dolorem & inflammatione ſanaſſe dicitur E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* IV. *Obſ.* 50.

2. SORBUS foliis pinnatis, inferne tomentoſis, fructu majori.
Sorbus domeſtica Auctorum.

Non videtur vera indigena eſſe: colitur autem paulo rarius, v. g. circa arcem *Münchenſtein*.

P I R U S.

LINN. n. 408.
PIRUS TOURN. T. 404. MALP. ic. 251. & omnium auctorum.
& *MALUS* T. T. 406. MALP. ic. 252. & omnium auctorum.
& *CYDONIA* T. T. 405. & omnium auctorum.

Omnino ſola figura fructus paulo longior, & circa petiolum minus excavata, & cutis tuberoſa non videtur ſufficere ad ſeparandam Pirum a Malo, cum genera ſint ſimillima flore, calyce, ſtaminibus circiter viginti, loculis cartilagineis in media pulpa quinis, polyſpermis, Tubis quinque, ſeminum figura.

1. PIRUS foliis ſerratis, pomis baſi productis LINN. *Cliff.* p. 190. ROYEN. p. 266.
Pirus ſylveſtris RUELL. I. C. 115. DOD. p. 799. PARK. I. R. H. RUPP. &c.
Pira ſylveſtria GESN. Coll. p. 97. TRAG. p. 1046. TAB. p. 1018.
Piraſter LUGD. p. 308. THAL. p. 89.
Piri genus ſylveſtre CAES. L. III. c. 62.
conf. BLAKW. T. 453.
β *Pira ſylveſtria majora* TAB. p. 1018. SCHWENCKF. I. B. pro varietate.
Pirus ſylveſtris fructu majori C. B. Baſil. p. 108. I. R. H. GARID. &c.
γ *Pira ſylveſtria minima* TAB. p. 1019.
An *Pirus ſylveſtris fructu minore* C. B. Baſ. l. c.

In marginibus ſylvarum, & agris ſterilibus.

Magna arbor, ſpinoſa, dura materie, ad ſculpturas, & mechanica utili. Folia ex ovatis leniter acuminata, longiora, circumdentata, glabra. Calyx ſubhirſutus: flores in umbellam albi, petalis cavis, ſubrotundis, ex pentagona balſamica corona ovarii ortis, cum vigenis ſtaminibus. Fructus turbinatus, ad pediculum gracilior, in hac ſpecie acerbus, inedulis. Aliquas tamen varietates magis edules eſſe, admittit I. B. Vix edulia ſunt: potus inde miſerrimus coquitur a paganis.

2. PIRUS foliis ſerratis, baſi concavis LINN. *hort. Cliff.* p. 189. ROYEN. p. 266.
Agreſtia mala CORD. I. C. 164.
Mala ſylveſtria TRAG. p. 1043, 1044. trium generum.
Mali ſylveſtres DOD. p. 790.

Malus ſylveſtris THAL. PARK. p. 1502. BLAKW. T. 178.
Malus ſylveſtris ſ. agreſtis RAJ. p. 1448.
α Varietates varias paſſim reperio.
Fructu albo majori TAB. p. 1008. C. B. Baſ. p. 108. HERM. H. L. B.
β *Fructu albo minori* TAB. p. 1009. C. B. Baſ. l. c. HERM. l. c.
α β *Malus ſylveſtris acido fructu albo* I. R. H.
γ *Fructu rubro majori* C. B. Baſ. p. 108. HERM. l. c.
Mala ſylveſtria rubentia TAB. p. 1008.
γ δ *Malus acido fructu ſylveſtris* I. R. H.
δ *Fructu rubro minori* C. B. l. c. HERM. l. c.

Similibus locis cum priori.

Arbor pene ſimilis eſt, folium rotundius, minus evidenter ſerratum, ſubtus villoſum, ſtamina frequenter ſupra viginti, fructus ſphaericus, circa petiolum cavus, pariter acerbus & immitis, levis autem, & pulpa minime tuberculis miſta, flos exterius evidentius rubet.

Vinum inde paratur, & intinctus auſterus ad piſces.

M E S P I L U S.

LINN. n. 407.
MESPILI T. T. 410. ſpecies nonnullae.

A Piro differt ſeminibus tantum quinque, calyce perſiſtente, & circa umbilicum fructus connivente.

1. MESPILUS foliis lanceolatis, integerrimus, ſubtus tomentoſis, calycibus fructus prominentibus LINN. ROYEN. p. 270.
Meſpilus germanica, folio laurino non ſerrato, ſ. meſpilus ſylveſtris C. B. &c.

Circa *Bernam* dumeta facit, im *Altenberg*. Circa *Neocomum* etiam reperi, ſed non perſuadeor veram eſſe indigenam.

2. MESPILUS foliis ovatis integerrimis LINN. *Cliff.* p. 189. ROYEN. p. 271.
Chamaemeſpilus GESN. App. p. 214. *b.* ic. p. 215. Epiſt. ad FARIC. p. 91. *b.* Licet enim diſtinguat ibi *Cotoneaſtrum* a *Chamaemeſpilo*, certum tamen eſt, duas arbores diverſas, his nominibus reſpondentes, non reperiri. SIML. p. 334. CAM. Hort. p. 40. & 101. PARK. p. 1424.
Chamaemeſpilus Geſneri CLUS. Pann. p. 83. Hiſt. p. 80. bon. ic. RAJ. Syll. Ext. p. 93.
Chamaemeſpilum LOB. Ic. II. p. 167. non placet.
Epimelis LUGD. p. 198. *Galeni* PARK. p. 1424. ex CLUS.
Bagolae alterum genus CAES. L. V. c. 14.
Chamaemeſpilus Cordi THAL. p. 33. C. B.
Meſpilus humilis folio mali cydoniae rotundo, non ſerrato HERM. PLUN. VOLC.
Chamaemeſpilus alpina MUNT. ic. n. 54. foliis nimis acutis.
Chamaemeſpilus alpinus lato folio non ſerrato TIT. It. pro nova.
Meſpilus folio ſubrotundo fructu rubro I. R. H GARID. RUDB. p. 97. TILL. MILL.
Meſpilus folio rotundiori non ſerrato fructu rubro AMMAN. pl. Ruth. p. 201.
II. Omnino eadem eſt
Cotoneaſter GESN. Epiſt. p. 91. *b.* & p. 92. I. B. I. P. I. p. 73. RAJ. p. 1917. RUPP. p. 109.
Epimelis altera cotoneaſter Geſneri LUGD. p. 199.
Cotoneaſter folio ſubrotundo non ſerrato C. B. MUR. p. 662.
Cotonaſter Geſneri PARK. p. 1424.
Vitis idaea arboreſcens mali cotoneae vel ſtyracis foliis BREYN. Prodr. II. p. 106. male.

Non rara in alpium & Jurae ſylvis, dumisque lapidoſis. Reperi ſupra *Biennam*, ad pedem arcis *Falkenſtein*, in M. *Waſſerfall*, in M. *Grandvi*. In *Saleva* M., in *Albula Rhaetica* &c. lecta eſt a I. B. RAIO. HUBERO. GESNERUS *Badae* & in *Albio* M.

Frutex humilis, ligno fragili, diſtortus, difformis. Folia ex ovatis acuminata, non ſerrata, ſuperne viridia, glabra, inferne albo goſſypiaceo tomento obſita. Flores ex alis foliorum ſparſi, ovarium junius tomentoſum; petala ſubrotunda alba, media linea roſea diſtincta; baccae inſipidae, per maturitatem rubrae, tripyrenae GESNER. & I. B. & ERNDL. E. N. C. *Vol.* III. *Append.* ſed naturaliter pentapyrenae CLUS.

3. MESPILUS inermis, foliis ovatis, ſerratis, acutis LINN. *Cliff.* p. 189. ROYEN. p. 271.
Flüibirlin ARET. p. 235. SIML. p. 332.
Dioſpyros GESN. Hort. p. 256. *b.* Append. p. 291. *b.* cum deſcriptionibus. Epiſt. p. 91. *b.* I. B. I. P. I. p. 75. cum bona deſcriptione. RAJ. Hiſt. p. 1461.
Sorbis cognata dioſpyros GESN. Hort. p. 282. *b.*

Py-

Pyraſter idaea GESN. Epiſt. p. 89.
Vitis idaea tertia CLUS. Pann. p. 80. ic. p. 81. Hiſt. p. 61. 62. bon. ic. PARK. p. 1458. ex CLUS.
Amelanchier LOB. Ic. II. p. 191. ex CLUS. RAJ. Syllog. Exter. p. 61. MAGN. Char. p. 324.
Hamaemelis Athenei anguſto folio LUGD. p. 203. nimis longo.
Vitis idaea IIII. TAB. p. 1080.
Alni effigie lanato folio minor C. B. Baſil. p. 109. MAGN. Bot. TIT. It. &c.
Amelanchier gallo provinciae LOB. Adverſ. p. 441. BARR. ic. 527. nov. ic.
Chamaeceraſus idaea P. ALP. p. 4.
Meſpilus alni lanato folio minor HERM. PLUKN.
Meſpilus folio rotundiori fructu nigro ſubdulci I. R. H. GAR. TILL. VAILL. p. 127.
Et *Crataegus fructu nigro* VAILL. p. 127.
β Latiore folio C. B.
Hamaemelis athenaei latiore folio LUGD. p. 203. niſi fuerit Crataegus 2.
Chamaemeſpilus alpina folio lato ſerrato TIT. It.

C. GESNER circa lacum *Rivarium* & in *Albio* M. C. B. circa *Reichenſtein* & *Landkron.* ARETIUS in *Neſſo* M. I. B. *zu unſrer Frauenſtein.* RAIUS in *Dolaz*, circa *Genevam.* Ego copioſe legi ad viam publicam in adſcenſu M. *Hauenſtein* ſupra *Balſtall:* & circa arcem *Falkenſtein. Neocomi à la Rochelle* DIVERNOI, HUBERUS ex *Albula Rhaetiae:* ubique in ſaxoſis humilioribus.

Humilis arbuſcula, ſaepe cubitalis, fragili ligno. Folia ovata, mucrone nullo, firma, nervulis reticulata, Roſae ſimillima, acute ſerrata, ſaepe rubedine tincta, inferne lanugine tomentoſa, quam dejicit adulta. Flores ex alis foliorum, conferti. Ovarium tomentoſum, per maturitatem leve, ex coeruleo nigrum, umbilico notatum, in quinque loculis quinque & ultra ſemina continens, oblongo-rotundum, dulce & edule. Petala alba, longa, elliptica. Tubae quinque.

*5. Pſeudo meſpilus non ſpinoſa WAGNER. p. 283. quid?

CRATAEGUS.

LINN. n. 464.
CRATAEGI TOURN. ſp.

A Meſpilo differt, tubis duabus, ſeminibus duobus. Cum ſorbo melius conjungeretur.

1. CRATAEGUS foliis ovalibus, utrinque glabris, indiviſis, ſerratis LINN. *Cliff.* p. 497. ROYEN. p. 272.

Cotoneaſter forte Geſneri (cum perſuaderetur Cotoneaſtrum & Chamaemeſpilum GESNERI diverſas plantas eſſe) CLUS. Pannon. p. 83. ic. p. 84. Hiſtor. p. 62. 63. cum bona icone & deſcriptione.
Chamaemeſpilus I. B. 1. P. 1. p. 72. RAJ. Syllog. Exter. p. 93. Hiſtor. p. 1460.
Cotoneaſter folio oblongo ſerrato C. B. MAGN. Char. p. 323.
Meſpilus humilis folio oblongo ſerrato HERM. H. L. B. p. 424.
Meſpilus humilis foliis ſubrotundis, ſerratis, ſuperne glabris & glaucis, ſubtus lanugine tectis PLUKN. p. 248. Ita ſynonyma, ſed nomen indicat, intelligi *Meſpilum 3.*
Crataegus folio oblongo ſerrato, utrinque virente I. R. H. BOERH. TILL.

Rarior prioribus. RAIUS in ſummo Jura prope Genevam. Ego copioſiſſime in adſcenſu a M. *Botrodz* ad ſummum cacumen *Dolaz*, in M. *Thuiri*, in *Falconario.* DIVERNOI in M. *Chaſſeron*; HUBERUS in *Lunae* M. Rhaetiae, ubique locis dumoſis, lapidoſis.

Frutex cubitalis & ultra, fragili ligno, foliis duris, ex ellipticis anguſtatis, margine acute dentato, nervo medio eminente, leviſſimis, hinc obſcure virentibus, inde pallidis. Flores umbellati, umbellis inter folia abſconſis. Petala ſubrotunda, roſei coloris, fructus niger: MAGNOL. tubas facit tres, ut Sorbus eſſet; ſed duae ſunt, rectae, apice pallido: ſemina bina.

2. CRATAEGUS foliis ovatis, inaequaliter ſerratis, ſubtus tomentoſis ROYEN. p. 271.

An *Alizier, lotus* RUELL. L. I. c. 95?
Sorbus alpina GESN. Hort. p. 282. *b.* I. B. 1. P. I. p. 65. non bene. RAJ. p. 1459. *folio ſubtus albo* I. B. F. Boll. p. 138.
Aria CLUS. Pann. p. 8. Hiſt. p. 9. CAM. Hort.
Sorbi torminalis alterum genus CAES. L. III. c. 64.
Aria Theophraſti effigie alni LOB. Ic. II. p. 167.
Aria cum flore & fructu LUGD. p. 202. flore quadrifolio.

Aria Theophraſti TAB. p. 1021. non bene.
Alni effigie lanato folio major C. B. Baſil. p. 109. MAGNOL. Bot. TIT. It. addit *incano* MURALT. p. 702.
Ceraſus idaea P. ALPIN. plant Exot. p. 2.
Sorbus ſylveſtris aria Theophraſti dictus PARK. p. 1421.
Sorbus alpina ſ. piloſa HOFM.
Meſpilus alni lanato folio major HERM. H. L. B. PLUKN. VOLC. &c.
Crataegus folio ſubrotundo ſerrato ſubtus incano I. R. H. GARID. TILL. MILL.
Crataegus alpinus alni folio intano RUPP. p. 109.
Meſpilus alpina alni lanato folio major RUPP. p. 110. cum aliis locis natalibus, ſynonymis iisdem.
Crataegus inermis foliis ellipticis ſerratis tranſverſaliter ſinuatis ſubtus villoſis LINN. Lap. n. 199.
Crataegus foliis ovatis inaequaliter ſerratis LINN. Cliff. p. 187.
II *Sorbus ſylveſtris anglicus* PARK. p. 1420. *Anglica* RAJ. p. 1459.
Crataegus ſylveſtris anglica folio Viburni MILL.
β *Crataegus folio ſubrotundo ſerrato & laciniato* VAILL. p. 42. & huc potius pertinet nomen LINNAEI.

Frequentiſſima in montoſis pratis inter *Biennam* & M. *Feuerſtein*: in M. *Muteti* arce deſolata prima, in M. *Waſſerfall*, *Falconario*, & ubique in ſylvis dumiſque ſubalpinis Juraeque montis.

Altior prioribus arbor, decem, quindecim pedum, ligno fragili, cortice rubente. Folia multo majora, ovalia, nervis parallelis, circumſerrata, ſubtus albiſſima, aliquando profunde ſerrata, fere uti Carduus pratenſis TRAGI. Flores umbellati, fructus rubri, ovales, edules, & dulces. Intus in 2. & tribus loculis ſemina totidem.

337 3. CRATAEGUS folio ſeptangulo, ſubtus ſubhirſuto.

Sorbus terminalis CORD. Dioſc. I. c. 174. Hiſtor. L. III. c. 6. GESN. Hort. p. 267. *b.* 282. *b.* Coll. p. 108. *b.* Epiſt. p. 64. MATTH. p. 263. bene. CAM. Epit. p. 162. THAL. p. 107. CAES. L. III. c. 64. TAB. p. 1020. ZWING. &c.
Arbor treilly DU CHOUL Pilat. p. 75.
Sorbi quartum genus quod torminalem vocant TRAG. p. 1010. cum icone.
Sorbus torminalis & crataegus theophraſti CLUS. Hiſt. p. 9. obiter. I. B. I. P. I. p. 63.
Sorbus torminalis Plinii LOB. Ic. p. 200.
Crataegus theophraſti LUGD. p. 99.
Et *Crataegus theophraſti ſorbus torminalis Matth.* LUGD. p. 332.
Meſpilus apii folio ſylveſtris non ſpinoſa C. B. Baſil. p. 109. *ſ. ſorbus torminalis* C. B. RAJ. p. 1457. HERM. Hort. C. B. p. 424. VOLC. &c.
Sorbus torminalis vulgaris PARK. p. 1420.
Crataegus folio laciniato TOURN. aut. de Par. p. 425. I. R. H. GAR. DILL. RUPP. &c.
Crataegus foliis cordatis, acutis, lacinulis acutis, ſerratis LINN. Cliff. p. 187. ROYEN. p. 271.

Minime rara. Circa *Tigurum* abunde C. GESNER. In M. *Muteto* & *Reichenſtein* C. B. 339 Ego paſſim circa *Baſileam* reperi v. g. in dumeto prope *Gundeldingen*; in M. *Falconario* &c.

Arbor decempedalis, purpureo cortice. Folia pene acerna, firma, lobis quinis, ſeptenis, modice profundis, primo & ſecundo pari aequalibus, breviter ſerratis. Caeterum hinc glabra ſunt, & virent, inferne tomentum nacta ſunt, rarius araneoſum, quod vetuſtiora dejiciunt. Flores umbellati. Petala ſubrotunda, alba, lineata, ſtamina viginti, tubae duae quaſi conglutinatae. Fructus in imo calyce villoſi, per maturitatem ferruginei, punctis albis notati, diſpermi, edules, ſatis gratae aciditatis. Lignum ad minora opera non inutile.

4. CRATAEGUS ſpinoſa, foliis obtuſis, ſaepe trifidis.

Oxyacantha Dioſcoridis CORD. I. c. 123. p. 19. *b.*
Sorbus aculeata EJ. Hiſtor. L. III. c. 7.
Aubepine RUELL. I. c. 107.
Cynosbatos TRAG. p. 984. LON.
Oxyacantha Dioſcoridis ſpina alba vulgi GESN. Hort. p. 270
Spina appendix GESN. Coll. p. 109.
Acuta ſpina MATTH p. 163. CAM. Epit. p. 85. BOOT ic. 16.
Oxyacanthos ſ. ſpina acuta DOD. p. 251.
Oxyacantha LOB. Ic. II. p. 200. ex DOD. CAM. Hort. TAB. p. 1035. CAES. L. III. c. 13.
Oxyacantha vulgaris ſ. ſpinus albus I. B. I. L. VI. p. 49.
Meſpilus apii folio ſylveſtris ſpinoſa C. B. Baſil. p. 109. HOFM. *ſ. oxyacantha* C. B. P. I. R. H. &c.
Oxyacanthus RAJ. p. 1458.
Meſpilus anthedonoides folio minore BARR. ic. 563.
Spina alba BLAKW. T. 149.

Cra-

Crataegus foliis obtusis bis trifidis LINN. Cliff. p. 188. ROYEN. p. 272.
α *Spina acuta biflora britannica* PARK. p. 1025.
β *Fructu majore* PONT. Comp. p. 157. TILL. p. 113.
γ *Arboreſcens* . . ad ripam *Rheni poſterioris* SCHEUCHZ. It. II. p. 90. conf. MATTH. Epiſt. p. 399.
δ *Spina acuta humilior* PARK. p. 1025.
ε *Folio profunde laciniato* PONT. Comp. p. 157. uti in iconibus ſupra citatis.
ς *Folio leviter inciſo* PONT. ib. & huc
Icon XX. MERIANAE Inſ. Europ.
ζ *Rarioribus ſpinis* PONT. l. c.
η *Foliis trifidis ſpendentibus* VAILL. p. 127.
ι *Flore pleno* MUNT. Phytogr. ic. 46.

Nihil frequentius in ſepibus, & dumetis.

Frutex difformis, ramoſus, materies dura, pene Buxea. Folia conferta, firma, nitentia, ora ſerrata, alias ſimplicia, apice retuſo, alias pariter integra, apice tantum trifido, alias trilobata inſtar Ribis, lobis denuo diviſis, Flores in umbellas, faetidi. Calyx reflexus. Petala ſubrotunda, margine criſpo, ſubtiliter ſerrato. Stamina 18. 20. Tubae duae longae, ſimplices. Fructus ruber, inſipidus & glutinoſus, ſphaericus, uno per maturitatem oſſiculo, aliquando duobus [MATTHIOL. *epiſt.* p. 218. I. B.] & quatuor BRASSAV. p. 374.

Aqua ex floribus pro magno lithontriptico uſus eſt D. RATCLIFF. Pomo non aves ſolum, ſed pauperculi etiam homines veſcuntur, quod farinoſum eſt, & vini vel cereviſiae genus ſuppeditat.

*5. CHAMAECERASUS M. Generoſi GESNER. *hort. Germ.* p. 252. *b.* & apud LUGD. p. 201. I. B. I. p. 229.

Chamaecerаſus folio aceris C. B.

„ In monte *Generoſo Lucanenſium.*

Folio Aceris albi, latiore, ampliore. . fructu rotundo, rubro, ceraſi ſimili.

Satis ſimilis Sorbo torminali: ſed procul dubio diverſa, cum iſtum GESNERUS optime cognoverit.

POLYSTEMONES.
CLASSIS III.
POMIFERAE.
II.
NON UMBILICATAE.

Hae priorum ſimillimae, hac nota fere ſola ſeparantur. Nempe calyx non eſt externum fructus involucrum, ſed ab eo ſeparatur cavitate intermedia, quam frequenter pigmentum balſamicum replet.

PRUNUS.

TOURN. T. 398. LINNAEI n. 396. MALPIGH. ic. 176.

Huic oſſiculum conpreſſum, utrinque acuminatum, in fructu ovali. Tuba unica. Stamina ab 18. ad 25. [C. B. octodecim in LUGD. p. II.] Calyx caducus.

1. PRUNUS ſpinoſa foliis lanceolatis LINN. *hort. Cliff.* p. 186. ROYEN. p. 68.

Acatia DORST. p. 20. *b.* male.
Prunus ſylveſtris FUCHS. p. 402. abſque icone. TRAG. p. 1016. GESN. Hort. p. 274. Coll. p. 99. MATTH. p. 266. bene. CAM. Epit. p. 165. DOD. p. 753. LOB. Ic. II. p. 176. LUGD. p. 130. THAL. p. 91. TAB. p. 992. cum duabus bonis iconibus. CAES. L. II. c. 15. C. B. Baſil. p. 108. I. B. I. L. II. p. 193. RAJ. p. 1527. T. aut. de Par. p. 129. I. R. H. BLAKW. T. 154.
Acacia germanica WEINM. T. 10. lit. *b.* & offic.
Et *Acacia ſ. prunus ſylveſtris* WEINM. ib. *a.*
β *Pruni ſylveſtris altera ſpecies* TRAG. p. 1017.
Pruna ſylveſtria praecocia C. B. VOLC.
Prunus ſylveſtris fructu majori HOFM. *nigro* MART. RAJ. App. ad Cat. Angl. p. 19.
Prunus ſylveſtris major RAJ. p. 1528.
Species inſititia hinc major & mitior LOB. Adverſ. p. 436. ZWING. p. 51.
γ *Prunus ſylveſtris fructu majore albo* I. R. H. MART. VAILL.
δ *Prunus ſylveſtris fructu rubro acerbo & ingrato* RAJ. p. 1528. I. R. H.
An ſpecies? an varietates? non definio, etſi poſteriorem praeferam ſententiam.

In omnibus ſepibus & dumetis.

Folia ex ellipticis acuminata, nervoſa, ſed tenera, minute ſerrata. Spinae validiſſimae. Flores ex alis foliorum, ſolitarii, aut bini. Petala alba, rotunda, ſeſſilia. Calyx non reflexus. Tuba longa, apice globoſo. Fructus ovatus, ex coeruleo nigricans.

Folia amara ſunt, & ſtyptica. Fructus acidiſſimus. Flos deſtillatus dat aquam, quae alvum leniter ducit, eademque vis eſt recentium florum infuſorum in aqua aut lacte, tum ſyrupi. Vinoſa aqua ſudorem pellit CHOMEL. Quae vero de turionibus ſtillat, ad rubores faciei laudatur a S. PAULI. Fructus praebent acetum fortiſſimum, eorumque ſuccus inſpiſſatus eſt Acacia Germanicarum officinarum, adſtringens, in externos uſus, ſed rarius, recepta. Doſis interne ſumtae eſt drachmae unius. Hoc ipſo quotidie exhibito CARRICHTERUS FERDINANDUM I. ex pectore laborantem necavit CRATO in *epiſt.* Empirici cortice febres intermittentes curant, & laudat SLOANE *epiſt.* ad RAI. Radices in vino infuſae os a lue Venerea corruptum ſanant MATTHIOL. p. 267. In vino frequenter infunduntur, & cum ſaccharo condiuntur. In Cereviſia infuſi, gratum ſaporem vini rubri zytho addere dicuntur. Diureticos eſſe F. HOFMANNUS.

CERASUS.

TOURN. T. 401. LINNAEI n. 397. MALPIGH. ic. 200.

A Pruno differt oſſiculo globoſo, ſimilique nucleo. Stamina fere triginta, calyx reflexus, pariter caducus.

1. CERASUS foliis ovato lanceolatis ROYEN. 267.

Ceraſa quae ſponte in Germania proveniunt CORD. Dioſc. I. c. 158.
Ceraſus prior DOD. p. 807. HOFM.
Ceraſus ſylveſtris LOB. Adv. p. 436.
Ceraſus ſylveſtris fructu rubro & nigro I. B. 1. P. I. p. 220.
Ceraſus major ac ſylveſtris fructu nigro colore inficiente C. B. RAJ. p. 1538. I. R. H. &c.
Ceraſus ſylveſtris fructu eduli C. B. Baſ. p. 108.
Ceraſus nigra? BLAKW. T. 425.
β Varietas flore pleno in ſylvis circa *Scaphuſiam* GESN. *Tab. Coll.* p. 48. *b.*
γ Varietas fructu rubro
δ Utriuſque varietas fructu amaro I. B. Baſileae.

In ſylvis & agrorum marginibus frequens, ſi vere indigena eſt.

Arbor ſatis procera, albo cortice. Gemmae, ex tribus majoribus & aliquot minoribus foliolis factae, tres pediculos educunt, unifloros. Folia ex lata ellipſi acuminata, tenuia. Calyx campaniformi tubo, & quinque reflexis ellipticis ſegmentis fit. Petala cava, obtuſa, ſubrotunda, ex calyce: ſtamina qualia dixi. In imo calyce fructus, qui tubam edit apice ſubrotundo. Maturus dulcis eſt, & niger plerumque, in ſpontaneis.

Gummi rubellum mitigat, ad dyſenterias prodeſt & ſtrangurias, calculum ipſum, ſi fides eſt Cl. BOCCONE *Muſ. di Pian.* p. 80. Flores aquam leniter cardiacam ſtillant. Infuſum theiforme ad colicam valet CAMER. E. N. C. *Cent.* VIII. *Obſ.* 16. Fructus fermentati vinum dant, gratiſſimum & valens BOYLE de *util. Phil. exper. Exerc.* IV. tum acrem ardentem ſpiritum ſubpeditant, elegantiſſimum. Recentes, uti notum, ſitim ſedant, alvumque laxant, idque cum foliis commune habent. Nuclei diuretici eſſe dicuntur. Cortex medianus ad febres conparatur viribus Corticis Peruviani CONSTANT. in *praef. ad med. Helvet.* &c. non perinde, puto, confirmatis experimentis.

2. CERASUS foliis ovatis ROYEN. p. 268.

Mahaleb GESN. Hort. p. 252. *b.* ad CORD. p. 214. Coll. p. 87. *b.* Epiſt. p. 111. *b,* MATTH. p. 173. CLUS. p. 64. CAM. Epit. p. 91. bene cum fructu, LUGD. ſed abſque flore. ZWING. p. 80.
Macholebum CORD. L. IV. c. 77. cum icone GESNERIANA, fructus ferente.
Macaleb Geſneri & Matthioli LOB. ic. 11. p. 133.
Vaccinium Plinii, lacatha theophraſti LUGD. p. 255. planta junior & folia nimis longa.
Machalebum Matthioli TAB. p. 989.
Ceraſus ſylveſtris amara, mahaleb putata I. B. I. P. I. p. 227. RAJ. p. 1549. T. aut. de Par. p. 413. I. R. H.
Ceraſo affinis C. B. Baſil. p. 108.
Machaleb germanicum PARK. p. 1519.

In Helvetia minime rara, ad ſepes quidem in *Valeſia*, & circa *Biennam*, ſupra *Neuf-*

Neufchatel, *Bonneville*, *Creſſier*, C. B. prope balneum *Fliehen*. I. B. ſupra *Dornach*, ubi & ego legi, eundo verſus *Hubel*. BELLONIUS & GESNERUS circa *Weſen*.

Facile cognoſcitur ligno odorato rectiſſimis virgis, longe ſimplicibus, foliis raris, firmis, ex orbiculari figura acuminatis, ſubtiliter ſerratis. Flores racemoſi, albi, exigui. Fructus rotundus, macilentus, niger, ſucco purpureo tingente plenus, foetus oſſiculo monoſpermo, ex globoſo conpreſſo.

Aqua deſtillata & ſemen cum ſapone tritum ob gratum odorem nota ſunt; lignum ipſum in Lotharingia ad cultrorum manubria, & dentiſcalpia paratur.

PADUS.

RAI. RUPP. LINN. n. 412.
CERASI ſp. T.
& *LAUROCERASUS* T. T. 403.

A Ceraſo differt oſſiculo ſcabro, gluma uniflora, calyce brevi, non reflexo, neque caduco.

1. PADUS glandulis duabus baſi foliorum ſubjectis LINN. *Cliff.* p. 185. ROYEN. p. 269.

Alaſaſa arbor ad ſilam flumen GESN. Epiſt. p. 92. Videtur, ex loco natali, & quod non alibi noſtrae Padi meminerit.
Elzbeere acinis nigris &c. EJ. Tab. Coll p. 75.
Arbuſcula ſylveſtris ceraſi foliis EJ. Hort. p. 248.
An Χαμαικερασος RUELL. I. C. 64. TRAG. p. 1028. certe non alia ſuppetit: & propior huic videtur, quam Macalebo.
Ceraſus avium CLUS. Pann. p. 93. Hiſt. p. 65. HOFM.
Pſeudoliguſtrum DOD. p. 777. bene.
Ceraſus avium racemoſa LOB. Ic. II. p. 174. alia icon.
An *Ceraſus ſylveſtris brevis* CAES. p. 51. ſed fructum dicit flaveſcere.
Padus theoph. LUGD. p. 312. DILL. Cat. Gieſſ. p. 66.
Et *Ceraſus racemoſa* LUGD. ib.
Ceraſus racemoſa nigra TAB. p. 988.
Ceraſus racemoſa ſylveſtris AICHST. Vern. Ord. Frut. T. 4. f. 2. non bene. WEINM. T. 351. l. *g. fructu non eduli* C. B. Baſil. p. 108. I. R. H. &c.
Ceraſus avium nigra & racemoſa RAJ. p. 1549.
Padus germanica folio deciduo RUPP. p. 108. GEMEINH. BUXB.
Padus foliis annuis LINN. Lapon. n. 198.
β *Ceraſus racemoſa rubra II.* TAB. p. 987. an ſp. ſativa.
Ceraſus racemoſa ſylveſtris fructu non eduli rubro I. R. H. MAGN. Char. p. 321. MILL.

In ſepibus non rara C. B. qua itur *Riehen*, & *Muteti*. I. B. circa *Münchenſtein*, & prope *Büren Bernenſium*. Ego *Bernae* in ſemita *am Sulgenbach*, circa *Wabern* &c.

Frutex decempedalis, frondoſus. Folia levia, mollia, minute crenata, ex ellipſi difformi longo mucrone adtenuata. Flores in ſpicas longas, odore ingrato. Petala exigua, flaccida, alba, fere rotunda. Stamina a 20. ad 33. verſus cavitatem calycis converſa. Fructus macilentus, niger. Lata ſub quovis flore ſquama, ex medio mucronem exigit. Edulem eſſe LINNAEUS, noſtri negligunt, & ingrato ſapore eſſe ait ID.

Quae ſequuntur plantae, naturali ordine non ſatis cohaerent. Tilia tamen ob ambiguitatem inter naturam unilocularem, & trilocularem, ab Helianthemo, hoc ob Ciſtum, & Hypericum non longe poſſunt abeſſe a Geranio & Malvacees.

POLYSTEMONES.
CLASSIS IV.
MULTILOCULARES.

TILIA.

T. T. 381. LINN. n. 440.

Calyx coloratus, quinque cavis obtuſis firmisque fit foliolis. Petala totidem elliptica, rotundo ambitu. Stamina circa baſin ovarii circiter triginta. Tuba unica, apice fungoſo. Ovarium pentaſpermum, ſed plerumque unicum ſemen maturatur.

1. TILIA foliis amplioribus, mollibus, ſubhirſutis.

Tilia GESN. Hort. p. 284.
Tilia urbana GESN. Tab. Coll. p. 111.
Tilia ſativa TRAG. p. 1110.
Tilia femina folio majore C. B. Baſ. p. 106. I. R. H. &c.
Tilia vulgaris platyphyllos I. B. I. P. II. p. 133. RAJ. p. 1694.
β *Tilia grandis* CORD. Sylv. Obſ. p. 221?
Tilia maximo folio I. B. I. P. II. p. 137. RAJ. p. 1695.
Tilia montana maximo folio C. B. Baſil. p. 106. P. RAJ. Syllog. Exter. p. 249.
Tilia montana latifolia HOFM.
Tilia mas Matthioli ZWING. p. 202. non bene.
Tilia ſylveſtris noſtras, foliis amplis hirſutie pubeſcentibus, fructu tetragono, pentagono, aut hexagono PLUKN. p. 368.
γ *Tilia foliis molliter hirſutis viminibus rubris, fructu tetragono* RAJ. Synopſ. III. p. 473. I. R. H. BOERH. MILL.

Haec nobis vulgatior eſt, & in ſepibus, ſylvisque circa *Küniz* ſponte naſcitur, ſeritur vero in compitis. Majorem β C. B. in M. *Muteto*. Varietas γ oritur, quando omnia ſemina maturantur LINN.

Altiſſima arbor, & longaeva, vaſtiſſimo ambitu, quales, ni fallor, trium ſeculorum, Bernae vidi, ambitu 36. pedum. Lignum leve & album. Folia prima laciniata, deinde perpetuo cordata, mucrone longiori, ſerrata, denticulis ſpiculum herbaceum emittentibus, cum fulvis ad nervorum diviſiones ſpongiolis. (vide SEBAE *Theſ.* I. T. 5. f 4.) Alia ex alis foliorum prodeunt peculiaria, & florigera folia, ligulata, quorum medius nervus edit aut unum, aut tres petiolos trifloros, aut unum novemflorum. Flos albus odoratus. In hac ſpecie folia ampla, & ſubtus ſubhirſuta, mollia.

2. TILIA folio glabro, duriori, minori.
Tilia ſylveſtris TRAG. p. 1111. omnino. GESN. Tab. Coll. p. 111.
Tilia minor ſ. mas ſteinlinden GESN. Hort. p. 284.
Tilia mas SCHWENCKF. p. 206.
Tilia femina folio minore C. B. Baſil. p. 106. I. R. H. TILL. MILL. &c.
II. *Tilia montana ulmi folio?* HERM. H, L. B. p. 398?
Tilia ulmi folio ſemine hexagono MERR. p. 118. PLUKN. l. c. RAJ. Synopſ. III. p. 473.
III. *Tilia bohemica foliis minoribus, glabris, fructu oblongo, utrinque acuminato, minime coſtulato* MICH. apud TILL. p. 165. T. 49. f. 9. videtur haec eadem eſſe.
IV. *Tilia teckenſis maxima folio glabro, majore* I. B. l. c.

Videtur varietas potius quam diverſa ſpecies, uti pridem LINNAEUS monuit. Folia huic multo minora, ſolidiora, glabra.

Folia blanda, viſcoſa, cataplaſma ſubpeditant emolliens, ad tenesmum, ad inflammationes, & quod mireris, ligni decoctum ad hydropem laudat CHOMEL. Floris aqua odorata, pro cephalica habetur, & frequenter ſpirituoſis medicamentis eſt pro vehiculo. Spiritus per fermentationem paratus. plantis cephalicis eſt pro menſtruo, Mel, de floribus Tiliae paratum, eximium praebere melicratum, Liepitz a Tilia dictum Polonis, PONTANUS. Fructus dulces, adſtringunt, & ad dyſenteriam laudantur a CAMERARIO.

HELIANTHEMUM.

TOURN. T. 128.
CISTI LINN. ſpec. uniloculares n. 441.

Calyx quinquefolius, tribus latis, lineatis, foliis, duobus multo, quam reliqua, minoribus. Petala quinque flaccida, ſubrotunda, expanſa. Stamina plurima: fructus triquetrus, trivalvis, tuba unica ſimplici: fine ſpongioſo, globoſo. Intus tres ſeries ſeminum, abſque loculorum diviſione. LINNAEUS cum Ciſto, a quo ab HERMANNO ſeparatum fuerat, conjunxit. Sed fructus & vis medica diverſiſſima ſufficere videntur: neque tamen conjuncturo valde repugnaverim.

1. HELIANTHEMUM foliis ſubhirſutis, omnibus longe ellipticis.
Helianthemum CORD. Hiſt. p. 89. *b.* HOFM.
Hyſſopus campeſtris TRAG. p. 221. bene.
Flos ſolis ſ. panaces chironium panax chironium MATTH. p. 744. CAM. Epit. p. 501. cum Char.
Gratia dei GESN. Hort. p. 261.
Flos ſolis DOD. p. 193. Cor. p. 112. deſcriptio non autem icon, quae eſt n. 2. LOB. p. 436.
Chamaeciſtus I. CLUS. p. 73. eodem modo.

Helian-

Helianthemon, panax chironium LOB. Ic. II. p. 117. ex CLUSIO.
Chironia CAES. L. IX. p. 397.
Helianthemum germanicum TAB. p. 1062. bene.
Helianthemum flore luteo AICHST. Aestiv. Ord. 9. T. 9. f. 2.
Helianthemum vulgare flore luteo I. B. II. p. 15. TOURN. aut. de Par. p. 93. I. R. H. ZANICH. p. 135. ic. 21.
Chamaecistus vulgaris flore luteo C. B. Basil. p. 110. LOES. p. 43. ic. 8. RAJ. p. 1013. MAGN. Char. p. 259.
Cistus stipulis quaternis, foliis oblongis, utrinque glabris, caule procumbente LINN. Cliff. p. 206. ROYEN. p. 476.
β Varietas *latifolia* in alpibus v. g. *Gemmio* lecta SCHOL. BOT. PAR. p. 47.
γ *Flore pleno* SIEGESBECK. Breslav. 1722. M. Jul.

Ubique ad vias.

Caules multi, procumbentes, ramosi. Folia conjugata, duriuscula, ex ellipticis longe & obtuse acuminata, subhirsuta, aliquando prae villositate hirta. Ad quamvis conjugationem duo paria foliorum juniorum, duorum nempe ramorum initia. Flos colore luteo, absque splendore, caduciſſimus.

2. HELIANTHEMUM foliis ad caulem ovalibus, inferioribus longe ellipticis

Chamaecistus serpyllifolia CLUS. Pann. p. 62. 63. bene.
Chamaecistus II. CLUS. Hist. p. 73.
Cistus humilis serpyllifolia TAB. p. 1061. RAJ. Syllog. Exter. p 101.
Chamaecistus, serpylli folio nigricante & hirsuto, flore aureo & odorato I. B. II. p. 17. RAJ. Syll. p. 101.
Chamaecistus repens serpylli folia lutea C. B. RAJ. p. 1014.
Chamaecistus serpylli folio flore luteo PARK. p. 657.
Chamaecistus luteus foliis imis serpylli BARR. ic. 440. nisi prior species fuerit.
Helianthemum folio serpylli flore majore aureo odorato I. R. H. GARID. RUPP. BUXB. &c.
Cistus serpyllifolia s. multifida MURALT. p. 660?
I. *Flore minore aureo odorato* I. R. H. GARID. SCHEUCHZ. It. VII. p. 513.
II. *Cistus helianthemos flore parvo luteo* I. B. II. p. 17. videtur planta junior Nemausi lecta RAI. p. 1014.

In omnibus alpinis, *Albula*, *Luna*, *Gemmio*, *Neunenen* &c.

A priori modice differt. Caules humilis & ramosissimi, lignei, nodosi. Folia juniora subhirsuta, matura levia, dura & laurina, inferiora longiora, caulina ovata, obtusa, rarius minoribus comitata. Totus habitus vix quatuor unciarum.

3. HELIANTHEMUM foliis ad terram congestis, superno pilosis, inferne tomentosis.

Helianthemum alpinum foliis pilosellae minoris Fuchsii I. B. II. p. 18. (sed melius convenit icon *Helianthemi folio Polii montani*) RAI. p. 1015. Syll. exter. p. 101. I. R. H. MILL.
Cistus oleae folio villosus flore aureo Italicus BARR. ic. 365. convenit.
An is est *Chamaecistus foliis minoribus & incanis* MUR. p. 707.

RAIUS in M. *Saleva*. Ego copiose in M. *Thuiri*, *Falconario* & in summo M. *Dolaz*.

Folia, quam in prioribus, magis conferta, & ex ellipticis brevius acuminata, ad caulem pauca & exigua, hinc viridia, cum longiusculis pilis, inde pallida, & prae tomento albicantia. Flos multo minor.

4. HELIANTHEMUM foliis pulposis, tomentosis, glaucis. . .

An *Chamaecistus IIII.* CLUS. Hist. p. 74.
Cistus humilis II. CLUS. Hispan. p. 152. &c. si nempe nostro flos albus est.
An *Chamaecistus montanus Polii folio* RAJ. Syn III. p. 342. omnino videtur, ex collato specimine DILLENIANO. Huc ergo
Cistus humilis alpinus durior, Polii nostratis folio candicante PLUKN. p. 107. T. 23. f. 6.
Helianthemum montanum Polii folio incano flore candido HORT. ELTH. T. 145.

Non definio, neque enim florem vidi; legi autem circa *Leucam*, cum multis rarioribus plantis.

Helianthemum esse facile ex habitu toto, nervoque folii depresso, distinguo. Folia vero crassiora sunt, superne glauca, inferne incana, undique brevi tomento obsita, vix lineam lata, valde congesta.

5. HELIANTHEMUM foliis alternis, angustissimis.

Chamaecistus I. angustifolius CLUS. Pann. p. 59.
Chamaecistus VI. CLUS. Hist. p. 74.
Chrysanthemis erica minima LOB. Adv. p. 417.
Simillimus cori frutex CAES. p. 396.

120

Erica

Erica V. chryſanthemos LUGD. p. 187.
Chamaeciſtus anguſtifolius flore luteo Cluſii I. B. II. p. 17.
Et *Helianthemum tenuifolium glabrum luteo flore* I. B. II. p. 18. RAJ. p. 1015.
Chamaeciſtus anguſtifolia C. B. ex CLUSIO.
Et *Chamaeciſtus ericae folio flore luteo* C. B.
Ciſtus minor brevi vermiculatoque folio Hiſpanicus BARR. ic. 286. & 446.
Et *Chamaeciſtus luteus vermiculato folio major* EJ. ib. n. 449.
Herba fumana C. BARTH. Miſcell. Med. p. 93. ACT. HAFN. III. Obſ. 63.
Helianthemum tenuifolium glabrum erectum luteo flore I. R. H. GAR.
Et *Helianthemum tenuifolium glabrum luteo flore per humum ſparſum* I. R. H. GAR. VAILL. ZANICH. p. 136. ic. 116.
Ciſtus humilis ſ. chamaeciſtus ericae folio, luteus & elatior PLUKN. p. 107. T. 83. f. 6. non optime.
Et *Ciſtus helianthemos ericae brevioribus foliis & humilior* PLUKN. l. c.

Caules ramoſi procumbunt, & ex parte eriguntur. Folia inordinate congeſta, alterna, anguſtiſſima, carinata, craſſa, ſicca: flos priorum & tuba, globulo fungoſo terminata.

HYPERICUM.

TOURN. T. 131. LINN. n. 606.

Calyx aequalis, quinquefolius. Petala quinque, elliptica. Stamina plurima, filamentis latiuſculis. Fructus conicus, trilocularis. Tubae tres. Semina plurima.

1. HYPERICUM floribus trigynis, caule annuo, foliis punctatis obtuſis LINN. *Cliff.* p. 380. ROYEN. p. 474.

Hypericum BRUNF. L. III. p. 81. FUCHS. p. 831. MATTH. p. 936. CAM. Epit. p. 675. LOB. Ic. p. 398. CAES. p. 394. BLAKW. T. 15. RAJ. p. 1018.
Perforata DORST. p. 216. facies herbae autumnalis.
Herba perforata TRAG. p. 72.
Hypericum vulgare EJ. p. 73. alia ic. C. B. Baſ. H. OX. II. p. 469. T. aut. de Par. p. 101. GAR. RUPP. LINN. flor. Lap. n. 275. MAGN. Char. p. 259.
Aſcyron CORD. Dioſc. p. 61.
Hypericum vel androſaemum, perforata GESN. Tab. Coll. p. 82.
Androſaemum ſ. perforata GESN. Coll. p. 586.
Hypericon DOD. p. 76. optime. AICHST. Aeſt. Ord. 8. T. 10. f. 3.
Hypericum, perforata, fuga daemonum TAB. p. 864.
Hypericum vulgare ſ. perforata, caule rotundo; foliis glabris I. B. III. p. 381.
β *Foliis latioribus atrovirentibus* SCHEFF. Hal. KNAUT. LIND.
γ *Guttis ſanguineis* BOCC. Muſ. di piant. p. 25. T. 11.

Ubique in agris macilentis, collibus apricis, & pratis deſertis.

Caulis teres, alis tamen elevatis parum differt a quadrangulo. Folia & rami conjugato, & cruciato ordine: Illa fere elliptica, minutis pallidisque punctis quaſi perforata, veſiculis nempe pellucido liquore plenis. Flores umbellati, ſpicati in ſummis ramis. Calyx ſimplex, non punctatus. Petala crocea, elliptica, lineata; una cum antheris punctis ex rubro nigris notata, veſiculis nempe ſucco reſinifero plenis, quales & in alis caulis reperiuntur LISTER. apud LOWTHORP. II. p. 696. Tritae ſummitates rubrum ſuccum fundunt.

Tota adſtringens eſt, & balſamo praeterea in flore turget, ut deſtillatum oleum fere Terebinthineo ſimile reddat GEOFROI III. p. 607. hinc eximium vulnerarium, detergens, antihyſtericum, diureticum medicamentum eſt. Inde, quod morbis a debilitate nervorum medeatur, dictum eſt *fuga daemonum.* Decoctum in ulceribus renum & detergente vi, & roborante laudatur. BOERHAAVIUS obſervat, ex ſtipitum decocto fauces rauceſcere, hinc in pulmonum malis ſolos flores eſſe adhibendos. Eſſentia ex ſummitatibus a viribus febrifugis celebris eſt, cum millefolii eſſentia: ad vermes etiam valet ACT. HAFN. I. *Obſ.* 40. & hypochondriacis mire prodeſt experimento ANGELI SALAE. Oleum florum infuſum, vel ſimplex, vel Terebinthinae virtute inpaegnatum, princeps eſt medicamentum vulnerarium, olim a LOBELIO deſcriptum *Adv.* p. 172. 173. & plurimorum laudibus celebre. Extractum ſaccharatum praefert LUDOVICI.

2. HYPERICUM humifuſum, foliis perforatis, punctis in margine nigris notatis.

An *Hypericon exiguum* TRAG. p. 74.
Hypericum minus GESN. Tab. Coll. p. 82.
Hypericon ſupinum, tertium, minimum, CLUS. p. CLXXXI.

Hy-

Hypericum minus DOD. p. 76. eadem icon. H. OX. II. p. 469.
Hypericum minimum ſupinum ſeptentrionale LOB. ic. p. 400.
An icon CAM. Epit. p. 676. anguſtiore folio cum †.?
Hypericum minus ſupinum, vel ſupinum grabrum C. B. TOURN. aut de Par. p. 103. I. R. H.
Hypericum ſupinum glabrum C. B. Baſ. p. 82.
Hypericum minimum ſupinum I. B. III. p. 384.
Hypericum minus ſupinum PARK. RAJ. p. 1019.

Circa Bernam aliquoties legi, v. g. in via prope villam dictam *Buchſacker* ad ſiniſtram: Circa *novam domum* C. B.

A priori differt ſtatura humillima, projecta, ramis humifuſis, foliis durioribus, obſcurius perforatis, & in margine linea punctornm nigrorum pictis: Petala in ſolo apice aliquot puncta habent, ſtamina nulla omnino, neque tubae.

3. HYPERICUM foliorum baſi latiſſima, foliis calycis brevioribus, obtuſis.
Hypericum pulchrum TRAG. p. 74. *Tragi.* I. B. III. p. 383. RAJ. p. 1019.
Hypericum minus erectum C. B.
Hypericum minus glabrum erectum pulchrum H. OX. II. p. 470.

In nemore *Wylenſi* STAEH. DIVERNOI habuit inter plantas relatas ex *Creux du Vent.*

Caules nudi, non valde ramoſi, conjugationibus foliorum rarioribus, diſtinctis, foliis ſub floribus paucis. Folia baſi latiori caulem amplexa, obtuſe acuminata, quaſi triangula, oris contractis, dura, perforata. Flores rariores. Calycis foliola obtuſa, latiuſcula. Petala breviora, rotundiora. In flore & calyce ampullae reſiniferae LISTER. l. c. p. 697.

4. HYPERICUM foliorum ora punctata, calyce ſerrato.
Androſaemum FUCHS. p. 76. cum punctis in margine foliorum.
Hypericon in dumetis TRAG. p. 73. icon exterior.
Aſcyroides CAES. p. 395? videtur.
Androſaemum campoclarenſe COLUMN. Ecphr. p. 73. ic. p. 74.
Aſcyron elegantiſſimum non ramoſum folio lato I. B. III. p. 389. RAJ. p. 1021. ZWING. cum icone prioris T. aut. de Par. 104. RUPP. &c.
Aſcyron ſ. hypericnm bifolium glabrum non perfoliatum C. B. MUR. p. 651.
Androſaemum bifolium, glabrum, perfoliatum, non perforatum H. OX. II. p. 471. S. 5. T. 6. f. 9.
II. An differt *Hypericum alpinum, magno flore, nigris punctis inſignito* SCHOL. PARIS. p. 41.
Hypericum alpinum humilius, magno flore nigris punctis inſignito I. R. H. MAGN. hort.
III. An huc pertinet *Androſaemum* MATTH. p. 938. LOB. Ic. p. 399.
Ruta ſylveſtris hypericoides DOD. p. 77.
Androſaemum alterum foliis hyperici, quod aliquibus hypericoides C. B.
IIII. *Androſaemum non bacciferum* MUNT. ic. 181. non bene, niſi prius eſt n. 3.

In montoſis ſylvis Helvetiae paſſim. Reperi in ſylvis M. *Belpberg* ſub rivo *Lauwenen*, circa antrum prope molendina *la Mottaz*: ſupra *Aquilegiam.* DIVERNOI in M. *Chaſſeron.* ZWINGER. circa *Crenzach.*

Prioris n. 3. ſatis adfine eſt, caule ſub floribus longe nudo, raris foliis. Folia maxima, ovata, & ex ovatis acuminata, non perforata, ora inſignita ſerie propria punctorum nigrorum. Flores ſimiles, ſed pauciores, in umbellam aphyllam congeſti. Calycis foliola ſerrata, quovis dente terminato globulo reſinoſo: ſub quavis anthera globulus etiam niger.

5. HYPERICUM villoſum, calyce ſerrato, foliis perforatis.
Aſcyron FUCHS. p. 74. *Fuchſii* GESN. Coll. p. 61.
Androſaemum aliud caule rotundo GESN. Coll. p. 58. *b.*
Quaedam in montibus ramoſa CAES. p. 395.
Androſaemum alterum hirſutum COL. p. 75. ic. p. 74.
Androſaemum hirſutum C. Baſ. p. 82. cum malis ſynonymis.
Hypericum Androſaemum dictum I. B. III. p. 382. *caule & folio hirſuto* F. Boll. p. 193.
Hypericum majus Androſaemum Matthioli RAJ. p. 1020.
Androſaemum, Aſcyrum dictum, caule rotundo, hirſuto HIST. OX. II. p. 471. S. v. T. 6. f. 11.
Hypericum villoſum erectum caule rotundo TOURN. aut. de Par. p. 472. I. R. H.

Paſſim in ſepibus.

Caulis firmus, teres, hirſutus, erectus, non ramoſus, niſi in ſummitate. Folia perforata, & ad ortum maxime, vage punctata, ex ovatis obtuſe deſinentia, tota mollia, & villoſa. Flores petalis puris, longioribus quam 1. ſpeciei. Calyx ſerratus, dentibus in ampullas terminatis: ſtamina pura.

6. HYPERICUM caule quadrangulo, foliis perforatis, flore non punctato.

In hac, & priori planta, insuperabilis est synonymorum confusio.

Androsaemum CORD. Dioſc. p. 61.
Hypericon ſpecies major non perforata GESN. Tab. Coll. p. 82.
Androsaemum majus caule quadrangulo GESN. Coll. p. 58. *b.*
Hypericon in dumetis TRAG. Ic. Inter. p. 73.
Et *Hyperici tertia ſpecies* TRAG. p. 75. in deſcr.
Aſcyrum MATTH. p. 937. CAM. Epit. DOD. p. 78. LOBEL. Ic. p. 399. CAES. p. 395. LUGD. RAJ. p. 1019.
Hypericum aſcyron dictum caule quadrangulo I. B. III. p. 382. cum icone aliena ZWING. p. 796. cum ſynonymo hirſuti, TOURN. aut. de Par. p. 104. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 259. &c.
Hypericum minus, caule quadrangulo, foliis non perforatis C. B. pro varietate n. 1.
Androsaemum aſcyrum dictum, caule quadrangulo glabro H. OX. II. p. 471.
β Flore minore, perforatum VAILL. p. 106.
γ Flore ochroleuco TILL.
II. *Hypericum alpinum non perforatum caule tereti* PONT. Comp. Tab. p. 114. non videtur ſatis diſtinctum eſſe.

Paſſim in paluſtribus, & in ipſas alpes adſcendit.

A n. 1. modice differt. Alae caulis altiores, ut evidentius quadrangulus videatur; folia majora, duriora, ex ovatis breviter contracta, perforata, non punctata. Habitus ramoſiſſimus, petala pura, calyx purus. Stamina etiam rarius in apice ampullata, LISTER. l. c.

POLYSTEMONES.
CLASSIS IV.
PETALIS ET STAMINIBUS CONNATIS.

MONADELPHIA LINN. p. 201.
PLANTAE COLUMNIFERAE ROYEN.
Confer BOERHAAVE p. 267. BLAIR. *Eſſays* T. I. f. 10. MALPIGH. ic. 149. 176. 260.

Hic ordo plantarum naturalis convenit flore pentapetaloide, profunde ſecto, ex fundo coaleſcente vaginam edente, quae medias tubas continet, & in vertice in multos apices reflectitur, fructu plerumque multiloculari, edente tot tubas, quot ſunt loculi, rectas, mediis inmiſtas ſtaminibus. Calyx verus perpetuo etiam campaniformis eſt, & ſemiquinquefidus. Loculi vero modo monoſpermi ſunt, modo polyſpermi, & exterior acceſſorius calyx varie etiam ludit.

M A L V A.

LINN. n. 557.
MALVA (T. 23. 24.) aliquae ſpecies *ABUTILIS* exceptis.
& *ALCEA* T. T. 25. Conf. MALP. ic. 120. 149. 180. 261.

Huic exteriora foliola calycis tria, elliptica, gracilia, capſulae plurimae monoſpermae, non cornutae, in planum diſcum conjunctae.

1. MALVA caule erecto, foliis fere palmatis, obſolete ſerratis.

Malva equina BRUNF. II. p. 75.
Malva ſylveſtris elatior FUCHS. p. 509.
Malvae vulgaris ſpecies altera TRAG. p. 368. cum ic.
Malva ſylveſtris recta CORD. Hiſt. p. 114. cum bona icone GESNERIANA.
Malva ſylveſtris major GESN. Tab. Coll. p. 88. *b.* TAB. p. 768. LUGD.
Malva agreſtis major GESN. Hort. p. 266. *b.*
Malva ſylveſtris procerior DOD. p. 653.
Sylveſtris malva procerior vulgaris LOB. Ic. p. 650.
Malva vulgaris flore majore folio ſinuato I. B. II. p. 949. ZANICH. p. 179. ic. 260. MAGNOL. Char. p. 229.
Malva ſylveſtris folio ſinuato C. B. TOURN. aut. de Par. p. 212. I. R. H.
Malva vulgaris RAJ. p. 599.
Malva ſylveſtris procerior, ſeu elatior rectave, flore majore ſubrubente, aut purpureo &c. H. OX. II. p. 521.
Malva BLAKW. T. 22.
β Flore *albo* SUTHERL. TILLI. &c.

Ubique ad ſepes & in ruderoſis.

Caulis erectus, tripedalis. Folia petiolata, obiter ſubhirſuta, obtuſe quinquangularia

laria, triangularibus lobis ſibi parallelis, margine circumſerrata. Flores, ex alis foliorum, petalis adroſis, inciſis ſ. cordatis, pallide purpureis. Capſulae monoſpermae, decem, quindecim, & ultra. Calyces villoſi.

Tota planta cum radice inter emollientes eſt, viſcoſa & lenis, aqua abundans & acido (GEOFROI III. p. 768.) Olim oleracea fuit, alvumque ducebat abſque irritatione. Nunc decoctum quidem ad tuſſim, exploratum in proprio corpore a FORESTO, ad raucedines, ad inflammationes faucium & tonſillarum, ad diuturnas alvi ſiccitates, ad dyſuriam, etiam ex calculo, aut ulcere veſicae ortam (HORST. *Epiſt.* p. 10.) & ad renum irritationes ex vetuſtiſſimo experimento DIPHILI apud ATHENAEUM p. m. 29. ad partum adjuvandum in inſeſſione in uſu eſt. Infuſum florum ad ardorem urinae veterem laudat CHOMEL. In clyſteribus inprimis frequens eſt. Externo uſu in cataplasmatibus, ad dentium dolores, ad inflammationes paſſim uſurpatur.

2. MALVA caule repente, foliis cordato orbicularibus, obſolete quinquelobis LINN. *Cliff.* p. 347. ROYEN. p. 356.

Genspappel BRUNF. II. p. 74. I. p. 197.
Malva ſylveſtris pumila FUCHS. p. 508. commode.
Malva vulgaris TRAG. p. 369. LUGD.
Malva ſylveſtris ſupina CORD. p. 148. 149.
Malva ſylveſtris minor GESN. Tab. Coll. p. 88. TAB. p. 769. RAI. p. 599.
Malva agreſtris minor GESN. Hort. p. 266. *b.*
Malva MATTH. p. 455. CAM. Epit. p. 238. non placet, ſi omnino haec eſt. CAES. p. 560.
Malva ſylveſtris pumila DOD. p. 653.
Malva ſylveſtris repens pumila LOB. Ic. p. 651. eadem LUGD.
Malva vulgaris flore minore folio rotundo I. B. II. p. 549. TOURN. aut. de Par. p. 212. I. R. H.
Malva ſylveſtris folio rotundo C. B. RUPP. &c.
Malva ſylveſtris perennis, procumbens, flore minore albo, folio rotundo H. OX. II. p. 521. T. 17. f. 7.
β *Flore albo* SUTHERL. GARID.

Ad vias cum priori.

Caulis repens, & folia minora: flos albus, extrema parte ſegmentorum colore roſeo finita, minus profunde inciſus. Folia utcunque reniformia, cum leviſſimis quinque angulorum diviſionibus.

Vires eaedem prioris.

3. MALVA caule erecto, foliis multipartitis CLIFF. p. 347. ROYEN p. 356.

Herba ſimeonis BRUNF. I. p. 197. II. p. 76.
Dens Leonis DORST. p. 107. icon. interior.
Alcea FUCHS. p. 80. TRAG. p. 365. GESN. Hort. Coll. p. 56. *b.* p. 245. MATTH. p. 927. CAM. Epit. p. 669. CAES. p. 562. CORD. Dioſc. p. 60. *b.* TAB. p. 771. non bene, LUGD. BLAKW. T. 309.
Alcea vulgaris CLUS. p. XXV. DOD. p. 656. LOB. p. 655. AICHST. Aeſt. Ord. 6. T. 3. f. 1. LUGD. I. B. II. p. 953. RAJ. p. 604. H. OX. II. p. 527. MAGN. Char. p. 225.
Alcea vulgaris major C. B. TOURN. aut. de Par. p. 241. I. R. H. MURALT. p. 702.
Malva ſylveſtris altiſſima folio cannabino flore amplo RUPP. p. 12. BUXB.
β *Flore albo* PARK. SUTH. WEINM. T. 33. *a.*
γ *Foliis magis diſſectis* VAILL.
δ *Major & procerior* RAJ.

In agris requietis, collibus aſperis, & ad vias, remotius ab urbibus. In M. *Huetlaco* MURALT.

Caulis tripedalis, firmus, erectus, ramoſus. Folia trilobata, lobis lateralibus bipartitis, medio bis vel ter parallele inciſo, ora loborum rotundius inciſa. Flos ſubpurpureus magis explicatur, quam in malva, & umbellas facit in ſummis ramis.

Vix ullo in uſu eſt.

4. MALVA caule erecto, foliis imis ſubrotundis, ſuperioribus tenuiter diviſis.

Dens leonis DORST. p. 107. icon. exterior.
Alcea tenuiſſimis foliis CORD. Sylv. p. 223. *b.*
Alcea tenuifolia Cordi THAL. p. 6.
Alcia tenuifolia folio criſpo CAM. Hort. p. 9.
Alcea Pannonica CAM. Hort. p. 8. qui iconem promittit, neque tamen addit. I. B. II. p. 1067. C. B. RUPP. DILL.
Malva montana ſive alcea rotundifolia laciniata COLUMN Ecphr. I. p. 148. ic. p. 147. optime.
Alcea tenuifolia criſpa I. B. II. p. 1067. RAJ. p. 605.
Alcea folio rotundo laciniato L. B. ex COL. RAJ. l. c. ſyll. p. 54. HIST. OX. II. p. 527. S. V. T. 18. f. 4.

Malva ſylveſtris ſ. alcea querna SCHWENCKF. p. 132.

In agro Bernenſi frequens ad vias, locis lapidoſis, & macilentis, & in agris ſterilibus.

Prima folia toto ambitu integro, obiter & obtuſe ſerrata ſunt, & ſubrotunde reniformia. Folia ſuperiora pariter circumſcriptione ex rotundo pentagona, ſed minute diviſa, lobis lateralibus bipartitis, omnibus vero ramoſis, pinnis ipſis profunde inciſis. Flos & calyx priori ſimilis.

ALTHAEA LINN. n. 561.
ALTHAEAE T. aliquae.

Calyx exterior novemfidus gracilis, reliqua prioris.

*1. ALTHAEA foliis trifidis CLIFF. p. 394. ROYEN. p. 357.
Alcea villoſa LUGD. p. 594. I. B. II. p. 1067. RAJ. p. 605. Syllog. p. 54.
Alcea hirſuta C. B. TOURN. aut. de Par. p. 241. I. R. H. GARID. p. 14.
Alcea hirſuta ſeu villoſa H. OX. II. p. 528. T. 18. f. 6. HERM. &c.
RAIUS in ſepibus haud procul *Geneva*.

Calycis exterioris a LUGD. decem & quatuordecim, a I. B. ſeptem laciniae pinguntur, interioris quinque. Caeterum folia ima ſubrotunda, ſuperiora trilobata videntur, lobis ſerratis. lateralibus ſemibifidis. Tota etiam planta duriori villo aſpera eſſe dicitur, flores minores quam Malvae erectae n. 3.

Althaea officinarum, quae in Germania ad foſſas non infrequens eſt, in Helvetia, quantum novi, ſponte non naſcitur.

Portulacam, quae Polyſtemon eſt, cum Sedo relinquere malui, Tithymalum & Ariſtolochiam cum Apetalis &c.

IV. PLANTAE SEMINIBUS ET STAMINIBUS ET PETALIS DONATAE.
II. DICOTYLEDONES.
II. DIPLOSTEMONES.

His dupla ratio ſtaminum eſt ad calycis folia, & petalorum numerum, & plerumque duo ordines, quorum unus altero longior eſt. *Diploſantheras* dixit ROYENIUS p. 439. Vide Progr. *de Method. Stud. Botan.* p. 19. not. *h*. Ordine vero naturali cum prioribus cohaerent.

OXYS
TOURN. T. 19,
OXALIS LINN. p. 377.

Flos vere monopetalos, campaniformis, apice emarginatus; ſtamina decem, latiuſculis unguibus, quinque majora, minora quinque. Ovarium eſt priſma pentagonium, ex quinque conjunctis ſiliculis factum, quarum totidem ſunt tubae, apice globoſo, per maturitatem vero adtactum diſſilit, & ſemina, quae noſtrae in uno loculo multa ſunt, diſpergit.

1. OXYS radice dentata, foliis ternatis, ſcapo nudo, unifloro.
Trifolium acetoſum BRUNF. III. p. 50. DOD. Cereal. p. 214. Pempt. p. 578. MATTH. p. 837. CAM. Epit. p. 584. n. 2. LUGD. HOFM.
Oxys FUCHS. p. 564. CORD. Hiſt. p. 173.
Alleluja DORST. p. 9. *b*.
Oxys alleluja GESN. Coll. p. 94.
Oxys Plinii GESN. Hort. p. 270. CLUS. p. CCXLVIII.
Oxys Pliniana, panis cuculi, alleluja officinarum, trifolium acetoſum LOB. Ic. II. p. 32.
Oxys trifolium acetoſum floribus lacteis TAB. p. 525.
Oxys ſ. trifolium acidum flore albo I. B. II. p. 387.
Trifolium acetoſum flore albo AICHST. Vern. Ord. 6. T. I. f. I.
Trifolium acetoſum vulgare C. B. RAJ. p. 1098. H. OX. II. p. 183. S. 2. T. 17. f. 1.
Oxys flore albo I. R. H. aut. de Par. p. 512. &c.
Oxalis foliis ternatis, ſcapo unifloro LINN. Lap. n. 194.
Oxalis ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſa articulata LINN. Cliff. p. 175. ROY. p. 458.
Lujula BLAKW. T. 305.
β *Flore purpureo* CAM. Epit. I. B. I. R. H. WEINM. T. 21. *a*.
γ *Foliis pictis* WEINM. T. 20. *g*. qualem in ſylva reperi, quae ſub balneo *Gurnigel* eſt.

Nihil

Nihil frequentius ad radices arborum, & in ſepibus umbroſis.

Radix ſquamoſa, denticulata. Ceſpes ex radice prodit foliorum, ex longis pediculis, ternorum, cordatorum, longis pilis hirſutorum, facile conniventium, ut nihil miri ſit in Orientalibus omnino ad tactum contrahi. Alii pediculi nudi unicum florem gerunt, album, venis rubris pictum.

Tota planta gratiſſime acida eſt, delicati ſaporis. Hinc elegans ex ea fit ſyrupus, & conſerva, qua nihil aptius eſt in julepis & potionibus antifebrilibus, tum ad ſitim, tum ad malignitatem morbi, quae a putredine eſt (BOERHAAVE.) Eadem etiam vis eſt, ſi in juſculis recipiatur integra, tum ſalis eſſentialis.

GERANIUM.

T. T. 142. LINN. n. 554.

GERANIUM RIV. *PELARGONIUM* BURMANNI *Plant. Afric.* p. 88. 89. & *GRUINALIS* RIV. RUPPII. *GERANIUM* BURMANNI.

Genus ſumme naturale definit character quinque ſeminum, in totidem capſulis introrſum patentibus, caudatis, quae caudas ſuas axi graciliſſimo adplicant. Caeterum calyx in omnibus quinquefolius, ſtamina decem latiuſculis filamentis, & petala quinque, etſi haec in aliis difformiter in bilabiati floris ſpeciem, in aliis regulariter diſponantur.

ORD. I. PEDICULIS UNIFLORIS.

1. GERANIUM pedunculis ſimplicibus unifloris LINN *Cliff.* p. 343. ROYEN p. 350.

Geranium VI. FUCHS. p. 209.
Sanguinaria radix TRAG. p. 348.
Geranium majus ſeu montanum GESN. Tab. Coll. p. 79.
Geranii ſpecies altera montana GESN. Hort. p. 260.
Geranium IIII. haematodes CLUS. Pannon. p. 419. quale in hortis eſt.
Geranium VII. αἱματώδες Hiſtor. p. CII.
Gerunium gruinum ſ. gruinale ſupinum haematodes radice repente LOB. Ic. p. 660.
Geranium haematodes CAM. Hort. LUGD. RAJ. Hiſt. p. 1061.
Geranium ſanguinarium TAB. p. 774. AICHST. Vern. Ord. 1. T. 16. f. 1.
Granium ſanguineum ſ. haematodes craſſa radice I. B. III. p. 478.
Geranium ſanguineum flore maximo C. B. H. OX. II. p. 514. S. 5. T. 16. f. 17. noſtri ſimilius. I. R. H. MUR. p. 713.
Geranium columbinum erectum tenuius laciniatum flore magno LOES. p. 103. n. 18.
Gruinalis montana haematodes RUPP. p. 104.
β *Flore coeruleo* PONT. Comp. p. 116.
γ *Flore ſtriato* RAJ. Syn. III. p. 360. n. 16.
δ *Flore variegato* PARK.
ε *Flore parvo* BARR. ic. 67.

In rupibus, maxime quae lacubus inminent, non infrequens. Super lacum *Thunenſem*, *Biennenſem* &c. *Genevae*, *Baſileae* circa *Leurach* I. B. Circa *Schaf hauſen* MURALT.

Radix craſſa, lignoſa: Caules erecti, non diffuſi, ſub ramis tumidi, cubitales. Folia conjugata, circumſcriptione rotunda, ſeptiloba, lobis trifidis. Quae verò in hortis naſcuntur, ſimpliciora ſunt, & latiora, & ſeptem lobis fiunt non inciſis. Pediculi florigeri duabus minimis ſquamis praediti, uniflori. Calycis foliola ſpinulis terminata herbaceis. Petala purpuroviolacea, ſubrotunda, aequalia. Roſtrum forte, ſubhirſutum.

Folia ſtiptica ſunt, ſubſalſa, quaſi aluminoſa. Adſtringit, & vulnera ſiccat.

ORD. II. PEDICULIS BIFLORIS

2. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis ſubrotundis multifidis, caule procumbente CLIFF p. 344. ROYEN. p. 451.

Synonyma extricari nequeunt.
An hóc *Geranium folio malvae* GESN. Hort. p. 260. quis dixerit?
An *Geranium folio malvae rotundo* I. R. H. aut. de Par. p. 85. ZANICH. p. 112. ic. 291. MAGN. Char. p. 276.
Geranium columbinum RAJ. Hiſt. p. 1058. Synopſ. III. p. 356. videtur.

Non ubique naſcitur. In hortis aliquando reperi, & in ſcopulis ſupra *Biennam*.

Caules proſtrati, ramoſi, folioſi, cum foliis hirſuti, odorati, & ſubviſcidi. Folia conjugata, mollia, ambitu toto reniformi, ſemi quinquefida, extremis duobus ſeg-

mentis recta linea terminatis, reliquis rotunde bi- & trilobatis. Calyx cum ſpinula. Flores ſimiles Robertiani Geranii, albo ungue, roſeis bracteis, emarginatis, tribus lineis purpureis ſtriatis. Capſulae glabrae, roſtrum magnum pro plantae ratione. Vires fere quae 1.

Vulnerarium eſt, & ad dyſenteriam uſurpatur, prudentius, puto, quam alia acerba adſtringentia.

3. GERANIUM foliis ſubrotundis, ſemiſeptifidis, caule erecto, umbellato flore minimo.

Geranium alterum FUCHS. p. 265. MATTH. p. 855. non repugnat.
Geranium robertianum pes columbinus TAB. p. 56. omnino.
Geranium folio malvae rotundo minus C. B.? I. R. H.
Geranium columbinum majus flore minore coeruleo RAJ. Hiſt. p. 1059. Syn. III. p. 358. I. R. H. VAILL. T. 15. f. 1. optime.
Geranium BLAKW. T. 58. *Robertianum* apud BUCHW. p. 134.

Nihil vulgatius ad vias, ut hanc putem eſſe ſpeciem, quam veteres malvae folio vocaverunt.

Caulis ramoſus, folioſus, cubitalis aliquando, cum foliis hirſutulus, mollis. Folia omnia circumſcriptione ſemicircularia, ſemiſeptifida, lobulis acute bifidis, trifidis, quadrifidis. Flores in umbellam ex ſumma planta. Petala exigua, aequalia, paulatim latiuſcula, fine profundius emarginato, purpurea, apice albo, plerumque aequaliter diſpoſita. Calyx abſque ſpinula. Capſulae ſeminales vermiculatae: ſemen vix liberum, ovale.

4. GERANIUM columbinum humile flore coeruleo minimo RAI. *Synopſ.* III. p. 359. T. 16. f. 2. *a. b.*

An *Geranium malacoides foliis diſſectis minimum* MERRET. p. 46.
Geranium malacoides ſ. columbinum minimum RAJ. Cat. Pl. circa Cant. p. 61. PARK.

Ad vias, locis macilentis.

An ſatis diverſum a n. 3? Minimum eſt, cum tota plantula vix duabus unciis major ſit: ſed fere omnia mihi eadem videntur, ut meum certe ſit varietas prioris.

5. GERANIUM foliis reniformibus, ſemiquinquefidis, mollibus, & latiſſimis.

Pes columbinus DOD. p. 61.
Pes columbinus ſeu alterum Geranium Dioſcoridis LOBEL. Ic. p. 658.
Geranium folio rotundo multum ſerrato ſ. columbinum I. B. III. p. 473. Sed videtur alias ſpecies inmiſcuiſſe.
Geranium folio malvae rotundo C. B. Baſ. p. 90. Ita in horto ſicco.
Geranium columbinum majus diſſectis foliis RAJ. Hiſt. p. 1059.
Geranium folio malvae rotundo majus H. OX. II. p. 511. S. 5. T. 15. f. 2. non bene.
Geranium columbinum minus majori flore & foliis florum bifidis Bot. Monſp. I. R. H.
Geranium columbinum villoſum, petalis bifidis purpureis VAILL. p. 79. T. 15. f. 3.

Ad vias vulgare.

Caulis prioribus major, ramoſus, non altus. Folia multo ampliora reliquis columbinis, circumſcriptione reniformi, ſemiquinquefida, lobis extremis ſemibifidis, omnibus autem obtuſe neque profunde ſemitripartitis. Calyx cum ſpinula de more. Petala majora prioribus, roſei coloris, per aetatem violacei, cordata, lineata.

6. GERANIUM foliis ad nervum quinquefidis, pediculis brevioribus, caule erecto.

Storchenſchnabel altera ſp. non foetida TRAG. apud BRUNF. II. p. 273.
Geranium IIII. FUCHS. p. 207.
Gruinalis DOD. LUGD. p. 1278. ex FUCHSIO.
Geranium gruinale folio tenuiter diviſo I. B. III. p. 474.
Geranium batrachioides, collum gruis Germanorum C. B. Baſil. p. 89. I. R. H.
Geranium columbinum majus foliis diſſectis RAJ. Cant. p. 61.
Geranium columbinum maximum foliis diſſectis I. R. H. Syn. RAJ. III. p. 360.
Geranium majus foliis imis longis aduſque pediculum diviſis H. OX. II. p. 511. S. 5. T. 3. f. 3. VAILL. T. 15. f. 2. optime.
Geranium columbinum majus foliis tenuiter diſſectis, foliis florum bifidis MAGN. Bot. Monſp. p. 107. TOURN. aut. de Par. p. 83. I. R. H.

In agris frequens, maxime ingruente autumno.

Caules ramoſi, folioſi, erecti, aut ſemiproſtrati, pedales & ultra. Folia ex longis pediculis, tenuiter laciniata, in quinque lobos profunde inciſa, vix linea latiores. Lobuli longe, acute, & ſimpliciter trifidi, in lateralibus quadrifidi. Firma ſunt, & ima multo reliquis retundiora, ſimpliciora, tum ſuperiora ſaepe ſimpliciter ad nervum quinquefida. Petioli florigeri unciales. Flos pulchre ruber, modice emarginatus. Capſulae

fulae monoſpermae, uti in Germanicis pleriſque, aperiuntur revolutae, & ſemen disjiciunt, quod Africanae retinent.

7. GERANIUM foliis ad nervum quinquefidis, pediculo longiſſimo, caule proſtrato.

Geranium columbinum procumbens, tenuius laciniatum, flore parvo LOESEL. p. 109. ic. 19.? accedit potius ad n. 6.
Geranium columbinum, diſſectis foliis, pediculis florum longiſſimis RAJ. p. 1059. Syn. III. p. 359. I. R. H. VAILL. T. 15. f. 4. optime.
Geranium columbinum annuum, minus, folio tenuius laciniato; flore pediculo longiſſimo inſiſtenti H. OX. II. p. 512. S. 5. T. 15. f. 5. non bene.
Gruinalis arvenſis folio tenuius diſſecto, levi, flore coeruleo RUPP. p. 105.

In agris & ad ſepes, toto autumno.

Caules projecti, humiles, ramoſi. Folia circumſcriptione ſemicirculari, profundiſſime quinquefida, lobis mediis trifidis, acute diviſis, extremis ſimplicibus, firma, ſubhirſuta. Pediculi florigeri in planta dodrantali triunciales. Flos major, quam prioribus, n. 3. 4. coeruleus ex roſeo, petalis modice exciſis. Spina calycis longa.

8. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis peltatis multipartitis, rugoſis, pinnato laciniatis, acutis LINN. *Cliff.* p. 344. ROYEN. p. 350.

Geranium V. FUCHS. p. 208.
Geranii IIII. ſpecies radicis ſanguinariae TRAG p. 348.
Geranium IIII. MATTH. p. 857. bene CAMER. Epit. p. 602. non placet, & ſimilior eſt n. 9.
Geranii genus quod gratia Dei GESNER. Tab. Coll. p. 79.
An haec potius *Geranii ſp. major. montana* GESN. Hort. p. 260. Videtur.
Geranium III. βατραχιωδες *majus* CLUS. p. C. bon. ic.
Geranium batrachioides DOD. p. 63. LUGD. I. B. III. p. 475. F. Boll. p. 207. *ſ. gratia Dei Germanorum* LOB. Ic. p. 659. C. B. Baſil. p. 89. I. R. H. MURALT. p. 532.
Geranium batrachioides Dodonei flore purpureo magno THAL. p. 44.? ita ob colores varios.
Geranium ſ. Batrachium coeruleum TAB. p. 58.
Geranium batrachioides coeruleum AICHST. Vern. Ord. 1. T. 8. f. 2.
Geranium batrachioides folio aconiti LOES. p. 102.
Geranium batrachioides violaceum, album, & ex albo & coeruleo varium H. OX. II. p. 514. T. 16. f. 14.

C. B. circa *Crenzach.* STAEHELINUS in coemeterio D. *Petri*, & in vicinis pratis ipſius urbis abunde. I. B. in montibus circa *Genevam.* MURALT. in M. *Utliberg* copioſe ait provenire.

Caulis erectus, pedalis, cubitalis, bifurcatus. Folia perampla, ſubtus nervoſa, circumferentia pene rotunda, profunde quinquefida, aut ſeptifida, lobis ramoſis, trilobis, lobulis denuo profunde, acute, pinnatim ſectis. Flos amplus, coeruleus, cum venis rubentibus, ſaepe albo ſtriatus, aut totus albus, leviter odoratus. Capſulae lividae, hiantes, ſemen liberum, ovale. Inter Gerania vi vulneraria eminet.

9. GERANIUM foliis rugoſis, ſemitrilobis, latioribus, lobis dentatis, lateralibus bipartitis, floribus purpureis.

Valde obſcura ſunt ſynonyma plantae adeo non rarae, & facile diſtinguendae.
Geranii ſpecies III. ſimilis montanae C. GESN. Hort. p. 260. cujus 2 Sp. facit app. p. 292. *b.*
Geranium II. βατραχιωδες *alterum* CLUS. Pann. p. 417. Hiſt. p. XCIX. omnino.
Geranium ſanguinarium TAB. p. 62.
Geranium batrachioides folio Aconiti Cluſii nitente I. B. III. p. 476. ex CLUSIO.
Geranium batrachioides aliud I. B. F. Boll. p. 207.
Geranium batrachioides flore aconiti C. B. videtur potius eſſe ſpecies 8. ex coloribus: noſtrum enim neque ſtriis, neque coeruleo & albo colore ludit. In H. OX. II. p. 514. noſtra eſt. An in I. R. H.? non videtur.
Geranium pulcherrimo convolvuli flore FUIREN. in Ciſt. Med. BARTH. p. 285.
Geranium batrachioides montanum noſtras RAJ. p. 1062.
Geranium maximum minus laciniatum, folio Aconiti SCHEUCHZER. It. VII. p. 512. omnino.
Gruinalis pratenſis foliis Ranunculi Aconitive RUPP. p. 103.
Geranium petiolis bifloris, foliis peltatis, multifidis, caule erecto LINN. Lapon. n. 266. Cliff. p. 344. ROYEN. p. 351. Ob flores potius videtur pertinere ad n. 8.
β Non video quomodo differre poſſit
Geranii III. altera varietas GESNER. Hort. app. p. 292. *b.*? niſi ſit *Ger. flore pullo*, cum non alibi ejus mentionem faciat.
An *Geranium batrachioides floribus rubris minus* CAM. Hort. p. 66.

Ge-

Geranium ſanguinarium majus AICH. Vern. Ord. I. T. 9. f. 2.
Geranium batrachioides maximum minus laciniatum flore açoniti I. B. III. p. 477. ex *M. Ballon*, loco natali ſimillimo, I. R. H.
An *Geranium batrachioides parvo flore* BURS. A. S. p. 532. ex ſylvis Helvetiae.
Geranium Batrachoides paluſtre flore ſanguineo HOFM. RUPP. p. 231. (male inter irregulares) DILL. ELTH. p. 160. T. 134.
Gruinalis pratenſis, maximo folio aconiti, minus profunde laciniato RUPP. p. 103.
Geranium paluſtre flore ſanguineo DILL. Cat. Gieſſ. p. 129. nov. ſpec. p. 55. VOLC.
Geranium florens MERIAN. Ic. LXXVI.

In Helvetia minime rarum, in pratis, ad ripas fluviorum & in montanis ad ſepes. *Bernae* juxta ſemitam ducentem a balneo exteriori ad molendina *Sulgenbach*. In valle *Emmia*, & in *Argovia*, infra *Langenthal*, & in *Erguel* ad ſepes. In pratis montanis circa *thermas Leucenſes*.

Caulis erectus, repetito bifurcatus, cubitalis & ultra. Folia multo ſimpliciora quam n. 8. ſimilia Ranunculi prat. acris, ſemitriloba, ſemiquinqueloba, lobis acute ſerratis, ſemitrilobis, neque adeo profunde ſectis, latitudine loborum ſemper ſemunciali & ultra. Caeterum ſimiliter hirſuta ſunt, ſubtus venoſa. Flores rariorem, umbellam in ſumma planta faciunt. Calycis manifeſta ſpina. Petala plana, aequalia, non cordata, purpurea, cum lineis ſaturatioribus. Ungues ſtaminum lati, ut pene coaleſcant. Calyx & acus & capſulae modo glabrae, modo leniter ſubhirſutae.

10. GERANIUM foliis ſemiquinquelobis, ſericeis, floribus ſpicatis, ex atro purpureis.

Geranium I. phaeo ſive pullo flore CLUS. Pann. p. 415. I. B. III. p. 477. ex CLUS.
Geranium I. pullo flore CLUS. Hiſt. p. XCIX.
Geranium batrachioides hirſutum flore atrorubente C. B.
Geranium phaeo ſ. pullo flore RAJ. Topogr. app. p. 49. ſyll. p. 133. hiſt. p. 1062.
Geranium phaeum ſ. fuſcum petalis rectis ſeu planis H. OX. II. p. 515. I. R. H. &c.
Gruinalis montana petalis nigro fuſcis & obſcuris planioribus RUPP. p. 104.
β *Geranium montanum* DOD. p. 64.
Geranium fuſcum flore livido, purpuraſcente, & medio candicante LOBEL. p. 661.
Geranium maculatum TAB. p. 61.
Geranium fuſcum LUGD. p. 1279. AICHST. Vern. Ord. I. T. 10. f. 2. PARK.
Geranium phaeum flore reflexo I. B. III. p. 471. qui primus conjunxit RAJ. p. 1063.
Geranium montanum fuſcum C. B. RAJ. Syn. III. p. 361.
Geranum phaeum ſeu fuſcum petalis reflexis H. OX. II. p. 515. I. R. H.
Gruinalis petalis fuſcis reflexis RUPP. p. 104.
Geranium pedunculis bifloris, alternatis, caule erecto ſuperne nudiuſculo inſidentibus LINN. Cliff. p. 343. ROYEN. p. 350.

KÖNIG in M. *Crenzach*. In M. *Thuiri*. In prato, quod exeunti ex viculo *Wabern*, & ad lapicidinam adſcendenti, ad ſiniſtram eſt, magna copia.

Radix craſſa, tuberoſa, rubra. Caulis erectus, bipedalis, tripedalis, minus ramoſus. Folia ex longis petiolis, in junioribus tota ſericea, mollia, circumferentia ampliſſima, pariter ut n. 9. ſemiquinquefida ſunt, lobis latiſſimis, denuo, ſed non profunde inciſis, dentibus ſerratis. Flores ſuper caulem in laxas ſpicas efferuntur. Calyx mollis, breviſſima ſpinula. Petala in noſtris plana, expanſa, albo & venoſo ungue, bractea atra ex purpura, per ambitum plicata, denticulata. Ruptis petalis ſanguineus ſuccus de vulnere fluit.

11. GERANIUM foliis ſubrotundis, ſemiquinquefidis, rariter & longe piloſis.

Geranium ſaxatile CAM. Hort. p. 66. AICHST. Vern. Ord. I. T. 10. f. 3. RAJ. p. 1060. ZWING. p. 764.
Geranium ſaxatile υγροσκοπελον THAL. p. 44. & Ic. 5. (foliis levibus.)
Geranium alterum montanum ſaxatile rotundifolium COL. Ecphr. I. p. 138. ic. 137. optime.
Geranium lucidum I. B. III. p. 481.
γ *Geranium lucidum ſaxatile* C. B. I. R. H.
Geranium annuum, rotundifolium, montanum, ſaxatile, lucidum H. OX. II. p. 512. S. 5. T. 15. f. 6.

1. BAUHINUS Genevae extra portam *de la Rive* verſus lacum.

Caulis pedalis, ramoſus. Folia conjugata, circumſcriptione reniformia, glabra, praeter longos, ut in Robertiano, pilos, ſemiquinquefida: ſegmenta lata, lateralia bifida ſunt, reliqua trifidis lobulis, dentatis, aut ſimplicibus. Flos Geranii Robertiani, cui proximum eſt. Calyx cum ſpinulis, transverſim rugoſus.

12. GE-

12. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis quinquepartitis, lobis pinnatifidis LINN. *Cliff.* p. 344. ROYEN. p. 351.

Storchenſchnabel prior foetida TRAG. apud BRUNF. II. p. 273.
Herba Roperti DORST. p. 147. commode LUGD. p. 1278.
Geranium Robertianum RUELL. p. 559. DOD. p. 62. LOB. p. 657. TAB. p. 56. RAJ. p. 1058 ROB. Icon. 93. BLAKW. T. 480.
Geranium III. FUCHS. p. 206.
Geranii genus II. Ruprechts Kraut GESN. Tab. Coll. p. 79.
Sideritis tertia Dioſcoridis EJ. Hort. p. 281.
Gratia Dei vel Geranium TRAG. p. 108.
Geranium V. MATTH. p. 858. Epit. p. 603.
Rubertiana CAES. p. 559.
Geranium violaceum TAB. p. 61.
Geranium Robertianum murale I. B. III. p. 480.
Geranium Robertianum primum C. Baſ. p. 90. *viride* C. B. I. R. H. ZANICHELL. Ic. III. p. 228.
Geranium Robertianum flore dilute rubello H. OX. II. p. 513. S. 5. T. 15. f. 11.
β *Flore albo* HORT. BLES. RAJ. Syn. III. I. R. H. &c.
γ *Folio rubro* vide CAM. Hort. p. 66. I. R. H. VAILL. GARID. &c.
δ *Geranium Robertianum alterum* C. B. & LOB. Adv. p. 296. quomodo differat, non intelligo.

Ad muros, in ſepibus, & alpium ſylvis. Albo flore reperi ad ſemitam, qua adſcenditur mons *Bolligerberg.* I. B. in *Waſſerfall* M.

Caulis patulus, ramoſus, ramis quinatis, ſub diviſione geniculatis, ſaepiſſime ruber. Folia longis pilis hirſuta, petiolata, circumſcriptione pentagona, trifida, lobis petiolatis, lateralibus profundiſſime bifidis, lobulis denuo tripartitis, eorunque laciniis ramoſis. Calyx latiuſculus, lineis eminentibus, ſpinula ornatus. Flores binati, etſi diſſentiat VAILLANTIUS. Petala ambitu rotundo, ſubpurpurea, cum albis lineis. Saepe folia & tota planta rubent.

Odor ſingularis, pene Lamiaceus: dominatur autem in tota planta natura acida, auſtera GEOFROI III. p. 522. Pro magno vulnerario habetur, quod intus etiam coactum ſanguinem reſolvat, in cataplaſma redactum urinas pellat, oedemata & lac diſcutiat, ad eryſipelas proſit, tum ad anginam, ad fiſſuras linguae, oriſque ardores. Vidi intus exhibitum ad febres intermittentes, ſed abſque ſucceſſu. Trita cum aceto, arcanum fuit veteris & celebris chirurgi BOERHAAVE. Ad fiſſuras papillarum in Gallia inponi WELSCH. *Mictot.* p. 34.

III.
PEDICULIS MULTIFLORIS.

13. GERANIUM moſchatum, pediculis multifloris, pinnis foliorum integris circumciſis.

Myrrhina Plinii, roſtrum ciconiae, ſeu acus moſchata officinarum & paſtoris LOB. Ic. p. 658.
Geranium muſcatum, ſ. acus moſchata CAM. Hort p. 66.
Acus muſcata CAES. p. 559.
Geranium tertium Plinii, acus moſchata LUGD. p. 1277.
Geranium moſchatum odoratum AICHST. Vern. Ord. I. T. 10. f. 1.
Geranium moſchatum, folio ad Myrrhidem accedente, majus & rarius I. B. III. p. 479. pro varietate.
Geranium cicutae folio moſchatum C. B. I. R. H. &c.
Geranium moſchatum RAI. p. 1057. RIVIN.

STAEHELINUS *Auguſtae* legit. I. B. ſi de hoc quidem loquitur, Genevae *au Pleinpalais*, & in itinere *Mutenſi.*

A ſequente differt inprimis foliis multo latioribus, neque ſecundo pinnatis, ſed ovatis, per oram acute ſerratis, odore valente Moſchi.

14. GERANIUM pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, foliis duplicato pinnatis LINN. *Cliff.* p. 344. ROYEN p. 352.

α Var. major, ramoſa.
Geranium quartum BRUNF. II. p. 42.
Herba Roperti EJ. in ic. p. 41.
Geranium I. FUCHS. p. 204. GESN. Tab. Coll. p. 79. *minus* TRAG. p. 347.
Geranium ſupinum majus CORD. Hiſt. p. 108. *b.*
Geranium III. MATTH. p. 556. CAMER. Epit. p. 601.
Geranium ſupinum DOD. p. 63.
Myrrhida Plinii, Roſtrum ciconiae &c. LOB. p. 658. icon, eſt enim ex DOD. non autem nomen.

Geranium σκανδικοφυλλον TRAG. p. 44.
Geranium myrrhinum, roſtrum Ciconiae TAB. p. 58.
Geranium moſchatum, folio ad Myrrhidem accedente, minus, inodorum, vulgatius I. B. III. p. 479. cum priore.
Geranium cicutae folio majus inodorum C. B. Baſ. p. 90.
Geranium cicutae folio inodorum RAJ. p. 1057.
Geranium annuum cicutae folio inodorum H. OX. II. p. 512. pro varietate.
Geranium Robertianum RIVIN. Irreg. pent.
β Varietas minor, parum ramoſa, foliis in circulum ſparſis.
Geranium ſeptimum ſ. Collum gruinum DOD. p. 64.
Myrrhida Plinii & roſtrum ciconiae inodorum vulgatum LOBEL. Ic. p. 659.
Geranium minus, Geranium arvenſe TAB. p. 57. bene.
Geranium moſchatum inodorum parvum AICHST. Vern. Ord. 1. T. 8. f. 1.
Geranium cicutae folio minus & ſpinum C. B. Baſ. p. 90. TOURN. aut. de Par. p. 86. I. R. H. ZANICHELL. p. 110. T. 215.
Geranium Pimpinellae folio DILL. Nov. Spec. p. 69. cat. Gieſſ. p. 173.
γ *Flore maculato* DILL. l. c.

Bernae minor varietas β, in graminoſis tonſis, & in macilentis agris frequens eſt. Prima ſepes amat, & gramina altiora, agrosque. Tertia rarior eſt, in areis hortorum aliquoties lecta.

Radix parva, inutilis. Caulis in prima varietate ramoſus, procumbens, in altera vix ullus. Folia pinnata, pinnis in 1. varietate laxis, remotis, in ultima denſioribus, in prima laciniatis, lacinis conjugatis, ultimo ambitu acute, & varie inciſo: In minori varietate pinnae regulariter inciſae, laciniae ſimplices, latiores etiam, & rotundiores ſunt. Flores ex uno petiolo multi. Calyx cum ſpinulis. Petala roſei coloris, inaequalia, duo enim breviora ſunt, a tribus longioribus, infetioribus hiatu diſtincta. Semina hirſuta: cauda plumoſa. Petala duo ſuperiora aliquando ungues habent duabus viridibus maculis diſtinctos, quam notam pro varietate β adſignat DILLENIUS Odor nullus.

15. GERANIUM pediculis multifloris, pinnis foliorum aliis laciniatis, aliis minimis & ſimplicibus.

Geranium maximum anguſtifolium acu longiſſima C. B. Phytop. p. 639. cum deſcriptione. MAGN. Bot. p. 108. Hort. p. 85.
Geranium cicutae folio acu longiſſima C. B. Prodr. p. 138. WAGN. p. 276. RAJ. Syllog. Exter. p. 133. Hiſt. p. 1056. I. R. H. &c.
Geranium monſpeliacum laciniatum PARK. p. 709.
β Omnino *Geranium alterum coriandri folio* COLUMN. p. 135.
Geranium coriandri folio odorum C. B. I. R. H. &c.

Ego *Monſpelio* habeo. Sed C. B. dicit in *Valeſia* naſci.

Caulis humilis, vix dodrantalis, ramoſus, cum foliis & calyce incanus, lanuginoſus. Folia laciniata, pinnis aliis majoribus, aliis interpoſitis minimis, ſimpliciſſimis. Illae eundo lateſcunt, inciſae, acute, profunde, & varie. Flores multi, ex vagina brevi, latiuſcula. Acus uncia longior, & flos pro portione tantillae plantae magnus, ſubpurpureus, auctore C. B. Calyx ſpinula praeditus.

L I N U M.

TOURN. T. 176. LINN. n. 254.

Summa ſimilitudo characteris non permittit ut hoc genus & ſequens ſeparentur a Geranio & Alſine. Ab illo enim Linum quinque ſtaminibus unice differt, & loculis polyſpermis, quando quinque ſunt, ut in multis ſolent. Ab Alſines ſpeciebus pentaſtemonibus ſolo fructu multiloculari. Tubae ſemper quinae (MALPIGH. ic. 204. qui fructum habet ic. 239. & 260.) Flos lente repandus.

1. LINUM . . .

Linum ſylveſtre GESN. Tab Coll. p. 86. TRAG. p. 354. qui tamen ſativum facit. MATTH. p. 416. *ſativum plane referens* I. B. III. p. 492. I. 452. RAJ. Syn. III. p. 362.
Linum anguſtifolium LOB. Obſ. p. 226? MAGN. Bot. Monſp. p. 160.
Linum arvenſe C. B. Baſ. p. 62. RAJ. p. 1073. MORIS. II. p. 573. HERM. T. aut. de Par. p. 283. I. R. H.

In agris & vervactis circa *Baſileam*, & *Bernam*. Neque tamen perſuadeor veram eſſe indigenam, aut diverſam a *Sativo*.

Caulis annuus, pedalis; folia inordinata, glauca, levia, graminea, acuta. Flores in

in ſummo caule in petiolis unifloris, coerulei, expanſi. Calyx quinquefolius, latus, mucronatis foliolis, oris albis. Petala quinque, adroſo margine & quaſi ſerrato. Tubae ſimplices, purpureae: ſemina levia, plana, utrinque acuta.

Hujus, nempe ſativi, ſemen mitiſſimum eſt emolliens, cum abſtergente indole. Ad inflammationes faucium, ad dolentes haemorhoides aptiſſimae decoctiones ex eo ſemine parantur. Infuſum theiforme florum audio laudari ad morbos nephriticos, & de ſeminis infuſo eadem habet REIMANNUS. Oleum ad colores recipiendos praeſtantiſſimum, in unguentis etiam locum habet: in pleuritide recenti, (E. N. C. *Cent.* I. *Ann.* III. *Obſ.* 218.) ad aliquot uncias epotum, idemque in nephritide, tum in dyſenteria cum bolo miſtum, & ad ipſum empyema felice eventu (I. MAUR. HOFMANN. E. N. C. *Cent.* X. *App. Obſ.* 33.) in clyſtere ad volvulum, & externo uſu ad ambuſta, ad haemorrhoides dolentes, ab idoneis Auctoribus commendatur. Ungari recente etiam ad cibos utuntur.

2. LINUM perenne, foliis lanceolatis, argute mucronatis, calyce mutico.

Linum ſylveſtre III. CLUS. Pannon p. 300. 302. niſi ob colorem potius referendum eſt ad n. 3. *marinum* LUGD. p. 495. ex CLUSIO.
Linum ſylveſtre IIII. anguſtifolium primum CLUS. Hiſt. p. 318.
Linum ſylveſtre tenuifolium LOB. Ic. p. 413.
Linum ſylveſtre MATTH. Epit. p. 302. cum deſcriptione CLUSIANA ZWING. p. 535. ead. ic.
Linum ſylveſtre flore coeruleo AICHST. Aeſtiv. Ord. 1. T. 13. f. 1. convenit.
Linum ſylveſtre anguſtifolinm I. B. III. p. 453. ex CLUS.
Linum ſylveſtre anguſtifolium flore minore C. B. Baſ. p. 62.
Liuum ſylveſtre anguſtis & denſioribus foliis flore minore C. B. an RAJ. p. 1074. I. R. H.?
Linum ſylveſtre anguſtis & denſioribus foliis H. OX. II. p. 575.
Linum hiſpanicum acutis foliis amplo flore BARR. ic. 1014.
Linum ſylveſtre coeruleum flore acuto SCHEUCHZ. It. VII. p. 515.
β *Linum ſylveſtre anguſtifolium foliis rarioribus* C. B. H. OX. I. R. H.
II. Proximum aut idem eſt *Linum ſylveſtre flore coeruleo acuto* C. B. Prodr. p. 107. RAJ. p. 1074. I. R. H. PLUKN. GARID.
Linum ſylveſtre latis acutis foliis flore amplo BARR. ic. 1007.
III. An differt *Linum ſylveſtre coeruleum perenne noſtras* RAJ. p. 1074. GARID. PLUKN.
Linum perenne majus coeruleum capitulo majore H. OX. II. p. 573. I. R. H. & *minore* EJ. ibid.

GESNER & SCHEUCHZER in *Valeſia* legerunt, ubi in ſaxoſis provenit, ego in ſummis rupibus *Dolaz* & *Thuiri*.

Caulis dodrantalis, pedalis. Folia ſativo duriora, anguſtiora, quandoque anguſtiſſima. Calyx fit foliolis obtuſis. Petalorum magna pars alba eſt, reliqua laete coerulea.

3. LINUM perenne, foliis anguſtiſſimis, calyce ariſtato.

α Flore albo, puro, aut venis purpureis lineato.
Linum ſylveſtre anguſtifolium flore albo IIII. CLUS. Pannon. p. 303. 304.
Linum ſylveſtre V. anguſtifolium CLUS. Hiſt. p. 318. cum icone.
Linum ſylveſtre floribus albis LOB. Ic. p. 313.
Linum ſylveſtre III TAB. p. 823. foliis juſto latioribus.
Linum ſylveſtre anguſtifolium album, lineis in umbilico purpureis I. B. III. p. 453.
Linum ſylveſtre anguſtifolium flore magno C. B. RAJ. p. 1074. H. OX. II. p. 574. I. R. H.
Linum oxyphyllum multicaule BOCCONE p. 166. T. 125.
β Varietas flore carneo.
Linaria quarta TRAG. p. 357.
Linum ſylveſtre II. CLUS. Hiſpan. p. 352. pene fatente CLUSIO. in Pann. p. 305. ubi eſt *Lini ſylv. anguſtifolii* tertia varietas.
Linum ſylveſtre VI. anguſtifolium CLUS. p. 318.
Linum ſylveſtre anguſtioribus foliis 2. DOD. p. 534.
Linum ſylveſtre anguſtifolium floribus dilute purpuraſcentibus ſ. carneis C. B. T. aut. de Par. p. 209. I. R. H. cum multis in colore varietatibus. RAJ. p. 1075. HIST. OX. II. p. 575. MURALT. p. 721.
γ *Linum ſylv. anguſtifolium flore cinereo* CLUS. Pann. p. 303. *varietas* ID. Hiſt. l. c.
Linaria tenuifolia DALECH. p. 1151.
Linum ſylveſtre tenuifolium TAB. p. 822. idem eſt.
δ *Linum ſylveſtre II.* TAB. ib.

Frequens in aridis, herbidis, circa *Genevam*, *Biennam*, *Bonneville*, in *Valeſia*, circa *Champvent* &c. *Tiguri* MURALT. I. B. in *Crenzach* & prope *Leurach*.

Radix lignea, caules plurimi, erecti, pedales, fruticoſi, brachiati. Folia perangusta, craſſula, inordinata. Flores ad ſummam plantam in petiolis unifloris, uti priorum, pariter caduci. Calyx oris leviter ciliatis, longe ariſtatus. Petala albo un-

gue, & quandoque toto petalo (KÖNIG hanc varietatem reperit circa Löhrach), plerumque tamen dilute roſea, cum aliquot lineis purpuraſcentibus. Tubae praelongae, ſtaminibus aequales, quorum filamenta ungue ſunt late triangulari. Sapor acer eſt & aromaticus.

4. LINUM foliis conjugatis, petalis albis acutis.

An λινοκαρπος THAL. p. 72.
Linum ſylveſtre puſillum candicantibus floribus CAM. Hort. p. 90.
Alſine verna glabra floſculis albis, vel potius Linum minimum I. B. III. p. 455. bene.
Alſine glabra albo flore I. B. F. Boll. app. ubi monet Lini ſpeciem eſſe.
Linum pratenſe floſculis exiguis C. B. Baſil. p. 62. H. OX. II. p. 575. qui 4 petala non bene numerat, VAILL. cum deſcr. I. R. H. aut. de Par. p. 210. MAGN. Char. p. 262.
Linum ſylveſtre catharticum RAJ. p. 1076. &c.
Chamaelinum ſubrotundo folio BARRELIER. Ic. 1165. n. I.
Linum catharticum BLAKW. T. 268.
Etiam *Chamaelinum gramineo ſ. acuto folio?* ib. n. II.
Linum caule dichotomo, foliis ovato lanceolatis, corollis acutis LINN. Hort. Cliff. p. 115. ROYEN. p. 434.
β An *Linum ſylveſtre VIII. Chamaelinum* CLUS. Hiſt. p. 319.
Chamaelinum ſ. linum ſylveſtre perpuſillum LOSEL. Ic. p. 415.
Linum pumilum foliis ſemper binis albo flore vel luteo pallente I. B. III. p. 453. icone recedit, convenit deſcriptione, neque aliud innotuit.
Linum ſylveſtre minus ſ. Chamaelinum MURALT. p. 598. omnino.

Nihil frequentius in pratis, locisque gramineis.

Cauliculi & planta tenella quatuor unciarum, & ultra brachiata; folia rariuſcula, conjugata, glauca, elliptica, ſuperne acutiora, pro magnitudine latiora, quam priorum. Petala paulatim lateſcunt, fine acuto, qui reliquis rotundus eſt, lutea, ungue flavo. Stamina filamentis pene connata. Ovarium decemloculare.

Amariſſimum eſt; manipulus in ſero lactis vel aqua per noctem infuſus, & mane epotus purgat absque incommodo, MORISON. Siccae plantae drachma eadem facit.

ROREL L A.

RUPPII.
ROS SOLIS TOURN. T. 127.
DROSERA LINN. n. 253.

Calyx tubuloſus, ſemiquinquefidus, paulo fructu maturo brevior. Ovarium ovato conicum emittit Tubas quinque, uniloculare, polyſpermon. Stamina quinque. Petala totidem, initio conjuncta, ut in Lino, deinde repanda, ex anguſto ungue ſubrotunde lateſcunt. Adde folia roriferis villis undique ciliata eſſe.

1. RORELLA caule ſimplici, foliis ellipticis.

Ros ſolis DOD. p. 474. bene I. B. III. p. 761. icon. interior.
Rorida ſive ſolis Ros, & Droſion recentiorum LOB. Ic. p. 811. icon. propria.
Salſirora ſeu ſponſa ſolis, aut Ros ſolis vel Rorella THAL. p. 116. haec enim in Bructero M. naſcitur. Huc Icon. IX. n. 2.
Ros ſolis folio oblongo C. B. H. OX. III. p. 620. S. XV. T. 4. f. 2. RAJ. p. 1100. I. R. H. MUR. p. 693.
Ros ſolis major ſeu longifolius BARR. ic. 251. n. II.
☿ *Droſera ſcapis radicatis, foliis oblongis* LINN. Lapon. n. 110. ROYEN. p. 417.

Vulgatior eſt, in paludoſis, v. g. circa *Moos-Seedorf*, tum circa lacum *Felinum* &c.

Radiculae nigrae, depactae. Folia in roſulam ſparguntur, longe petiolata, longe elliptico ambitu, hinc glabra, inde pleniſſima pilis globulo terminatis, purpureis. Caulis nudus, non ramoſus, ſpicam fert florum alborum, fere unilateralem, raramque.

2. RORELLA caule ſimplici, foliis rotundis, retuſis.

Icon apud TRAGUM p. 528. 946.
Rorella ſ. ſalſirora CORD. p. 86. etſi dubium eſſe poſſit.
Ros ſolis GESN. de Lunar. p. 37. eadem icon. I. B. III. p. 761. icon exterior.
Rorida ſ. ros ſolis major LOB. Ic. p. 811.
Ros ſolis minor I. TAB. p. 816.
Salſirora ſ. ros ſolis THAL. Ic. IX. n. I.
Rorida ſ. ros ſolis SCHWENCKF. AICHST. Aeſtiv. Ord. 14. T. 8. f. 3.
Ros ſolis folio ſubrotundo C. B. H. OX. III. p. 620. I. R. H.
Ros ſolis minor ſ. rotundifolius BARR. ic. 251. n. I.

Ros

Ros ſolis folio rotundo MERRET. RAJ. p. 1100. T. aut. de Par. p. 527. MURALT. p. 692.
Droſera ſcapis radicatis, foliis orbicularibus LINN. Lapon. n. 169.

GESNERUS circa lacum *Felinum*, ſi haec eſt, & MURALT ibid. Ego in paludoſis pratis *um den Neuhaus Weyher*, ſub dumis. Circa *Mekilchen* SCHUH.

A priori differt foliis petiolatis, orbiculatis, vel circulo etiam brevioribus, retuſis.

Acris eſt utraque & cutem ulcerat, gregibuſque nocet, & tabem facit ACT. HAFN. *Ann.* IV. *Obſ.* 58. ut mireris ad pulmonis morbos eam commendari, etiam a CHOMELIO. Tincturam huius herbae ſudorem movere, & ſpecifica vi plicae mederi BONFIGLI *de Plic.* p. 22. in catarrhis vero, qui de ea diſſertationem ſcripſit, laudat SIEGESBECKIUS.

LYCHNIS.

Amplum hoc genus, & charactere naturali conjunctum, ex petalorum diviſione diſtinxit in ſpecies HEISTERUS, ex loculis RUPPIUS & DILLENIUS, ex tubis LINNAEUS. Diſtinguere omnino videtur conſultum, ne deſcriptiones infinitae longitudinis pro nominibus ponantur. Ergo Lychnides ſunt in univerſum calyce perpetuo monophyllo, tubuloſo, plerumque fructu longiore, petalis quinque, quorum unguis fere ſemper longus eſt & gracilis, ſtaminibus decem, quorum quinque longiora ſunt, breviora totidem CAMERAR. *de ſex. plant.* p. 6. fructu plerumque pyriformi, foliis conjugatis, & ſimplicibus. Porro ordines fieri poſſunt ex loculis tubisque conjunctim.

VISCAGO.

DILLENII *hort. Eltham.* p. 416.
MUSCIPULA RUPP. p. 100.
SILENES LINNAEI n. 372. ſpecies triloculares.
& *CUCUBALI* LINN. n. 371. ſpecies non bacciferae.

Huic characterem faciunt loculi tres in fructu, tubaeque totidem.

1. VISCAGO caule nodoſo, calyce profunde ſecto & ſtriato.
Lychnis ſylveſtris II. CLUS. p. 288. bona icon.
Lychnis ſylveſtris III. CLUS. Hiſp. p. 339. *calyculis ſtriatis* LOB. p. 339. TAB. p. 295.
Muſcipula major calyce turgido ventricoſo I. B. III. p. 349.
Lychnis ſylveſtris, latifolia, calyculis turgidis ſtriatis C. B. Baſ. p. 60. H. OX. II. p. 543. I. R. H. MURALT. p. 599.
Lychnis ſylveſtris calyculis ſtriatis PARK. p. 631. RAJ. p. 997.
β *Lychnis ſylveſtris anguſtifolia calyculis turgidis ſtriatis* C. B. P. &c.

C. B. in agris *Huningenſibus.* RAIUS paſſim in agris ad *Rhenum.* MURALTUS *Tiguri* indicat.

Caulis pedalis, parum ramoſus, cum foliis hirſutus, ſub foliis geniculatus. Flores ſolitarii, ex alis foliorum, longa ſerie, Calyx longus, per aetatem turgidus, profunde ſulcatus, durus, dentibus profundis, acutis. Petala profunde diviſa, obſolete rubella. Folia mollia, hirſuta longa, lente acuminata.

2. VISCAGO calyce inflato, ovali, petalis ſerratis bifidis. MALPIGH. ic. 125. 178.
Smilax BRUNF. III. p. 129.
Criſpula DORST. p. 94.
Roſa Mariana V. TRAG. p. 126. abſque icone.
Polemonium GESN. Hort. p. 273. tab. coll. p. 97. *b. pratenſe noſtrum apicibus florum albis* hort. app. p. 295.
Lychnis ſylveſtris AICHST. Aeſt. Ord. I. T. 5. f. 2.
Herba articularis TAB. p. 298.
Been album officinarum I. B. III. p. 356.
Lychnis ſylveſtris quae Been album C. B. Baſ. p. 60. *vulgo* C. B. P. RAJ. p. 998. T. aut. de Par. p. 346. I. R. H. ZANICH. p. 173. ic. 117. [potius ad β.]
Lychnis ſylv. perennis quae Been album vulgo H. OX. II. p. 535.
Muſcipula pratenſis veſicaria RUPP. p. 100. GEMEINH.
Cucubalus calycibus ovatis LINN. Lapon. n. 180.
Cucubalus floribus trigynis calycibus glabris, capſulis triloculatibus CLIFF. p. 170. ROYEN. p. 448.
β Varietas foliis anguſtioribus & acutioribus C. B. I. R. H. VAILL. &c.
Melandrium Plinii quorundam CLUS. p. 293.
Spumeum papaver ſive ocymaſtrum alterum. Been album Monſp. LOB. Ic. p. 340.
Been album ſ. Polemonium DOD. p. 172.
Polemonium DOD. LUGD. p. 1186.

Papaver ſpumeum PARKINS. p. 263.
γ *Foliis hirſutis* VAILL. p. 121. SUTH. &c.
Been album hiſpidum MERRET. p. 14.
Lychnis ſylv. perennis latifolia hirſuta MOR. Prael. p. 182. H. OX. II. p. 535. pro var. PLUKN. HERM.
δ *Flore rubello.*
Polemonium pratenſe noſtrum apicibus florum purpureis GESN. Hort. p. 295.
Melandryum Plinii in montibus naſcens CLUS. p. 293.
Lychnis quae Been album vulgo flore pallide incarnato HERM. TILL. BOERH.
Lychnis papaver ſpumeum anguſtifolia glabra flore purpureo MOR. Prael. p. 284. I. R. H.
Lychnis alpina repens ſaxatilis, quae Behen album vulgo, folio latiuſculo & breviori, flore purpuraſcente PONTEDER. Comp. Tab. p. 128.
ε *Been album flore albo ſtaminibus purpureis foliisque magis hirtis* MERR. p. 14. RAJ. p. 298.
Lychnis ſylv. quae Been album alpinum folio rotundiore hirſuto purpuraſcente flore I. R. H.
ζ *Lychnis ſuecica Gunſepungar.* &c.
ζ *Lychnis maritima repens* L. B.

Primae varietates ubique naſcuntur. Rubello flore in ſubalpinis pratis frequens provenit v.g. circa *Leucam*, *Canderſteg* &c.

Caulis pedalis, folia glauca, raro ſubhirſuta, plerumque levia, peracuta. Calyx inſigniter ventricoſus, albus, venis pictus, triangulariter quinquedentatus. Petalorum ungues longitudine calycis ſunt, bractea profundiſſime bifida, ſerrata, ita dilatata, ut ſerratas imitetur auriculas, alba vulgo, rubella in ſpecie γ. δ. Stamina duorum, inaequalium, ordinum, quinque longiora ex ſuis orta petalis, quinque breviora ex circumferentia ovarii. Tubae tres, longae, ſimplices. Fructus ex rotundo leniter acuminatus, quinque dentibus aperitur, pediculo inſidet, qui calyce comprehenditur, ut petala infra fructum oriantur, ut in Papavere &c. idque pleriſque Lychnidibus commune eſt. Semina reniformia.

3. VISCAGO calyce duplo petalis longiore, floribus umbellatis.
Caryophyllata ſylveſtris GESN. Coll. p. 66. *b.*
Lychnis ſylveſtris II. CLUS. Hiſp. p. 337. hiſt. p. 344.
Armerius flos tertius DOD. Coron. p. 73. bene, *quartus* hiſt. p. 176.
Muſcipula ſ. armoraria altera, & Armerius flos tertius Dodonaei LOB. ic. p. 455.
Lychnidis teritum genus CAESALP. L. 6. c. 44.
Viſcaria ſativa muſcaria TAB. p. 300.
Alſine purpurea LUGD. p. 1235.
Centaurium minus adulterinum, quibusdam Lychnidis viſcidae genus I. B. III. p. 353.
Lychnis viſcoſa purpurea latifolia levis C. B. P. H. OX. II. p. 542. RAJ. p. 1000. I. R. H.
Muſcipula flore rubro AICHST. Aeſt. Ord. I. T. 7. f. 3.
Silene foliis lanceolato ovatis glabris floribus terminatricibus faſciculatis faſtigiatis LINN. Hort. Cliff. p. 172. ROYEN. p. 446.

In Valeſia C. B.

Caules erecti, pedales & ultra, cum foliis glabri. Folia lata baſi, lente ex ovali acuminata, glauca, polline adſperſa. Flores in ſummis ramis congeſti in denſas umbellas. Calyces longiſſimi, graciles, denticulis breviſſimis. Petala calyce dimidio breviora, auriculis duabus magnis & erectis ornata, leniter emarginata, ſerrata, ſuaveolentia. Ovarium in dimidio calyce petiolatum, cylindricum, tubis tribus brevibus, repandis. Summitates caulium viſcidae.

4. VISCAGO foliis imis petiolatis, petalis bifidis ſe convolventibus.
Milium ſolis DORST. p. 192.
Saxifragia EJ. p. 262.
Floris cuculi genus ſylveſtre TRAG. p. 402.
Polemonium petraeum GESN. Coll. p. 98. *b. Geſneri* I. B. III. p. 351. qui trilocularem eſſe vidit.
Lychnis ſylveſtris albo flore I. (S. II.) CLUS. Pann. p. 328.
Lychnis ſylveſtris nona CLUS. Hiſt. p. 290. 291. cum icone.
Ἰξοκαυλον *album ſ. III.* THAL. p. 59.
Lychnis ſylveſtris TAB. p. 293. bene. HOFM. etſi T. a noſtra ſeparet aut. de Par. p. 113.
Ocimoides minus ſ. album LUGD. p. 683. non bene.
Lychnis ſylveſtris flore albo AICHST. Aeſt. Ord. I. T. 5. f. 3.
Lychnis montana viſcoſa alba latifolia C. B. Baſ. p. 60. I. R. H. MAGN. Char. p. 266.
Lychnis viſcoſa foliis otitidis LOES. p. 150. ic. 40. bene.
Lychnis ſylveſtris ſeu montana latifolia viſcoſa, florum petalis ſupra albis, ſubtus vireſcentibus, interdiu ſe contrahentibus H. OX. II. p. 535.
Silene foliis lanceolatis, caule paniculato, floribus nutantibus, calyce ſtriato, corolla involuta ROYEN. p. 446.

β Flore

β *Flore pleno* SIEGESB. Bresl. 1722. M. Jul.

Bernae ubique frequens, in pratis, ad vias, in muris. In alpes etiam adſcendit.

Caulis firmus, non valde folioſus, cubitalis. Folia ad terram in orbem expanſa, petiolata, fine rotundo lateſcunt, firmula tota, ſubhirſuta: ſuperiora acuta ſunt, & linearia. Flores racemoſi, faciunt in ſummo caule ſpicam paniculatam. Calyx longus, tubuloſus, gracilis, media parte ſubtumida, lineis decem pictus. Petala longo ungue, auriculis binis acutis, anguſtis, bractea tota bifida, anguſtis cruribus, expanſa, ſed a Solis adfulſione ſe ſurſum convolvente, ſordide ex albo rubella. Tubae apice craſſeſcente. Ovarium cylindricum, per aetatem in medio craſſius.

5. VISCAGO foliis imis petiolatis, floribus verticillatim ſpicatis, petalis indiviſis, ſexu diſtincta.

I. Varietas mas flore majori.

Seſamoides magnum ſalmanticenſe CLUS. p. 295. optime.

Viſcago major CAM. Hort. p. 178. ex CLUSIO.

Otitis lychnidis ſylveſtris genus TAB. p. 820. opt. RUPP. p. 100. qui novum genus ex ſexu finxit.

Et *Seſamoides ſalmanticum magnum II.* TAB. p. 819.

Lychnis viſcoſa flore majuſculo quae ſterilis I. R. H. GAR. p. 297. SCHEUCHZ. It. VII. p. 514.

II. Femina flore parvo.

An *Seſamoides parvum ſalmanticenſe* CLUS. l. c.

Muſcipula ſ. armoraria altera LOB. Adv. p. 370. Ic. p. 453.

Niſeago quaedam racematim flores ferens CAES. p. 257.

Κραυροφιλον THAL. p. 68.

Viſcago minor CAM. Hort. l. c. ex LOBELIO.

Seſamoides parvum ſ. ocymoides minimum LUGD. p. 683.

Lychnis altera flore muſcoſo EJ. p. 684. ex LOB.

Seſamoides ſalmanticum parvum AICHST. Autumn. Ord. 2. T. 7. f. 3.

Muſcipula ſalmantica miner PARK. p. 636.

Lychnis viſcoſa flore muſcoſo minore & ſeminifera I. R. H. ZANICH. p. 174. ic. 145. bene.

Lychnis ſylveſtris minima flore muſcoſo BOT. MONSP. p. 171. SCHEUCHZ. l. c.

Lychnis viſcoſo flore muſcoſo minor T. aut. de Par. p. 211. I. R. H. VAILL.

I. II. *Lychnis viſcoſa flore muſcoſo* C. B. qui ſexum intellexit. LOES. p. 149. HOFM. RAJ. p. 1002. H. OX. II. p. 536. MAGN. Char. p. 267.

Muſcipula muſcoſo flore, ſive ocymoides bellidiforme I. B. III. p. 350. bene.

An *Sylveſtris ſeſamoides major flore obſolete viridi* MENZ. Pugill. T. 2? ſed petala inciſa pingit.

Silene floribus dioicis, petalis ſetaceis ſimpliciſſimis LINN. Cliff. p. 272. ROYEN. p. 445.

III. Quomodo differt

Lychnis flore muſcoſo capillaceo MORIS. Praelud. p. 282. SCHOL. BOT. FLOR. BAT.

Sylveſtris ſeſamoides minor flore muſcoſo luteo herbaceo MENZ. Pugill. T. 1.

I. G. *Burmii* Rhaetorum. SCHEUCHZERUS & ego in *Valeſia* frequentem (& ad *Rhenum* circa *Lauterburg*, *Speyer* &c.)

Corona foliorum ad terram conferta, uti in priori, longiorum, pariter petiolatorum obtuſo fine, etiam firmiorum, anguſtiorum ad caulem, & pauciſſimorum. Caulis pedalis eſt & ultra, ſummitate viſcoſa, & pene nuda. Flores in paniculam ſpicatam, verticillatam. Calyx tubuloſus, lineatus. Petala virentia, lingulata, non ſecta, gracilia. In maribus ſtamina decem, calyx ſubrubens, flos major. In feminis ovarium ovatum cum tribus tubis, flos minor, calyx viridis.

Ad rabiem caninam infuſum vinoſum in theriaca pro certiſſimo medicamento commendatum eſt in Anglia PHILOS. TRANSACT. n. 443. & SLOANE in *Epiſt.* ad RAIUM ad DERHAMIO editis.

S I L E N E.

SILENES LINN. n. 372. ſpecies uniloculares.

A Viſcagine hac ipſa nota differt, quae ſufficere videtur, ne perpetuo ea conditione nomina ſingularia oneranda ſint.

1. SILENE acaulis LINN. *Lapon.* n. 184. ROYEN. p 447.

Muſcus floridus GESNER. Epiſt. p. 89. *b.* Sed moſchi odore dicit eſſe, quod nunquam inveni

Caryopyllus pumilio alpinus VII. CLUS. Pann. p. 324.

Caryophyllus IX. CLUS. Hiſt. p. 986.

Ocymoides muſcoſum PONA apud CLUS. p. CCCXLI. Ital. p. 199.

Lychnis alpina pumila folio gramineo, ſive Muſcus alpinus lychnidis flore C. B. RAJ. Syll. p. 175. PLUKN. I. R. H. SCHEUCHZER. It. II. p. 138. It. VI. p. 459. TITA p. 109. & in Itin. GARID.

Muſcus

Muſcus alpinus flore inſigni rubente I. B. III. p. 768.
Ocymoides muſcoſus alpinus PARK. p. 638.
Lychnis ocymoides muſcoſa ſtrictiore folio BARREL. ic. 379.
Lychnis alpina minima RAJ. p. 1004. Synopſ. III. p. 341.
Lychnis alpina pumila folio gramineo WAGNER. p. 280. DILL. Eltham. p. 206.
β *Latiore folio* BARREL. ic. 380.
γ *Flore albo* CLUS. C. B. SCHEUCHZER. It. II. & V. p. 425.
II. Eadem eſt *Gentiana omnium alpina minima* C. B. Prodr. p. 97. P. MURALT.

Flore rubro vulgaris eſt in alpibus paulo editioribus, ſaxaque late tegit. Flore albo rarior. In M. *Joch* SCHEUCHZER, & ego in *Gemmio* legi.

Radiculae pro portione plantae magnae, intricatae. Ceſpites latiſſimi, puri, fiunt roſulis confertis foliorum duriuſculorum, levium, acutorum, linea anguſtiorum, gramineorum. Caules unciales aphylli, uniflori. Calyx magnus, turgidus. Petala ſub cordata, amoene purpurea. Stamina decem, duorum ordinum, diverſae longitudinis. Ovarium cylindricum, uniloculare, cum tribus Tubis repandis.

2. SILENE floribus in capitulum congeſtis.
Lychnis minima ſaxatilis umbellata Holoſtei folio flore nudo I. R. H.
Et *Lychnis pyrenaica umbellifera minima* I. R. H. T. noſtr. VII.
Silene Lapponica alpina facie viſcariae LINN. Lapon. n. 185.
An *Lychnis rubra globulariae capite & facie montana* BOCCONE. p. 75. T. 62. RAJ. Hiſt. III. p. 481. Non omnino recedit.

HUBERUS ex *Albula* Valeſiae, quae a balneo *Leucenſi* deſcendit verſus *Leucam*.

Folia ad terram in orbem ponuntur lingulata, ſ. ex ellipticis acuta, glauca, & glabra, ad caulem pauca. Caulis ſemipedalis, nullis, niſi in vertice, ramis. Umbella denſa, ſpicata, binis ſub quovis petiolo foliolis. Calyx purpuraſcens, ad dimidia ſectus. Petala purpuraſcentia, inciſa. Tubae tres.

LYCHNIS.

DILL.

LYCHNIS LINN. n. 381. *AGROSTEMA* LINN. n. 379.
CORONARIA LINN. n. 380. *CUCUBALI* ſp. LINN. n. 371.

A Silene differt quinque tubis.

1. LYCHNIS foliis ovalibus, tomentoſis, petalis leniter emarginatis.
An *Lychnis ſylveſtris ſativae ſimilis* RUELL. p. 550. Certe ex Delphinatu hanc plantam adtulit GAGNEBIN.
Lychnis ſylveſtris MATTHIOL. p. 820. absque icone.
Jovis flos ſylveſtris GESN. Add. ad Hort. p. 262. *b*.
Lychnis umbellifera montana Helvetica ZANON. p. 128. cum ic. 51. ROB. Ic. Reg. n. 135. HERM. RAJ. p. 993*. Syll. p. 173. SCHOL. PAR. I. R. H. PLUKN.
Lychnis coronaria ſylveſtris I. B. III. p. 341. C. B. (ſed cum eo nomine in horto ſicco vidi Aquaticam purpuream.) H. OX. II. p. 540.
Lychnis coronaria alpina umbellifera flore purpureo BARREL. ic. 1005. BOCC. p. 49. T. 42. RAJ. III. p. 479. Non omnino ſimilis eſt, foliis ad terram plurimis, caule minus alto.

C. GESNER in *Rhaetia*, & ibi in alpibus I. C. B. Ego in ſylva prope *Bulliet*, introitum inferiorem ad montem ſalinarum *Bracliacarum*. ZANONI ex *Valmaſia* prope *Locarnum*, Helvetiae transalpinae a FELICE ORELLO habuit.

Caulis vix ramoſus, pedalis, totus cum foliis albo denſo tomento obductus. Haec molliſſima, craſſa, ex ellipticis acuta. Flores in ſummo brachiato caule. Calyx quinque magnis alis eminens, durus, tomentoſus, petalis aequalis. Ea ex unguibus patentia & reflexa, dilatata, ſed obſcure emarginata, leviter ſinuata, lineata, roſeo colore, auriculis triangularibus, conniventibus. Staminum duo ordines evidentiſſime petalorum unguibus cohaerent. Ovarium breve, craſſum, per maturitatem conicum. Tubae quinque, curvae, erectae.

2. LYCHNIS calycis laciniis petalorum longitudinem ſuperantibus.
Nigella Rattenblumen BRUNF. I. p. 241.
Nigella DORST. p. 201.
Lolium FUCHS. p. 127.
Githago TRAG. p. 128. LONIC.
Pſeudo Melanthium MATTHIOL. p. 798. CAM. Epit. p. 554. LUGD. THAL. I. B. III. p. 341. de BOOT. ic. 41.
Nigellaſtrum DOD. Coron. p. 49. hiſt. p. 173.

Pſeudo-

TAB. VII.
pag. 376.

Viola alpina purpurea exiguis foliis.

Alsine tenui folia, flosculis umbellatis minimis.

Alsine alpina Serpylli folio multicaulis et multiflora.

Lychnis Pyrenaica umbellifera, minima

Gentiana omnium minima

Androsace angusto nervoso folio multiflora

C. G. Rollinus. Med. C. Delin.

Sculp. C. F. Fritsch C. filius Acad. Gött. Sculptor.

Pſeudomelanthium, nigellaſtrum Dodonaei & Fuchſii, lolium Mutonis, lychnoides ſegetum Tragi LOB. Ic. p. 38.
Lychnis alia inter triticum CAES. p. 253.
Lychnis arvenſis TAB. p. 293.
Pſeudomelanthium flore rubeſcente AICHST. Aeſt. Ord. 1. T. 4. f. 2.
Lychnis ſegetum major C. B. Baſ. p. 59. RAJ. p. 998. T. aut. de Par. p. 489. I. R. H. T. 175. A. B. ZANICH. p. 176. ic. 281.
Lychnis hirſuta ſegetum major MORIS. II. p. 543.
Agroſtema LINN. Cliff. p. 175. ROYEN. p. 449.
MERIANAE Ic. LXI.
β *Flore albo* AICHST. C. B. I. R. H. SIEGESB.

Nihil frequentius in ſegetibus: Ex *Surinama* etiam habui.

Caulis erectus, parum ramoſus, cum foliis molliter hirſutus, cubitalis. Folia longa, anguſta, linearia. Flores ſolitarii ramos terminant. Calyx quinque longiſſimis filamentis ultra florem educitur. Petalorum unguis latiuſculus, auriculae nullae, bractea emarginata, intus purpurea. Stamina bis quina, latiuſculis unguibus ſub ovario pene connata. Ovarium ex pentagonio conicum, tubis craſſis plumoſis.

Semen male pro Nigella venditur, veſcum & innocens LOBEL. *Adv.* p. 12. Laudatur autem radix ad haemorrhagias a SIMONE PAULI, & experto quidem: uti pridem a FUCHSIO.

3. LYCHNIS ſexu diſtincta, foliis ovatis, acutis.

I. Varietas flore purpureo, quae in montanis ſylvis, ad fluvios, & in alpibus frequentior eſt.
Roſae marianae ſimilis quarta TRAG. p. 126.
Ocymoides purpureum GESNER. Hort. p. 269.
Ocymoides rubrum GESN. ind. quadr. p. 74. tab. coll. p. 92. ubi aliquid de ſexu habet THAL.
Melandryum Plinii genuinum in montanis CLUS. p. 294.
Ocymaſtrum purpureum MATTH. p. 997.
Ocymoides purpureo flore CAM. Epit. p. 739.
Lychnis ſylveſtris floribus rubentibus DOD. Coron. p. 47. hiſt. p. 171.
Lychnis ſylveſtris rubello flore LOB. Ic. p. 335. RAJ. p. 994.
Ocymoides major floribus ſubrubentibus CAES. p. 256
Ocymaſtrum rubrum TAB. p. 299. bene.
Ocymoides purpureum multis I. B. III. p. 343.
Lychnis aquatica purpurea ſimplex C. B. Baſ. p. 59. HOFM.
Lychnis ſylveſtris ſ. aquatica purpurea ſimplex C. B. P. I. R. H. &c.
Lychnis ſylveſtris minus hirſuta flore rubello ſimplici H. OX. II. p. 541.
Cucubalus caule conpoſito, calycibus ovato oblongis LINN. Lapon. n. 182.
Lychnis floribus dioicis pentagynis LINN. Cliff. p. 172.
II. *Ocymoides rubrum alpinum* GESN. Hort. p. 269. coll. p. 92. *b.* Non dedit pro diverſo.
Lychnis purpurea ſimplex flore minore folio rotundiore SCHOL. PAR. p. 109.
β *Flore pleno* LOB. DOD. SWEERT. C. B. SIEGESB. &c.

Caules ſuperius ramoſi, brachiati, ſub foliis tumidi. Folia lata, ex ovatis exquiſite acuta, mollia, hirſuta, undulata. Flores ex ſummitatibus copioſi. Alii in propriis plantis, obſervante dudum GESNERO, mares, calycibus alatis, turgidis, villoſis, breviter quinquedentatis, petalorum longo ungue, latis & cordiformibus auriculis, bractea tenera, late & profunde bifida, pene cordata, ſtaminum duobus de more ordinibus. Feminae ſtaminibus deſtitutae, ovario pyriformi, Tubis quinis.

II. Varietas ad vias ſiccas, in agris circa Bernam vulgatiſſima.
Roſae marianae ſimilis tertia TRAG. p. 126.
Ocymaſtrum ſ. ocymoides flore albo MATTH. p. 997.
Ocymaſtrum ſ. ocymoides TAB. p. 299.
Ocymoides album GESN. Ind. Quadr. p. 74. Hort. p. 269. Coll. p. 92.
Melandryum Plinii genuinum CLUS. p. 293.
Lychnis ſylveſtris floribus candidis DOD. Coron. p. 46. Hiſtor. p. 171. abſque icone.
Lychnis ſylveſtris altera LOB. Adv. p. 142.
Ocimoides albo flore CAM. Epit. p. 739.
Ocimoides major floribus candidis CAES. p. 256.
Lychnis ſylveſtris nonnullis ocymoides AICHST. Vern. Ord. 1. T. 6. f. 3.
Ocimoides album multis I. B. III. p. 342.
Lychnis ſylveſtris alba ſimplex C. B. T. aut. de Par. p. 25. I. R. H. ZANICH. p. 173. ic. 186. *vel ſaponaria hirſuta* C. B. Baſil. p. 59. HOFM.
Lychnis ſylveſtris albo flore PARK. RAJ. p. 994.
Lychnis ſylveſtris hirſuta perennis alba ſimplex MORIS. II. p. 541. H. L. B. KN.
Cucubalus floribus hermaphroditicis pentagynis, capſulis unilocularibus, calycibus angulatis LINN. Hort. Cliff. p. 170. ROYEN. p. 448.

β *Flore pleno* LOB. Ic. p. 336. I. & C. B. MOR. &c.
γ *Flore viridi pleno* BRUKMAN. in propria ſchedula.

A priori ſolo colore floris differt, quantum vidi. Sexu omnino diſtinguitur, quod non BOBARTUS ſolum, uti notiſſimum eſt, ſed GESNERUS olim egregie vidit *hort.* p. 269.

4. LYCHNIS petalis quadrifidis longiſſimis.

Odontides fruticoſa RUELL. p. 457.
Cuculi flos TRAG. p. 403. GESN. Tab. Coll. p. 72. TAB. p. 297.
Caryophylli ſylveſtris genus GESN. Tab. Coll. p. 66. *b.*
Vetonica ſylveſtris tertia GESN. Hort. p. 285. *b.*
Odontites Plinii ſimplici flore CLUS. p. 292.
Armerius ſylveſtris DOD. Hiſt. p. 178. Cor. p. 74.
Armoraria pratenſis ſylveſtris, flos cuculi LOB. ic. p. 451.
Ιξοκαυλον *alterum* THAL. p. 59.
Caryophyllus pratenſis TAB. p. 290.
Cuculi flos odontites quibuſdam I. B. III. p. 347.
Caryophyllus pratenſis flore laciniato ſimplici C. B. Baſil, p. 61. *ſ. flos cuculi* C. B. &c.
Lychnis pratenſis flore laciniato ſimplici H. OX. II. p. 537. T. aut. de Par. p. 286. I. R. H.
Lychnis plumaria ſylveſtris ſimplex RAJ. p. 1000. &c.
Lychnis petalis quadrifidis fructu ſubrotundo LINN. Hort. Cliff. p. 174. ROYEN. p. 449.
β *Flore albo* C. B. VAILL. LEOP. ROYER. p. 120.
γ *Flore pleno* MORIS. SIEGESB. &c.

Nihil frequentius in pratis udis.

Caulis anguloſus, erectus, parum ramoſus, niſi in vertice. Folia longa, linearia, ima elliptica, reliqua acuta, nervo eminente. Calyx ſubturgidus, notatus decem alis eminentibus, ex albo & purpureo varius. Petala longo ungue, auriculis manifeſtis, bractea bifida, anguſta, cui ad ortum duo cruſcula breviora accedunt, naturaliter purpurea. Stamina quinque breviora ex unguibus petalorum, quinque longiora ex ambitu ovarii. Tubae breves, ſimplices ex pyriformi fructu.

SAPONARIA.

LINN. n. 365.
LYCHNIDIS ſp. TOURN.

A prioribus differt tubis perpetuo binis.

1. SAPONARIA humifuſa, hirſuta, calyce tubuloſo.

Ocymoides minus MARANT. p. 64.
Cneorum candidum MATTH. Comp. Ital. p. 890. Ita C. B.
Cneorum aliud theophraſti Matthioli LUGD. p. 1365. eadem icon.
Ocymoides repens polygonifolia LOB. Ic. p. 341.
Saponaria minor Dalechampii LUGD. p. 823., male ſi omnino noſtra eſt.
Ocymoides repens CAM. Hort. p. 109. PARK. RAJ. p. 995. *polygoni folio* LUGD. p. 1429.
Ocymoides alterum parvum CAES. p. 256.
Saponaria minor quibuſdam I. B. III. p. 344.
Lychnis vel ocymoides repens montanum C. B. WAGN. PLUKN. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 514. TIT. GAR.
Lychnis vel ocymoides montanum hirſutum procumbens H. OX. II. p. 544. HERM. H. L. B.
Lychnis alpina vel ocymoides repens montanum RAJ. Syll. p. 175. MAGNOL. Bot. Monſp. p. 172.

In petroſis Helvetiae minime rara. I. B. *Curiae*, & *Genevae* juxta *Rhodanum* & fl. *Arve.* RAIUS *a la baſtie.* Ego paſſim reperi, circa *Weiſſenburg*, in *Saleva* M., in M. *Cheires.* Provenit etiam ad rupes *Valendinenſes*, & in *Luna* M. & ad ripam lacus *Rivarii* (SCHEUCHZ.)

Caulis ramoſus, humifuſus, folioſus. Folia Polygoni, nempe lente dilatantur, exacuuntur brevius, pulpoſa, hirſuta, ſubviſcida. Flores in ſummis ramis ex alis foliorum conferti. Calyx longe tubuloſus, hiſpidus. Petala longo ungue, bractea integra, ovata, purpurea. Ovarium fuſi forma, ſimplicibus & longis Tubis.

2. SAPONARIA foliis trinerviis, floribus umbellatis.

Struthium FUCHS. p. 780. male.
Saponaria TRAG. p. 900. ead. ic. DOD. Coron. p. 78. hiſt. p. 179. optime LOBEL. p. 314. CAES. p. 246. AICHST. Aeſt. Ord. IX. T. 12. f. 1. RAJ. p. 999.
Alisma DOD. Ic. Vet. p. 349.

Sa-

Saponaria vulgo dicta GESN. Coll. p. 104. *b.* hort. p. 278. *b.*
Saponaria vulgaris CAMER. Hort. p. 153. I. B. III. p. 346. PARKINS. BLAKW. T. 113.
Saponaria, Lanaria, Pſeudoſtruthium TAB. p. 738.
Saponaria major LUGD. p. 822.
Et *Struthium* FUCHS. Ib. p. 823.
Saponaria major levis C. B. Baſ. p. 60. MURALT. p. 732.
Saponaria vulgaris ſimplex HIST. OX. II. p. 547.
Lychnis ſylveſtris, quae ſaponaria vulgo T. aut. de Par. p. 114. I. R. H. ZANICHELL. p. 173. ic. 285.
Saponaria foliis ovato lanceolatis, calycibus cylindraceis LINN. Cliff. p. 165. ROYEN. p. 444.
β *Flore pleno* MOR. SIEGESBECK. &c.
γ *Staminibus violaceis nigris & amplis* LIND.
δ *Flore abortivo foliaceo* C. B.

Ad vias frequens, & non infrequenter pleno flore, ſive 10. petalis, diffórmi tunc & monſtroſo.

Caulis ramoſus & folioſus, pedalis & ultra. Folia ex ellipticis longe acuminata, nervis tribus longitudinalibus, firma, levia. Flores in umbellas, quae ſummos ramos terminant. Calyx longior ovario, ibi tumet, & ventricoſa eſt campanula. Petala ungue longo, auriculis manifeſtis, bractea pallide rubella, bifida. Tubae duae longae, ex cylindrico ovario.

Amariſſima eſt, acido deſtituitur. Trita ſpumas agit, hinc detergit, reſolvit. Externe ad fomentum in ſcabie, ſed interne ad icterum & morbos melancholicos, & reſolvenda coagula chronica viſcerum a BOERHAAVIO commendabatur, ad fluorem album a SEPTALIO *anim.* L. VII. n. 215. Imo Venereo malo decoctum a SEPTALIO oppoſitum eſt, ſed tanto hoſte debilius.

3. SAPONARIA caule brachiato, calyce pentagono turgido.

Polygonaton TRAG p. 130.
Thamaecnemon CORD. Hiſt. p. 104. cum bona icone, quam addidit GESNERUS.
Cantabrica quorundam GESN. Coll. p. 65.
Vaccaria DOD. Ic. Vet. II. p. 336. p. 104. cum flore tetrapetalo, I. B. III. p. 357. *Dodonaei* GESN. Hort. p. 266.
Iſatis ſylveſtris vaccaria dicta LOB. Ic. p. 352.
Rapum ſylveſtre CAES. p. 259.
Myagrum, Vaccaria quorundam TAB. p. 866.
Vaccaria rubra major LUGD. p. 515. ex DOD. Vet. & *minor.* ID. ib.
Et *Iſatis ſylveſtris Lobelii vaccaria pallida* LUGD. p. 500.
Lychnis ſegetum rubra foliis perfoliatae C. B. Baſil. p. 60. P. RAJ. p. 999. T. aut. de Par. p. 286. I. R. H.
Lychnis ſegetum vaccaria dicta MOR. II. p. 542.
Saponaria foliis ovatis, acuminatis, ſeſſilibus, calycibus pyramidatis anguloſis CLIFF. p. 166. ROYEN. p. 444.
β *Flore pallido* I. R. H.
γ *Flore albo* I. R. H. H. B. L. VAILL.

In agris Helvetiae planioris. C. B. circa *Michelfeldam*, ego verſus *Münchenſtein*, in planitie *Cappelenſi* &c.

Caulis ſuperne brachiatus, ramoſus, firmus, cum tota planta levis. Folia glauca, latis baſibus obpoſitis, ut perforari videantur, longe acuminata. In ſupremo caule flores, in umbellam raram. Calyx peramplus, quinque alis valde eminentibus inſignis. Flos exiguus, abſque auriculis, bractea ſerrata, roſei coloris. Ovarium obtuſe tetragonum.

4. SAPONARIA foliis glaucis, lanceolatis, calyce campaniformi.

Auricula muris alpina glabra, ſ. lychnis glabra minima, aut caryophyllaei minima ſpecies flore albo I. B. III. p. 360. bene.
Alſine alpina glabra C. B. Prodr. p. 118. PARK. RAJ. Syll. p. 60. WAGN. SCH. PAR. AMBR.
Lychnis alpina glabra minima RAJ. p. 1003.
Caryophyllaei minima ſpecies flore albo &c. MAGN. Bot. Monſp. p. 54.
Lychnis alpina glabra pumila EJ. Hort. Monſp. p. 129.
Lychnis rupeſtris minima folio glabro PLUKN. p. 233.
Lychnis ſaxatilis alpina glabra pumila I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 137. GARID.

In alpinis non rara. Supra *Grund* ad *Gotthardum* uſque ubique ad vias. In deſcenſu a *Scheidek* verſus *Meiringen.* I. C. B. in monte *Fracto* & circa *thermas ſabarias.* SCHEUCHZER in alp. *Rhaeticis*, & ad ripam lacus Silenſis. C. B. in M. *Splügen.*

Radix magna, lignea, ſcabra. Caules erecti, ramoſi, conferti. Folia glauca, lan-

lanceolata, latiuſcula. In ſummis ramis conferti flores, in umbellas. Calyx campaniformis, ad tertias ſectus. Petala auriculis ornata, emarginata, lacteola. Ovarium conicum, cum tubis binis ſimplicibus.

5. SAPONARIA foliis anguſtiſſimis recurvis.

Alſine alpina glabra foliolis reflexis PLUKN. p. 23. T. 75. f. 5. RAJ. Hiſt. III. p. 498.

I. GESNERUS miſit: locum natalem ignoro.

Facies in univerſum prioris, & calyx, & flos. Sed folia longa, graciliſſima, in arcum flexa, petala integra (in icone PLUKNETI.)

Saxifraga magna MATTH. p. 979. & aliorum, huic valde adfinis videtur.

6. SAPONARIA foliis glaucis, pulpoſis, anguſtis, heteromallis.

Caryophyllus ſaxatilis foliis gramineis minor C. B. P. ex notis.

Lychnis pumila caryophyllata flore rubello, Italis haemorrhoidalis Aldrovandi BARR. ic. 998. ſimilis eſt, ſed viſcidam dicit.

Caryophyllus alpinus, craſſo linariae folio, calycibus variegatis BOCCONE p. 23. T. 5. omnino, etſi 4 tantum petala pingat, RAJ. III. p. 383.

Lychnis alpina glabra caryophylli holoſtei flore MOR. Prael. p. 282. Ita T. & SCHEUCHZ. It. I. p. 43.

Alſine caryophylloides anguſtifolia, multiflora, glabra, purpuraſcens, radice aſtragaliti PLUKN. p. 22. T. 75. f. 2. RAJ. Hiſt. III. p. 497.

Lychnis alpina, linifolia, multiflora, perampla radice I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 137. cum deſcr. BOERH.

Caryophyllus alpinus linifolius radice ampliſſima TIT. p. 41.

Lychnis alpina ſaxatilis, linariae folio, flore purpuraſcente, petalis cordatis, ſemine chryſeo TILLI p. 106. aut alia vicina.

Saponaria caule ſimplici, foliis ſubulatis planis, ex alis ramoſa ROYEN. p. 445.

In omnibus alpium Helveticarum & Rhaeticarum ſemitis ſaxoſis & rupibus. In arenoſis etiam circa *Belp*, haud longe ab *Arola*.

Radix longiſſima, aliquot pedum. Caules multi & valde ramoſi, ſemipedales. Folia plerumque uno verſu inclinata, glauca, craſſiuſcula, graciliſſima, fine acuto. Flores ex ſummo caule, in nudis ramis, quaſi in umbellam. Calyx brevis, latus, campaniformis, ad dimidias ſectus. Flos pallide carneus, bracteis acute cordatis. Tubae duae, longae.

*7. LYCHNIS pumila, ſaxatilis, alpina, flore carneo, folio craſſo, molli, tomentoſo BURSER *Act. Suecic.* p. 506.

In *Valeſiae* monte arenoſo & ſaxeo non procul a *Gletſchberg*.

An eadem priori?

8. SAPONARIA caule brachiato, capillaceo folio, calyce campanulato, floribus ſparſis.

Tunica minima LUGD. p. 1191. quam ad primam Tunicam refert I. B. Sed flore eſt nimis parvo.

Betonicae ſ. tunicae minimae ſimilis plantula I. B. III. p. 338. RAJ. p. 1001.

Caryophyllus minimus muralis C. B. ex fide horti ſicci, LOES. HOFM. I. R. H. ZANICH. p. 53. ic. 70. non male.

Caryophyllus ſylveſtris flore minimo C. B. Baſ. p. 61. Tunicam enim primam ibi naſci non puto.

Lychnis minima muralis H. OX. II. p. 547. PLUKN. VOLL. MAGN.

Lychnis parva paluſtris, foliis acutis lanceolatis, floſculis purpureis MENZEL. Pugill. T. 7. RAJ. p. 1004*. PLUKN.

Caryophyllus gramineo folio minimus ſ. ſaxifraga Caeſ. RAJ. Syll. p. 89. Sed ſaxifraga antiquorum diverſa eſt, erectior, magis geniculata, folio latiori.

Lychnis annua minima flore carneo lineis purpureis diſtincto I. R. H. aut. de Par. p. 490. SCHEUCHZ. It. VII. p. 514. RUPP. VAILL.

Spergula folio knawel flore purpuraſcente minor DILLEN. E. N. C. Cent. V. VI. Obſ. 38. p. 273. cum icone T. IV. & *major* ib.

Lychnis minima foliis knawel, ſpergulae diviſura, flore purpuraſcente minore & minus ſtriato DILL. Cat. Gieſſ. p. 149.

Nihil vulgatius in arvis exeunte aeſtate.

A Caryophyllo I. omnino differt. Caulis noſtrae projectus, valde brachiatus: calyx brevis, campaniformis, triangulariter ſectus. Flores in diviſionibus caulis conferti. Petala ungue longo, bractea pallida, lineata, roſeo colore, ambitu ſerrato, non inciſa, abſque auriculis. Ovarium calyce longius.

Ad haemorrhoides laudabat PREVOT. (WELSCH. *Miſcell.* p. 66.) etiam in amuleto BOCCONE *obſerv.* p. 96.

TUNICA

TUNICA.

RUPP. p. 93. DILL. *Elth.* p. 298.
DIANTHUS LINN. n. 364.
CARYOPHYLLUS T. T. 174.

A Saponaria differt maxime calyce, qui praeter tubulosum Lychnidis calycem duos ordines squamarum latiorum ad basin oppositos habet. Ovarium quadrifariam dehiscit (LINN.).

1. TUNICA calyce lato & brevissimo.

An φλοξ ὑιπαλη RENEALM. p. 49. Non repugnat.
Betonica coronaria s. tunica minima I. B. III. p. 337.
Caryophyllus saxifragus strigosior, vel Caryophyllus sylvestris flore minimo C. B. ex fide horti sicci HOFM. RAJ. p. 1003. Syllog. ext. p. 89.
Et *Caryophyllus gramineo folio minimus* RAJ. p. 1003.
Caryophyllus saxatilis gramineus flore in umbella purpurascente HORT. CATH.
Dianthus radice repente, ramis decurrentibus, foliis subulatis ROYEN. p. 444. si hanc intelligit.

Ad litus latus Lemani ubique oculos reficit speciosis cespitibus. I. B. *au p lein-Palais* Genevae. HUBERUS inter *Clavennam*, & *Ripam.*

Radix dura, ramosa, multicaulis. Folia capillacea. Flores umbellati in summis ramis. Calyx campaniformis, duobus ordinibus latarum squamarum ad basin succinctus. Petala quinque, emarginato fine, alba, picta lineis roseis. Tubae breves ex ovario ovali.

2. TUNICA calyce universali peculiaribus majori, cartilagineo, mutico.

α *Armeria prolifera* LOB. Ic. p. 449. *Lobelii* RAJ. p. 990.
Caryophyllaea quarta THAL. p. 26.
Caryophyllus sylvestris minimus TAB. p. 290.
Caryophyllus sylvestris prolifer AICHST. Aest. Ord. 14. T. 23. f. 2. C. B. Bas. p. 60. HOFM. RAJ. Syll. p. 88. T. aut. de Par. p. 67. I. R. H. &c.
Betonica Coronaria squamosa sylvestris I. B. III. p. 335.
Caryophyllus barbatus sylvestris annuus latifolius (male) *multis capitulis simul junctis donatus* H. OX. II. p. 563. HERM. BOERH.
Tunica sylvestris fasciculatis floribus RUPP. p. 94.
Dianthus floribus conpositis, in capitulum ovatum, squamis calycinis ovatis, obtusis, maximis CLIFF. p. 165.
β *Flore albo* I. R. H. GAR. VAILL.
γ *Flore unico* THAL. C. B. MERR. I. R. H. DILL. Cat. Giess. p. 148.

Locis siccis, tenui gramine vestitis. Circa *Wyl*, & variis locis circa Basileam. Circa *Moncharans*, *Gorgier* &c.

Caulis ramosus, erectus, semipedalis. Folia capillacea. Summi rami terminantur singulis capitulis. Horum involucrum universale fit duabus brevioribus, & duabus aliis, & successive ab omnibus squamis ordinis primi florum. Floribus praeterea calyx externus est ex squamis floris longitudine, tum internus de more. Flos exiguus, pallide roseus, petalis leviter bifidis, non serratis. Tubae flore longiores. Ovarium ventricosum.

3. TUNICA squamis ad basin calycis longe mucronatis, flori aequalibus.

An *Caryophyllus sylvestris* MATTH. p. 579.? Icon non recedit.
Armerius los alter DOD. p. 176. descriptio, non vero icon.
Armeria sylvestris altera LOBEL. p. 448. bene.
Sylvestris vetonica circa Gryphinum lacum GESN. Hort. p. 285. *b.*
Armerius simplici flore Pannonicus CLUS. p. 287. icon ex DODONEO.
Viola barbata angustifolia LUGD. p. 810. *Dalechampii* I. B. III. p. 335.
Flos Caryophyllus sylv. minimi floris saturatae purpurae CAES. p. 354. breviter.
Φλοξ αμμογενεια RENEALM. p. 44.
Caryophyllus barbatus sylvestris C. B. Basil. p. 60. P. LOES. HOFM. T. aut. de Par. p. 67. I. R. H. VAILL. &c.
Caryophyllus barbatus sylvestris angustifolius perpaucis capitulis donatus MOR. II. p. 563. H. L. B. &c.
Armeria sylvestris altera calyculo foliolis fastigiatis cincto RAJ. p. 991.
Dianthus floribus fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis longitudine tubi LINN. Cliff. p. 165.

C. B. circa *Crenzach.* Ego in macilentis & meridionalibus arvis, & aggeribus, inter *Belmont* & *Nidau.* Bernae ad primum contactum sylvulae *Murienses* &c.

Caules geniculati. Folia omnibus Caryophyllis molliora, lata, longe acuminata. Flores in summis ramis, congesti, sessiles, inter folia, quae floribus paulo longiora

ſunt. Squamae baſeos calycis caudatae, aequales ſunt calyci, qui hirſutus eſt. Petala anguſta, elliptica, circumſerrata, ſuave purpurea, maculis albis conſperſa, absque auriculis. Tubae ovarii pene longitudine.

4. TUNICA calyce univerſali ariſtato floribus breviori.

Dondernegelin BRUNF. II. p. 62.
Betonica ſylveſtris una FUCHS. p. 352.
Garyophyllaea ſylveſtris TRAG. p. 576. eadem ic.
Lychnis ſylveſtris GESN. apud CORD. Dioſc. III. c. 115?
An *Armerius flos primus* DOD. Cor. p. 71. Hiſt. p. 176.
An *Armeria ſ. caryophyllus minor ſylveſtris minus odorus foliis latioribus* LOB. Ic. p. 448. ex DOD.
Caryophyllus montanus I. TAB. p. 287.
Caryophyllus ſylveſtris LUGD. p. 807. de BOOT Ic. p. 19.
Betonica coronaria ſ. caryophyllus ſylveſtris vulgatiſſimus I. B. III. p. 334.
Caryophyllus ſylveſtris vulgaris C. B. Baſ. p. 60. *latifolius* P. HOFM. T. aut. de Par. p. 185. I. R. H.
Caryophyllus arvenſis calyculo florum numeroſo LOES. p. 39. ic. 7.
Armeria alba rectius rubra RAJ. Syllog. p. 87. Hiſt. p. 990.
β *Flore albo* ROYER. p. 117.

In petroſis, & in ericetis Helvetiae non rarus. Circa *Mathod* in juniperetis, ſupra *Leucam*, *Baſileae*, & in ipſo *Gotthardo* M. Genevae & Baſileae I. B.

Caulis cubitalis, non ramoſus. Folia glauca, graminea, lineae latitudine. In ſummo caule umbella ex aliquot floribus arcte congeſtis. Calyx univerſalis fit ſquamis duabus, calyce peculiari minoribus, firmis, ariſtatis. Peculiares calyces ex duobus ordinibus ſquamarum pariter ariſtatarum, & tertio de more. Petala auriculis ad initium bracteae donata, bractea ſectori circuli ſimili, per ambitum ſerrata.

5. TUNICA petalis profundiſſime laciniatis.

Betonica ſylveſtris altera FUCHS. p. 353.
Superba TRAG. p. 575. LONIC. *Trag.* THAL. p. 105.
Betonicum montanum quoddam floribus multum diſſectis purpureis GESN. Coll. p. 63.
Caryophyllus minor alter DOD. Hiſt. p. 175.
Caryophyllus ſylveſtris VI. CLUS. Pannon. p. 323. Hiſtor. p. 284.
Superba auſtriaca Cluſii LOB. Ic. p. 451.
Caryophyllus plumarius albus TAB. p. 286. & *ſylveſtris plumarius albus* EJ. p. 289.
Vetonica coronaria tenuiſſime diſſecta, ſ. caryophyllaea ſuperba elatior vulgaris I. B. III. p. 330.
Caryophyllus flore tenuiſſime diſſecto C. B. Baſ. p. 61. HOFM. RAJ. Syll. p. 88. I. R. H. MUR. p. 707.
Caryophyllus ſylveſtris flore laciniato carneo AICHST. Aeſt. Ord. 14. T. 13. f. 1.
Caryophyllus plumarius flore inodoro, tenuiſſime diſſecto H. OX. II. p. 562. HERM. VOLC.
Caryophyllus ſylveſtris flore laciniato albo inodoro SCHEUCHZ. It. VI. p. 453. omnino.
Dianthus petalis multifidis LINN. Lapon. n. 170. Cliff. p. 174. ROYEN. p. 443.
β *Caryophyllus ſylveſtris alter flore laciniato odoratiſſimo* C. B. RAJ. p. 989. Syllog. p. 88. I. R. H. MURALT. p. 707.

Multae varietates reperiuntur apud Anthologos, LOBELIUM &c.

Locis deſertis, ſterilibus. Supra *Bonneville*, in via *Murienſi*, juxta ſylvam. Circa *Pfeffers*.

Caulis albus, cubitalis, & ultra, procumbens, deinde erectus, Folia graminea, lata ad ſeſquilineam. Flores longe petiolati in ſummo caule. Calyx ad baſin habet ſquamas duas minimas, deinde duo paria ſquamarum modice ariſtatarum. Bractea ad ortum nigris pilis hirſuta, ambitu dilute carneo, tenuiter, & longe laciniato. Reperi etiam albo flore, maculis virentibus, & purpuraſcente, cum pilis concoloribus. Ovarium cylindricum, longum, tubaeque procerae. Odor ſuavis, tenuis tamen.

6. TUNICA petalis ſerratis, in fine unguis lanuginoſis.

Caryophyllus ſylveſtris II. CLUS. Pannon. p. 317. Hiſtor. p. 282.
An *Betonica coronaria ſive caryophyllus gramineus puſillus* I. B. III. p. 337? ob folia rigida &c.
Caryophyllus ſylveſtris flore magno inodoro hirſuto C. B. P. RAJ. p. 987*. Syll. Ext. p. 87. I. R. H.

In rupibus ſuper lacum *Bienenſem*, & ad pedem caſtelli *Falkenſtein*. Suam *Genevae* I. B.

Facilis eſt cognitu ex foliis glaucis, peracutis, lineam & ſesquilineam latis, decuſſatis, ad terram rigentibus, imo reflexis. Cauliculi ſemiprojecti, pedales, uniflori, biflori. Squamarum ad baſin primus ordo modicam ſpinulam emittit. Petala ad originem rubella lanugine barbata, profundius ſerrata, carnei coloris.

7. TUNICA anguſtifolia, procumbens, petalis ſerratis.

Caryo-

Caryophyllus humilis flore magno gemino C. B. in horto ſicco.
Caryophyllus ſylveſtris biflorus Prodr. p. 104. RAJ. p. 990*. ſyll. exter. p. 88.
An *Caryophyllus ſylveſtris flore ſimplici laciniato rubro* LOB. Ic. p. 443.
An *Caryophylli flores ſylveſtres* CAM. Epit. p. 351.
An φλοξ ορεια RENEALM. p. 45. 46.
An *Betonica ſylveſtris flore ſimplici laciniato rubro* I. B. III. p. 328. ex LOBELIO.
Synonyma non poſſunt extricari, cum neque notas dederint ſcriptores, neque plantas naturales viderint, ſed hortenſes.

In rupeſtribus ad viam juxta *Albonam*, in adſcenſu. HUBERUS circa *Alveneu* Rhaetiae. Circa *Neocomum* in rupibus ad lacum.

Folia anguſtiora priori, ad terram multa, erecta, ad caulem pauca, qui ſemiprojectus, geniculatus, ramoſus eſt. Flores unus, duo, tres in eadem linea, caules terminant magni, odorati, colore roſeo, abſque lanugine. Calycis ſquamae ad baſin mucronatae, abſque memorabili ſpina. Hic videtur plerorumque hortenſium pater eſſe.

8. TUNICA foliis brevibus, rigidis, caule unifloro.
An *Caryophyllus ſylveſtris I.* CLUS. p. 282. Pann. p. 317.
Armerius flos tertius DOD. p. 176.
Caryophyllus repens, humilis, minimus, vulgatiſſimus, rubellus LOB. Ic. p. 405.
Betonica coronaria ſ. caryophyllaea repens rubra (& alba) I. B. III. p. 328. ex CLUSIO.
Caryophyllus ſylveſtris humilis flore unico C. B. certo. De reliquis ſcriptoribus non dixerim. A DILLENIANO RAJ. Syn. III. p. 336. & SCHEUCHZERIANO It. VII. p. 511. diverſus videtur.
Caryophyllus ſylveſtris puſillus, omnium minimus, unico flore H. OX. II. p. 562.

In herboſis tenui gramine veſtitis inter *Valeire* & *Montcharant*, autumno.

Radix craſſiſſima, multiplex, lignoſa. Caules non ramoſi, uniflori, ſemipedales, plurimi. Folia ad terram plurima, dura, anguſtiſſima, ad caulem pauca. Squamae ad baſin muticae. Bractea petali roſea, rotunde triangularis, ſerrata.

*9. CARYOPHYLLUS ſylveſtris Carinthiacus ruber C. B. SCHEUCHZER. *It.* II. p. 132.
Caryophyllus ſylveſtris quartus CLUS. Hiſt. p. 283. Pann. p. 323.
SCHEUCHZER in pratis alpinis ſiccis vallis Domeſticae.
CLUS. „ Radix multa capita profert, e foliolis tenuibus & gramineis, ex quibus tenues prorumpunt cauliculi, geniculati, palmares. Ad ſingulos nodos gemina ſunt foliola, & calyces in quovis foliolo ſingulares. Flos dilute ruber, foliolis nonnihil crenatis, ex quibus aliquando duo cornicula prorumpunt, alias minime.

10. CARYOPHYLLUS ſaxatilis gramineo folio umbellatis corymbis C. B. *Prodr.* p. 105. MAGNOL. *bot. Monſp.* p. 55. cum icone.
SCHEUCHZERUS in M. *Maloja* & *Septimo.* It. II. p. 132.

Non puto SCHEUCHZERUM vere hanc plantam vidiſſe. Eſt autem lignea, ramoſa radice, foliis caules ad terram totos tegentibus, brevibus, cartilagineis. Flores agminatim congeſti, calyces rigidi, petala alba, non ſerrata... & omnino potius Lini genus videtur, aut Spergulae, calidiſſimis regionibus, quam alpibus, aptius.

MYOSOTIS.

TOURN. T. 126.
CERASTIUM DILL. LINN. n. 376.

A Lychnide differt calyce quinquefolio, facto ex foliolis acutis, introrſum cavis, glumarum ſimilibus, ovario cartilagineo, naturaliter incurvo, per apicem decem dentibus inciſo, cornu ſimili. Dantur etiam ſpecies quinque ſtaminibus, & tubis tantum tribus.

1. MYOSOTIS foliis ex ovato acuminatis, flore calycem excedente.
Caryophyllus holoſteus alpinus latifolius C. B. Prodr. p. 104. RAJ. Syll. ext. p. 88. hiſt. p. 1028.
Herba facie auriculae muris MART. Spizberg. T. G. fig. *d.*
Caryophyllus holoſteus alpinus Gemmenſis WAGN. p. 272.
Caryophyllus alpinus hirſutus latifolius SCHOL. PAR. p. 116.
Lychnis cauliculis ad genicula folioſis H. OX. II. p. 546. HERM. Hort. & Flor.
Myoſotis alpina latifolia I. R. H. TILL. BOERH.
Alſine Myoſotis facie Lychnis alpina flore amplo niveo repens RAJ. Synopſ. III. p. 349. T. 15. f. 2.
Ceraſtium corolla calyce majori LINN. Flor. Lap. n. 192.

II. Quo-

II. Quomodo differt

Alsine Myosotis lanuginosa alpina grandiflora, seu auricula muris villosa, flore amplo membranaceo RAJ. Synops. III. p. 349.

Myosotis alpina pumila latifolia caule & foliorum lateribus pilosis TILLI p. 116.

Caules conferti, in summa parte brachiati, viscidi. Folia latiuscula, ex ovatis lente acuminata, glabra, subhirsuta, villosa denique. Calyces folia ala alba cincta. Flos semiexpansus. Stamina & character sequentis n. 3.

2. MYOSOTIS caule hirsuto, foliis peranguſtis, glabris, flore calycem excedente: *alpina anguſtifolia* T. V.

Cayrophyllus holosteus alpinus gramineus C. B. Prodr. p. 104. H. BLES. 1ONQ. RAJ. p. 1028. Syllog. ext. p. 88.

Caryophyllus holosteus alpinus foliolis strictis glabris acutis flore magno BURS. p. 506.

Alsine alpina subhirsuta linariae folio SCHEUCHZ. It. II. p. 130.

An *Myosotis alpina anguſtifolia villosa & viscosa* I. R. H. TILL. RAJ. Hist. III. p. 497. Non recedit.

In alpibus, *Gotthardo*, M. *Lunae* &c. I. GESNERUS, HUBERUS & ego.

Pleraque sunt prioris: folia vero ad basin caulis peranguſta, vix semilineam lata, conferta, glabra: cauliculus vero subhirsutus, subviscidus. Flos minor sequentis.

3. MYOSOTIS foliis oblongis, obtusis, flore calycem excedente.

Caryophyllus holostius LOB. Ic. p. 446. nisi est mollis ille hortorum, RAJ. p. 1027. &c.

Holostium caryophyllaeum TAB. p. 233. bene.

Auricula muris pulchro flore albo I. B. III. p. 360.

Caryophyllus arvensis hirsutus flore majore C. B. Bas. p. 61. LOES. HOFM. &c.

Lychnis arvensis minor vulgaris hirsuta MOR. II. p. 545. HERM.

Et *Lychnis cauliculis ad genicula foliosis* MOR. II. & p. 546. ex I. B. & HERM.

Myosotis arvensis hirsuta flore majore T. aut. de Par. p. 26. VAILL. p. 141. T. 30. f. 4. optime.

Ceraſtium foliis calycibusque hirsutis LINN. Hort. Cliff. p. 174. ROYEN. p. 450.

β Quomodo differt *Myosotis arvensis Polygoni folio* VAILL. p. 141. T. 30. f. 5. I. R. H.

Genevae I. B., & *Basileae* ad vias reperi, minus caeterum, quam in Germania, vulgarem.

Cauliculi geniculati, hirsuti, semiprocumbentes, cespitosi. Folia absque pediculo, alias graminea, obtusa, alias in medio latiuscula, subhirsuta. Flores aliquot ex alis supremorum ramorum. Calyx leniter hirsutus, oris foliaceis albis. Petala profunde bifida, apicibus repandis, lineata, tenera. Stamina decem, duorum ordinum, & diversae longitudinis. Ovarium ex rotundo acuminatum, cum tubis simplicibus, repandis.

4. MYOSOTIS foliis ex ovatis acuminatis, flore calyci aequali.

Myosota DOD. ic. vett. p. 59.

Alsine recto caule pilosa GESN. Coll. p. 57. *b.*

Alsine hirsuta nigrior, quae mas GESN. Hort. p. 245. *b.*

Alsine spuria tertia DOD. p. 31. absque icone.

Centunculi genus hirsutum CAES. p. 260?

Auricula muris quorumdam, flore parvo, vasculo tenui longo I. B. III. p. 359.

Alsine hirsuta magno flore C. B. Bas. p. 74. HOFM. &c.

Alsine hirsuta myosotis RAJ. p. 1029.

Alsine hirsuta major foliis subrotundis dilute virentibus H. OX. II. p. 551.

Myosotis arvensis hirsuta parvo flore albo T. aut. de Par. p. 119. I. R. H. VAILL. p. 142. T. 30. f. 1. potius quam f. 3.

Nihil frequentius in hortis, gramineis locis &c.

Caulis ramosus, brachiatus, geniculatus, pedalis. Folia hirsuta, ovalia, superne acutiora. Flores in summa parte foliis cincti, congesti, postquam defloruerunt laxe sparsi, similes prioribus, sed petalis adeo parvis, ut calyce vix longiora sint. Character staminum & tubarum idem est, & pariter resectum, incurvum, decemfidum, cartilagineum cornu pro ovario.

5. MYOSOTIS exigua pentastemon.

Alsine hispida tertia THAL. p. 12?

Alsine hirsuta minor C. B. HOFM. &c.

Myosotis hirsuta minor T. aut. de Par. p. 120, cum descriptione. I. R. H. GAR. VAILL. p. 142.

Myosotis arvensis hirsuta minor VAILL. T. 30. f. 2.

Alsine hirsuta vasculo longiori minima RUPP. p. 88.

Ceraſtium hirsutum minus parvo flore DILL. Cat. Giess. p. 80. synops. RAJ. III. p. 348. T. 15. f. 1.

Ceraſtium floribus petandris petalis emarginatis LINN. Cliff. p. 173. ROYEN. p. 450.

Ad

Ad vias M. Aprili.

Similis eſt prioris, ſed minor, caule brachiato, duarum unciarum. Stamina tantum quinque, Tubae tres.

6. MYOSOTIS viſcoſa, foliis ovatis.

Alſines ſpecies glutinoſa GESN. Tab. Coll. p. 57. *b.*
Alſine ſpuria quarta DOD. p. 31.
Alſine viſcaria CAM. Hort. p. 12.
Alſine hirſuta altera viſcoſa C. B. COMM. MAGNOL. &c.
Alſine viſcoſa PARK. RAJ. p. 1029.
Alſine hirſuta altera viſcoſa, foliis longis ſaturate virentibus H. OX. II. p. 551.
Myoſotis hirſuta altera viſcoſa T. aut. de Par. p. 120. I. R. H. GARID. VAILL. p. 142. T. 30. f. 3. potius quam 1.
Ceraſtium hirſutum viſcoſum DILL. Cat. Gieſſ. p. 41.
Ceraſtium corolla calyci aequali LINN. Lap. n. 193.
Ceraſtium erectum villoſo viſcoſum EJ. Cliff. p. 174. ROYEN. p. 450.

Ad macilenta viarum ſatis frequens.

In univerſum ſimilis eſt quartae. Caulis totus cum calyce viſcidus, brachiatus: folia pallentia, rotundiora. Flos priorum ſimilis, exiguus. Stamina omnino decem, etſi quinque numeret VAILL. Tubae quinque, quas ternas facit, ut videri poſſint characteres hujus ſpeciei 6. & quintae confuſi eſſe.

ALSINE.

TOURN. T. 126.
ALSINE LINN. n. 373.
ARENARIA LINN. n. 374. RUPP.
HOLOSTEUM DILL. LINN. n. 928.

Quoties naturalem conſenſum habitus conſidero, & video ſtamina tum in tetrapetalis, tum in pentapetalis bifidis, tum in integrifoliis pentapetalis, aliquando aequali ad petala ratione variare, vix adducor, ut diverſa genera faciam. Omnibus, perinde, folia conjugata, calyx quinquefolius, flos patens pentapetalos, fructus conicus, ſemina ſimilia. Stamina, exceptis aliquot ſpeciebus, bis tot. Tubae tres, & quinque, & quatuor.

ORDO I.
I. PETALIS BIFIDIS.
I. STAMINIBUS IN RATIONE DUPLA PETALORUM.

1. ALSINE foliis ex ellipticis acuminatis, petalis bipartitis.

Anagallis aquatica quarta LOB. p. 467. ſed flos male pingitur quadrifidus.
Alſine fontana TAB. p. 712. mala icon, & petala integra.
Alſine longifolia I. B. F. Boll. p. 193. *uliginoſis locis proveniens* I. B. III. p. 365. cum eodem in icone errore. RAJ. p. 1030. Synopſ. III. p. 347. RUPP. &c.
Alſine aquatica media C. B. ex TAB. I. R. H. &c.
Alſine major, quae & media quibuſdam PARK. p. 1682. ex TAB.
Alſine hyperici folio VAILL. p. 9. I. R. H. BOERH. FABREG. II. p. 74.
Alſine aquatica folio gratiolae, ſtellato flore DILL. Cat. Gieſſ. p. 58.

In paludoſis ad rivum *Sulgenbach*, ubi Arolam influit: in ſylva ſupra *Gurnigel*, brevis aevi planta.

Caules infirmi, ramoſi, brachiati. Folia ex latiuſculo ortu lente coeunt, acute elliptica, non graminea. Flos exiguus, calyci aequalis, petalis profundiſſime bifidis, ut vix cohaereant. Stamina decem in duobus ordinibus. Ovarium anguloſe ovale, tubis tribus, ſex dentibus in apertura notatum.

2. ALSINE foliis gramineis, petalis bipartitis.

Diverſitas holoſtei Ruellii LOB. p. 49.
Gramen floridum minus TAB. p. 232. non male.
Gramini Fuchſii leucanthemo affinis & ſimilis herba I. B. III. p. 361.
Caryophyllus arvenſis glaber flore minore C. B. Baſ. p. 61. RAJ. p. 1027.
Gramen Leucanthemum minus PARK. p. 1325.
Lychnis arvenſis glabra flore minore H. OX. II. p. 546.
Alſine pratenſis gramineo folio anguſtiore T. aut. de Par. p. 51. I. R. H. RUPP. VAILL. &c.
Alſine foliis linearibus LINN. Lap. n. 187. Hort. Cliff. p. 172. ROYEN. p. 449.
β *Alſine folio gramineo anguſtiore paluſtris* DILL. Cat. Gieſſ. p. 69. Nov. Spec. p. 173.

Caryophyllus holoſteus arvenſis medius Syn. RAJ. III. p. 347.

In ſegetibus, & locis udis inter Carices, vulgaris.

Habitus & flos prioris infirmus, fragilis, brachiatus, glaber. Sed folia graminea, nervo eminente, oris pene parallelis, lentiſſime convergentibus, caulis multo altior cubitalis & tripedalis.

3. ALSINE foliis gramineis, aſperis. petalis ſemibifidis.

Holoſteum RUELL. p. 585. *Ruellii* LOB. p. 46.
Gramen FUCHS p. 136.
Euphraſia gramen TRAG. p. 329.
Gramen a Fuchſio exhibitum GESN. Hort. p. 261.
Gramen Leucanthemum DOD. Cereal. p. 183. Hiſt. p. 563. LUGD. *Dodonaei* THAL. p. 49.
Gramen alterum CAM. Epit. p. 743. optime.
Gramen floridum majus TAB. p. 232.
Gramen Fuchſii ſ. leucanthemon I. B. III. p. 361.
Caryophyllus holoſteus arvenſis flore majore C. B. Baſ. p. 61. LOESEL. HOFM. RAJ. p. 1627. TIT.
Alſine prolixifolia IUNG.
Lychnis arvenſis glabra flore majore H. OX. II. p. 546.
Caryophyllus holoſteus foliis gramineis acutis flore albo MENZ. T. 7. non videtur differre.
Alſine pratenſis gramineo folio ampliore T. aut. de Par. p. 51. I. R. H. MAGN. Char. p. 268. &c.
Alſine foliis lanceolatis LINN. Cliff. p. 172. ROYEN. p. 449.

Genevae I. B. Circa *Baſileam.* C. B. in via *Riehana* & retro *novam domum*, ego reperi in ſylvula verſus *S. Louis.* In Germania longe vulgatior eſt.

Flos Myoſotidum 1. 2. 3. petalis non niſi ad dimidium ſectis, cordatis, ſemipatulis. Habitus ſiccus, ſtrepens, fragilis, laxe brachiatus. Folia ortu latiuſculo, longiſſimo & peracuto mucrone, graminea, oris & nervo ſerratis, Flores in longis petiolis nudis.

4. ALSINE foliis cordatis, petalis bipartitis.

I. *Alſine major repens perennis* I. B. III. p. 362. cum icone aliena, RAJ. p. 1030.
Secundum genus Morſus Gallinae TRAG. p. 385.
Alſine major DOD. p. 29. CAM. Epiſt. p. 851. TAB. p. 707. C. B. Baſ. p. 73. HIST. OX. II. p. 550. &c.
Alſine maxima LOB. p. 460.
Centunculi I. ſpecies CAES. p. 259.
Alſine altiſſima nemorum C. B. Baſ. p. 73. H. OX. II. p. 550. T. aut. de Par. p. 243. I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 130.
II. *Alſine paluſtris* TAB. p. 713. bene.
Alſine aquatica major H. OX. II. p. 550.
III. *Alſine marina* DOD. p. 30. TAB. p. 714.
Alſine ſ. hippia major LOB. p. 459.
I. II. III. *Alſine foliis ovato cordatis* LINN. Cliff. p. 173. Lapon. n. 186. ROYEN. p. 449. Sed removenda eſt Alſine 5.

Vulgaris locis paluſtribus, inter carices, & in ſylvis montanis & alpinis.

Caulis ramoſus, brachiatus, ſubhirſutus, fiſtuloſus, tener. Folia pene cordata, oblongo mucrone, hirſutula. Petioli uniflori. Flos calyce multo major. Petala profundiſſime inciſa, & ſtamina certiſſime decem, uti in 1, & 2. Tubae vero quinque, ut Myoſotidum propior ſit.

ORDO II.
I. PETALIS QUINIS.
II. PENTASTEMONES.

5. ALSINE pentaſtemon, petalis bipartitis.

Alſine major FUCHS. p. 21.
Primum genus morſus gallinae TRAG. p. 354. cum icone.
Hippia minor CORD. p. 159.
Alſine MATTH. p. 1114. CAM. Epit. 850. GESN. Coll. p. 57. *b.* TAB. p. 706. BLAKW. T. 146.
Alſine morſus gallinae nigrior GESN. Hort. p. 245. *b.*
Alſine minor DOD. p. 29.
Alſine minor recentiorum ſ. hippia minor LOB. Ic. p. 460.
Alſine media CAM. Hort. p. 11. C. B. Baſil. p. 73. P. H. OX. II. p. 550. HOFM. T. aut. de Par. p. 3. I. R. H. MAGNOL. Char. p. 5. VAILL. &c.
Alſine vulgaris ſ. morſus gallinae I. B. III. p. 363.

β Alſi-

β *Alsine minor multicaulis* C. B. ex fide horti ſicci.

Ubique in hortis & ad vias toto anno.

Habitus ſucculentior, & pulpoſior reliquis. Folia fere ſimilia, ex ovato lanceolata. Petala calycis fere longitudine, profundiſſime bipartita. Stamina naturaliter quinque, etſi unum alterumque aliquando deficiat. A priori facile diſtinguitur.

Haec ab aviculis amatur, ſalſa eſt, ſubacida, & pene tota in aquam reſolvitur deſtillando GEOFROI III. p. 67. laudatur ad lac diſſipandum, ad ſcabiem, ad haemoptoen, & tota planta in cibo ſumta ad Phthiſin BURGGRAV. p. 473. &c. parciſſimi tamen, ni fallor, uſus.

6. ALSINE pentaſtemon, petalis ſerratis, umbellifera.

Holoſtium caryophyllaeum arvenſe TAB. p. 233. bon. ic.
Alsine verna LUGD. p. 1234.
Caryophyllus arvenſis umbelliferus I. B. III. p. 361. RAJ. p. 1028.
Caryophyllus arvenſis umbellatus folio glabro C. B. Baſil. p. 61. MURALT. p. 526.
Lychnis graminea hirſuta umbellifera H. OX. II. p. 526.
Alsine verna glabra floribus umbellatis albis T. aut. de Par. p. 51. I. R. H. VAILL. p. 7. non autem T. 3. f. 2.
Arenaria verna fugax glabra bifolia RUPP. p. 89.
Holoſteum DILL. Nov. Gen. p. 130. & T. 6.
β *Flore pleno* SENKENB. de *lil. convall.* p. 8.

Baſileae reperi trans pontem *Wieſae*, & extra portam *Blaſianam* I. B. *Tiguri* MURALTUS locis incultis, aridis; in Germania tamen multo frequentior eſt.

Caulis & folia glauca, haec irregulariter elliptica, infima vero lanceolata. Summus caulis ex calycis communis quadam ſpecie, multos profert flores, qui per aetatem longis pendent pediculis, & acute reflexis, umbellam imitantur juniores. Flores inmaturi rubelli, deinde albi, nunquam expanſi, petalorum apice tridentato. Stamina quinque, etſi unum aliquando & alterum deficiat. Tubae tres, ex ovario obtuſe conico.

ORDO III.
II. PETALIS INTEGRIS.
II. TUBIS QUINQUE.
SPERGULA LINNAEI.

7. ALSINE foliis verticillatis, petiolis ramoſis, petalis integris.

Spergula DOD. Cereal. p. 139. hiſt. p. 537. LUGD. p. 1031. I. B. III. p. 722. RAJ. p. 1034.
Saginae ſpergula, Polygonon Tragi LOB. ic. p. 803.
Alsine ſpergula dicta major C. B. Baſ. p. 74. LOES. T. aut. de Par. p. 382. I. R. H.
Arenaria arvenſis vulgatior RUPP.
Spergula fructu pendulo LINN. Lapon. n. 90.
Spergula foliis ſtellatis, pedunculis dichotomis, LINN. Cliff. p. 173. ROYEN. p. 451. WEINMANNI Icones T. 78. f. *a.* & T. 77. *f.* huc pertinent.

C. B. in paluſtribus ad *Wieſam:* ego Bernae in arvis v. g. in adſcenſu M. *Gurten* ſupra villam *der Spiegel.*

Caules ramoſi, procumbentes, viſcidi, in ſummitate nudi, ramoſi, dichotomi. Folia ab octo ad viginti, pene aequalia, teretia, ſulcata, aequabili latitudine & craſſitie. Petala ovalia, lactei coloris. Stamina decem. Ovarium conicum cum tubis quinque brevibus, quinquevalve. Semina rotunda, nigra, marginata. Petioli florales per maturitatem reflectuntur, uti in Holoſteo.

ORDO IV.
II. PETALIS INTEGRIS.
I. TUBIS TRINIS.
SPERGULA DILL. *ARENARIA* LINN.

8. ALSINE pentaſtemon, vaginulis ad foliorum ortum ſqualentibus.

Polygonum minus TRAG. p. 390.
Spergula purpurea SCHWENCKF. p. 201. I. B. III. p. 722. bene cum icone, RAJ. p. 1034 Syn. III. p. 351. DILL. Cat. Gieſſ. BUXB. &c.
Alsine ſpergulae facie, ſeu ſpergula minor ſubcoeruleo flore C. B. Prodr. p. 119. Baſ. p. 74. HIST. OXON. II. p. 551. T. SCH. BOT. aut. de Par. p. 582. I. R. H. LIND. p. 149. T. IV. Lit. *e.*
Sagina ſpergula minima PARK. p. 561.
Polygonum foliis gramineis ſpergulae capitulis LOES. ic. 63.

Alsine spergulae facie ZWINGER. p. 911.
Arenaria campestris flore purpuro coeruleo RUPP. p. 90.

C. B. inter *novam domum* & arcem *Otlingen.* ZWINGER inter idem *Neuhaus* & *Fridlingen.* Ego in arenosis vallis *Rætisboden*, sub *Grimsula* M.

Cauliculi repentes, ramosissimi. Summitates villosae, & viscosae. Folia binata, sed adcedentibus junioribus comitata, angusta, linearia, firmula. Sub foliis albae, splendentes, quinquefoliae vaginae. Flores solitarii, petiolati, ex alis foliorum omnibus. Calyx viscidus. Petala quinque, ex coeruleo purpurascentia, cava, ovalia. Stamina decem. Tubae tres. Manifesta affinitas cum priori docet, quam non possint Spergulae ab Alsine separari.

9. ALSINE foliis fasciculatis, petiolis simplicibus, petalis integris.

Arenaria I. B. III. p. 723. RAJ. p. 1033.
Alsine nodosa Germanica C. B. Prodr. p. 118. P. PARK. &c.
Polygonum foliis gramineis alterum LOES. p. 204. ic. 64. bene.
Alsine palustris foliis tenuissimis, s. saxifraga palustris alsine folia GER. I. R. H.
Saxifraga palustris Anglica PARKINS. p. 427. RAJ. p. 1032.
Alsine palustris foliis tenuissimis seu Saxifraga palustris anglica RAJ. Syn. III. p. 350.
Alsine palustris Ericae folio Polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello PLUKN. p. 23. T. 7. f. 4.
Arenaria palustris RUPP. p. 89.
Spergula foliis obpositis, pediculis simplicibus LINN. Cliff. p. 173.

In paludosis inter *Anet* & *Morat*, & circa *Mathod.*

Cauliculi multi, ad genicula turgiduli, palmares. Folia ad terram uncialia, angusta, ad caulem conjugata, brevissima, duriuscula, solida, quibus insident fasciculi foliorum juniorum. In summis ramis flores singulares expansi, stellati. Petala ovalia, lacteola. Stamina decem: Ovarium pyriforme, quinque valvis dehiscens. Tubae tres, semen reniforme, superficie rugosa.

10. ALSINE foliis gramineis inclinatis, petiolis ramosis, petalis integris.

An *Alsine minor cui folia multo longiora* THAL. p. 11.
Alsine segetalis, gramineis foliis, unum latus spectantibus VAILL. p. 8. T. 3. FABREG.

Locum natalem nescio, misit autem GESNERUS.

Cauliculi in summitate divaricati, quatuor unciarum. Folia in unum saepe latus vergunt, peranguста, ad unciam longa. Flores in ramis aphyllis, brachiatis. Petala quinque alba integra. VAILL. stamina quinque numerat.

11. ALSINE foliis fasciculatis, petiolis simplicibus, calyce hirsuto.

Alsine alpina junceo folio C. B. Prodr. p. 118. PARK. RAJ. Syll. Exter. p. 60. hist. p. 1031. I. R. H. WAGNER.
Auricula muris pulchro flore, folio tenuissimo I. B. III. p. 360. bene.
Lychnis minima foliis Laricis seu tenuissime divisis H. OX. II. p. 547.
Alsine caryophylloides tenuifolia montana lini flore RAJ. p. 1027.
Caryophyllus tenuifolius montanus lini flore RAJ. Syll. p. 308.
Alsine montana lignosior foliis laricis in modum ex uno puncto confertim exeuntibus PLUKN. p. 23.
Caryophyllus saxifragus, foliis tenuissimis, pulchro flore albo MAGN. Bot. Monsp. p. 53.
Alsine saxatilis laricis folio major & majori flore H. R. M. I. R. H. RAJ. III. p. 500.
Lychnoides Juniperi folio perennis VAILL. p. 121. cum descriptione FABREG. v. p. 246.

C. B. in montibus Helveticis, & RAIUS in lapidosis M. *Thuiri*, ubi & ego legi, quam primum aprica montis superata sunt. HUBERUS ad lacum Silienscm, & inter *Faido* atque *Airolo.*

Longa, lignosa radix. Caules multi, semipedales, foliorum fasciculos confertos educunt, capillaceorum, sed mollium, Laricis simillimorum. Superiora caulium pene nuda sunt. Rami terminantur floribus, solitariis, magnis, ut flos unciae latitudine sit. Calyx subhirsutus, oblongis foliolis. Petala integra, elliptica, lineata. Stamina decem ...

12. ALSINE foliis sulcatis, aculeatis, petiolis unifloris, petalis integris.

Ad *Alsinen saxatilem laricis folio minori flore* accedit, sed vere tamen differt, folio latiori, pediculo unifloro.
An *Alsine spinosa minima montana* AMBROS. p. 37. quae
Alsine bononiensis non aculeata BOCC. plant. Rar. T. 12? Icones malae, descriptio accedit.
Arenaria minor camphoratae folio PETIV. Gazophyl. T. 34. n. 12. Videtur.

A D. DIVERNOI, lecta circa *Neocomum.*

Caulis ramosus, humilis, biuncialis, ad terram confertis foliis obductus. Ea dura, ri-

rigida, ſulcata, in aculeum exeunt, longule lanceolata. Pediculi florales unciales, erecti, duabus ligulis unice veſtiti, uniflori. Calyx acutis fit foliolis, mucronatis. Ovarium valvis diſſilit....

13. ALSINE foliis faſciculatis, tenuiſſimis, duriſque, petalis integris.

Planta, quae ad caryophyllorum ſylveſtrium claſſem referri debet CLUS. App. Alt. ad p. CLXXXIII.
Polygono anguſtiſſimo folio affinis C. B. RAJ. Hiſtor. III. p. 131.
Caryophyllus ſaxatilis polygoni minoris folio & facie floribus albis in umbella poſitis BURS. Act. Suec. p. 507.
Tunica alpina BURS. apud C.B. in horto ſicco.
Polygonum minus caryophyllaeum foliis anguſtiſſimis, floſculis tubuloſis, plurimis ſubjunctis incarnatis HOFMAN.? Non videtur.
Polygonum anguſtiſſimo gramineo folio erectum MAGNOL. Bot. p. 211.
Alſine polygonoides tenuifolia, floſculis ad longitudinem caulis veluti in ſpicam diſpoſitis noſtra RAJ. Synopſ. III. p. 346.
An *Alſine ſaxatilis laricis folio flore minore* MAGNOL. Hort. Reg. p. 11. T. 2? Differt floribus per ramos brachiatos diſpoſitis.

C. B. ex *Valeſia*, ubi reperi locis ſiccis, circa *Leucam.*

Caules erecti, ramoſiſſimi. Folia conferta, peranguſta, pungentia, duriuſcula. Flores in junioribus longe juxta caulem, in maturis in denſis umbellis, neque enim differunt. Flos clauſus. Calyx ſpinulas ex mediis foliis producit. Petala alba, ovalia. Ovarium calyce brevius. Vide iconem T. VII.

14. ALSINE foliis conjugatis, anguſtis, linearibus, petalis integris.

Alſines minoris adhuc alia ſpecies THAL. p. 11.
Alſine puſilla pulchro flore, folio tenuiſſimo, ſeu ſaxifraga caryophylloides puſilla, flore albo pulchello RAJ. p. 1033. Syn. III. p. 350. I. R. H.
Anthyllis lychnitis annua ſeu minor anguſtifolia flore albo BARR. ic. 580.
Alſine caryophylloides tenui folia flore albo punctato PLUKN. p. 22. T. 7. f. 3. RAJ. Hiſt. III. p. 498.
Alſine glabra tenuiſſimis foliis floribus albis HERM. Par. Bat. p. 12. cum bona icone.
Alſine ſaxatilis & multiflora capillaceo folio I. R. H. GARID. p. 25. RAJ. III. p. 497. VAILL. p. 7. T. 2. f. 3.
Alſine alpina minima glabra SCHEUCHZ. It. II. p. 129.
Spergula caryophylloides tenuifolia DILL. Cat. Gieſſ. p. 58.
Alſine unicanlis puſilla, foliolis latiuſculis acutis RUPP. p. 58.

In omnibus alpinis, ſaxoſis locis, frequens eſt.

Caules plurimi, ramoſiſſimi, triunciales. Folia conjugata, anguſta, plana, acuta, ſaepe conferta, habitu Laricis, mollia tamen. Flores in ſummis caulibus, ex unifloris petiolis, in umbellam. Petala ovata, ſtamina duorum ordinum decem, tubae tres breves.

15. ALSINE foliis peranguſtis, ad baſin lateſcentibus, petalis integris. 153

Alſine minor, paſſim vulgaris THAL. p. 11?
Alſine tenuifolia I.B. III. p. 364. RAJ. Cant. Cat. Angl. Hiſt. p. 1031. Syn. III. p. 350. MERR. HERM. MAGN. VOLC. T. aut. de Par. p. 244. ubi male conjungitur cum nodoſa Germanica, I. R. H. TILL. VAILL. p. 7. T. 3. f. 1. optime.
Alſine polygonoides lini cathartici capitulis tenuifolia PLUKN. p. 23.
Arenaria verna ſtrictiſſimo folio RUPP. p. 89. GEMEINH.

Paſſim in *Helvetia*, locis aridis ſqualentibus. *Baſileae* in muris intra urbem, & in lapidibus juxta *Birſam* minorem, ſub patibulo. *Bernae* v. g. ad viam, inter *Rohthaus* & rivulum.

Cauliculi ramoſi & folioſi, procumbentes, aut erecti. Folia plane capillacea, acuta, modice rigentia, ſaepe conferta, habitu Laricino. Flores petiolati, ex alis foliorum. Petala integra. Stamina decem. Tubae tres ex pyriformi ovario. A n. 14. differt folio latiori, minus duro, flore minori.

16. ALSINE foliis lanceolatis, petalis integris, calycis magnitudine.

Alſine minor FUCHS. p. 23. TAB. p. 708.
Alſine minima DOD. p. 30. I. B. III. p. 364. cum icone aliena, *& Alſine minor Fuchſii* LOBEL. Ic. p. 461. 155
Centunculi ſpecies minutiſſima CAES. p. 260.
Alſine minor lini capitulis C. B. ex fide horti ſicci, an & MOR. II. p. 550. RAJ. &c?
Alſine minor multicaulis, huc referri ſolet, etſi in horto ſit *media.* Haec apud C. B. eſt Baſ. p. 74. RAJUS vero noſtram cum hoc nomine recenſet, Cat. Angl. p. 16. Hiſt. p. 1031. Syn. III. p. 349. Eadem eſt PLUKN. Mantiſſ. p. 8. T. aut. de Par. p. 51. I. R. H.

Lychnoides vulgaris VAILL. p. 121. FABREG. V. p. 245.
Arenaria multicaulis ſerpyllifolia RUPP. p. 90.
Arenaria foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus LINN. Cliff. p. 173. ROYEN. p. 451.
Icones WEINM. T. 77. *a.* T. 78. *g.*

Frequens in muris, vallis, locis macilentis.

Cauliculi projecti, ramoſi, quatuor unciarum. Folia duriuſcula, ſubhirſuta, ex ovatis peracuta. Flos exiguus, duarum linearum diametro. Petala quinque elliptica. Stamina decem, quae MAGNOLIUS male quinque facit, tubae tres.

17. ALSINE foliis lanceolatis, petalis integris, calyce majoribus.

An *Alſine Petraea minima*, TAB. p. 710.
Alſine alpina minima repens, rotundifolia floſculis albis BURS. p. 530.
Alſine minor montana magno flore RAJ. Syllog. p. 59. Hiſt. III. p. 496.
Alſine alpina ſerpyllifolia multicaulis & multiflora I. R. H. RAJ. Hiſt. III. p. 497.
Alſine paluſtris ſerpyllifolia SCHEUCHZ. It. II. p. 129. non autem C. B. quae Stellaria eſt.

In omnium alpium ſaxoſis ad lapides.

Ad ſpeciem 16. plurimum accedit, ut modice differat. Folia craſſiora, pulpoſa, nigriora, mucrone minus arguto. Flos triplo major. Petala ovata. Ecce iconem T. VII.

157

18. ALSINE foliis lanceolatis, trinerviis, petalis integris.

An *Alſines minoris media ſpecies* THAL. p. 11.
An *Alſine hirſuta mediae ſimilis* CAM. p. 11.
Alſines mediae icon TAB. p. 707. hanc, excepto flore, melius refert.
Alſine plantaginis folio I. B. III. p. 363. prima deſcriptio & icon. H. OX. II. p. 551. RAJ. p. 1032. Syn. III. p. 349. T. aut. de Par. p. 50. I. R. H.
Spergula Plantaginis folio DILL. Cat. Gieſſ. p. 58.
Arenaria foliis ovatis, acutis, petiolatis, nervoſis CLIFF. p. 173. ROYEN. p. 451.

In ſylvis circa Bernam non rara.

Facies utcunque *mediae*, ſed erectior, hirſutior, durior, foliis longe lanceolatis, trinerviis, aut quinquenerviis. Petala alba, elliptica. Ovarium pene ovatum. Stamina decem, & tres tubae de more.

ORDO V.
II. PETALIS QUATERNIS.
ALSINELLA DILL. *SAGINA* LINNAEI.

19. ALSINE tetrapetala, foliis peranguſtis, longiſſimis.

Alſine muſcoſa LUGD. p. 1235. SCHWENCKF. PARK. AMBROS. RAJ. p. 1025.
Alſine ſaſſifraga anguſtifolia minima montana COLUMN. p. 292. ic. p. 290.
Alſine muſcoſa quibuſdam I. B. III. p. 365. bene. RAJ. Syllog. Exter. p. 59.
Alſine tenella capillaribus ramulis altera elatior LOB. Illuſtr. p. 108.
Alſine montana capillaceo folio C. B. PARK. AMBR. RAJ. Syllog. p. 58. Hiſt. p. 1025. PLUKN. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 508. TIT. It.
Alſine tenuifolia muſcoſa MORIS. Hort. Bleſ. p. 10. HOFM. H. OX. II. p. 551. MAGNOL. T. Schol. Par. p. 119. I. R. H. VOLC. GAR. TIT. SCHEUCHZ. It. II. p. 129.
Annon fuerit *Alſine polygonoides foliis tenuiſſimis, per genicula binis, ad ſummitatem polyanthos* PLUKN. p. 22. T. 74. f. 3.
Spergula perennis repens folio gramineo, laete virente RUPP. p. 58. cum confuſis ſynonymis.
Alſine puſilla folio capillaceo folio albo BOERH. p. 209. pariter.
Sagina ramis procumbentibus LINN. Lapon. n. 157. ROYEN. p. 452.

Nihil frequentius in ſaxoſis & umbroſis alpium & Jurae, & circa *Dornach* ad *Birſam.* I. B. in *Saleve.*

Habitus ſurculoſus & debilis. Cauliculi infirmi, intricati. Folia viridiſſima, ad ſeſcuncem longa, plana, ſed anguſtiſſima. Flores in longis petiolis unifloris, ex alis foliorum. Calyx expanſus, quadrifolius. Petala quatuor, anguſte elliptica, acuta. Stamina octo. Tubae, ex ovario ovato acuminato binae.

20. ALSINE tetrapetala, foliis anguſtis, in origine lateſcentibus.

An *Alſine minima tertia* THAL. p. 11.
An *Alſine muſcoſa* SCHWENCKF. p. 17. MENZ.
Caryophyllus minimus muſcoſus noſtras PARK. p. 1340. cum icone. MERR. SIBB. SUTH. SCH. PAR.
Saxifraga puſilla graminea flore parvo herbido & muſcoſo MERR. p. 109. Cant. p. 151.
Holoſtium minimum tetrapetalon ſ. alſine tetrapetalos caryophylloides RAJ. Cat. Angl. p. 163.
Saxifraga graminea puſilla flore parvo tetrapetalo RAJ. Hiſtor. p. 1026.
Et *Saxifraga anglica annua alſine folio* EJ. ib. & Synopſ. III. p. 345.

Alſi-

Alſinella muſcoſo flore repens DILL. Syn. l. c. & Cat. Gieſſ. p. 81.
Alſine ſaxifraga perexigua tenuifolia flore parvo tetrapetalo radice reptatrice PLUKN. p. 23.
Alſine ſaxifragia graminifolia floribus tetrapetalis herbidis & muſcoſis PLUKN. ib. & T. 74. f. 2.
Alſine annua graminea foliis obſcure virentibus flore tetrapetalo I. R. H.
Alſine puſilla graminea flore tetrapetalo I. R. H.
Alſine minima flore fugaci T. aut. de Par. p. 381. I. R. H. RAJ. Hiſt. III. p. 501. VAILL.
Spergula graminea annua foliis obſcure virentibus flore tetrapetalo RUPP. p. 58. non autem ſynonyma.
Alſinella annua graminea BUXB. p. 18.
WEINM. Ic. T. 78. *e.*

Nihil vulgatius in hortorum areis, in teſtis, in quibus flores aluntur, in agris requietis.

Ceſpes humillimus, biuncialis, denſe ramoſus. Foliola prioris, ſed brevia, vix ſenuncialia, origine lata, caulem amplexa. In petiolis aphyllis, ex alis foliorum, flores plerumque clauſi. Calycis quatuor foliola ovata. Petala totidem, calyce minora, alba, ovata. Stamina quatuor, totidemque tubae, & valvae ovarii. Non ergo *Sagina* erit, ex legibus LINNAEI.

CHERLERIA.

It. Helvet. n. 79

Habitus totus Alſines eſt, & fructus & tubae. Sed ſtamina alternatim quinque ſimplicia, quinque ex cordiformi ungue profecta, neque alia praeter eos ungues, qui calyce multo minores ſunt, petala.

1. CHERLERIA.

An *Perpuſillum ſedum omnium minimum* LOB. Illuſtr. p. 101.
Sedum montanum perpuſillum luteolis floribus PARK. p. 738. cum icone. p. 737.
Sedum ſaxatile, humillimum, foliolis denſiſſime conpactis, floſculos fere ſine pediculo praeferens BURS. p. 531.
Sedum montanum perpuſillum luteum MOR. III. p. 471. S. 12. T. 6. f. 14.
Lychnis alpina muſcoſis foliis denſius ſtipatis, floribus parvis, calyce duriore PLUKN. Almag. p. 233. T. 42. f. 8.
Knawel affinis &c. HALLER. Commerc. Lit. Nor. 1736. Hebd. 13. T. 1. f. 5.

Paſſim in ſaxoſis alpium, in Gemmio ſub ſpecula *die Daube*; in *Leitern* ſupra *Neunenen*; in *Gotthardo* M.

Denſiſſimus ceſpes: cauliculi repentes, ramoſi, perennes: folia conjugata, denſiſſime congeſta, firmula, peranguſta, plana, acuta, linea anguſtiora, tres lata. Petiolus floriger vix bilinearis, gerit florem ejusdem longitudinis conniventem. Calycis foliola oblonga. Ungues firmi, emarginati. Ovarium pyriforme, ſemina hinc convexa, inde angulo plano facta.

Ex charactere naturali huc referuntur plantae ſequentes, monente pridem IUNGIO, etſi petalis evidentibus aliquae deſtituantur.

CORRIGIOLA.

LINNAEI. n. 851.
POLYGONIFOLIA DILLENII & VAILLANTII.

Calyx quinquefolius. Petala quinque exigua, ſemen in medio flore, tuba trifida. Stamina quinque. Ab Herniaria, cum qua facie convenit, differt petalis: quibus ad Alſinen accedit.

1. CORRIGIOLA caule florum faſciculis terminato LINN. *hort. Cliff.* p. 112.
Polygoni vel Linifolia per terram ſparſa, flore ſcorpioidis I. B. III. p. 379. cum bona icone.
Polygonifolia per terram ſparſa folio ſcorpioidis RAJ. Syll. p. 208. Hiſt. p. 215. TOURN. aut. de Par. p. 127. bon. deſcr.
Polygonum littoreum minus floſculis ſpadiceo-albicantibus C. B. Prodr. p. 131. Baſil. p. 83. RAJ. Syll. l. c. & HIST. p. 213. H. OX. II. p. 593. RUPP. p. 77. BIRR. in ſpecimine inaug. p. 8. (cum charactere.)
Polygonifolia DILL. E. N. C. App. ad Cent. VI. T. 9. f. 20. Cat. Gieſſ. p. 150. Nov. Gen. p. 95. T. III.
Polygonifolia vulgaris VAILL. p. 162. FABREGOU VI. p. 64.
Alſine paluſtris minor folio oblongo repens floſculis parvis racemi modo junctis, albis, roſaceis LINDERN. p. 115. T. II. lit. *c.* pro planta nova.

In arenoſis ad *Wieſam* haud longe Baſilea.

Cau-

Caules repentes; folia glauca, anguſta, progrediendo paulum lateſcunt. Racemi florum congeſti in ſummis ramis. Calyx campaniformis, ſemiclauſus, ſegmentis viridibus, alba ala auctis, ſaepe fuſcis, unde cum petalis color ex albo & ſpadiceo varius naſcitur. Petala ovalia, albiſſima, ſemen triquetrum.

PORTULACA.

T. T. 118. LINN. n. 341.

Calyx latus, bifolius. Petala quinque, obtuſe ſubrotunda. Stamina ex levi ora imi calycis ab octo ad quindecim. Ovarium ſubrotunde conicum cum quinque Tubis: ejus cortex exterior horizontaliter per medium diſſilit: interior ſimilis, congruens priori, continet ſemina multa. Ob habitum ſeparari non poteſt, etſi ſtamina ſaepe ter tot habeat, quot petala ſunt.

1. PORTULACA foliis cuneiformibus ſeſſilibus ROYEN p. 473.
Portulaca ſylveſtris FUCHS. p. 113. TRAG. p. 381. MATTH. p. 475. Epit. p. 258. DOD. p. 661. LOB. Ic. p. 388. LUGD. PARK. MERR. RAJ. p. 1039. &c.
Portulaca ſponte naſcens RUELL. p. 365.
Portulaca agreſtis CORD. Hiſt. p. 156.
Portulaca minor, alibi ſylveſtris GESN. Hort. p. 274.
Portulaca anguſtioribus foliis CAES. L. 6. c. 61.
Portulaca arvenſis TAB. p. 442.
Portulaca anguſtifolia ſ. ſylveſtris C. B. Baſ. p. 84. H. OX. II. p. 571. I. R. H. MUR. p. 728. ZANICHELL. p. 218. ic. 262. &c.
Portulaca ſylveſtris minor ſ. ſpontanea I. B. III. p. 678.

C. B. Baſileae in agris; ego ad Rhenum, circa *Briſacum*, & alibi, in arenoſis littoribus.

Tota planta ſucculenta, procumbens, ramoſa. Folia anguſta, oblonga. In alis foliorum ſeſſilia florum agmina: petala ex flavo virent.

Succum ad renum calidam intemperiem *Epiſt.* V. p. 261. ſyrupum ad ſtranguriam commendavit experientiſſimus CRATO ib. p. 275.

SEDUM.

SEDUM TOURN. T. 140. *ANACAMPSEROTIS* ſp. T.
SEDUM LINN. n. 382.
SEMPERVIVUM RAI. *Method.* p. 77. RUPP. KNAUT. LINN. n. 389. & *VERMICULARIS* RUPP. p. 243.

Habitus ſucculentus, folia craſſula. Calycis foliola quinque, ſex, ad duodecim. Petala totidem, longe elliptica. Stamina bis tot. Siliquae in orbem diſpoſitae pro numero petalorum, apice acuto, loco tubae, polyſpermae. Diſtinctiones a foliorum roſulis (RAII) a petalis 12. (RUPPII) a ſtaminibus numero petalorum aequalibus (LINNAEUS) partim non verae ſunt, partim per gradus decreſcunt, partim ab habitu nimis ſpeciali deſumuntur.

ORDO I.
ROSEIS FOLIORUM CESPITIBUS. PETALIS NUMEROSIS.

371

1. SEDUM roſulis acaulis, liberis, conniventibus, foliis ciliatis.
Sedum majus FUCHS. p. 32. CORD. DIOSC. p. 68. *b.* TAB. p. 842. BLAKW. T. 366.
Sedum majus vulgare GESN. Coll. p. 106. *b.* CLUS. Pann. p. 481. I. B. III. p. 687. C. B. P. RAJ. Syll. Exter. p. 232. Hiſt. p. 687. H. OX. III. p. 474. S. 12. T. 8. f. 41. T. aut. de Par. p. 533. I. R. H. MUR. p. 133. SCHEUCHZ. It. II. p. 150. An BLAIR. Pharmacol. p. 235. qui florem male luteum facit, & pentapetalon.
Sedum TRAG. p. 376. *ſeu ſempervivum majus* GESN. Hort. p. 280.
Sempervivum majus MATTH. p. 1117. CAM. Epit. p. 854. bene.
Cotyledon altera I. X. ſedum vulgare CLUS. Hiſt. p. LXIII.
Sempervivum majus alterum ſ. jovis barba DOD. p. 127.
Sempervivum majus ſ. ſedum majus myrtifolium LOB. ic. 273. icon exterior.
Sedum vulgare ſ. ſempervivum majus AICHST. Aeſt. Ord. 13. T. 5. f. 1.
Sempervivum foliis radicalibus carnoſis, caulinis imbricatis tenuioribus, corymbo racemoſo inflexo LINN. Cliff. p. 179. ROYEN. p. 457.

β Quo-

β Quomodo differt? An Petalis ex viridi albentibus?
Sempervivum ſ. aizoon majus crenatum myrtifolium LOBEL. Ic. p. 373. interior.
Sedum vulgari magno ſimile I. B. III. p. 688. I. R. H.
Sedum majus vulgari ſimile globulis decidentibus H. OX. II. p. 472. S. 12. T. 7. f. 18. MILL.
Sedum majus ſoboliferum flore albicante magno foliis in margine piloſis PLUKN. p. 339.
Sempervivum lectorum minus RUPP. p. 132. ERNDL. GEM
Sempervivum foliis radicalibus in globum congeſtis propaginibus globoſis LINN. Cliff. p. 180. ROYEN. p. 457.

In Valeſia naſcitur, inter *Sideram* & *S. Leonhard*, in rupibus ſupra *Biennam*, & in *Gotthardo* M. SCHEUCHZER ad *Rivarii*, & *Lucernenſis*, lacus littora.

Roſae ad terram ſunt, foliis factae ad centrum conniventibus, conpactis, multorum ordinum, ex ovalibus acuminatis, piloſo margine, & in imis fere ſerrato. Ex hiſce roſis flagella repentia viciniam perambulant, novas datura & plantas, & roſulas. Ex medio vero ceſpite ſcapus hirtus exit, ſquamis ſimilibus veſtitus, ramoſam ſpicam florum praeferens, qui in recurvos petiolos longe ex uno latere ſeſſiles diſponuntur. Calyx monophyllos, profunde duodecimfidus. Totidem petala ex albo roſea, hirſuta, longa, peracuta, linea diſtincta. Stamina 22. 24. robuſta, globoſis apicibus. Siliquae ad petalorum numerum, mucronibus extrorſum converſis.

Succus totius plantae aquoſus eſt, non ſine nitroſo ſale; hinc exterius admota planta refrigerat cum aliquo morſu, cum ſuccus nubeculas oculi inſtillatus diſſipaverit, cum dolore tamen BRESLAV. 1722. M. *Jan.* non tamen adhibendus, ubi nocere poteſt repercutiendo. Gangraenam brachii inflammati ab hoc fomento nimis refrigerante ſucceſſiſſe vidit SPIGEL. *Iſag.* L. II. c. 13. In Anginis utilis gargariſmatis ſpecie aphtisque, cum melle tritus (BOYLE) & ulceribus cavernoſis, uſtionibus linguae fiſſuris, & gangraena ſcorbutica, ſuccus inprimis, tum ſyrupus. Intus ad febres ardentes, exemplo CAFRORUM, & ad dyſenterias ſuccus ad decem uncias adhibitus mire laudatur a BOERHAAVIO, & in diuturna Gonorrhaea hoc medicamento ſe feliciter uſum eſſe teſtatur BRASSAVOLA. p. 172.

2. SEDUM roſulis liberis, foliis levibus.

Difficilia habet ſynonyma
Aizoum montanum LUGD. p. 1131. Videtur.
Sedum minus flore rubente AICHST. Vern. Ord. 6. T. 8. f. 2. bona icon.
Sedum alpinum rubro magno flore C. B. ex LUGD. RAJ. p. 1041. H. OX. III. p. 474. I. R. H. ex CLUS.
Sedum minus montanum flore rubro PARK. p. 737. ex LUGD.
Sedum montanum latifolium flore purpureo WAGN. p. 287.
An *Sedum majus non reticulatum, flore purpureo, montanum, anguſtifolium* BARR. ic. 391. n. 1?
Sedum montanum umbilicatum minus flore ſature purpureo BARR. ic. 374? ſed utrumque forte eſt varietas 1. ſequentis.
II. *Sedum majus montanum dentatis foliis* MUR. p. 734. vix puto differre, etſi ſtirps CLUSIANA aſperis & ſerratis foliis diverſa ſit.
β An *Cotyledon altera taurica* CLUS. Pannon. p. 482.
Cotyledon altera III. CLUS. p. LXVIII.
Aizoon minus odorato & purpureo flore CAM. Hort. p. 7.
Sedum montanum latifolium flore purpureo I. B. III. p. 688. ex CLUSIO. MAGN. Char. p. 282. facit autem petala 12.
Sedum majus montanum foliis non dentatis C. B. Phytop. p. 554. *floribus rubentibus* C. B. P. RAJ. p. 688. PLUKN. p. 340. I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 49. It. II. p. 142. TILL. COMM. Hort. &c.
Sedum majus anguſtifolium PARK. p. 731.

In *Gotthardi* & *Gemmii* M. petris reperi. HUBER prope *Zolbrük* ad muros, & ad ripam Oeni inter *al Ponte* & *Bevers*.

Roſulas facit uti n. 1. ſed minores, foliis brevioribus, margine integro. Scapus ſimilis, dodrantalis, viſcidus, ſquamis purpureis. Petala ſeptem, octo, purpuraſcentia, porracea, non ſpecioſa, ut in ſequenti.

3. SEDUM roſulis tomento conjunctis.

I. *Sempervivum rubrum montanum* γναφαλώδες COL. p. 292. & 291. opt. ic. RAJ. p. 688.
Sedum montanum tomentoſum C. B. H. OX. III. p. 474. PLUKN. I. R. H. MAGN. Char. p. 272. &c.
Sedum rubrum tomentoſum PARK. p. 731.
Sempervivum alpinum foliis tomentoſis filamentis obductis RUPP. p. 132.
Sempervivum foliis radicalibus in globum congeſtis, villis reticulatim connexis LINN. Cliff. p. 180. ROYEN. p. 457.
II. Omnino huc pertinet *Sedum montanum roſeum minus reticulatum* BARR. ic. 391. 393.
Sedum montanum tomentoſum minus I. R. H. TILL.

Et III. *Sedum majus non denticulatum flore purpureo montanum* BARR. ic. 390.
Sedum montanum tomentoſum foliorum apicibus purpuraſcentibus H. R. P. Schol. Par. & quinque Seda TOURN. p. 262.

Reperi in arce Sedunenſi *Tourbillon*, ad rupes inter *Mieviller* & *Octodurum*, & copioſiſſime in omnibus muris vallis *Urſariae*.

Ad prius n. 2. valde accedit & forte idem eſt. Roſulae ſimiles, ſed goſſypio quodam apices foliorum connexos habent, juniores nempe plantae, nam adultae idem decutiunt, & folia faciunt ciliata. Calyx in tot ſegmenta finditur, quot petala ſunt, nempe a quinque ad novem. Petala ſpecioſa, expanſa, purpurea, linea tinctiori diſtincta. Stamina bis tot, purpurea, parvis & ferrugineis apicibus. Siliquae pariter ad novem & decem.

ORDO II.
I. FOLIIS AD RADICEM NON CONGESTIS.
I. FLORIBUS UMBELLATIS.
ANACAMPSEROS T. & *RHODIOLA* LINN. n. 774.

4. SEDUM foliis ſerratis, tetrapetalum, ſexu diſtinctum.
361
Roſea radix FUCHS. p. 664. TAB. p. 846. mas.
Radix rhodia GESN. Hort. p. 295. *b.* TRAG. p. 913. ex FUCHSIO, MATTH. p. 1024. mas. CAM. Epit. p. 769. CLUS. Pann. p. 484. Hiſt. p. LXV. bona icon maris, DODON. p. 347. eadem, LUGD. 1. B. III. p. 683. C. B. PARK. RAJ. p. 690.
Rhodia ſ. roſea radix LOB. ic. p. 391.
Telephium luteum minus radice roſam redolente H. OX. III. p. 468.
Telephium radice roſam ſpirante majus HERM. PLUKNET.
Anacampſeros radice roſam ſpirante major I. R. H. RAJ. Syn. III. p. 269. RUDB. p. 96. SCHEUCH. It. IV. p. 329. MILL. BOERH.
Roſea RUPP. p. 72. qui primus ob quatuor petala floris ſeparavit.
Rhodiola LINN. Lapon. n. 378. ROYEN. p. 457.
β Minor HERM. PLUKN. I. R. H. TILL. MILL.

In alpibus *Glaronenſibus* GESNER. In valle *Piora* ad fontem *Ticini* SCHEUCHZ.

Facies proxime ſequentis. Radix carnoſa, ramoſa, alba, recens inodora, arida roſam reolet. Caulis erectus, non ramoſus, totus veſtitus foliis oblonge ellipticis, glaucis, acute ſerratis, parum patentibus. Flores in umbellam ſummis ramis inſident, in petiolis ramoſis, ſed brevibus. In alia planta feminae, mares in altera. In feminis calyx hemiſphaericus, & foliola ſua, & oblonga, exigua, informia petala producit. Siliquae tres ad ſex, bivalves, polyſpermae. Tubae fine craſſiori leniter bifido. Mares tetraſtemones & tetrapetalos facit LINNAEUS.

Facies communis, fructus, flos denique femina, demonſtrant conjungere hanc plantam Seda majora cum minoribus, neque ſexum ſufficere ad faciendum genus.

Blando vaporoſo principio dolores capitis, & ulcera ſalſa admota ſolatur, in cataplasmate.

5. SEDUM foliis ſerratis, ellipticis, umbellam caulem terminante denſiſſima.
362
Telephium album FUCHS. p. 800. bene.
Acetabulum alterum CORD. DIOSC. p. 69.
Vermicularis DORST. p. 394.
Telephium id eſt craſſula major GESN. Collect. p. 110.
Anacampſeros vulgo Faba inverſa EJ. Hort. p. 246. *b.*
Scrophularia TRAG. p. 373.
Fabaria MATTH. p. 636.
Telephium ſ. fabaria CAM. Epit. p. 411. foliis latioribus, ſimilior n. 6.
Craſſula alia in montibus? CAES. p. 580.
Telephium TAB. p. 845. ex CAMER.
Telephium vulgare foliis crenatis & ſubrotundis C. B.
Cotyledon altera Dioſcoridis COL. p. 307? non videtur.
β *Telephium vulgare ſ. ſecundum* CLUS. p. LXVI.
Telephium alterum ſ. craſſula DOD. p. 130.
Faba inverſa ſ. craſſula LOB. p. 389.
Telephium vulgare foliis oblongis & integris C. B. pro varietate.
γ Foliis ſerratis flore purpureo.
An *Telephium* CAM. Epit. p. 412. *b. flore purpureo* ZWINGER. p. 628. De iſto certum eſt.
δ Foliis integris purpureo flore.
Telephium purpuraſcens FUCHS. p. 801.
Telephium III. purpuraſcente flore CLUS. LXVI.

Ana-

Anacampſeros purpurea I. B. III. p. 682. DILL. Cat. Gieſſ. p. 172. RAJ. p. 689.
α β *Telephium vulgare* C. B. LOES. RAJ. p. 689. H. OX. III. p. 467. PLUKN. HERM. &c.
Anacampſeros vulgo faba craſſa I. B. III. p. 681. I. R. H.
Sedum foliis planiuſculis patentibus ſerratis corymbo terminatrici LINN. Cliff. p. 176. ROYEN. p. 456.

Satis frequens in ſepibus circa *Bernam*. *Purpureo* flore *Baſileae* in vineis ZWINGER.

Radici ad ramorum divaricationes grumi adnaſcuntur olivares. Caules erecti, non ramoſi, foliis toti veſtiuntur, in univerſum ellipticis, acute circumſerratis, alias integris, ſemper craſſulis. Summus caulis umbellam praefert arctiſſime congeſtam, abſque foliis. Calyx quinquefolius, perexiguus, virens. Petala quinque, expanſa, acuminata, alba, ad apicem dilute purpurea, & ſubtus linea virente diſtincta. Stamina decem: ſiliquae quinque, erectis mucronibus acutis, loco tubarum.

Tota acidula eſt cum auſteritate nitroſa, (GEOFROI III. p. 86.) glutinoſa, mitis, vulneraria, ad diarrhoeas, haemorrhoides, catarrhos, ſalſosque pectoris morbos, & urinae ardores utilis, maxime ſucco ſuo. Ad crura hydropicorum adplicata fuit, ſed nocuit frigore BRESL. 1722. M. Sept. ut non credam CHOMELIO, qui ſubpurationem ait promovere. Appenſam haemorrhoides fugare coecas, fabuloſum videtur, etſi BRESLAVIENSES habeant 1720. p. 563. & alibi legerim, & de herniis pariter ſympathico uſu hujus radicis ſanatis apud LENTILIUM *Eteodr.* p. 230. 387.

6. SEDUM foliis ovalibus, ſerratis, umbellis ex alis foliorum.

α *Telephium auſtriacum, hiſpanico ſimile* CLUS. p. LXVI.
β *Telephium I. hiſpanicum* CLUS. Hiſp. p. 331. Hiſt. p. LXVI.
Telephium I. DOD. p. 130.
Telephium ſ. craſſula major hiſpanica LOB. ic. p. 390.
Telephium latifolium peregrinum C. B. H. OX. III. p. 468. RAJ. p. 689.
Anacampſeros maxima I. B. III. p. 682. I. R. H.

Plantam vix poſſum extricare, quae in ſaxoſis ſubjuranis naſcitur v. g. ſupra *Baume*, circa viperetum.

Radix pariter, uti in priori, bulbillos producit, caudis conicis. Folia ex ovatis leniter acuminata, non ſerrata, rariora, patula, conjugata. Ex omnium ramorum alis umbellae florales denſae: ſemicirculares, longe petiolatae. Flores uti in priori, ſed petala ex albo virent. Stamina decem, ſiliquae pariter quinque.

7. SEDUM foliis emarginatis, late terminatis, floribus ſeſſilibus.

Aizoon peregrinum CAM. Hort. p. 7. Ic. 2.
An duae in parietibus CAES. p. 579. ob folia anguloſa.
Sempervivum tertium Dioſcoridis COL. Phytob. p. 40? Sed florem facit luteum.
Sedum echinatum vel ſtellatum flore albo I. B. III. p. 680. cum icone aliena, RAJ. Topogr. p. 98. Hiſt. p. 691. H. OX. III. p. 473. PLUKN. p. 340. BOERH. I. R. H. &c.
Cotyledon ſtellata C. B.
Portulaca cretica PARK. p. 723. ex CAM.
Sedum ſtellatum annuum rotundifolium H. OX. III. p. 475. ex COL.
Sedum echinatum vel ſtellatum longifolium flore albicante RAJ. Syll. p. 223. Cur hoc nomen? cum non conveniat plantae noſtrae? An de alia ſpecie dicit?
Sedum foliis planiuſculis patentibus angulatis, floribus lateralibus, ſeſſilibus, ſolitariis ROYEN. p. 456.

Ad aggeres muſcoſos viarum, non longe Geneva, verſus *Jay* (*Gex.*) RAIUS.

Folia progrediendo lateſcunt, ora extrema rariter, & profunde exciſa, quadrilatera; congeſta caeterum, breves caules ramoſoſque obtegunt. Flores ſeſſiles in ſummis ramis. Calyx quinque foliolis fit, conicis, in longam ſpinulam eductis. Petala quinque acuta, dilute carnea, linea viridi diſtincta. Stamina decem, quorum quinque, de more, origini petalorum adhaerent. Siliquae quinque, brevi, adunca Tuba, per maturitatem expanſae, ſtellatae.

8. SEDUM foliis . . .

Tragus ſylveſtris vulgaris minor CORD. *ſylv.* p. 222 *b.* Ita I. B.
Sedum minus VII. CLUS. p. LX.
Aizoum daſyphyllon DALECHAMP. p. 1133.
Sedum parvum folio circinato flore albo I. B. III. p. 691. RAJ. Syllog. p. 233. Hiſt. p. 1040. PLUKN. p. 341.
Sedum minus folio circinato C. B. H. OX. III. p. 473. I. R. H. RAJ. Syn. III. p. 271. MUR. p. 734.
Vermicularis daſyphyllon PARK. p. 733. abſque icone.

RAI & I. B. circa *Genevam* in muris & rupibus. STAEHELINUS in agro *Baſileenſi* ad rupes.

Cauliculi ramoſi, humiles, ſtipati foliolis aeque longis, & latis, orbiculatis, craſſulis, glaucis. Flos in tenuibus virgultis candidus . . .

An ſatis a ſequente diverſum?

9. SEDUM foliis breviter ovalibus, caule laxe ramoſo, floribus magnis albis.

Huc *Sedum minimum foliis breviſſimis* . . . GESN. Hort. p. 280. *b.*
Sedum minimum flore miſto ex albo & rubro MERR. p. 111.
Sedum minimum non acre flore albo RAJ. p. 1041. Synopſ. III. p. 270. T. 10. f. 2. optime. H. OX. II. p. 473. I. R. H.
β *Sedum minus haematodes II.* TAB. p. 843? Non puto.

Vulgare in ſubalpinis v. g. in valle *Lauterbrunnenſi*, inter *Frutigen* & *Candelſteg*, ad ſaxa.

Ex gracili radice cauliculus in ſummitate ramoſus, quatuor unciarum. Folia conica, blandi ſaporis, brevia, pene rotunda, ex albo viridia. Flores in ſummo caule numeroſi, in brachiatis nudis petiolis; calyce virente, foliorum ſimili, petalis a quinque ad ſeptem, albis, cum carneo colore, apicibus coccineis, ſiliculis pro numero petalorum. Magnitudine floris inter vicinas ſpecies excellit.

10. SEDUM foliis oblonge ovatis, floribus in ſummum caulem congeſtis, calyce rubente.

Sedum ſaxatile atrorubentibus floribus C. B. Prodr. p. 132. PARK. RAJ. Syllog. p. 234. Hiſt. p. 1044. MUR. p. 733. SCHEUCHZ. It. I. p. 48. T. 6. f. 3. 4. It. II. p. 142. foliis paulo brevioribus.
Sedum minimum montanum non acre, purpuraſcente flore parvo RAJ. Syll. p. 234. I. R. H.
Sedum minimum montanum flore purpuraſcente, parvo ſemine ſtellato RAJ. Hiſt. p. 692. SCHEUCHZ. It. VI. p. 518.
II. *Sedum ſaxatile flore variegato* C. B. Prodr. p. 132. PARKINS. p. 738. RAJ. Syllog. p. 234. ZWING. p. 917.
III. *Sedum annuum minimum ſtellatum rubrum* H. OX. III. p. 475. T. 8. f. 50. MAGNOL. Bot. p. 238. ic. p. 237. H. R. M.

Paſſim in rupibus alpium & Jurae, in *Dolaz*, *Thuiri*, *Gotthardo*, *Gemmio*. HUBER in *Luna* M. SCHEUCHZER in *Speluga*, *Sureneneck*.

Caliculi uti priorum, rubentes, biunciales. Folia denſe congeſta, pallide rubella, ovata. Inter folia ſummae plantae flores, brevibus duarum linearum pediculis nixi. Calyx fit purpureis foliolis. Petala quinque, aliquando ſex, ex herbaceo pallentia, linea purpurea diviſa, ex ellipticis in mucronem extenſa. Stamina decem, purpuraſcentia, qui color etiam ſiliquarum eſt, majuſcularum, exſtantium.

11. SEDUM foliis teretibus, floribus vireſcentibus, in ramis brachiatis ſummi caulis.

An *Sedum ſaxatile atrorubentibus floribus* C. B. Prodr. p. 132. major varietas.
Sedum ſaxatile teretifolium floſculis luteis, conceptaculis ſeminum ſtellatis & viridantibus SCHEUCHZ. It. VI. p. 518.

In *Gotthardo*, ubi olim C. B. ſuae plantae ſedem definivit.

A priori differt foliis rarioribus, brevioribus, magis triquetris, caduciſſimis, caule etiam in *Gotthardo* M. duplo altiori, brachiato. Flores exigui, e viridi pallent.

12. SEDUM foliis conicis, floribus in alis ſeſſilibus majoribus, luteis.

Aizoon minimum CORD. Hiſt. p. 98. cum charactere. *Cordi alterum inſipidum* HOFM.
Sempervivum tertium luteum ſapore aquoſo CAES. p. 578.
Aizoon minus ſ. vermicularis inſipida THAL. p. 7.
Sedum minus ſ. vermicularis AICHST. Aeſt. Ord. 13. T. 5. f. 4. *inſipida* ib. in deſcr.
Sempervivum minus vermiculatum inſipidum C. B. RAJ. Syll. p. 235. MUR. p. 734.
Sedum minimum luteum non acre I. B. III. p. 695. RAJ. p. 1041. H. OX. III. p. 471. T. aut. de Par. p. 148. I. R. H. &c.

Circa *Bernam* non rarum, ad vias, v. g. juxta ſylvulam *Murienſem*; inter Bernam & fabricas *im Sulgenbach*.

Praecedentis n. II. ſatis ſimilis eſt, foliis conicis vel obtuſe triquetris, rarioribus, caulibus brachiatis, & ex alis multifloris. Petala, calycis folia, & ſiliquae quinatae, ſtamina bis tot. Nulla acrimonia.

13. SEDUM acre, foliis conicis, confertiſſimis, floribus in ſummis alis ſeſſilibus luteis.

Sedi tertium genus FUCHS. p. 36. bene. GESN. Coll. p. 106. *b.*
Aizoon alterum minus Illecebra CORD. Dioſc. p. 69. *acre* ID. Hiſt. p. 98. obiter, HOFM.

Vermi-

Vernicularis TRAG. p. 379.
Sempervivum minimum MATTH. p. 1119. CAM. Epit. p. 856. bene. LOB. Ic. p. 379.
Sedum minus VIII. cauſticum CLUS. p. LXI. valde teres.
Illecebra ſ. ſempervivum tertium DOD. p. 129.
Sedum minimum TAB. p. 844.
Sedum parvum acre flore luteo I. B. III. p. 694. RAJ. p. 1041. H. OX. III. p. 471. T. aut. de Par. p. 147. I. R. H. LINN. Lap. n. 195. &c.
Sedum minus cauſticatum AICHST. Aeſt. Ord. 13. T. 5. f. 4.
Sempervivum minimum vermiculatum acre C. B. &c.
Sedum minus teretifolium luteum MUR. p. 632.
Sedum foliis oblongis obtuſis teretiusculis ſeſſilibus patentibus panicula ramoſa LINN. Cliff. p. 177. ROYEN. p. 456.
β Cauliculis repentibus LOES. p. 252.

In vineis, agris macilentis, vallis, uberrime.

A priori differt foliis denſius congeſtis, cauliculos abſcondentibus, imbricatis, ſapore exurente.

Succus valida vi vomitum movet, pellit arenulas. Tota planta, cum cereviſia cocta, datur ad ſcorbutum ſeptentrionalium, ad hydropem, BELOW E.N.C. *Dec.* I. *Ann.* 6. 7. *Obſ.* 22. doſi unciarum fere trium cereviſiae, cujus duodecim unciis una plantae uncia incocta erat, ſuſpectum certe medicamenti genus. Succo ad febres quartanas dato, ardelio quidam, qui fila trahendo vitam alebat, famam & opes adquiſivit: ſed idem, cum eodem in febribus continuis medicamento uteretur, miſere vexatis aegris honore excidit. BOERHAAVE.

14. SEDUM foliis teretibus, umbella ſemicirculari.

Sedum minus IIII. CLUS. p. LX.
Aizoon ſcorpioides LOB. Ic. p. 377. HOFM.
Aizoon flore luteo inflexo, inſtar caudae ſcorpionum CAM. Hort. p. 7.
Sedum minus luteum flore ſe circumflectente I. B. III. p. 693.
Sedum minus luteum ramulis reflexis C. B. Baſ. p. 83. RAJ. p. 691. H. OX. III. p. 471. T. aut. de Par. p. 533. I. R. H. VAILL. p. 162. cum deſcr.
Vermiculatis ſcorpioides PARK. p. 734.

In moenibus Baſileae, & agris.

A ſequente modice differt, caulibus humilioribus, vire ſemipedalibus: foliis ad terram congeſtiſſimis, obtuſis, absque ſpinula.

15. SEDUM foliis teretibus, in ſpinulam terminatis, umbella ſparſa.

Sedum minus mas FUCHS. p. 33.
Aizoum alterum CORD. p. 69.
Sedum minus Dioſcoridis GESN. Hort. p. 280. *b.*
Sedum minus V. CLUS. p. LX.
Sempervivum minus I. DOD. p. 128. 129.
Aizoon haematodes LOB. Ic. p. 378. HOFM.
Sedum minus haematodes I. TAB. p. 843.
Sempervivum minus DOD. Ic. Vet. p. 141. CAES. p. 578.
Sedum minus flore luteo I. B. III. p. 692.
Sedum minus luteum folio acuto C. B. Baſ. p. 83. H. OX. III. p. 471. T. aut. de Par. p. 146. I. R. H. MAGN. Char. p. 272.
Sedum minus haematodes RAJ. p. 691.
Sedum foliis ſubulatis, obpoſitis, confertis, adnatis, baſi membranacea ſoluta, umbella racemoſa LINN. Cliff. p. 176. ROYEN. p. 456.
β *Sedum criſpum* MUNTING. p. 561. eſt ejuſdem deformatio monſtroſa.

Non rarum in Helvetia. C. B. retro *novam domum* & *Michelfeldae.* Ego ad *lacum Lemanum*, & in pago *Aventico* paſſim, & locis petroſis ſupra *Leucam* reperi. I. B. in *Saleva* M.

Caules conferti, dodrantales, tecti foliis perquam caducis, ut ſaepe nudi videantur, non ramoſi, niſi in ſumma planta, ubi reflexi umbellam florum ſuſtentant. Folia glauca, hinc plana, inde teretia, in ſpinulam educta. Petala plerumque ſena, & ultra; ſtamina bis tot. Vires ſedi majoris, pariter ſtypticae & ſalſae.

16. SEDUM foliis planioribus, ellipticis, petiolis ſubhirſutis, in ſummo caule congeſtis.

Sedum minus IIII. TRAG. p. 379.
Sedum paluſtre II. CLUS. Pann. p 486. 487.
Sedum minus III. ſ. paluſtre CLUS. Hiſt. p. LIX.

Aizoum paluſtre CAM. Hort. p. 7. HOFM.
Sedum paluſtre flore incarnato AICHST. Aeſt. Ord. 13. T. 5. f. 2.
Sedum purpureum pratenſe I. B. III. p. 692. RAJ. p. 691.
Sedum paluſtre ſubhirſutum purpureum C. B. H. OX. III. p. 475. I. R. H. &c.

In pratis paluſtribus per quae a *Riggisberg* adſcenditur verſus *die Rüte*.

Caules ſemipedales erecti, alias hirſuti, alias glabri. Folia ſparſa, plana, ſed craſſula, oblongo, obtuſo fine. Umbella in ſummo caule parva, ſpicata, petiolis ſubhirſutis. Flores ex ovato acuminati, dilute carnei, cum linea purpurea. Calycis folia, petala, ſiliquae quatuor & quinque, ſtaminum vero duplus numerus.

17. SEDUM foliis teretibus, floribus ad ramos longos, rectos, ſimplicesque, ſeſſilibus.

I. *Sedum arvenſe flore rubente* C. B. Prodr. p. 132. Baſil. p. 83. I. B. III. p. 693. RAJ. p. 1045. H. OX. III. p. 474. ZWING. p. 917. I. R. H.
II. Conjungit VAILLANTIUS
Sedum minus II. CLUS. p. LIIX. LIX.
Sedum medium teretifolium ſ. ſempervivum minus officinarum LOB. Ic. p. 376. Flores dicuntur aurei, ſed icon ex CLUSIO eſt.
Aizoi minoris ſpeciem THAL. p. 7.
Sedum minus teretifolium alterum I. B. III. p. 691. RAJ. p. 1040. H. OX. III. p. 472. T. aut. de Par. p. 147. I. R. H.
III. An vere differt ab hoc & prioribus
Sempervivum minus aeſtivum LOB. Ic. p. 378. quae icon plantam meam melius refert., quam Cluſiana. LUGD. PARK. *luteum* I. B. III. p. 693.
Sedum minus teretifolium luteum C. B. H. OX. III. p. 471. I. R. H.

In arvis circa *Baſileam*. C. B. circa *Huningen*, & ego paſſim Baſileae legi.

A ſequenti vix differt. Subhirſutum eſt, & plerumque tota planta rubet. Flores longis ramis ab uno latere adſident, non ramoſis, neque umbellatis,& longa ſerie exeuntibus. Petala obſolete alba, diſtincta linea rubente, quae ſubtus villoſa eſt. Stamina quinque. Habitus ſequentis humilior.

18. SEDUM foliis oblongis,obtuſis, teretiuſculis, ſeſſilibus, patentibus, panicula ramoſa LINN. *Cliff.* p. 177. ROYEN. p. 457.

Vermicularis flore albo RUELL. p. 622.
Sedum minus femina FUCHS. p. 35
Sedum minus vulgare album & purpureum GESN. Coll. p. 106. *b.*
Sedum minus alterum GESN. Hort. p. 280. *b.*
Sedum minus TRAG. p. 378. BLAKW. T. 428.
Sedum minus I. CLUS. p. LIIX. LIX, optime.
Sempervivum minus MATTH. p. 1118. CAM. Epit. p. 855. non bene. *alterum* DOD. p. 129. EXCLUSIO
Vermicularis, craſſula minor officinarum, & illecebra major LOB. p. 377.
Aizoon minus albo flore CAM. Hort. p. 7.
Sempervivum tertium flore albo CAES. p. 578.
LUGD. ter habent p. 1129. 1130. & 1132. ex FUCHSIO. MATTH. & LOB.
Sedum minus folio longiuſculo tereti flore albo I. B. III. p. 690.
Sedum minus teretifolium album C. B. Baſ. p. 83. RAJ. p. 1040. H. OX. III. p. 472. T. aut. de Par p. 146. cum deſcr. I. R. H. ZANICH. p. 243. ic. 304.

In muris frequens.

Caules intra pedem : foliis tecti teretibus, obtuſis. Flores in ſumma planta in umbellam laxam, ramoſam. Calyx fit quinque foliolis ſubrotundis. Petala carinata, albi coloris, media linea diviſa, ſaepe rubente. Stamina decem, quinque ſiliquae.

In cibum recipitur; & haemorrhoidibus dolentibus admovetur.

19. SEDUM foliis planioribus, dilatatis, petiolis per caulem longe adſcendentibus, ramoſis.

Cepaea MATTH. p. 933. CAM. Epit. p. 673. bene. LOB. Ic. p. 393. TAB. p. 443. LUGD. p. 1347. I. B. III. p. 679. C. B. RAJ. p. 690. ZWING. p. 98.
Cepaea Matthioli CLUS. p. LIIX.
Sedum cepaea dictum HERM. T. aut. de Par. p. 229. I. R. H. MAGN. Char. p. 272.
Sedum annuum album oblongo portulacae minoris folio H. OX. III. p. 473.
Sedum foliis planis, caule & pediculo ramoſis, floribus lateralibus ROYEN. p. 456.
β *Floribus purpuraſcentibus* WALTH. Ind. Hort.

Genevae extra portam *S. Gervaſii* I. B.

Al-

ARETIA villosa scapis unifloris.

PEDICVLARIS foliis pinnatis, pinnarum pinnulis dentatis, obtusis, galea rostrata.

Saxifragia petalis latissimis luteis lineatis.

ARETIA caulibus teretibus, foliis imbricatis, floribus sessilibus.

Chr. Ter. Rottnus Med. C. del.

G. D. Hamann Sculptor Acad. Götting. sc. Anno 1742

Altior priori, folia ad terram ſubrotunda Portulacae habet, ad caulem ex oblongo rotunda, latiuſcula. Folia ex petiolis oblongis ramoſis, longa ſerie per caulem oriuntur, & ſpicam faciunt, laxam, paniculatam. Petala quinque, albicantia, diviſa linea rubente. Stamina alba.

SAXIFRAGA.

LINN. n. 368. BOERHAAV.

SAXIFRAGA T. T. 129. & *GEUM* T. T. ib.

Calyx quinquefidus, modo connatus ovario, modo remote circumpoſitus: Petala quinque, elliptica. Stamina bis totidem. Ovarii ſuprema pars in aliis balſamico ceraceo operculo clauditur: in aliis ipſum laxatum ovarium, duas, quaſi roſtra, tubas producit, ſimplices, per maturitatem repandas. Intus in duobus loculis ſemina multa. A ſitu ovarii T. duo genera fecit, Saxifragam, cui calyx exterius fructus involucrum eſt, & Geum, ubi fructus in medio flore eminet. Non viſum eſt recedere a BOERHAAVIO & LINNAEO.

ORDO I.
OVARIO IN MEDIO FLORE.

GEUM T.

1. SAXIFRAGA foliorum margine ciliari, floribus luteis maculoſis.

I. *Sedum minus floſculis luteis, vel croceis, ſplendidis, maculoſis, pulcherrimis* GESN. Fract. p. 64. Tab. Coll. p. 106. *b.*

Sedum alpinum floribus luteis maculoſis C. B. SCHEUCHZ. It. IV. p. 341. var. calyce purpuraſcente, flore ſaturate croceo, fructu rubente.

Sedum alpinum luteum floribus punctatis WAGN. p. 286.

II. *Sedum alpinum I.* CLUS. Pann. p. 484. 485.

Sedum minus alpinum I. ſ. VI. CLUS. Hiſt. p LX.

Sedum alpinum flore pallido C. B. Phyt. P. H. OX. III. p. 477. RAJ. p. 1042. PARK. I. R. H. *ſ. luteum variegato flore* MUR. p. 734.

Sedum parvum montanum luteum I. B. III. p. 693. ZWING. p. 917.

Haec varietas eſt calyce viridi, flore minus tincto SCHEUCHZ. l. c.

I. II. *Sedum ſpurium bicorne alpinum humile floribus croceis punctatis* VOLC. p. 348.

III. *Sedum minus alpinum luteum* RAJ. Cat. Angl. p. 263. *noſtras* RAJ. Hiſt. p. 1042. pro novo. H. OX. III. p. 477.

Sanicula aizoides alpina flore majuſculo luteo punctis croceis notato PLUKN. p. 331.

IV. *Saxifragia anguſtifolia autumnalis flore luteo guttato* BREYN Cent. c. 48. ic. 48. RAJ. p. 1048. ZWINGER.

Saxifragia anguſtifolia autumnalis flore luteo guttato, petalis florum acuminatis BREYN. ib. ic. 106.

Sedum anguſtifolium autumnale flore luteo guttato H. OX. III. p. 477.

Geum anguſtifolium autumnale flore luteo guttato I. R. H. p. 388. TILL. p. 68.

Saxifraga alpina anguſto folio flore luteo guttato DILL. Syn. III. p. 388.

V. *Saxifraga alpina paluſtris ſedi virenti plano & peripheria ſpinoſo folio flore aureo punctis croceis inſignito* MICHEL. apud TILL. p. 153?

VI. *Helianthemum paluſtre linophyllon flore aureo punctato* SPERLING. in BARTH. Ciſt. Med. p. 466.

Non rara per Helvetiam, in alpium riguis & ſaxoſis, in *Gemmio*, ad alpes *Grindelianas* &c. Sed in humilioribus etiam vidi, ad rivulum haud procul *Agauno*, & ad rivulum ex *Belpberg* defluentem. In alpibus autem pulchrior eſt, flore tinctiori.

Radix perennis, longe repens, ramoſa. Caules plurimi, ſimplices, dodrantales, in alpibus repentes, erecti in planis. Folia ad terram ceſpitoſa, & ſaepe reclinata, craſſula, ſed dura, elliptica, margine magis minusve ſpinoſo. Ex alis foliorum ſupremi caulis longe oriuntur petioli uniflori & biflori. Petala lutea, vel etiam aurantia, minute punctata, elliptica, acuta. Decem ſtaminum globoſi aurantii apices. Ovarium bicorne, valde repandum, modo viret, modo ex aurantio purpuraſcit.

2. SAXIFRAGA petalis latiſſimis, luteis, lineatis T. VIII.

Hirculus qui Chamaeciſti genus DORTM. apud CLUS. Cur. poſt. p. 5. 6.

Chamaeciſtus Eriſicus foliis nardi celticae C. B.

Sedum paluſtre luteum bicorne Nardi Celticae foliis H. OX. III. p. 477.

Rariſſimae plantae, paucisque viſae Botanicis, ſpecimen miſit GAGNEBIN, lectum *à la Chaux d'Abelle, mairie des Brenets, Neocaſtrenſium.*

In univerſum prioris utcunque ſimilis eſt. Folia rara, longiora, margine non ſpinoſo. Caulis erectus, flos major, petalis latiſſimis in toto genere, lineatis, ut in Parnaſſia, luteis, concoloribus. Ovarium manifeſto bicorne, corniculis brevi-

bus

bus, huc pertinere significat. Folia ima, quae mihi desunt, magna pingit CLUSIUS, elliptica, utrinque acuminata.

3. SAXIFRAGA foliorum hirsutorum latiore apice dentato, caule nudo spicato.

Sanicula montana minor CLUS. Pann. p. 441.
Saniculae II. species altera CLUS. Hist. p. 308.
Saniculae alpinae aliquatenus affinis I. B. III. p. 708. cum commodâ icone.
Sanicula montana rotundifolia minor C. B. Phytop. p. ex CLUS. an MURALT. p. 732.
Sanicula montana minor C. B. Prodr. p. 115.
Et *Sanicula montana longifolia, serrata* C. B. Phyt. p. 464. cum descriptione p. ex fide horti sicci.
Cotyledon media subhirsuta floribus punctatis JONQ. p. 114.
Saniculae montanae alterius sp. secunda RAJ. Syll. p. 226.
Cotyledon altera V. EJ. p. 108.
Cotyledon aquatica hirsuta RAJ. p. 1046.
Sedum montanum hirsutum mucronato & dentato folio flore albo guttato H. OX. III. p. 478. T. 9. f. 13.
Sanicula myosotis alpina floribus albicantibus fere umbellatis PLUKN. p. 331. T. 58. f. 2. T. 222. f. 4. commode.
Cotyledon hirsuta SUTHERL. p. 95. SIBB. p. 18.
Sedum spurium bicorne crenatum pilosum VOLC. p. 346.
Saxifraga caule nudo simplici, foliis lanceolatis dentatis, petalis acutis LINN. flor. Lap. n. 175.

In sublimioribus alpium frequens: ad viam *Gotthardi* ubique: Ad pedem rupium *dürre Grind* supra *Brienz.*

Radix perennis, aspera, ramosa, plures producit foliorum cespites: crassula sunt, rhomboidea, primis lateribus longioribus, ultimis acute serratis. Unicus ex quovis cespite scapus floriger, folia nonnisi gracilia nactus, flores in ramulis quasi spicatos praeferens. Calyx subrotundis revolutis segmentis, saepe purpureus. Petala ex ellipticis acuminata, lineata, lacteola, macula in origine lutea, semilunari. Stamina 10. miniatis apicibus rotundis. Ovarium carnei coloris, conicum, breviter bicorne.

4. GEUM foliis petiolatis, retusis, ora cartilaginea serrata, caule nudo.

Umbilicus veneris alter MATTH. p. 1123. folia nimis abundant.
Cotyledon altera DOD. p. 131. *Matth.* LUGD. p. 1322.
Cotyledon altera olim Matthioli I. B. III. p 684. melius.
Cotyledon media foliis subrotundis C. B. P.
Sedum bicorne serratum, pallidiore folio rotundiore, floribus guttatis H. OX. III. p. 478.
Cotyledon minor folio rotundiore guttato flore RAJ. p. 1046.
An *Cotyledon altera IV. s. Matth.* RAJ. Syllog. Ext. p. 107? Nam nomen CLUSII alienum est.
Geum rotundifolium minus I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 513.
Et *Geum folio subrotundo minimo* I. R. H. TILL. SCHEUCHZ. It. II. p. 134.
Saxifraga foliis cordato ovalibus crenatis emarginatis caule nudo LINN. Cliff. p. 167. ROY. p. 453.
β *Saxifraga caule nudo simplici foliis elliptico subrotundis crenatis floribus capitatis* LINN. Lapon. n. 176. T. 2. f. 5. 6. videtur differre floribus in brevem spicam collectis. An ab aetate discrimen?
γ Varietates esse videntur
Geum folio circinato acute crenato pistillo floris pallido I. R. H.
Et *Geum folio subrotundo minus pistillo floris rubro* H. R. M. cum icone. I. R. H. & aliae forte.

I. B. circa *Comum* & in *Gotthardo* nasci. I. GESNERUS ex monte glaciali supra *Thermas Valesiacas* misit. HUBERUS legit inter *Promentein* & *Clavennam.* Ego circa *Wasen.*

Rosae extrorsum repandae, patulaeque, ad terram congeruntur. Petiolata haec sunt, pene rotunda, retusa, dura & crassula, ora cartilaginea, obtuse crenata. Ex centro cespitis cauliculus unicus, dodrantalis, spicam profert floralem, absque foliis. Flores in longis ramis multifloris. Calyx reflexus. Ovarium album, cornubus recurvis, repandis. Stamina rubellis apicibus. Petala alba, punctata, acuta, valde caduca.

5. SAXIFRAGA foliis uniformibus, acute crenatis, caule ramoso folioso LINN. *Cliff.* p. 167. ROYEN. p. 453.

Waldschiben ARET. Nest. p. 235.
Sanicula alpina guttata GESN. Coll. p. 104. I. B. III. p. 707.
Sanicula montana alia GESN. Hort. p. 278.
Sanicula montana I. CLUS. Pann. p. 440.
Sanicula guttata CAM. Hort. p. 153. PARK. I. B. III. p. 707. RAJ. Syll. p. 226.
Caryophyllata s. Geum alpinum recentiorum folio hederaceo LOB. ic. p. 613. cum propria icone nimis serrata.
Sanicula alpina s. guttata quibusdam CAM. Epit. p. 764. bene cum charactere.

Caty-

Cotyledon III. Dalech LUGD. p. 1322. (flores male picti).
Caryophyllata ſ. Geum alpinum Penae LUGD. p. 687.
Sanicula montana altera CLUS. p. 307: AICHST. Vern. Ord. 9. T. 3. f. 3.
Sanicula montana rotundifolia major C. B. RAJ. p. 1047. MUR. p. 732.
Sedum bicorne montanum ſerratum album hederaceo folio majus guttato flore H. OX. III. p. 477. T. 8. f. 10.
Geum rotundifolium majus I. R. H. SCHEUCHZ. It. IV. p. 334. It. VII. p. 512. TILL. RUPP. MAGN. Char. p. 273. &c.

Vulgaris eſt in ſaxoſis, & ſcrobibus rupium Jurae & Alpium.

Folia hirſuta, paulum ſucculenta, ambitu reniformi, ima obtuſe circumſerrata, ex longis pediculis: ſuperiora pauca, acutius ſerrata: ſuprema merae ſunt ligulae. Caulis erectus, brachiatus, pedalis. Flores in petiolis ramoſis, qui ex alis foliorum prodeunt. Calyx viridis, acutus. Petala ex ellipticis acuta, maculis ad ortum purpureis, paulo exterius flavis. Stamina duorum ordinum, diverſae longitudinis. Fructus lacteolus, rugoſus, cornubus duobus, quae in juniori planta ſe reſpiciunt, in adulta divaricata recedunt.

ORDO II.
OVARIO SUB FLORE.

SAXIFRAGA T.

6. SAXIFRAGA foliis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granuloſa LINN. *Cliff.* p. 167. ROYEN. p. 453. 381

Empetron GESN. Ind. p. 32.
Saxifragia BRUNF. I. p. 185.
Saxifragia major ſ. alba FUCHS. p. 747.
Saxifraga alba ſ. magna TRAG. p. 524. RAJ. p. 1048.
Saxifraga granata floribus albis GESN. Coll. p. 105.
Saxifraga alba GESN. Hort. p. 279. DOD. p. 315. 316. THAL. TAB. p. 841. RAJ. p. 1048. LUGD. BLAKW. T. 56. *radice granuloſa* I. B. III. p. 706.
Saxifraga tertia MATTH. p. 978.
Saxifraga quarta CAM. Epit. p. 719.
Saxifraga alba chelidonides LOB. p. 612.
Affinis Thelygono CAES. p. 338.
Saxifragia rotundifolia alba C. B. Baſ. p. 88. T. aut. de Par. p. 229. I. R. H. *radice granuloſa* Icon Reg.
Sedum bicorne rotundifolium erectum radice granuloſa H. OX. III. p. 479.
β *Flore pleno* ACT. HAFN. Ann. III. Obſ. 81. BOERH.
γ An aliter, quam caſu, differt
Saxifraga bulboſa altera bulbifera montana COL. p. 318. ic. p. 317.
Saxifraga ad folia bulbos gerens C. B. I. R. H. &c.

In collibus graminoſis & apricis Baſileae. C. B. & ZWINGER retro *novam domum* in arenoſis. Ego inter S. *Margaretam* & *Gundeldingen*; tum circa *Arnex* ſupra *Orbam* &c.

Radiculae graciles, quibus intermiſcentur bulbilli, qui ſati plantam reparant TRAG. Folia ad terram ex longis pediculis, reniformi ambitu, profundius ſerrata, ad caulem pene palmata. Caulis pene nudus, pedalis & ultra, ramoſus, ramis aphyllis, ſpicam laxam brevemque gerit. Calyx ſubhirſutus. Petala longe elliptica, lineata. Ex operculo ceraceo ovarii duae tubae, fungoſo fine.

Vetuſtiores laudabant infuſum radicis ad calculum, ipſam etiam aquam, & propria experimenta adlegat LOBELIUS; diureticam eſſe omnes conſentiunt. Mitis tamen eſt, ſubacidula, Sedi ſimilis.

7. SAXIFRAGA foliorum crenis albis, mollioribus, maxima ſpica, ramulis duplicato ramoſis.

Sedum ſerratum flore albo multiflorum DODART. Mem. p. 131. cum icone optima. T. Schol. Par. p. 29.
Cotyledon pyramidalis late crenato & retuſo folio polyanthos BOCC. Muſ. di Piante p. 109. T. 86. & Muſ. di Fiſ. T. V. f. 4. icon nimis conferta & monſtroſa.
Sanicula aizoides foliis ſerratis oblongis multiflora HERM. Hort. p. 535. Flor. p. 67.
Saxifraga ſedi folio flore albo multiflora I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 141. MILL. BOERH. TILL.
Saxifragia foliis radicalibus in orbem poſitis ſerraturis cartilaginoſis LINN. Lapon. n. 140. T. 2. f. 2. ob folia, etſi icon parva ſit.

Formoſa planta in adſcenſu *Schöllinen* vulgaris eſt. SCHEUCHZER in deſcenſu *Spelugae*.

Ceſpes foliorum, ut in ſequentibus, ſed latiorum, longe lateſcentium, ſine parum acute lanceolato, limbo continuis, pariter albis, & cartilagineis denticulis ornato. Caulis unicus, viſcoſus, pyramidalem longiſſimam ſpicam fert, in petiolis ramoſis. Petala immaculati candoris, longiora quam ſequentibus, & lineata.

8. SAXIFRAGA foliorum ora cartilaginea, crenata, florum ſpica parva & alba.

α Varietas foliis longiuſculis.
Sedum montanum ſerratum majus ARET. p. 234. *b.*
Sedum cujus folia marginibus aſperis branchias piſcium referunt GESN. Hort. p. 280. *b.*
Sedi montani genus fiſchzung EJ. Coll. p. 106.
Cotyledon altera MATTH. p. 1123. omnino.
Aizoon ſerratum CORD. p. 92. cum icone. THAL. p. 7.
Umbilicus veneris LOB. Ic. p. 386. *minor I. & II.* TAB. p. 847.
Cotyledon minus Sedi folio montanum LOB. Adv. p. 165. deſcr.
Palmaria TAB. p. 842. abſque flore.
Phyllon thelygonum DALECH. p. 1195,
Cotyledon media foliis oblongis ſerratis C. B. TIT. It.
Sedum ſerratum I. B. III. p. 689. RAJ. p. 1045. Syllog. p. 232. *album, bicorne, longiore folio, marginibus argenteis* H. OX. III. p. 478. T. 9. f. 20.
Sedum montanum roſeum ſerratum, flore guttato I. BARR. ic. 1309. *II.* ic. 1311. *III.* ic. 1312. Huc etiam icones omnes n. 392. excepta III.
Saxifragia ſedi folio anguſtiore ſerrato I. R. H. &c.
β Varietas flore non punctato
Aizoon ſerratum alterum CORD. Hiſt. l. c.
II. Varietas foliis brevioribus & latioribus
Cotyledon altera Matth. CLUS. Pann. p. 483.
Cotyledon altera IIII. Matth. CLUS. Hiſt. p. LXIV.
Cotyledon minor foliis ſubrotundis ſerratis C. B. Prodr. p. 133. RAJ. p. 1046. TIT. It. &c.
Cotyledon altera minor folio ſubrotundo PARK. ex CLUS. p. 740.
Sedum ſerratum album bicorne, folio breviore, marginibus argenteis H. OX. III. p. 478. T. 9. f. 19. ex CLUSIO.
Sedum montanum roſeum ſerratum foliis ſubrotundis BARR. ic. 1310. & n. 392. ic. III.
Cotyledon alpina foliis ſubrotundis ſerratis WAGN.
Saxifragia folius ſubrotundis ſerratis I. R. H. TILL. &c.
III. *Pyrenaicam longifoliam* lubens omitto, ut quae in Helvetia non naſcatur.

In rupibus Jurae & Alpium cruſtas facit ceſpitoſas, ubique fere frequens.

Prior varietas roſas facit denſas, expanſas, foliis craſſis, duris, ſerraturis & limbo cartilagineis albisque, oblongis, ſolo fine lanceolato. Caulis unicus, & ipſe foliis adſperſus, ramoſus, ſpicam raram praefert ex ramoſis petiolis. Pediculi purpurei, villoſi. Calyx viret, operculum ovarii luteum eſt. Ex eo petala ovata, punctis minutis rubris guttata. Stamina quinque reliquis longiora. Tubae perexiguae.

Altera II. rarior, folio pro brevitate latiori, guttulis paucioribus, aut nullis, ſpica pauciflora, brevi, conpactiori.

9. SAXIFRAGA foliorum limbo cartilagineo integro, ſpica longa, floribus purpuro croceis T. VIIII.

Geum alpinum majus viſcoſum, hirſutum, foliis oblongo rotundis, atrorubentibus & croceis floribus SCHEUCHZ. It. II. p. 134.

In unbroſis M. *Uetliberg*, unde I. GESNERUS ſpecimen transmiſit, & in M. *Cronbers Abbatiscellanorum* ID.

Habitus eſt Saxifragae n. 8. minus tamen denſa roſula, elliptica, obtuſa, limbo ad originem plumoſe inciſo, fine integro non ſerrato: ad caulem etiam non rara. Is villoſus, viſcoſus, cubitalis eſt, petiolis ramoſis, in longam & raram ſpicam. Calyx ſubhirſutus. Petala graciliter elliptica, acuminata, videntur ex atro rubentia fuiſſe. Stamina duarum longitudinum, apicibus coccineis. Cornua duo globulo terminata.

10. SAXIFRAGA roſulis denſiſſimis, foliis craſſis glaucis, repandis, ſubtus ſulcatis.

Sedi aut phylli genus floſculis albis GESN. Fract. p. 64.
Sedum foliis longe minimis circinatis floſculis albis GESN. Tab. Coll. p. 107.
Sedum alpinum III. CLUS. Pann. p. 488.
Sedum minus IX. alpinum III. CLUS. Hiſt. p. LXI. bene, AMBROS. RAJ. Syll. p. 233.
Sedum alpinum album foliolis conpactis C. B. Phyt. p. ex fide horti ſicci WAGN. COM. Hort.
Sedum alpinum minimum foliis cinereis flore candido I. B. III. p. 692. cum icone aliena. RAJ. p. 1040. SCHEUCHZ. It. I. p. 49. It. II. p. 141. T. 21. f. 1. bene.

Sa-

Veronica foliis ovatis crenatis fructu ovali
floribus in Summo caule purpurascentibus.

Saxifraga foliorum limbo cartilagineo
Spica longa purpuro crocea.

Chr. Iac. Rellanus Med. C. delin.

G. D. Ehrmann fc. et Acad. Gotting. Sculptor. 1741.

Sanicula alpina alba foliolis conpactis MUR. p. 732.
Sedum alpinum minimum muſcoides PARK. p. 736.
Sedum alpinum roſeum foliolis conpactis JONQ. p. 119.
Sanicula aizoides alpina minima, ſ. ſaxifraga muſcoides flore albo PLUKN. p. 332. cum malis ſynonymis.
Saxifraga alpina minima foliis caeſiis deorſum incurvis I. R. H.

In M. *Gotthardo*, *Pilato*, *Braulio* I. B. HUBERUS haud longe a *Vettis*. SCHEUCHZER in *Jugo* & *Ochſenſtok* & paſſim in alpibus.

Ceſpites edit, uti priores, denſiſſimos, foliolis etiam duris, repandis, deorſum curvis, oblongis, acutis, inferne valido nervo diviſis. Cauliculi nudi, praeter ligulas aliquas, quatuor unciarum, ramoſi, paucos flores ferunt, albos, petalis rotundis lineatis.

11. SAXIFRAGA foliis ovatis, quadrangulo imbricatis, ramis procumbentibus LINN. *Lap.* n. 179. T. 2. f. 1.

α Flore purpureo
Sedum montanum ericoides C. B. Prodr. p. 132. RAJ. Syll. p. 234. SCHEUCHZ. It. IV. p. 341. cum deſcriptione. *purpuraſcens* H. OX. III. p. 480. RAJ. p. 1040.
Planta Sedo ſaxatili ſimilis MARTENS Spizb. T. F. l. *c.* p. 46.
Sanicula alpina aizoides foliis orbiculatis, piloſis, rorellae in modum ad oras fimbriatis, flore purpureo PLUKN. Mant. p. 166.
Saxifraga alpina ericoides flore purpuraſcente I. R. H. SCHEUCHZ. It. VI. p. 428.
β Var. flore coeruleo
Sedum alpinum coeruleum C. B. Phytop. p. 556.
Sedum alpinum ericoides coeruleum C. B. Prodr. p. 132. I. B. III. p. 694. cum icone. H. OX. III. p. 480. RAJ. p. 1040. T. Schol. Par. SUTH. HERM. Hort. COMM. Hort. MUR. p. 628.
Sanicula alpina ericoides flore coeruleo PLUKN. p. 332.
Saxifragia alpina ericoides flore coeruleo I. R. H. TILL. SCHEUCHZ. It. II. p. 140. T. 20. f. 2. It. VII. p. 518. RAJ. Synopſ. III. p. 353. MILL.

Primo vere florent. Poſterior in *Gotthardo* a C. B. & *alpibus Rhaeticis*, & in *Gemmio* ab eodem, & a SCHEUCHZERO lecta eſt. Priorem in *Gemmio* legi, ad ripam lacus *Daubenſee*, & ad molem glacialem *Grindelwald*, & in ſummo M. *Neunenen*. In alpibus *Glaronenſium* MURALT.

Caules longe repunt, ramosque erigunt foliis tectos, unciales, numeroſos. Folia quadruplici ordine congeruntur, dura, plerumque fuſca, ad nervum plicata, imbricis modo, acumine triangulari, oris ſpinulis ciliaribus ornatis. Flos ſingulus ſuo ramo pene acaulis inſidet, toto ramo major. Calyx piloſus, purpureus, ſplendens. Petala ſubrotunda, illi coerulea, huic purpurea. Stamina duarum longitudinum, purpureis apicibus. Tubae & fructus de more gentis. Viſum eſt mihi *coeruleae* folia rotundiora eſſe, minusque denſe congeſta.

12. SAXIFRAGA roſulis denſiſſimis, foliolis ciliatis, caule unifloro.

I. *Sedum alpinum quartum* COLUMN. Ecphr. II. p. 66. ic. p. 67.
Sedum muſcoſum I. B. III. p. 695. SCHEUCHZ. It. II. p. 142. T. 21. f. 2. It. I. p. 50.
Sedum alpinum monanthos muſcoſum H. OX. III. p. 480.
Sanicula aizoides alpina minima ſ. ſaxifraga muſcoides monanthos caule folioſo PLUKN. p. 332.
An II. *Sedum minimum III.* LOB. Ic. p. 376. ſed caulis multiflorus eſt.
Sedum ſerratum DOD. p. 132. quod ad ic.
Sedum minimum ſyriacum luteolum flore ſaxifragiae albae I. B. III. p. 696. ex LOBELIO.
Sedum alpinum ſaxifragiae albae flore grandiflorum C. B.
Sedum alpinum grandiflorum PARK. p. 737. AMBR.
III. *Puſillum ſedum montanum indictum* LOB. Ill. p. 100?
An & *Sedum alpinum helveticum* LOB. Ill. p. 100.
IV. *Saxifraga Pyrenaica lutea minima foliis ſedi denſiſſime congeſtis* I. R. H. Ita SCHEUCHZER.
V. *Saxifraga Pyrenaica minima muſco ſimilis* I. R. H.

Paſſim reperi, in *M. Scheideck*, in adſcenſu *Gotthardi* & *Furcae* M. SCHEUCHZER in *Septimo* M. & alpibus *Surenenſium*.

Roſulae denſiſſimae, numeroſiſſimae, ſed minime convergentes. Folia ex luteo virentia, oris ciliaribus, arguto acumine. Cauliculus floriger praeter ligulas aphyllos, uniflorus, magno flore, petalis longis, ellipticis, lineatis, pallide luteolis, ungue croceo.

13. SAXIFRAGA foliis ſimplicibus, ciliatis, caule folioſo, ramoſo.

Sedum alpinum hiſpidum fere ſpinoſum flore pallido I. B. III. p. 695. WAGN. RAJ. p. 1042. H. OX. III. p. 479. T. 10. f. 25. ZWING. p. 917.

Sedum minimum alpinum villoſum alterum PARK. p. 738. bene.
Saxifraga ſedi foliis crenatis aſperis I. R. H. TILL. SCHEUCHZ. It. II. p. 140. T. 20. f. 3.
II. *Sedum alpinum foliolis crenatis aſperis* C. B. Prodr. p. 132. IONQ. RAJ. Syll. Exter. p. 234. Hiſt. p. 1044. H. OX. III. p. 480. WAGN. omnino huc facit, etſi C. B. florem purpureum dicat, & tetrapetalum.

Abunde reperi in ſummis alpibus, *Gotthardo*, ubi olim CHERLERUS legit, *Furca*, *Grimſula*, *Scheideck*. HUBERUS ad ripam lacus *Silienſis*.

Nullas facit ad terram roſulas. Caulis ramoſus, dodrantalis, reclinatus. Folia oblonga, utrinque acuta, luteola, oris cilia duriuſcula emittentibus: Rami juniores toti aculeati, cauli ad terram repenti inſident. Flores ex ſumma parte caulis in pediculis longis, paucifloris. Calyx expanſus, viridis, oris albis. Petala obſolete alba, origine ſublutea: apices miniati.

14. SAXIFRAGA foliis omnibus anguſtis, petiolatis, in apice tridentatis, caule folioſo, ramoſo, viſcido.

α Varietas cum gemmulis, ſive convolutis novellis ramulis.
Sedis affinis triſulca flore albo I. B. III. p. 696. omnino.
Sedum tridactylites caule folioſo C. B. H. OX. III. p. 479. SCHOL. PAR.
Sedum tridactylites alpinum majus III. varietas C. B. Prodr. p. 131.
Sedum alpinum trifido folio RAJ. p. 1043. H. OX. III. p. 479.
β Varietas absque gemmulis, quam recte conjungit PETIVER. in Epiſt. ad RAIUM.
Sedum alpinum VII. CLUS. Pann. p. 491.
Sedum XIII. CLUS. Hiſt. p. LXII.
Sedum alpinum trifido folio C. B. AMBROS. p. 491. rudis icon. SUTH. SIBB. H. OX. III. p. 479. T. 9. f. 26. quod ad iconem.
Sedum alpinum laciniatum Ajugae foliis PARK. p. 739. non bene, ſi haec eſt
Sanicula aizoides tridactylites alpina minor PLUKN. p. 331. T. 57. f. 7. melius.
Sanicula aizoides trifido folio HERM. Hort. & Flor.
Saxifraga muſcoſa trifido folio I. R. H. TILL. BOERH. RUPP. RAJ. Syn. III. p. 354. SCHEUCHZ. It. II. p. 141.

Frequentiſſima haec in *Gotthardi* ſaxis: in *Septimo* M. legit SCHEUCHZER. Prior varietas (α) inter ſiccas C. B. plantas fuit.

Caulis valde ramoſus, & brachiatus, ſemipedalis. Folia longe petiolata, gracilia, fine lateſcente tridigito, acutiori quam n. 15. Flores in ramis parum ramoſis, nudis. Calyx viridis, petala obſolete pallida. Stamina lutea, totus caulis cum foliis viſcoſus, adultus rubet. In varietate α haec omnia, & flos pene major fuiſſe videtur, albusque, foliisque miſcentur juniorum ramorum gemmae, ex convolutis foliis, folliculo graminis clauſo ſimiles.

15. SAXIFRAGA foliis latius petiolatis, trifidis, ad caulem palmatis.

Hendelkraut flore candido TRAG. p. 401. 402.
Paronychia altera DOD. p. 112. cum icone.
Paronychia altera rutaceo folio LOB. p. 469. LUGD. &c. eadem icon.
Paronychia III. TAB. p. 805.
Dactyliobotanos altera THAL. p. 39.
Sedum tridactylites tectorum flore albo I. B. III. p. 762.
Sedum tridactylites tectorum C. B. Baſ. p. 84. H. OX. III. p. 479. T. 9. f. 31. RAJ. p. 1043. &c.
Saxifraga verna annua humilior I. R. H. ZANICH. p. 235. ic. 226. male, T. aut. de Par. p. 299. I. R. H.
Saxifragia foliis omnibus trilobis, ad baſin anguſtis, caule erecto LINN. Lap. n. 173.
β *Saxifragiam albam petraeam* PONAE p. CCCXXXVII. apud CLUS. conjungit LINNAEUS, quae amplior eſt, foliisque potius Ranunculi, ſemiquinque lobis, denuo dentatis.

In macilentis non infrequens, in arvis, muris, tectis.

Cauliculus abſque ceſpite, brachiatus, villoſus, viſcoſus, ſaepe ruber. Folia rara, craſſula, piloſa, prima longe petiolata, quae vero ad caulem ſunt, pene ſeſſilia, fine tridigito, lateſcente, aliquando quinque partito. Petioli ex alis foliorum uniflori. Petala alba, breviter elliptica. Ovarium in calyce ſeparabile.

In Cereviſia infuſa laudatur ad icterum BOYLE *de util. Phil.* p. m. 41. ſapor autem vires refrigerantes Sedique adfines promittit.

16. SAXIFRAGA foliis brevibus, palmatis, denſiſſime congeſtis.

Sedum tridactylites alpinum majus 2. C. B. Prodr. p. 131.
Saxifraga Pyrenaica tridactylites latifolia I. R. H.

Saxi-

Saxifraga tridactylites Groenlandica cauliculis valde folioſis DILL. Eltham. p. 337. T. 253. f. 329. Hujus, quam ſequentis, ſimilior eſt.

Saxifraga procumbens foliis linearibus integris trifidis & quinquefidis ROYEN. p. 454. videtur.

1. GESNERUS miſit, neque ſatis novi, num ſpontaneam civem.

A priori manifeſte differt; folia ad terram magis ceſpitoſa ſunt; cauliculi humiliores, foliis tecti; folia latiuſcula, apice non profunde tridigito, & quinquedigito, vere palmata, & manus ſimilia; petioli uniflori, breves; flores, in ſicca planta, fere ſequentis ſimile. Tota planta nihil viſcoſi habet, neque villoſi.

17. SAXIFRAGA foliis ſimplicibus & trifidis, caule pene aphyllo, paucifloro.

I. *Sedum tridactylites alpinum minus* C. B. Prodr. p. 131. ex fide horti ſicci: MUR. p. 734. SCHEUCHZ. It. I. p. 49. Monſpelienſem vero plantam MAGN. Bot. p. 238. H. OX. III. p. 479. & RAJ. p. 1043. etſi idem nomen gerat, aut ad ſp. 14. referrem, cum ea in Germania ſponte naſcatur, & Monſpelienſis dicatur villoſa eſſe, ut ipſum nomen indicat TOURNEFORTII, aut ad aliam, quam ex Pyrenaeis retulit D. GAGNEBIN, diverſam foliis longe petiolatis, breviter trifidis, floribus in villoſum quaſi capitulum collectis.

Tridactylites alpina I. B. III. p. 762. qui utrumque foliorum genus deſcribit.

Saxifragia tridactylites alpina minor & villoſa I. R. H. TILL. GARID.

II. *Sanicula aizoides minor Pyrenaica flore pallide luteo foliis variis* PLUKN. p. 331. cum malis ſynonymis.

Saxifraga Pyrenaica foliis partim integris partim trifidis SCH. PAR. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 518.

III. *Saxifraga pyrenaica tridactylites pallide lutea minima* I. R. H. huc refertur a SCHEUCHZERO It. II. p. 140.

Saxifraga procumbens foliis linearibus integris & trifidis LINN. Cliff. p. 168. ROYEN. p. 453.

Nihil vulgatius eſt in alpium ſcopulis. I. B. in *Braulio* & alpibus prope *Genevam*.

Ceſpites denſi, & multiplices, rotundi, fiunt foliis oblongis, levibus, aliis ſimpliciter lingulatis, biſectis aliis profunde, & triſectis. Cauliculi triunciales, pauca folia habent, eorumdem generum, pleraque tamen ſimplicia, dum florent pene nudi, ramis unifloris congeſtis. Petala elliptica, lineata, pallide virent. Stamina duorum ordinum, croceis apicibus &c. Iconem dedi in itinere Helvetico.

18. SAXIFRAGA caule paucifloro, foliis ſubhirſutis, lingulatis & tridentatis,

α Varietas tridentato folio,

Sedi alpini III. Fr. Gregorii varietas foliis inciſis COLUMN. Ecphraſ. II. p. 66.

Sedum alpinum III. EIUSD. p. 67. in icone. H. OX. III. S. 12. T. 9. f. 2.

Sedi alpini III. fr. Gregorii ſecunda varietas RAJ. p. 1043.

Sanicula montana minor ſ. ſedi alp. III. fr. Gregorii 2 varietas PLUKN. p. 331. T. 222. f. 2.

β Varietas folio lingulato.

Sedi alpini III. fr. Gregorii var. foliis integris COL. l. c.

Saxifragia III. EIUSD. Ic. p. 67.

Sedum alpinum fr. Gregorii MORIS III. p. 476. deſcr. *Rhegienſis* RAJ. p. 1044.

Sedum alpinum flore pallido GARID. p. 438. ic. 91. non autem ſynonyma.

Saxifragia alpina habitu androſaces villoſae HALLER. Comm. Lit. Norimb. 1732. p. 196. & 1736. T. 1. f. 3.

Non rara in alpibus. Reperi in *Neunenen*, *Stokhorn* &c. HUBERUS ex *Albula* Rhaetiae adtulit varietatem α.

Folia ad terram conferta, libera tamen, elliptica, obtuſa, minime craſſula, hirſuta, apice rarius tridentato. Caulis parum folioſus, triuncialis, in paucis ramis totidem flores gerit, petalis obſolete ex virideſcente albis, & lineatis. Character de more gentis. Conf. *It. Helvet.* n. 69. & iconem ibi adjectam T. II.

SALICARIA.

TOURN. T. 129.

LYTHRUM LINN. n. 387.

Calyx cylindricus, inciſus denticulis ſex majoribus erectis, & totidem minoribus introrſum converſis. Ex ſumma ora calycis petala ſex, patentia, elliptica. Ex baſi calycis ſtamina duodecim, quorum ſex calyce teguntur, ſex alia eminent. Ovarium in fundo calycis, ovatum, biloculare, tubam emittit paulo calyce longiorem, fine rotundo.

1. SALICARIA floribus ſpicatis foliis, conjugatis.

Lyſimachium purpureum GESN. Hort. p. 266. MAGNOL. Char. p. 262.
Solidaginis ſaracenicae alia ſpecies TRAG. p. 487. abſque icone.
Lyſimachia altera MATTH. p. 950. CAM. Epit. p. 687. bene. LUGD. &c.
Lyſimachia purpurea communis major CLUS. p. LI.
Pſeudolyſimachium purpureum alterum DOD. p. 86. eadem icon.
Lyſimachia purpurea forte Pliniana LOB. p. 342. eadem.
Lyſimachia purpurea TAB. p. 854. *quibuſdam ſpicata* I. B. II. p. 904.
Lyſimachia altera Matthioli flore rubeſcente AICHST. Aeſtiv. Ord. 10. T. 7. f. 3.
Lyſimachia ſpicata purpurea forte Plinii C. B. Baſ. p. 71. &c.
Lyſimachia purpurea ſpicata RAJ. p. 1036.
Blattaria rubra ſpicata, major, glabra, communis, folio acuto H. OX. II. p. 490.
Salicaria vulgaris purpurea foliis oblongis T. aut. de Par. p. 227. I. R. H. ZANICH. p. 231. ic. 158.
Lythrum foliis verticillatis LINN. Lapon. n. 197.
Lythrum foliis obpoſitis LINN. Cliff. p. 178. ROYEN. p. 458.
β *Trifolia caule hexagono* BOCC. Muſ. di Piante p. 167. I. R. H. RUPP.
γ *Quadrifolia* C. B. JONQ. BOCC. l. c.
δ *Flore intenſe violaceo* PONTED. Comp. Tab. p. 114.
ε *Foliis anguſtiſſimis*, elegans varietas a HUBERO circa *Comum* lecta.
Salicaria glabra longis & anguſtis foliis AMMAN. Ic. Ruthenic. p. 69.

Nihil vulgatius ad ripas fluviorum.

Caulis anguloſus, erectus, in ſummitate ramoſus. Folia binata, lata baſi ex caule orta, longiſſime ex ellipſi in mucronem decreſcunr, ſicca, & ſubhirſuta. Summi rami, erecti, toti teguntur ſpica florali, quae fit ſemiverticillis ternorum fere florum denſe adgeſtis, paucis intermiſtis & parvis foliis. Color purpureus eſt, petala flaccida.

Vulneraria eſſe dicitur, ad inflammationes oculorum laudatur: ſed parco in uſu eſt.

356

2. SALICARIA foliis alternis, floribus ſolitariis.
Graſe-poley CORD. Sylv. Obſ. p. 223.
Gratiola minor GESN. Coll. p. 80. qui dicit ſubdulcem eſſe.
Hyſſopoides CAM. Hort. p. 78.
Hyſſopifolia aquatica I. B. III. p. 792. cum icone.
Hyſſopifolia C. B. Baſil. p. 62. *ſ. gratiola minor* C. B. Prodr. p. 108. H. OX. III. p. 613.
Gratiola anguſtifolia RAJ. p. 1055.
Salicaria hyſſopi folio latiore T. aut. de Par. p. 529. I. R. H. RUPP. DILL. &c.
Lythrum foliis alternis LINN. Cliff. p. 178. ROYEN. p. 458.
II. *Lyſimachia minor rubro flore* CLUS. Pann. p. 477. 478.
Lyſimachia purpurea minor ſ. II. EJ. Hiſt. p. LI. LII. RAJ. p. 1036.
Lyſimachia purpurea Pannonica I. B II. p. 305.
Lyſimachia rubra non ſiliquoſa C. B.
Blattaria rubra ſpicata minor H. OX. II. p. 490.

C. B. in humidis ad prata viae *Riehanae*. STAEHELINUS *Baſilea* miſit.

Caulis pedalis, anguloſus, erectus, ramoſiſſimus. Folia alterna glauca, levia, inferiora latiora, ſuperiora, ovata, ſatis Hyſſopum imitantur. Flores ex alis foliorum ſolitarii, ex brevibus pediculis. Calyx prioris,... Petala ſex ſtriata facit I. B. & ſiliquam teretem.

P E P L I S.

LINN. n. 297.
GLAUCOIDES RUPP. MICHELI.
PORTULA DILL. *nov. gen.* p. 133. T. 7.
ANDRACHNOIDES SIEGESBECK. p. 9.

Calyx in ſex ſegmenta erecta, & ſex introrſum recurva, acute ſectus. Flos ex calyce ortus, petalis ellipticis, acutis. Stamina ſex. Tuba apice globoſo. Ovarium ſubrotundum, biloculare. Semina plurima, hinc convexa, inde plana. Ob calycis eximiam ſingularitatem a Salicaria removeri nequit.

357

1. PEPLIS LINN. *Lap.* n. 128.
An *Glaux apud nos naſcens* CORD. DIOSC. p. 72?
Glaux alia CAM. Hort. p. 67.
Glaux latiore folio Thuringiaca C. B. De his videtur.
Glaucoides maritima, ſ. potius Thuringiaca, latiore folio RUPP. p. 16.
II. *Alſine fluviatilis* TAB. p. 713.
Serpyllifolia aquatica I. B. Font. Boll. p. 194.

Ana-

Anagallis ſerpyllifolia aquatica I. B. III. p. 372. cum deſcriptione.
Alſine paluſtris minor ſerpyllifolia C. B. Prodr. p. 118. Baſ. p. 74. PARK. HOFM. M. Maur. p. 6. LIND. FABREG. IV. p. 245.
Alſine aquatica minor folio oblongo ſ. portulaca aquatica PARK. p. 1260.
Alſine rotundifolia ſ. Portulaca aquatica RAJ. p. 1035.
Glaux aquatica folio ſubrotundo LOES. p. 106. ic. 20. non autem nomina.
Glaux altera paluſtris repens ſubrotundo folio BOCCONE Muſ. di Piante p. 106.
Glaux altera ſubrotunda folio EJ. T. 84. male VAILL. p. 80. cum deſcriptione.
An non *Planta paluſtris nummulariae facie, pericarpiis ad nodos immediate haerentibus, ſemine intus exiguo luteo* TRIUMPHETTI p. 65. Videtur.
Glaux paluſtris folio ſtriato clauſo folio Portulacae PETIT. Letres p. 43. cum icone I. R. H.
Portulaca ſpuria aquatica RUPP. p. 95.
Portula DILL. Cat. Gieſſ. p. 120. Syn. RAJ. III. p. 368.
Glaucoides paluſtre Portulacae folio purpureo flore MICHEL. p. 21. T. 18.

In udis circa telonium *Wieſae* C. B.

Caules ſerpentes radiculas demittunt: anguloſi, varie intricati, terminati roſula foliorum. Haec conjugata, glabra, ex petiolo lente dilatata, exteriori ambitu ſubrotundo. Fructus in ala foliorum ſeſſiles. Petala purpurea fugacia. Non raro petala omnia deſunt.

AGRIMONIA.

TOURN. T. 155. LINNAEI. n. 388.

Primus calyx ex duabus latis ſquamis mucronatis fit. Ex eo fructus conicus lappaceus, qui ex apice profert calycem quinquedentatum. Inter calycis intervalla exeunt quinque petala, elliptica, flava. Stamina decem, ad duodecim. Ovarium balſamico operculo tegitur, uti in Saxifraga: ex ea media duae Tubae repandae. In duobus loculis fructus duo ſemina, quorum unum abortit.

1. AGRIMONIA foliis pinnatis fructibus hiſpidis ROYEN p. 240. LINNAEUS *Cliff.* p. 179. addit *omnibus.* 328

Agrimonia RUELL. p. 597. BRUNF. III. p. 68. DORST. p. 11. *b.* RAJ. p. 400. BLAKW. T. 21.
Eupatorium FUCHS. p. 244. MATTH. p. 1014. bene. CAM. Epit. p. 756. CORD. Dioſc. p. 64. Hiſt. p. 168. *b.* GESN. Tab. Coll. p. 76.
Eupatorium vulgare TRAG. p. 513.
Eupatorium Dioſcoridis GESN. Hort. p. 258.
Agrimonia ſ. eupatorium DOD. p. 28. I. B. II. p. 398. *k.* MAGNOL. Char. p. 271.
Eupatorium graecorum agrimonia officinarum LOB. Ic. p. 692.
Eupatorium agrimonia TAB. p. 116.
Eupatorium Dioſcoridis IMPERAT. L. XXVIII. c. 1.
Eupatorium veterum ſ. agrimonia C. B. Baſ. p. 91. &c.
Agrimonia officinarum T. aut. de Par. p. 47. I. R. H. ZANICH. p. 5. ic. 234. &c.
Agrimonia inodora vel minus odora H. OX. II. p. 614.
β Odorata apud Santonenſes a LOBELIO Adv. p. 308. apud Noricos a C. HOFMANNO lecta eſt.
Eupatorium odoratum Santonenſe ſ. Bleſenſe MORIS. l, c.

In ſepibus, ſylvulis, ad vias, inclinante aeſtate.

Radix verno tempore odorata. Caulis hirſutus, erectus, non ramoſus. Folia hirſuta, mollia, pinnata, interſperſis pinnulis minoribus; Majorum ſex, ſeptem, paria ſunt, acute circumſerrata. Flores in longam, raramque ſpicam, ex brevibus petiolis & unifloris. Fructus hirſutus, ſuperne tectus corona durorum ciliorum.

Adſtringens eſt, terrea, cum aliqua aciditate (GEOFROI III. p. 48.) vulneraria. Laudatur ex vi conſolidante in omnibus haemorrhagiis, fluxionibus alvi, etiam hepaticis (POTER.) renum ulceribus, & ad viſcerum quorumcunque tonum reſtituendum. Hinc in morbis nervorum, cum laxitate & languore viſcerum conjunctis, convenit, tum in diarrhoeis &c. Scirrhos hepatis infuſo ſe ſuperaſſe ait CHOMELIUS, tonumque hujus viſceris ſe reſtituiſſe LOBELIUS. Decoctum fere in uſu eſt: & ad externa mala cataplaſma. Aquae ad calculum minus tribuerem, quam laudat C. HOFMANNUS. In gargariſmis decoctum vulgo recipitur. Ulcus veſicae injecto eodem ſanavit CHOMEL. *Suppl.* p. 148.

EPI-

EPILOBIUM.

GESNERI. DILLENII *Cat. Gieſſenſ.* p. 131. LINNAEI n. 319.
CHAMAENERION T. T. 157.

Siliqua longa, tetragona, quadrivalvis, quadrilocularis, ſeminibus pappo coronatis, adnatis ad ſeptum quatuor alis inſtructum. Ex ſumma parte fructus emittit calycem quadrifolium, triangularem, caducum, & quatuor petala, emarginata, & octo ſtamina duarum longitudinum. Tuba unica apice clavato, per maturitatem quadrifido. Folia conjugata.

1. EPILOBIUM ſpicatum, flore difformi, foliorum nervo eminente, ora leviter ſerrata.

Antoniana herba maxima GESN. Hort. p. 247. *b.*
Chamaenerion V. & epilobium GESN. App. p. 215. *b.*
Filius ante patrem maximus EJ. Coll. p. 76.
Rhododaphne pumila GESN. Coll. p. 102.
Onagra a Ghino miſſa MATTH. p. 1173.
Chamaenerium cordi THAL. p. 70. 71.
Onagra CAESALP. p. 268. LUGD. CALCEOL. in Bald.
Chamaenerium latifolium flore magno AICHST. Aeſtiv. Ord. I. T. 8. f. 1.
Lyſimachia ſpecioſa quibusdam Onagra dicta ſiliquoſa I. B. II. p. 907. RAJ. p. 860.
Chamaenerium Geſneri de BRY Floril. T. 42. bene.
Lyſimachia Chamaenerion dicta latifolia C. B. Baſ. p. 71. H. OX. II. p. 269. S. 3. T. 2. f. 1.
Chamaenerion latifolium vulgare T. aut. de Par. p. 187. I. R. H. MAGN. Char. p. 255.
Epilobium foliis lanceolatis integerrimis LINN. Lap. n. 146. Cliff. p. 145. ROYEN. p. 250.
β *Flore albo* COMM. HERM. I. R. H. BOERH.

In ſylvis caeduis abunde, v. g. in tota ampliſſima regione ſylvae *Bremgarien*, quam morbus epidemicus Abietum deſtruxit anno 1720.

Caulis erectus, firmus, folioſus, non ramoſus. Folia nervo medio, & lateralibus conſpicuis, glabra, ſubtus incana, lente decreſcentia in mucronem, aut non ſerrata, aut breviſſime. Flores in longam ſpicam, ex petiolis purpureis, nutantibus. Calyx purpureus. Petala quatuor ita diſpoſita, ut inferiora duo per magnum hiatum tubam demittant, purpurea omnia, leniſſime emarginata. Stamina omnia deorſum nutant, alia rectius, alia quaterna difformiter: Tuba deorſum incurva, T. l. c. ad H.

2. EPILOBIUM ſpicatum, foliis integerrimis, linearibus, faſciculatis.

Chamaenerion VI. quod rarum GESN. App. ad Cord. p. 216.
Pſeudolyſimachium purpureum minus DOD. p. 85. bene.
Lyſimachia ſiliquoſa III. Chamaenerion Geſneri CLUS. p. LI. ead. ic.
Chamaenerion Geſneri ſ. Delphinium buccinum Dioſcoridis LOB. Ic. p. 343. eadem.
Lyſimachia ſiliquoſa alia Lob. LUGD. p. 1060.
Et *Linaria rubra* LUGD. p. 866.
Lyſimachia ſiliquoſa ſpecioſa anguſtifolia I. B. II. p. 907. RAJ. p. 860.
Lyſimachia Chamaenerion dicta anguſtifolia C. B. Baſ. p. 71. H. OX. II. p. 270. T. 2. f. 2 *ſ. ſalicis folio* MUR. p. 682.
Chamaenerion anguſtifolium alpinum flore purpureo I. R. H. TILL. SCHEUCHZ. It. I. p. 33. It. IV. p. 332.
Epilobium foliis lanceolatis ramoſe florens LINN. Lapon. n. 148.
II. *Lyſimachia Chamaenerion dicta alpina* C. B. Prodr. p. 116. PARK. RAJ. p. 860. PLUKNET. Mantiſſ. p. 122. Hanc male prioris varietatem facit ZWINGER. p. 804.
Chamaenerion alpinum latifolium I. R. H.
β *Flore albo* I. R. H. LINN.
γ *Flore variegato* I. R. H.

In arenoſis, & fluviorum alveis in Helvetia. C. B. circa *Cliben* & *klein Huningen.* RAIUS ad *Arve* & *Rhodanum* fluvum. SCHEUCHZER juxta fluvium *Aa* vallis *Engelbergenſis*, & in *Valeſia*; ibi ego ad torrentem *la Morge* prope *Gundes*, tum circa *Bex*, & copioſiſſime ad ripam lacus *Ncocomenſis* in promontorio prope *Colombiers.* GAGNEBIN circa *Ville neuve* Bernenſium. In M. *Utliberg* MUR.

Caulis ramoſus, ut ſingulae pene foliorum conjugationi faſciculus foliorum, deinde novellus ramus inſideat. Folia uncialia, anguſta, nervo depreſſo, pulpoſa, duriuſcula, Rorismarini. Flores in ſummo caule & ramis in ſpicas, uti in ſpecie 1. Flos etiam ſimilis... & character, niſi quod non meminerim, num pariter difformis ſit.

3. EPILOBIUM foliis ellipticis, obtuſe lanceolatis, totum leve.

Cha-

Chamaenerion alpinum alsines foliis SCHEUCHZ. It. II. p. 132. It. IV. p. 332. non autem synonyma.

Epilobium foliis ovato oblongis integenimis LINN. Lapon. n. 150.

II. An *Lysimachia siliquosa nana Brunellae foliis acutis* BOCCONE III. p. 161. T. 108. Mala icon, si nostra est.

Chamaenerion alpinum minus Brunellae foliis I. R. H.

Non rarum in alpibus. Reperi in arborum truncis supra *Gurnigel*, & ad pedem M. *Gemmii* loco riguo, copiosissime vero in paludibus *Gotthardi* M.

Caulis erectus, pedalis, aut brevior. Folia in rarioribus conjugationibus, ima ovata, superiora longiusculo mucrone in obtusam ellipsin adtenuata, brevibus denticulis serrata. Flores in summa planta pauci, saepe unicus, minime speciosi, petalis dilute purpureis, profunde exsectis. Siliquae glabrae.

4. EPILOBIUM...

α Varietas bifoliata, s. naturalis.

Lysimachia glabra ramosa Violae surrectae foliis splendentibus BOCCONE Mus di Piante p. 32. T. 16. bene.

Chamaenerion alpinum foliis splendentibus denticulatis I. R. H. SCHEUCHZ. It. II. p. 132. quod ad nomen, nam descriptio videtur sequentis s. n. γ.

β Foliis ternatis, lecta in descensu a *Scheidek* versus *Meiringen*.

Lysimachia siliquosa purpurea alpina trifoliata BOCCONE l. c. p. 22. T. 5.

Chamaenerion alpinum foliis ad nodos ternis I. R. H.

γ *Quaternis in verticillo foliis* PONTED. Comp. p. 119? ex M. *Chasseron* misit Cl. DIVERNOI.

In alpinis udis, umbrosis.

Folia nitentia, glabra, nervis subhirsutis, margine argute serrato, ex ovatis acuminata. Flores ex alis foliorum in summa planta pallentes carnei, petalis cordatis &c.

Ut dicam quod res est a sequente, adeo vulgari, & multiformi, & hoc, & reliqua ad n. 6. omnino non differunt.

5. EPILOBIUM foliis ex ovatis lanceolatis, serratis, levissime hirsutis. 345

Chamaenerion I. C. GESN. ad CORD. p. 215. *b.*

Antoniana major levis GESN. Hort. p. 247.

Filius ante patrem minor? GESN. Coll. p. 76. 77.

Pseudolysimachium purpureum primum DOD. p. 85. bene.

Lysimachia siliquosa major CLUS. p. LI. eadem icon. PARK. RAJ. p. 861.

Lysimachia siliquosa LOB. p. 343. *secunda* TAB. p. 855.

Onagra campestris altera levis CAES. p. 268.

Lysimachia levis I. B. II. p. 907. cum icone Balsamines persici focio.

Lysimachia siliquosa glabra major C. B. Bas. p. 71. H. OX. II. p. 270. T. 11. f. 5. &c.

Chamaenerion glabrum majus T. aut. de Par. p. 257. I. R. H.

Epilobium foliis ovatis dentatis LINN. Lapon. n. 147. Cliff. p. 145. ROYEN. p. 251.

Nihil hoc vulgatius ad sepes, muros, & locis aquosis.

Caulis erectus, bipedalis, tenuiter hirsutus. Folia conjugata, ambitu ex ovali acute lanceolato, ora argutis dentibus inscripta, glabra, nervis subtus hirsutis. Flores in longis siliquis, parum hirsutis, tetragonis. Petala carnea, profundius cordata. Tuba quatuor terminata clavis, de more.

β Nullo modo differt, & clava integra, quam pro nota discriminis exhibet RAIUS, est unice nota nondum adulti flori. 347

Var. *prioris* minor frequentior LOB. Adv. p. 145.

Lysimachia minor TAB. p. 854. bon. ic.

Lysimachia siliquosa glabra minor C. B. Basil. p. 71. RAJ. Cant. p. 93. H. OX. II. p. 271.

Chamaenerion glabrum minus I. R. H. VAILL. &c.

Lysimachia siliquosa media s. minor RAJ. p. 861.

γ *Lysimachia siliquosa alpina erecta alsines foliis* BOCC. Mus. di Piante p. 31. T. 15?

hamaenerion alpinum foliis splendentibus denticulatis SCHEUCHZ. It. II. p. 132. huic ob locum natalem & humilitatem convenit, & hanc varietatem, non autem n. 4. cum hoc nomine misit I. GESNERUS.

II. An *Lysimachia siliquosa glabra minor latifolia* RAJ. Synops. III. p. 311. HERM. SUTH. *nostras* RAJ. Histor. p. 862. Omnino videtur ex loco natali, & descriptione.

Lysimachia siliquosa minor ocymifolia nostras PLUKN. p. 235.

Chamaenerion Origani folio I. R. H.

Ex *Gotthardo* M.

In universum convenit cum β. n. 5. a qua non diversa est. Folia minora, quatuor lineas tantum lata, integro aliquando margine. Caulis tantum dodrantalis, siliquarum eadem longitudo.

δ Varietas majoris flore albo
Chamaenerion II. GESN. ad CORD. p. 215. *b.*
Lyſimachia ſiliquoſa flore albo TAB. p. 853.
Chamaenerion glabrum majus flore albo I. R. H.
ε Varietas *minoris flore albo* LOES. p. 152. I. R. H.
ζ Varietas foliis ternis VAILL. &c.

348 6. EPILOBIUM foliis anguſtis, obiter dentatis.
Lyſimachia ſiliquoſa minor TAB. p. 856.
Lyſimachia ſiliqnoſa glabra anguſtifolia C. B. &c.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor anguſtifolia RAJ. Hiſt. p. 862.
Chamaenerion glabrum anguſtifolium I. R. H. &c.
Epilobium glabrum anguſtifolium DILL. Cat. Gieſſ. p. 128.
Epilobium foliis linearibus LINN. Lapon. n. 149. ROYEN. p. 251. non bene, cum etiam DILLENII ſpecimina evidenter dentata ſint.

Haec notabilis varietas eſſe videtur, in foſſis non infrequens. Sed re ipſa eſt tantum prior n. 5. adulta, ramoſior, ſuperiores ramos longe efferens, quorum folia tunc omnino longiora ſunt, & anguſta, vix ultra quatuor lineas lata, cum biuncem longa ſunt, ſimillimis tamen acutis denticulis, hirſutis nervis, & flore.

7. EPILOBIUM foliis longis, dentatis, villoſis, flore parvo.
Chamaenerion III. GESN. ad CORD. p. 215.
Lyſimachia folio hirſuto floſculo parvo I. B. F. Boll. p. 171.
Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta flore minore I. B. II. p. 906.
Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore major C. B. Prodr. p. 116. Baſil. p. 71. &c.
Lyſimachia ſiliquoſa parvo flore RAJ. p. 861. H. OX. II. p. 270. T. II. f. 4. &c.
Chamaenerion villoſum majus parvo flore I. R. H. aut. de Par. p. 14. &c.
β *Flore albo* PONTED. Comp. Tab. p. 116.
γ *Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore minor* C. B. Prodr. p. 116. Baſ. l. c.
Chamaenerion villoſum minus parvo flore I. R. H. VAILL. LIND. GAR. ZAN. LEOP. &c.

In aquoſis ſatis vulgare.

Caulis & folia molli hirſutie obducuntur. Folia alterius figurae, longe ex ellipſi diminuta. Flos & ſiliqua adfines priori, parvus iſte, & dilute carneus. Stamina duorum ordinum, tubaque flava. Sed etiam de hac ſubtimide pronuncio, vere a priori n. 5. diverſam eſſe.

8. EPILOBIUM foliis longis, dentatis, villoſis, flore magno.
Soſandrum GESN. Ind. p. 118.
Chamaenerion IV. GESN. ad CORD. p. 215 *b.*
Antoniana major hirſuta GESN. Hort. p. 247. 290.
Filius ante patrem foliis mollibus & lanuginoſis GESN. Coll. p. 76. haec, aut prior.
Lyſimachia purpurea FUCHS. p. 491.
Lyſimachia ſ. Salicaria purpurea TRAG. p. 182. absque icone.
Lyſimachia ſiliquoſa I. TAB. p. 855. Sed hirſutiem non exprimit.
Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta majore flore purpureo I. B. II. p. 905. cum ſynonymis non bonis & f. Boll. p. 171. RAJ. p. 861.
Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore C. B. Baſ. H. OX. II. p. 270. T. II. f. 3. MURALT. p. 682. &c.
Chamaenerion villoſum magno flore purpureo I. R. H. VAILL. &c.
β *Flore violaceo* I. R. H TILL. DUVERNOI.
γ *Flore albo* BLAIR. Decad. p. 25.

Ad aquas, altiſſima congenerum, ad ſex pedes alta; Folia, flos, ſiliquae prioris. Sed flos quadruplo major, & unciae diametro, ſaturate purpureus.

ONAGRA.

TOURN. T. 156.
OENOTHERA LINN. n. 318.

A Chamaenerio, cum quo toto habitu exquiſite convenit, differt ſiliqua brevi, craſſa, ſemine non pappoſo, calyce longiſſimo, ex cujus ſede, quae reflectitur, petala prodeunt, loco ab ovario remoto.

1. ONAGRA foliis ovato lanceolatis planis.
Lyſimachia lutea corniculata C. B. COMMELIN. Indig. Holl. p. 68. &c.
Hyoſcyamus Virginianus P. ALPIN. Exot. p. 324.

Lyſi-

Lyſimachia americana COL. ad RECCHUM p. 882. cum icone.
Lyſimachia ſiliquoſa virginiana PARK. p. 548. VOLC.
Lyſimachia lutea Virginiana RAJ. p. 862.
Lyſimachia lutea corniculata non pappoſa Virginiana major H. OX. II. p. 271. T. II. f. 7.
Onagra RUPP. BUXB. ERNDL. LEOP. pro indigena.
Onagra latifolia I. R. H. LINDERN. MAGN. Char. p. 156.
Oenothera foliis ovatolanceolatis planis ROYEN. p. 251.
β *Onagra minor humilis* LEOP. l. c.

Circa *Bernam* in ſylvis minime rara, v. g. in ſylvula inter viam ducentem *Oſtermundigen* & ſuburbia *Schoßhalde*; in *Bremgarten* ad viam ducentem ad *Drakau*.

Facies Epilobii ultimi. Caulis ad ſex pedes altus, valde ramoſus, erectus: folia ex ovato utrinque lanceolata, ſubhirſuta, cum notabili nervo, oraque denticulata. Calyx monophyllos, reflexus, Petala emarginata, lutea, odore. Primulae, ſed graviori. Tuba ſimiliter in quatuor clavas terminata. Ovarium apice quadrifido, quatuor ſulcis inſcriptum, in craſſa duraque ſubſtantia quatuor habet ſeries ſeminum.

Vulnerariam eſſe, & abſtergere HERMANNUS, ſed experimenta, puto, rara ſunt.

RUTA.

TOURN. T. 133. LINN. n. 314.

In plerisque floribus „ calyx quadrifidus, patens. Petala quatuor, excavata, oris laciniatis. Stamina octo, duorum ordinum, alia recepta in cavitatem petalorum, alia per intervalla. Placenta in fundo floris balſamifera, punctis conſperſa, quorum numerus incertus eſt. Fructus obtuſe conicus, ex quatuor ſiliquis inferne conjunctus, cruciformi ſepto in quatuor loculos diviſus, polyſpermos. Tuba unica, ſimplex, minima. Haec omnia aliquando quinario, & ſtamina denario numero ludunt.

1. RUTA foliis inciſis, lobulis linearibus, acutis.

Ruta ſylveſtris minoribus foliis GESN. Hort. p. 277 *b*.
Ruta montana CLUS. p. CXXXVI. *legitima* in append. alt. cum meliori icone.
Ruta ſylveſtris minima DOD. p. 421. Pempt. p. 120. cum icone priori CLUSII.
Ruta ſylveſtris Peganion Narbonenſium ſ. rutula LOB. Ic. II. p. 54. cum duabus iconibus.
Ruta ſylveſtris CAMER. Epit. p. 495. *tenuifolia* Hort. p. 150.
Ruta ſylveſtris minor TAB. p. 134. I. B. III. P. I. p. 200. C. B. PARK. H. OX. II. p. 508. S. 5. T. 14. f. 4. RAJ. p. 874. MAGN. Char. p. 244. &c.

I. GESNERUS in monte *Pilati*. Ego ex Italia habeo, ex dono ILL. HUGONIS, & ex Gallia Provinciali a D. GAGNEBIN.

Caulis ramoſus, bipedalis. Folia glauca, tenujus, quam in vulgari, diviſa, foliorum ultimis laciniis linearibus, peranguſtis, quae illi ſubrotundae ſunt. Flores in brevem ſpicam . . . . . minores hortenſibus, e luteo virentes CLUS. pariter fimbriati MAGNOL.

HYPOPITYS.

DILLEN. *nov. gen.* p. 134. T. 7.
OROBANCHOIDES T. *Comm. Gall.* 1707. p. 404.
MONOTROPA LINN. n. 315.

Habitus aphyllos. Flos clauſus, petalis minime patentibus. Calyx bifolius, rhomboidalis, acutus, idemque, ſi malis, erit primum par petalorum. Petala quatuor deorſum gibba, ut calyx Heſperidis, erecta, ovata, lateribus piloſis. Ita mecum numerat RUPPIUS; DILLENIUS, aeque recte ſex, TOURNEFORTIUS & alii, non bene octo. Stamina circa baſin ovarii bis quatuor, duarum longitudinum. Tuba fine infundibuliformi. Ovarium ſulcatum, ovale, intus quadricapſulare. In ſuprema parte ſpicae floralis frequenter flores pentapetali, ſtamina decem, fructus quinquelocularis. Semina innumerabilia, ſcobis ſimilitudine.

1. HYPOPITYS ſpica nutante.

Orobanche, quae Hypopitys dici poteſt C. B. Prodr. p. 31. RAJ. p. 1228. H. OX. III. p. 503. ZWINGER. p. 381.
Orobanche monoclonos, floſculis pediculis inſidentibus, acuminata LOES. p. 187.
Orobanche hypopitys lutea MENZ. Pugill. rar. T. 3. f. 2. RAJ. l. c. H. OX. l. c. & ZWINGER. denuo.
Orobanche Verbaſculi odore PLOT. PEUKN. p. 273. T. 209. f. 5. RAJ. p. 1229.
Hypopitys RIV. RUPP. p. 71. BUXBAUM.
Hypopitys lutea DILL. Cat. Gieſſ. p. 99. Syn. III. p. 317.

Orobanchoides noſtras flore oblongo flaveſcente T. Mem. de l'Acad. 1706. p. 104.
β *Flore puniceo* LOCHN. E. N. C. Cent. VIII. Obſ. 2. videtur varietas.

In ſylvis abiegnis & faginis pariter vulgaris circa Bernam, v. g. in ſylva inter *Sandrein* & *Spiegel*, in *Langholz* inter *Almedingen*, & *Fiche*.

Terram amat foliis putridis tectam. Radix tota ſucculentis imbricatis ſquamis fit, Caulis ſemipedalis, ſquamis rariuſculis & latis adſperſus, aphyllos, gerit ſpicam floridam cernuo vertice, dum junior eſt, nam adulta erigitur. Sub quovis flore magna & ovalis ſquama, quae eum, tamquam gluma, continet. Flores & tota planta ochroleuca. Stamina valida, apicibus bilocularibus, brevibus, intus albis. Odor ſuavis Primulae veris, qui facile degenerat.

MOSCHATELLINA.

TOURN. T. 68.
ADOXA LINN. n. 334.

In exigua ſpica cubica, quinqueflora, quatuor flores laterales rotati, quinque fidi. Calyx cuivis trifolius (bifolius LINN.) Stamina decem, ex tubo floris. Tubae ſimplices quinque. Fructus quinquelocularis, pentaſpermos, per maturitatem mollis, baccatus. Flos ſupremus ſolus quadrifidus, quatuor loculos tubasque habet, & octo ſtamina. Vidi unum cubum etiam octo floribus factum fuiſſe.

461

1. MOSCHATELLINA RUPP. p. 40. &c.

Moſchatella CORD. Hiſt. p. 172 *b.* cum bona icone Geſneriana.
Muſcatella cordi GESNER. Coll. p. 91. THAL. p. 78.
Ariſtolochiae rotundae concavae ſimilis herbula TRAG. p. 767. absque icone.
Minimus ranunculus ſeptentrionalium herbido & muſcoſo flore LOB. Ic. p. 674.
Denticulata LUGD. p. 1296. cum icone non bona.
Fumaria bulboſa ſeu tuberoſa minima TAB. p. 39. bene.
Moſchatellina foliis fumariae bulboſae de qua Cordus I. B. III. P. I. p. 206. RAJ. p. 684.
Moſchatellina foliis fumariae bulboſae T. aut. de Par. p. 496. I. R. H. VAILL. p. 127. RUDBECK. p. 98.
Adoxa CLIFF. p. 153. ROYEN. p. 252.

GESNERUS *Lauſannae* naſci, & Baſileae, non autem *Tiguri*. C. B. in dumetis circa novam domum & verſus *Riehen*. I. B. Genevae *à la Baſtie*. Ego Bernae in ſepibus abunde circa urbem, v. g. inter *Holligen* & viam, quae ducit ad *Küniz*, in ſepibus circa *Breitrein* &c.

Radix fit filamentis, quae per intervalla nova germina, quaſi denticulos, producunt. Caules aliquot, non ramoſi, quatuor fere unciarum. Folia ternata, triloba, lobis petiolatis, lateralibus ſemibilobis, medio ſemitrifido, rotunde & late, glauca caeterum, nec diſſimilia Fumariae. Primo vere profert cubos ſuos luteo-virentes, ex aphyllis longisque petiolis, a cauliculo ortis, odore Moſchi non ſemper perinde valido. Semina duo tantum aut tria matureſcunt.

PARIS.

RUPPII LINN. n. 333.
HERBA PARIS T. T. 117.

Haec planta ex paucis regularis eſt, & tenax numeri quaternarii. Folia quatuor. Calyx patens, flore major, fit longe mucronatis quatuor foliis. Petala longa, ligulata, quatuor. Stamina bis totidem, corniculo inter loculos educto. Ovarium pene globoſum, ſed quatuor ſulcis diſtinctum, quadriloculare, molle. Tuba in quatuor repandas & cincinnatas antennas fiſſa. Semina multa.

1029

1. PARIS foliis quaternis LINN. *Lapon.* p. 155. ROYEN. p. 461.

Uva verſa DORST. p. 304 *b.* bene.
Aconitum Pardalianches FUCHS. p. 87. CORD. DIOSC. p. 67 *b.*
Aσηρ *ſed non atticus* TRAG. p. 308.
Aconitum monococcum CORD. Hiſt. p. 151 *b.* cum bona deſcriptione.
Solanum tetraphyllum GESN. Hort. p. 282.
Solanum ſylvaticum tetraphyllon EJUSD. Coll. p. 108.
Herba Paris MATTHIOL. p. 1093. bene. CAM. Epit. p. 835. DOD. p. 444. CAES. p. 573. THAL. LUGD. I. B. III. p. 613. cum optima deſcriptione. PARK. RAJ. p. 670. T. aut. de Par. p. 466. I. R. H. MAGN. Char. p. 242. GARID. p. 227. & ic. 49. BLAKW. T. 286.
Solanum tetraphyllon ſ. herba Paris LOB. Ic. p. 267.

Aco-

Aconitum ſalutiferum, herba Paris TAB. p. 720.
Solanum quadrifolium bacciferum C. B. Baſil. p. 51. &c.
Solano congener non ramoſum tetraphyllum H. OX. III. p. 532. S. 13. T. 3. f. 6.
Paris RUPP. &c.
β *Foliis ternis* C. B.
γ *Foliis quinis* C. B.
δ *Foliis ſenis* THAL. &c.
ε *Foliis octonis & duodenis* LIND. de Venen. p. 537.

In umbroſis nemoribus, abunde.

Radix craſſum tuber eſt. Caulis unicus, nudus, ſub floribus educit verticillum foliorum, quae ex ovatis acuminata ſunt, lineata caeterum, Liliaceis ſimilia. Flos decolor, pallens ex viridi. Bacca coeruleo nigra.

Odor & ſapor virulente narcoticus eſt. Analyſis acidum, & urinoſum, & oleum multum producit GEOFROI III. p. 556. Inflammationibus medetur extus adpoſita TRAG. Ad bubones peſtilentiales prodeſt GESNER. Succum dat refrigerantem, opii aemulum ID. *Epiſt.* p. 32. *b.* Gallinas vero omnino necat ID. *Epiſt.* p. 99. Semine Paridis ad drachmam dato ſemiſtultos convaluiſſe PANDECTARIUS & MATTHIOLIUS p. 1094. Canem, qui arſenicum ſumſerat, pulvere reſtitutum, qui Paridem recepiſſet, LOBELIUS *Adverſ.* p. 106. Sed prudentior I. B. his laudibus parum tribuit.

OXYCOCCUS.

TOURN. T. 431.
VACCINII ſp. LINNAEI.

A ſequente genere diſtinguitur flore profunde quadrifido, per maturitatem ita revolvente ſegmenta ſua, ut omnino tetrapetalos videatur.

1. OXYCOCCUS RUPP. p. 74.

Oxycoccum CORD. Hiſt. II. c. 63. p. 140 *b.* cum egregia icone GESNERIANA, AICHST. Autumn. Ord. 2. T. 10. f. 2. (cum fructu.)
Acinaria puluſtris GESN. Hort. p. 277. obiter.
An *Vitis Idaea major Suevis* GESN. Coll. p. 115. Videtur confuſio ſubeſſe.
Mieſſbeeren GESN. Coll. p. 90 *b.*
Vaccinia paluſtria DOD. Ic. Vett. II. p. 394. Pempt. p. 770. cum fructu. LOB. Ic. II. p. 109. ex ic. vett.
Oxycoccon Cordi THAL. p. 82. male dubitat, an idem ſit DODONAEI.
Vitis Idaea in paluſtribus CLUS. p. 61. Pann. p. 77. obiter.
Vaccinium paluſtre SCHWENCKF. p. 214. PARKINS.
Oxycoccus ſ. Vaccinia paluſtria I. B. I. P. I. p. 525. RAJ. p. 685. I. R. H. &c.
Vitis Idaea paluſtris GESN. Epiſt. p. 121. &c. C. B. LOES. MUR. &c. p. 642.
Oxycoccus paluſtris foliis parvis acutis ſerpylli inſtar MENZEL. Pug.
Vaccinium ramis filiformibus repentibus foliis ovatis perennantibus LINN. Lap. n. 145. CLIFF. p. 148. ROYEN. p. 239.
β *Vitis Idaea paluſtris foliis majoribus acutis* MENZEL. ib.
Oxycoccus latifolia I. R. H. TILL.

629

In paludoſis torfaceis non rara. GESNERUS circa lacum *Felinum*, GAGNEBIN *à la Chaux-d'Abelle.* Ego copioſe legi in torfaceis ericetis circa *Gümligen.*

Elegantis plantae lignoſi cauliculi, longe repunt. Folia rara, alterna, pene elliptica, ſed arguto mucrone, ora contracta, ſubtus incana, firmula. Ex caule extremo unus, duo, tres, petioli florigeri, uniflori. Bacca per maturitatem rubra, quadrilocularis, tetraſperma, calycem educit quatuor rotundis latisque factum foliolis. Flos pulchre coccineus, quatuor ſegmentis aut petalis longis, acutis, ſe convolventibus. Stamina octo, longiſſimis corniculis.

DODONAEUS baccas facit edules. Noſtratibus, perinde ut Laponibus, negliguntur.

VACCINIUM.

RUPP. LINN. n. 313.
VITIS IDAEA T. T. 377.

Bacca obtuſe ſphaerica, quatuor lineis inſcripta, tetraſperma: ex ſummitate ſua educit calycem breviſſime quadrifidum, acutum. Flos ex ſupremo pariter ovario

monopetalos, pene globosus, ora quatuor dentibus incisa. Stamina ex circumferentia summi Ovarii, bis totidem, corniculo inter loculos producto, conjuncta, conprehendunt Tubam simplicem, conicam. Non raro quinque sunt floris denticuli, & stamina decem.

1. VACCINIUM foliis perennantibus obverse ovatis LINN. *Cliff.* p. 148. ROYEN. p. 239.

Vitis Idaea rubris acinis GESN. Descr. M. Fract. p. 63.
Vitis Idaea in alpibus rubra GESN. Tab. Coll. p. 115.
Vitis Idaeae species altera acinis rubris GESN. Hort. p. 287.
Vitis Idaea buxeis nec deciduis foliis CLUS. Pann. p. 77. Hist. p. 61. obiter.
Vitis Idaea rubra CAM. Epit. p. 136. bene. THAL. *vulgaris* CAM. Hort. p. 182. obiter.
Vaccinia rubra DOD. p. 770. LOB. Adverss. p. 417.
Vitis Idaea sempervirens fructu rubro I. B. I. P. 1. p. 522. RAJ. p. 1488. &c.
Vitis Idaea foliis subrotundis non crenatis baccis rubris C. B. I. R. H. *fructu rubro* ZWING. p. 72.
Myrtillus exiguus AMBROSIN. TIT. p. 125. It. non autem TRAGI, quem male huc conjunxit C. B.
Vitis Idaea palustris Buxi foliis BLAIR. Miscell. p. 109.
Vaccinium foliis buxi sempervirens fructu rubro RUPP. SIEGESB. &c.
β *Fructu albo* ROYER. p. 127. RUPP. WALTHER. RUDB. p. 100. LINN. Lapon. n. 144.
γ *Fructu luteo non eduli* BLAIR. Miscell. p. 109.
δ Foliis latioribus
Erica baccifera latifolia TAB. p. 1113.
Vitis Idaea foliis oblongis non crenatis baccis rubris LOES. p. 289.

Non rara in montanis Helvetiae, aut Jurae, aut Alpium. In Jura reperi in *Geiten*, prope *Wasserfall*, in Biennensium M. *Feuerstein* &c. In alpium humilioribus sylvis M. *Gurnigel*, *Stokhorn* &c.

Caules inclinati, ramosi. Folia laurina, margine integro, contracto, subtus albida & punctata, ambitu exteriori accurate ovali, acutiore ad pediculum. Petioli florales ramosi, racemosi, penduli, in summos ramos congesti, in spicas nutantes. Cuivis peculiari petiolo duo sunt foliola colorata. Fructus ruber, acidus, nobis neglectus, etsi laudet saporem RAIUS, & I. B. Flos monopetalos, cylindrice campanulatus, modice incisus, colore carneo. Stamina corniculata. Tubae apex recurvus.

Infusum theiforme amarum foliorum frequenti in usus est in Palatinatu superiori, ad catarrhos BRESL. *Jul.* 1722.

2. VACCINIUM foliis annuis exalbidis LINN. *Lapon.* n. 142.

Vitis Idaea in alpibus nigra GESN. Coll. p. 115.
Myrtillus grandis TRAG. p. 974. cum mala icone, BROMEL. AMBROS. *s. vitis Idaea magna quibusdam* ZWING. p. 72.
Vitis Idaea II. CLUS. Pannon. p. 77. 79. Hist. p. 61. 62. bene.
Vitis Idaea nigra major THAL. p. 129.
Vitis Idaea major TAB. p. 1079. cum punctis.
Vitis Idaea Gesneri major CAM. Hort. p. 182.
Vaccinium alpinum SCHWENCKF. p. 214.
Vitis Idaea magna quibusdam Myrtillus grandis I. B. I. P. I. p. 518. RAJ. p. 1487. Synon. III. p. 457. PLUKN. I. R. H. MILLER. &c.
Vitis Idaea foliis subrotundis exalbidis C. B. LOES. p. 288. SCH. BOT. SCHEUCHZ. It. I. p. 52.
Vaccinia nigra fructu majore PARK. p. 1455. RAJ. Cat. Angl. p. 297.
Myrtillus fructu nigro folio magno ROYER. p. 127. hunc noxium esse ait.
Vitis Idaea rubra major RAJ. Syllog. p. 263. EX I. M. HOFMANNO, cum tamen fructus nostrae niger sit.
Vaccinium altissimum foliis subrotundis exalbidis RUPP. p. 39.

Minime rara in Helvetia, tum in torfaceis humilibus v. g. *Gumlingen*, tum in alpibus, *Gotthardo*, ubi ericeta fere sola occupat, *Gemmio*, *Titliaci M.* radice. (SCHEUCHZ.) In *Valesia* I. GESNER.

Frutex pedalis & ultra, erectus, ramosus, inferius pene nudus. Folia ex ovatis rotundiora, tenera, glabra, venosa, non raro multo longiora, elliptica tamen. Flosculi ex petiolis unifloris, bifloris, cylindrici, ora contracta, quinque, aut quatuor, reflexis denticulis incisa, albus cum purpureo colore. Calyx quadrifidus, obtusis segmentis. Stamina decem, uti priori, aut octo, quadricornia, duobus erectis, duobus introrsum reclinatis denticulis. Tuba pariter crassa, cylindrica, simplex. In quatuor loculis semina multa. Fructus edulis est, uti sp. 3. (CLUS.) Sed frequentissime abortit. Integras sylvas emarcidis floribus vidi, quorum ne quidem unicus spem dabat maturitatis.

3. VAC-

3. VACCINIUM caule angulato, foliis ſerratis annuis LINN. *Lap.* n. 143. *Cliff.* p. 148. ROYEN. p. 239.

Bruſcus DORST. p. 13 *b.*
Airelles du CHOUL. Deſcr. Pil. p. 74.
Vitis Idaea GESN. Hort. p. 286 *b.* Coll. p. 114. *nigris acinis* Fract. p. 63?
Myrtillus MATTH. p. 231. bene. CAM. Epit. p. 135. TIT. &c. *exiguus* TRAG. p. 974. non autem icon.
Myrtillus vulgaris nigris baccis CLUS. Pann. p. 77. Hiſt. p. 61. obiter.
Vaccinia nigra DOD. p. 768. CAM. Hort. p. 182.
Vaccinia nigra & rubra LOB. Ic. II. p. 109. male conjungit.
Idaea vitis LUGD. p. 191.
Myrtillus Germanica LUGD. p. 192.
Vitis idaea minor THAL. p. 129.
Bagolae in alpibus CAES. L. 5. c. 14. p. 210.
Vitis Idaea, ſ. myrtillus primus TAB. p. 1078.
Vitis idaea anguloſa I. B. I. P. I. p. 520. cum aliena ic. RAJ. p. 1488.
Vitis idaea foliis oblongis crenatis, fructu nigricante C. B. LOES. T. aut de Par. p. 542. I. R. H. ZWINGER.
Vaccinium RUPP. p. 39. &c.
Vaccinia BLAKW. T. 463. bene.
Ic. MERIANAE. CLXXIV.
β *Fructu albo* RUPP.

Non rara, non in montanis ſolum, ſed circa Bernam etiam, in *Bremgarten* &c. late ericeta & caeduas ſylvas occupat.

Frutex erectus, ramoſus, pedalis, profunde lineatus, alis eminentibus. Folia tenera, levia, ex ovatis acuminata, nervoſa, ora argute ſerrata. Flores penduli, ex petiolis unifloris. Fructus exiguo, rotundo, calyce coronatus, ex coeruleo nigricans. Flos globoſus, albus, purpura tinctus, ora quinquedentata, denticulis reflexis. Stamina de more corniculata, circa tubam, pene connata.

Fructus dulcis eſt cum ſiccitate, & ſtypticitate, edulis. Inter ruſticos ad dyſenterias paſſim, ſed puto non optime, in uſu eſt. Lethalem ex eorum decocto alvi conſtipationem habent BRESLAVIENSES 1722. *M. Octob.* Syrupus ad morbos pectoris laudatur, quem tenuium partium eſſe demonſtrat HOFMANNUS, quod pertinaci colore manus tingat. Ad ſcorbutum, felicem eventum habent E. N. C. *Dec.* III. *Ann.* II. *Obſ.* 222. Cum Myrti fructibus & olim, & nunc confunditur v. g. apud POMETUM.

ARBUTUS.

LINN. n. 343.
ARBUTUS T. T. 368. & *UVA URSI* T. T. 376.

A Vaccinio differt fructu intra florem, eoque perpetuo quinquefido, campaniformi.

1. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis rugoſis ſerratis LINN. *Lapon.* n. 161. *Cliff.* p. 163. ROYEN. p. 440.

Vitis idaea I. CLUS. Pann. p. 77. 78. Hiſt. p. 61. bene.
Garlobsſtuden ARET. p. 235. huc trahit CLUSIUS, quam mallem ad Chamaerhododendron referre.
Vitis idaea III. TAB. p. 1079. ex CLUS.
Vitis idaea fructu nigro I. B. I. P. I. p. 519. Sed icon eſt Vaccinii 3. RAJ. p. 1488. Syllog. Exter. p. 263. PLUKN. ZWINGER.
Vitis idaea foliis oblongis albicantibus C. B. P. non autem ſynonyma, I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 52.
Vaccinia nigra Pannonica PARK. p. 1458.
β An *Vaccinium rubrum foliis myrtinis criſpis* MERRET. p. 123. RAJ. Cat. Angl. p. 298. Separatur in Synopſi III.

SCHEUCHZER ad radicem *Tiliaci* M. I. C. B. ex ſummis alpibus. In *Neſſo*, ſi CLUSIO credendum de ſynonymo ARETIANO.

Caules pedales, proſtrati. Folia petiolata, petiolo paulatim dilatato, pallentia, utrinque venoſa, nervis reticulatis, ora crenata, ex denticulorum intervallis in folii initio, & ex petiolo pilis exeuntibus. Bacca maxima, coerulea . . .

2. ARBUTUS cauliculis procumbentibus, foliis integerrimis LINN. *Lapon.* n. 162. T. 6. f. 3. *Cliff.* p. 163. ROYEN. p. 440.

Uva-

Uva urſi CLUS. p. 63. Hiſpan. p. 79. bene. TAB. p. 1080. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 520.
Uva Urſi Galeni apud Clus. LOB. ic. p. 366.
Idaea radix LUGD. p. 193. Sed ea icon perinde convenit Vaccinio I.
Vitis idaea foliis carnoſis C. B. Baſil. p. 110. *& veluti punctatis, ſ. idaea radix Dioſcoridis* C. B. P. RAJ. p. 1489. Syll. p. 263. PLUK. MURALT. p. 699. ZWINGER. p. 73. malum nomen, quod conveniſſet Vaccinio I.
Uva urſi Galeni Cluſio PARK. p. 1458.
Uva urſi foliis Ilicis WAGN. p. 289.
Arctoſtaphylon SIEGESB. Flor. p. 13.
β *Vitis idaea rubra Bavarica* CAM. Hort. p. 182. *baccis inſipidis ſine ſucco* RAJ. p. 1480.
γ *Chamaerhododendros alpigena odora* LOB. Ic. p. 365. Adv. p. 154. Huc refert I. B. ſed LOBELIUS omnino deſcripſit Chamaerhododendron I.

I. B. circa *Genevam*, & circa *Curiam* Rhaetorum, ex aliorum relatione & in via ad *S. Chriſtianae* fanum juxta vineas. Ibid C. B. in monte. RAIUS in *Jura, Saleve, à la Baſtie* Genevae, SCHEUCHZER in *Gemmio* M. Inter CONSTANTIANAS fuit, ſed locum natalem non addidit.

Cum Vaccinio primo magna ſimilitudo eſt. Differt foliis longioribus, paulatim dilatatis, cum illi ſubito ovata fiant, durioribus, non punctatis. Flores in pediculis racemoſis, ex ſummis ramis: (LINN. calyx purpuraſcens, quinquefidus, obtuſus. Flos albus, ore reflexo, obtuſo, incarnato. Antherae bicornes. Bacca globoſa, glabra. Fructus non edules, inſipidi.

ANDROMEDA.

LINN. n. 344.
POLIIFOLIA BUXBAUMII.

Ab Arbuto differt fructu ſicco, quinqueloculari. A Chamaerhododendro, floris laciniis non ita profunde inciſis, media parte ventricoſa.

1. ANDROMEDA foliis alternis lanceolatis margine reflexo LINN. *Lapon.* 163. T. I. f. 2. *Cliff.* p. 163. ROYEN. p. 440.
Myrtus tenuifolia THAL. p. 78.
Viti idaeae adfinis polii folia montana I. B. I. P. I. p. 525.
Rosmarinum ſylveſtre minus noſtras PARK. p. 75.
Rorismarinum ſylveſtre MERRET. p. 106.
Ciſtus Ledon foliis rorismarini ROYER. p. 127.
Vitis idaea Rorismarini folio averſa parte albido & nervoſo LOES. p. 289.
Erica humilis Rorismarini folio, Unedonis flore, capſula ciſtoide PLUKN. p. 136. T. 175. f. 1.
Erica folio rorismarini RAJ. p. 1489. *flore amplo* VESLING. apud TITAM.
Ledum paluſtre noſtras arbuti flore RAJ. Syn. III. p. 472.
Ciſtus ledon foliis ſalicis anguſtifoliae MUR. p. 581. omnino, & ſi nomen ſit diverſiſſimum.
Erica alpeſtris rorismarini incano folio flore purpureo TIT. Hort. Maur. 68. & in *Itin.* uti addit *paluſtris.*
Erica paluſtris flore purpuraſcente pendulo, petiolo longo rubro, rorismarini folio RUDB. Catal. Stirp. Lapon. in Act. Suecic. 1720. p. 97.
Poliifolia BUXB. Petrop. II. p. 345.
Ledoides rorismarini foliis rigidis ſuperne laete virentibus, inferne albis, floribus dilute rubentibus SIEGESB. p. 63.
Ericoides flore rubro ſive purpureo HEISTER. p. 1731.

In torfaceis circa *Gümlingen.* In M. *Pilato* PLATER apud I. B. GESNERUS ad lacum *Felinum*, & *Wangae.*

Frutex erectus, cubitalis. Folia longa, paulum in medio latiora, oris contractis, ſuperne viridia, & alba, inferne dura & ſicca. Petioli florales penduli, uniflori, purpurei. Calyx ſtellatus, quinquefidus, farinoſus. Flos pene globoſus, ora valde contracta, ex albo ſubpurpureus. Bacca ſiccior, lineis profundis ſulcata.

AZALEA.

LINNAEI n. 151.

A Ledis, certe noſtris, omnino differt calyce quinquefolio, flore patulo, campaniformi, ſtaminibus tantum quinque.

634

1. AZALEA ramis diffuſis procumbentibus LINN. *Lap.* n. 90. T. 6. f. 2.
Roſa alpina altera foliolis minimis GESN. Hort. p. 277.
Ανωνυμος folio thymi CLUS. Pann. p. 57.
Chamaeciſtus VII. EJ. Hiſtor. p. 75.

Al.

Alpina [*Chamaerhododendros*] *altera* LOB. Adverſ. p. 155.
Anonymos fruticoſa foliis ericae bacciferae Matthioli I. B. I. P. I. p. 527.
Chamaeciſtus ſerpyllifolia floribus carneis C. B. RAJ. p. 1015*. TIT. It. & p. 44.
Chamaeciſtus ſerpylli folio flore carneo PARK. p. 657.
Ciſtus humilis ſerpylli folio floribus carneis RAJ. Syll. p. 101.
Ciſtus humilis ſerpylli folio flore carneo PLUKN. p. 107.
Ciſtus ſerpyllifolia ſ. multifida MUR. p. 660.
Chamaerhododendros ferruginea ſupina thymi folio alpina BOCC. Muſ. di Piante p. 64. T. 53.
Chamaerhododendros alpina ſerpyllifolia I. R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 34. It. V. p. 424.

GESNER in *Adula* M. SCHEUCHZER in ſummis alpibus. HUBER in *Albula* Rh. Ego in *Gemmio* circa diverſorium *die Daube*, & in *Gotthardo* & *Grimſula* copioſe. In *Krajalp* I. GESNER.

Caules repentes, ramoſi, ſemipedales, & paulo ultra. Folia petiolata, dura, ſuperne convexa, inferne oris contractis & nervo eminentibus: figura ex elliptica contracta in acumen. Flores aliquot in ſumma planta, ex petiolis unifloris. Calyx quinquefolius, purpureus, flore paulo brevior. Flos carnei coloris, monopetalos, campaniformis, ſemiquinquefidus, multo, quam ſequentibus, patentior. Stamina gracilibus filamentis quinque. Ovarium ex ovali acuminatum, Tuba cylindrica, fine craſſiori.

L E D U M.

MICHEL T. 106.
CHAMAERHODODENDROS TOURN. T. 373.
AZALEAE LINN. n. 151. ſpecies.

Calyx quinquefidus, exiguus, ut pene nullus ſit. Flos campaniformis, ora non contracta, ſed patente. Stamina decem, duorum ordinum, ex ambitu ovarii, libera, neque in tubum circa Tubam conjuncta. Ovarium in medio flore ligneum, quinqueloculare. Tuba una cylindrica. Ab Andromeda differtfigura floris, ſtaminum.

1. LEDUM foliis glabris, flore tubuloſo.

Bergroſen ARET. p. 234.
Roſa alpina GESN. M. Fract. p. 64. Hort. p. 277.
Ledi alpini genus alterum CLUS. p. 82. Pann. p. 75.
Montana allobrogum lentiſciſolia, chamelaeae folia vel oleaſtrifolia, minus odora chamaerhododendros LOB. Adverſ. p. 155. Ic. p. 366.
Et denuo *Chamaerhododendros alpigena odora* EJ. p. 365. Adverſ. p. 199. cujus *baccae*, quae inpoſuerunt BAUHINIS, ſunt gallae. Uva urſi vero neque vocatur *Alproſen*, neque flores habet adeo ſpecioſos, neque inſtar tapetis ſaxa obtegit.
Evonymus Theophraſti LUGD. p. 271. commode.
Quaedam in alpibus CAES. p. 575.
Chamaerhododendros alpina anguſtifolia TAB. p. 1052. & *latifolia* ib. ex LOBELIO.
Ledum alpinum foliis ferrea rubigine nigricantibus C. B. P. RAJ. p. 1005. Syllog. Exter. p. 161. TILT. It. MURALTUS addit *glabrum* p. 679.
Nerium alpinum quibuſdam aliis ledum glabrum I. B. II. p. 21. BOCC. Oſſ. p. 113.
Ciſtus ledon foliis ferrea rubigine nigricantibus SCH. PAR. HERM.
Balſamum alpinum glabrum vulgo TITA.
Ciſtus ledon alpinum foliis ad uvam urſi accedentibus PLUKN. p. 106.
Chamaerhododendros alpina glabra SCHEUCHZ. It. I. p. 34. I. R. H.
Azalea maculis ferrugineis ſubtus adſperſa LINN. Lapon. n. 89. T. 6. f. 1. quae icon noſtrae non eſt ſimillima, uti & planta, quam miſit Auctor, in Laponia lecta, flore magis patulo eſt, & habitu multo minore.

In paulo editioribus alpium ubique frequens eſt, focisque alendis inſervit. In Jurae editiſſimis, non vulgaris.

Frutex cubitalis, bicubitalis, diſtortus. Folia ad ſummos ramos conferta, ſicca, dura, margine contracto, elliptica, ſubtus rufa, & innumerabilibus exiguis fuſcis maculis conſperſa, utrinque acute elliptica. Flores racematim ex ſummis ramis, ſpecioſi, in petiolis unifloris, puſtulatis, tubuloſi, origine tumidiori, quinquefidi, laciniis repandis, ſubrotundis, peramplis, coccinei, maculis luteis varii. Calyx quinquangulus, breviſſimus. Stamina quinque longiora, breviora totidem ex imo ovarii ambitu. Ovarium quinqueloculare, pyramidale, pentaedrium, polyſpermon. Tubae apex craſſior. Et haec, & proxima ſpecies gallis abundat v. SCHEUCHZER. *It.* II. T. XIX. f. 1. 2. 3.

A *Ledo* MICHELI has plantas non ſeparandas eſſe, etſi floris tubus longior ſit, ipſa rubigo in facie inferiori folii, toti genti communis, abunde demonſtrat.

2. LEDUM foliis glabris, ciliatis, ovatis, flore tubuloſo.

Ledum alpinum CLUS. p. 81. Pann. p. 73. bene. TAB. p. 1069.
Balſamum alpinum Geſneri LOB. Ic. p. 367. CAM.
Balſamum alpinum 1. B. ad GESNERUM Epiſt. p. 119. in Gotthardo M. LOB. Obſ. p. 199. TAB. p. 1053. *hirſutum vulgo* TIT.
Nerium alpinum quibuſdam, aliis ledum hirſutum I. B. II. p. 21. 22. BOCC. Oſſerv. p. 113.
Ledum alpinum hirſutum C. B. RAJ. p. 1005. Syllog. p. 161. TIT. WAGN. *foliis ferrea rubigine nigricantibus* MUR. p. 679.
Ledum alpinum ſ. roſa alpina PARK. p. 77.
Ciſtus ledum alpinum PLUKN. p. 116.
Et *Ciſtus chamaerhododendros foliis confertis ferrea rubigine nitentibus margine piloſis* PLUKN. T. 23. f. 4. p. 106. non bona ic.
Chamaerrhododrendros alpina villoſa I R. H. SCHEUCHZ. It. I. p. 34.

In alpium editioribus, paulo rarior priori. Reperi in *Gemmio*, *Neunenen*, *Gotthard*, *Grimſula*, *Furca* &c. I. B. in *Pilati* M. & *Thuiri*.

Cum priori pleraque communia habet. Flos tamen minor, carneus, dilutiori colore. Folia margine ciliato, ſubtus maculis punctata albis, majoribus & rariori-bus, quam in prima ſpecie, per aetatem pariter fuſcis.

TETRALIX.

RUPP. p. 31. & icon T. T. 373.

Huic calyx exterior nullus. Calyx coloratus flore dimidio brevior, quadrifolius, acutus. Flos monopetalos, cylindricus, ore paulo contractiori, breviter quadriden-tato. Stamina flore longiora, bicornia.

1. TETRALIX foliis planis patentibus, petiolatis, ſolitariis, glabris, ſpicis fo-lioſis.

Erica montana Glarona allata GESN. Coll. p. 75 *b.* omnino, noſtra enim medio hyeme floret.
Erica IIII. CLUS. Pann. p. 33.
Erica corios folio IX. EIUSD. Hiſt. p. 44.
Erica procumbens ternis foliolis carnea C. B. RAJ. p. 1716. Syllog. Ert. p. 122. ZWING. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VII. p. 512. ZANICHELL. p. 94. ic. 46.
Erica parva Pannonica, Corios foliis ternis, flore carneo, Thymi capitulis I. B. I. P. 2. p. 358.
β Eadem planta, junior, omnino videtur eſſe
Erica III. CLUS. Pannon. p. 33.
Erica Corios folio VIII. CLUS. Hiſt. p. 44.
Erica parva foliis Corios quaternis flore herbaceo, foliaceis capitulis I. B. l. c.
Et *Ericae tertiae Cortuſi nomine ex Rhaetia a* C. B. *adlata* I. B. l. c.
Erica procumbens herbacea C. B. RAJ. Syllog. Ext. p. 122. Hiſt. p. 1716. ZWINGER. I. R. H. ZANICHELL. p. 94. ic. 132.

Toto anno floret. Menſe Februario tenellam copioſe legi circa *Interlachen*, in col-le *Rugen*, in alpibus vero adultam M. Julio in *Gemmio* (ubi SCHEUCHZ.), *Gotthardo*, *Grimſula* &c. I. B. ſuam in M. *Nombre* Rhaetorum. HUBERUS ex M. *Lunae Rhaetiae*. SCHEUCHZERUS carneam ad lacum *Thunenſem* prope cryptam *Beati* &c. herbaceam in *Gotthardo* M.

Rami inclinati, pedales, & ultra. Folia conferta, patentia, quaſi Abiegna, an-guſta, peracuta, caduca, ſi accurate reſpicias, ternata, ex uno circulo, & quaternata. Flores ex ſummis ramis in racemos, unico verſu diſpoſitos. Calyx floralis magnus, viri-deſcens, deinde carneus. Flos monopetalos, ore breviter quadridentato.

ERICA.

ERICAE ſpecies TOURN. LINN. n. 312.

Calyx primus exiguus, viridis, quadrifolius. Calyx ſecundus coloratus, tetra-phyllos, foliolis ovatis, nunquam patentibus. Flos tetrapetaloides, profunde qua-drifidus, minor calyce ſecundo. Stamina flore breviora, octo, apicibus ſagittatis, dua-bus laminis rectis ab apicis ortu deſcendentibus, tubam circumſtant, ut in Idaea vite. Fructus octo lineis percurſus, rotundus, ſuperne conpreſſus, tetraſpermos, intra flo-rem. Tuba ſimplex, fine craſſiori. Vide quam longe diverſus ſit hic character a MAGNOLIANO, VAILLANTIANO, RUPPIANO, LINNAEANO.

1. ERICA

642

1. ERICA foliis imbricatis, glabris.

Myrica DORST. p. 195 *b.*
Myrice ſylveſtris RUELL. L. I. c. 99.
Erica TRAG. p. 952. CORD. Dioſc. I. c. 118. TAB. p. 1111. male.
Erice FUCHS. p. 255.
Erica prima MATTH. p. 152. CAM. Epit. p. 75.
Erica vel ſolago GESN. Tab. Coll. p. 75.
Erica prior DOD. pempt. p. 767.
Scopa CAESALP. L. III. c. 20.
Erica vulgaris THAL. p. 40. PARK. RAJ. p. 1713. &c.
Erica vulgaris humilis ſempervirens flore rubro I. B. I. P. II. p. 354.
Erica vulgaris glabra C. B. Baſ. p. 113. T. aut. de Par. p. 77. I. R. H. LINN. Lap. n. 141.
Erica foliis quadrifariam imbricatis, triquetris, glabris, erectis, corollis inaequalibus, calyce brevioribus LINN. Cliff. p. 147. ROYEN. p. 442.
β *Flore albo* TRAG. TAB. SCHWENCKF. AICHST. Aeſtiv. Ord. 9. T. 3. f. 1. C. B. I. B. I. R. H. &c.

Ubique ad margines viarum, & in deſertis ſubalpinis, odioſa agricolis, & immortalis ſoli calamitas.

Trunci projecti, ramos ſurſum emittunt, qui toti teguntur quadruplici ordine foliorum firmorum, parum repandorum, dorſo convexo, ita adhaerentium ad ramos, uti in Coniferis ſolent, quae videntur conjugata eſſe, duabus conjugationibus. Flores in ſummis ramis in ſpicas congeſti. Flos ex purpura violaceus: monopetalos, profunde quadrifidus. Calyx ſecundus, licet coloratus ſit, perſiſtit tamen immarceſcibilis.

Unicus uſus ericetorum eſt ad alendas apes; quarum in Cellenſi ducatu magna vis eſt, cum ericetis abundet. Decocto ſe calculoſos curaſſe MATTHIOLUS ſcribit, ſed id quidem nimium eſt. Oleo de floribus herpetes ſanari RONDELET.

TAMARISCUS.

TOURN. p. 661.
TAMARIX LINN. n. 240.

Ob ſummam facici cum Erica ſimilitudinem, merito hic relinquo, cum ſpecies indigena pariter ſit decaſtemon, etſi aliae dentur pentaſtemones. Calyx caeterum expanſus, campaniformis, profunde quinquefidus. Petala quinque, acuta, expanſa. Stamina decem, duorum ordinum. Fructus triquetro conicus, trivalvis, plenus ſeminibus pappoſis in uno loculo incluſis. Tuba unica trifida.

1. TAMARISCUS floribus decandris LINN. *Cliff.* p. 112. ROYEN. p. 436.

Tamariſcen TRAG. Apodix. p. 311.
Myrica TRAG. p. 955. CAM. Epit. p. 74. bona icon cum charactere, CAES. L. 3. c. 47. p. 126. niſi Narbonenſis eſt.
Tamarix humilis foliis anguſtioribus CORD. Dioſc. I. c. 117.
Tamariſcus mas EJ. Hiſt. III. c. 25.
Tamarix FUCHS. p. 513. DOD. Pempt. p. 766. cum duabus iconibus, quarum altera aliena eſt. *vel Tamariſcus* de BOOT ic. 57.
Myrica ſylveſtris MATTH. p. 151.
Myrica vulgo tamariſcus GESN. Hort. p. 268.
Tamarix myrica GESN. Tab. Coll. p. 109 *b.*
Myrica ſylveſtris II. CLUS. p. 40. RAJ. Syll. p. 185.
Myrica Pannonica CLVS. Pann. p. 27.
Tamariſcus Germanica LOB. Ic. II. p. 218.
Tamariſcus, Myrica TAB. p. 944.
Tamarix fruticoſa folio craſſiore ſ. Germanica C. B.
Tamarix fruticoſa germanica C. B. Baſil. p. 113.
Tamarix Germanica ſ. minor fruticoſa I. B. I. P. II. p. 351.
Tamariſcus folio latiore PARK. RAJ. p. 1705.
β *Tamarix humilis latioribus foliis* CORD. Dioſc. I. c. 117?
Tamariſcus femina EIUSD. Hiſt. III. c. 25. Sylv. p. 223.

In alveis arenoſis vadiſque omnium fluviorum Helveticorum: v. g. *in* Arola inter *Thun* & *Bern*, ad *Canderam* prope *Mühlinen*: Genevae in *Arvae* & *Rhodani* alveis RAI; ad *Silam* Tiguri GESNERUS.

Frutex decempedalis, virgis longis, rectiſſimis, in apice ſpicatim florentibus. Rami undique veſtiuntur foliis confertis, adpreſſis, glaucis, gracilibus. Flores in petiolis unifloris, brevibus: petala dilute roſeo colore ſunt. Fructus flore multoties major.

Cortex in infuſo, & decocto, & extracto ſpirituoſo pro experiente habetur & diuretico, tum adſtringente, tonico medicamento, quod diuturno uſu Lienem diminuta (BRESLAV. 1720. p. 404.) Cimbri cereviſiae addunt loco lupuli BARTHOL. *med. Dan. domeſt.* p. 329.

PIROLA.

TOURN. T. 132. LINN. n. 345.

Calyx uniſolius, quinquefidus. Petala quinque ſubrotunda. Stamina quinque ſurſum retracta, inordinata, in plerisque ſpeciebus. Tuba apice craſſo, quinquefido, modo recta, modo inflexa, & per hiatum petalorum inferiorum exiens. Fructus quinquelocularis, ſiccus, ſeminibus plenus minutiſſimis.

647

1. PIROLA foliis ex ovatis acuminatis, ſerratis, ſpica unilaterali.
Ambroſia Ic. poſt. Dioſc. Arnollet ad c. 109. L. III.
Pyrola II. tenerior CLUS. Pann. p. 505. 506. cum bona ic. Hiſt. p. CXVII.
Pyrola Pannonica II. CAM. Hort. p. 134.
Pyrola in alpibus CAES. p. 338. videtur.
Ambroſia montana LUGD. p. 1148. folia nimis brevia.
Pyrola minor THAL. p. 85. SCHWENCKFELD.
Pyrola folio ſerrato 1. B. III. p. 536. RAJ. Syllog. p. 211. Hiſt. p. 1233. HIST. OX. III. p. 505. S. 12. T. 9. f. 4.
Pyrola folio mucronato ſerrato C. B. Baſ. p. 57. P. ZWINGER. I. R. H. &c.
Pyrola folio mucronato RIVIN. Pentap. Irreg. RUPP. &c.
Pyrola floribus uno verſu ſparſis LINN. Lapon. n. 168.

In ſylvis M. *Gurten* & alibi locis montoſis non rara. C. B. in *Crenzach*, *Mönchenſtein*, *Waſſerfall.* CLUSIUS legit ſupra *Lauſannam.*

Habitus fruticoſus. Folia ad terram multa, petiolata, nitida, firma, ora acute ſerrata, mucrone acuto. Spica florigera in ſumnio caule nuda, uno verſu inclinata. Flori cuilibet foliolum exiguum ſubjicitur. Calyx brevis, acute quinquefidus. Ovarium e rotundo conpreſſum, quinqueloculare. Tuba longa, naturaliter recta, cylindrica, diſco fungoſo terminata. Stamina decem, inordinata. Petala ovalia, alba.

646

2. PIROLA foliis obiter ſerratis, ſubrotundis, racemoſis floribus, tuba recta.
Pyrola faecunda RAJ. Syll. p. 211.
Pyrola minor RIVIN. Pentap. Irreg. DILL. Cat. Gieſſ. p. 94. Synopſ. RAJ. III. p. 363.
Pyrola rotundifolia major RUPP. p. 236?
Pyrola folio ſubrotundo leviter crenato MICHELI apud TILL. p. 141.

In nemoribus circa Bernam. In ſylvis *des Gurtens*, *Bremgarten*, circa *Kohlholz* &c.

Caules non ramoſi, nudi, praeter quinque vel ultra folia, quae prope terram ſunt, margine elliptico rotundo, ſaepe minute ſerrato. Supremus caulis denſiuſculam, & undique ſparſam ſpicam fert. Petioli penduli, corallini, uniflori. Calyx quinquefidus, laciniis acutis. Flos ſemiconnivens, lacteis, ovatis petalis. Stamina introrſum recurvata, ut ovarium protegant. Tuba brevis, recta, fine lato quinquepartito.

644

3. PIROLA ſtaminibus & piſtillo declinatis, LINN. *Lapon.* n. 169.
Pyrola CAM. Epit. p. 723. omnino. I. B. III. p. 535. ex deſcriptione, RAJ. p. 1233. Syn. III. p. 363. RIVIN. DILL. Cat. Gieſſ. p. 94.
Pyrola folio rotundo RIVIN. l. c.
Pyrola folio obtuſo ID. ib.
Pyrola major & elatior foliis oblongis, piſtillo florum incurvo RUPP. p. 236.
Pyrola T. T. 132. *rotundifolia major* T. Mat. Med. II. p. 140. III. p. 190. Conf. de nominibus *It. Hercyn.* n. 3.
Pyrola vulgaris BLAIR. Miſcell. p. 107.
Pyrola foliis ſubrotundis ſcapo racemoſo LINN. Cliff. p. 162.

In altioribus dumetis Jurae, v. g. verſus *Lamblingen*, inter *Ilſingen* & M. *Feuerſtein.*

A n. 2. differt habitu & folio majori, folio vix ſerrato, ſpica longiori, laxiori: tuba incurva, ex intervallo inferiorum petalorum exeunte, ſtaminibus circa ovarium ſurſum reflexis.

Adſtringunt omnes Pirolae, & vulnerariae ſunt, in decoctis, & potionibus tum extus in fomentis. Ad pectoris etiam ulcera & chronicas tabes laudatur.

4. PIROLA ſcapo unifloro *Lapon.* n. 167.
Pyrola IIII. CLUS. Pann. p. 508. 509.
Pyrola III. minima CLUS. p. CXVIII. bene.
Pyrola minima alpina 1. B. III. p. 536.

Py-

Pyrola rotundifolia minor C. B. I. R. H. RAJ. Syll. Ext. p. 211. ZWINGER.
Pyrola minima AICHST. Vern. Ord. 6. T. 12. f. 2.
Pyrola minor ſ. minima PARK. p. 508.
Pyrola monanthemos odore lilii convallium HOFM. VOLC.
Pyrola rotundifolia minor ſingulari flore ampliore H. OX. III. p. 505. S. 12. T. 12. f. 2.
Pyrola flore ſingulari RIVIN. ERNDL.
Pyrola minima vel IV. CLUS. RUPP. p. 236.

In *Pilati* M. PLATER in *herb. viv.* & I. B. In *Tyrolia* LINDERN: in Hercynia ipſe paſſim reperi.

Folia ad terram, ut in prioribus, longe petiolata, omnino rotunda, ſerrata, teneriora. Scopus ſemipedalis, nudus. Flos major, quam prioribus unicus, nutans. Calycis magni, albique, laciniae ſubrotundae. Petala lineata, ex rotunditate acuminata. Stamina craſſis, diviſis, apicibus, binis corniculis rotundis coronata, in petala reclinata, ſed inaequaliter, ut duo tria ſtamina habeant, unum duo, duo petala vero unicum. Tuba longa, erecta, corona quinquefida maxima. Odor ſuavis Lilii convallium.

A C E R.

TOURN. T. 386. LINN. n. 317.

Calyx quinquefidus, coloratus. Placenta balſamica, tuberculata, rotunda, intra calycem. Petala quinque lingulata, calycis laciniis aequalia. Sexu ludit, ut modo miſti in eadem planta mares feminae & androgyni reperiantur, modo meri in una planta aut mares, aut androgyni. Stamina octo. Tuba ex media placenta bicornis. Semina duo in capſulis, quae lateraliter duas magnas alas educunt in diverſum, ſemiellipticas, multoties ſemine majores. Terminat Acer didynamias, incipit Umbelliferas, ſed non poſſum non adfinia tria interjicere genera.

1. ACER foliis ſemitrilobis, lobis obtuſe inciſis. 221

Acer TRAG. p. 1123. TAB. p. 973. bene, ſed ſterilis.
Acer tenuifolia CORD. Hiſt. L. 3. c. 2.
Aceris ſpecie minor GESN. Hort. p. 244 *b.*
Acer minus GESN. Tab. Coll. p. 56. CLUS. Pann. p. 8. 9. RAJ. p. 1700.
Opulus aceris ſpecies GESN. Hort. p. 269 *b.*
Opulus CAES. L. 2. c. 12.
Acer vulgare minori folio I. B. I. P. II. p. 166. bene.
Acer campeſtre & minus C. B. Baſ. p. 108. T. aut. de Par. p. 313. I. R. H.
Erable SPECT. de la Nat. II. p. 462.
Et *Petit erable* ib. p. 466.
Acer foliis tripartito palmatis, laciniis utrinque emarginatis, obtuſis, cortice ſulcato LINN. Cliff. p. 149. ROYEN. p. 459.
β *Fructu rubente* RAJ Syn. III. p. 470. VAILL.
γ *Foliis verrucoſis* WEINM. T. 26. lit. *a.*
δ *Mas ſ. ſterile floribus omnibus maſculis* VAILL. FABREG.

In ſepibus & dumetis ubique: tum in ſylvis, ubi viſa eſt in magnam altitudinem excreviſſe TRAG.

Minima ſui generis, decempedalis. Cortex rugoſus, fiſſus, ſcaber. Folia conjugata, cruciata, longe petiolata, ſemitriloba, lobis lateralibus ſemibifidis, & medio tridentato, omnibus extremis laciniis obtuſis, inferne glabra, & virentia. Dantur autem alia etiam & majora folia, anguloſa, ſimiliora ſequentis. Summus quivis ramus gerit racemum florum, ex petiolis conjugatis. Petala expanſa. Stamina ex propriis foveolis octo, & decem. Alae hirſutae. 222

2. ACER foliis quinquangulis, undique ſerratis.

Platanus TRAG. p. 1125. bene.
Acer major CORD. Hiſt. L. 3. c. 5. DOD. Pempt. p. 840.
Aceris ſpecies major GESN. Hort. p. 244. *b.*
Acer majus GESN. Coll. p. 56.
Acer latifolium CLUS. Pann. p. 8. Hiſt. p. 9. omnino.
Aceri congener una vulgatior LOB. Adv. p. 443.
Acer CAES. II. C. 12.
Acer montanum LUGD. p. 95. cujus icon pro *campeſtri* data ex LOBELIO hujus ſimilior eſt, *candidum* C. B. Baſ. p. 108. T. aut. de Par. p. 377. I. R. H.
Acer majus multis falſo platanus prior varietas I. B. I. P. II. p. 168.
Huc icones WEINM. T. 25. *a. b. c.*
Grand Erable ou faux ſicomore SPECT. II. p. 469.

Acer foliis palmato angulatis, obtuſe ſerratis, floribus ferme apetalis, oppoſite racemoſis LINN. Cliff. p. 145. ROYEN. p. 459.

β Quomodo differt *Acer majus folio rotundiore minus laciniato, an opulus Italorum* RAJ. p. 1701. 1. R. H.

Acer majus folio rotundiore minus laciniato PLUKN. p. 7. *ſegmentis rotundioribus* RAJ. Syll. Ext. p. 49.

Quod idem videtur *Acer minor* DOD. p. 841.

Acer LOB. II. p. 199. a noſtro non diverſum.

γ *Foliis variis* 1. R. H. MILL.

Vulgaris in montanis ſylvis. Varietas β circa Genevam a RAIO lecta eſt.

Magna arbor, albo ligno, & venoſo. Folia anguloſa, modice quinqueloba, extremis tamen lobis longe minimis, medio maximo, acutis lacinis & circumſerratis, infernе modo pallida, modo hirſuta. Flos racemoſus, exiguus, etiam minor quam priori, petalis ligulatis. Alae juniores villoſiſſimae, maturae calveſcunt.

3. ACER foliis quinquangulis, acutiſſimis, raro dentatis.

Acer major CAM. Epit. p. 63. egregia icon.

Aceris ſpecies montana Lynbaum GESN. Hort. p. 244. *b.* 289. *b.*

Aceri congener altera infrequentior LOB. Adv. p. 443. & icon inferior Ic. II. p. 199.

Acer montanum mas LUGD. ex colore ligni.

Aceris majoris multis falſo platani ſecunda varietas 1. B. I. P. II. p. 168.

Acer montanum tenuiſſimis & acutiſſimis foliolis C. B.

Acer acutioribus foliis RAJ. Syll. Ext. p. 49.

Acer majus Germanicum ZWING. p. 167.

Acer montanum orientalis platani foliis atrovirentibus PLUKN. p. 7. T. 252. f. 1.

Acer platanodes MUNT. Phytogr. fol. II. I. R. VAILL. RUPP. MILL. *peregrinus* WEINM. T. 27.

Acer foliis palmatis, acute dentatis, floribus corolla ſpecioſis corymboſis LINN. Cliff. p. 145. ROY. p. 459.

β *Foliis variis* MILL.

γ Non differre videtur

Acer montanum flavum ſ. criſpum C. B. HERM. RAJ. VAILL.? Apud VOLCAMERUM noſtra eſt.

Aceris majoris varietas RAJ. p. 1701. omnino.

In ſylvis Helvetiae paſſim creſcit: v. g. circa *Münchenſtein*, proxime arcem *Falkenſtein*. In M. *Uetliberg:* circa *Dornach* GESNER.

Facile a priori diſtinguitur. Folia teneriora, utrinque viridia, anguloſa, in 5. & 7. lacinias ſecta, peranguſta, oris non frequenter ut in n. 2. ſerratis, ſed argute, & profunde dentatis. Flos racemoſus, major, calycis ſegmenta ovalia, tum petala latiora elliptica, quae utraque prioribus anguſtiora ſunt.

Aceris in univerſum uſus eſt opera mechanica, tum ligni, tum tuberum, quorum magna eſt pulchritudo. Dulci etiam ſucco abundat, ex quo in America ſaccharum excoquitur (DIEREVILLE *voy. d'Acad.* p. 109.) & in ipſa Europa fere tota anno fluere obſervavit LISTERUS, (LOWTHORP *Abridgm.* II. p. 686.) dulcem, ſimilem Betulini.

HIPPOCASTANUM T.

Aceri ſimile foliis, adfine ſtaminum numero, ſequentibus generibus fructu, ſed exoticum, etſi nunc urbium & praediorum frequens ſit ornamentum.

FRAXINELLAM etiam, Morſum Ranae, & Thymelaeam, tum Aſarum & Ariſtolochiam &c. aliorſum referre juſſerunt leges adfinitatis.

IIII. PLANTAE SEMINIBUS ET STAMINIBUS DONATAE
II. PETALODEAE.
III. ISOSTEMONES.

His copioſiſſimis generibus, ſemper ſegmentorum calycis, & petalorum numerus & ſtaminum idem eſt, & plerumque quidem quinarius, aliis quaternarius, reliqui numeri rariores ſunt. Inter Apetalas, & Liliaceas plantae pariter Iſoſtemon reperiuntur, ſed a ſociis non potuerunt divelli. Conf. *Progr. de meth. ſtud. Bot.* p. 18. 19.

ORDO I.
I. PLACENTIFERAE.

His ſummus pediculus intumeſcit in balſamicum, convexum plerumque, diſcum, ex quo ſtamina, petala, & calycis ſegmenta proveniunt.

I. MUL-

I. MULTILOCULARES.

STAPHYLODENDRON.

TOURN. T. 386. bene.

STAOHYLAEA LINN. n. 248.

Calyx floralis fit foliis quinque, ovatis, cavis, petala vocat MAGNOL. Petala quinque, anguſte elliptica, conniventia, calyce minora. Stamina quinque valida. Haec omnia ex circulo balſamico, terminante petiolum, in cujus centro, ſed remote, duae quaſi ſiliculae ſunt, tuba recta & ſimplici. Hae per maturitatem ſunt fructus membranaceus, quaſi inflatus, bilocularis, trilocularis, loculis dicoccis, ſeminibus pene globoſis, durisque.

1. STAPHYLODENDRON foliis pinnatis.

Nux veſicaria TRAG. p. 1097. cum prima icone. DOD. Pempt. p. 818. bene.
Staphylodendron MATTH. p. 274. CAES. L. 3. c. 44. TAB. p. 1022. AICHST. Vern. Ord. Frut. T. 8. f. 1. bene. I. B. I. P. I. p. 274. cum bona deſcr. RAJ. p. 1681. 1. R. H. MAGNOL. Char. p. 308.
Staphylodendron Plinii GESN. Hort. p. 283. LOB. Ic. II. p. 103.
Staphilodendron ſ. piſtacia agreſtis CAM. Epit. p. 171. cum fructu, bene.
Piſtacia ſylveſtris C. B. Baſ. p. 105.
Staphylaea foliis pinnatis LINN. Cliff. p. 112. ROYEN. p. 436.

Ad ſepes, non ubique. Circa *Aroviam* frequens eſſe C. GESNER. Baſileae extra portam *Albanam* & *Rhenanam* I. B. Inter *Solothurn* & *Wallenburg* idem. Bernae paſſim v. g. in *Altenberg*, ſed frequentior in agro Aventico. *Vitoduri im Bruderholz* I. GESNER.

Arbuſcula decempedalis. Folia fraxinum imitantur, quina, ſeptena, ſed hilarius virent, & margine, qui acute ſerratus eſt, ſunt cartilagineo. Flores in racemum; pendulum, plerique vero abortiunt. Calyx & petala alba, cum rubore, exterius adſperſo.

Semina edulia dicit SCALIGER.

EUONYMUS.

TOURN. T. 388. bene, LINN. n. 79.

Finis pediculi terminatur in ovarium, quod gerit placentam tetragonam. Inde calyx oritur foliolis quatuor ſubrotundis, per aetatem reflexis, tum petala quatuor, graciliter elliptica, ex albo virentia, cava. Stamina ex placenta totidem, erecta, gemellis apicibus, in quadratum diſpoſita. Tuba ex centro placentae, ſimplex, viridis; Ovarium fit quatuor valvis, pene cordatis, quarum mucrones conjunguntur in angulum ſolidum, obtuſum: mediae parti ſeptum adhaeret, ut ſit quadriloculare, tetracoccon. Fructus membrana fit ſemipulpoſa, quale & ſeminis ovati involucrum eſt. Numerus quinarius loco quaternarii non rarus eſt.

1. EUONYMUS foliis oblongo-ovatis LINN. Cliff. p. 38. ROYEN. p. 436.

Spindelbaum TRAG. Apod. p. 311.
Evonymus RUELL. I. C. 77. MATTH. p. 191. CAM. Epit. p. 102. bene, cum charactere, GESNER. Hort. p. 258. DOD. Pempt. p. 783. bene, ſed foliis integris, TAB. p. 1047. foliis ſerratis.
Carpinus Theophraſti TRAG. p. 983. commode, foliis integris.
Anonymus CORD. Hiſt. L. 3. c. 8.
Evonymus vulgo dictus CLUS. Pann. p. 94. Hiſt. p. 56. obiter.
Evonymus Theophraſti DOD. Ic. Vet. II. p. 435. LOB. II. p. 168.
Siler CAES. III. C. 50.
Tetragonia Theophraſti LUGD. p. 272.
Evonymus vulgaris fructu rubeſcente C. B. Baſ. p. 107.
Evonymus vulgaris granis rubentibus C. B. T. aut. de Par. p. 268. I. R. H. MAGN. Char. p. 318.
Evonymus multis, aliis tetragonia I. B. II. P. II. p. 201. cum charactere.
Evonymus vulgaris PARK. RAJ. p. 1621.
β *Fructu albo* C. B.

Ad ſepes ubique.

Frutex humilior, vix ultra 8. pedes. Cortex fiſſus, quatuor alis elevatus, ut rami pene quadrati ſint, ligno fragili. Folia conjugata, ex ellipticis acuminata, tenera, margine minute & rotunde circumſerrato, licet replicata aliquando integra videantur.

tur. Petioli florigeri conjugati, umbelliferi. Fructus roſeo colore, ſemina miniata pulpa teguntur, ovata ipſa, & ſubpurpurea.

Surſum & deorſum purgare T. tota enim planta amara eſt, nauſeoſo ſapore, ingratoque odore. Annon poſſet involucrum ſeminum ad tinctorios uſus revocari? ex ſimilitudine Orleanae? Ita lego fieri apud I. B.

*2. EUONYMUS. . . .

An *alia ſpecies, quam Bellonius retulit Genevae naſci* GESN. l. c.
Evonymus latifolius CLUS. Hiſt. p. 94. cum ic. Pann. p. 94. TAB. p. 1047. alia icon. C. B. PARKINS. RAJ. p. 1621. I. R. H. SCHEUCHZ. It. VI. p. 455.
Evonymus latifolia I. B. I. P. II. p. 202.
Iſo-Koroggi KAEMPFER. p. 790.

SCHEUCHZERUS prope *Thermas ſabarias.*

An varietas ſit, uti LINNAEUS, an alia ſpecies, non dixerim, planta ipſa deſtitutus. CLUSIUS notas diſtinctionis facit unice folia majora, Citro aequalia, latitudine ad longitudinem majori, quam in vulgari, floris petala ſubrubentia ex albo.

B E R B E R I S.

TOURN. T. 385. LINN. n. 267.

Calyx ex tribus foliis exterioribus minoribus, acutis, tribus interioribus ſubrotundis, coloratis. Petala ſex ſubrotunda, ſtamina ſex, ſummo ſtylo inter diſtinctos apices eminente. In quovis petalo duo tumores flavi, convergendo verſus pediculum canalem intercipiunt. Tuba diſcus eſt orbicularis, planus. Fructus intra florem ſucculentus, ovatus, diſpermos; quatuor etiam ſemina continere vidit BRASSAVOLA p. 374.

1. BERBERIS ſpinis triplicibus LINN. *Cliff.* p. 122. ROYEN p. 438.

Oxyacantha RUELL. I. c. 106. FUCHS. p. 543. AICHST. Vern. Ord. Frut. T. 9. f. 3.
Berberis CORD. Dioſc. I. c. 123. GESN. Hort. p. 250. LOB. Ic. II. p. 182. PARK. BLAKW. T. 165.
Oxyacantha officinis berberis TRAG. p. 993.
Creſpinus MATTH. p. 165. CAES. L. 3. C. 12.
Berberis vulgaris CLUS. p. 120. *ſ. creſpinus* CAM. Epit. p. 86.
Oxyacantha berberis GESN. Coll. p. 94.
Spina acida ſ. oxycantha DOD. p. 780.
Oxyacantha Galeni TAB. p. 1035. bene.
Berberis vulgo, quae oxyacantha putata I. B. I. P. II. p. 52.
Berberis dumetorum C. B. Baſ. p. 109, RAJ. p. 1605. T. aut. de Par. p. 397. I. R. H. MAGN. Char. p. 319. ZANICH. p. 35. ic. 18.

Ad ſepes abunde.

Frutex ſepedalis & ultra: Lignum fragile, cortex ſcaber. Sub ramorum ortu ſpinae ternatae. Folia alterna, in ſummis faſciculata, petiolo ſenſim dilatato, venoſa, elliptica, margine argutiſſime dentato. Flores racemoſi, in ſcapis aphyllis, ex ſummis ramis. Flores lutei, baccae rubentes, acidae, longe ovales. Semina ſolida, ex ellipſi acuminata, fuſca.

Radix flava, amara eſt, ejus cortex ad icterum celebratur. Folia & fructus acidae indolis ſunt, intenſae (GEOFROI. III. p. 173.), iidemque gratum medicamentum ſubpeditant in morbis acutis, ſucco expreſſo, vel in ſyrupo conſervato. BOERHAAVE etiam in petechiis, ipſaque peſte laudat, in qua Aegyptiis multo in uſu eſt P. ALPINUS *de plant. Aeg.* p. 117. *b.* Idem peſtifera febre cum diarrhoea bilioſa correptus, ſanatus eſt decocto baccarum, & ſyrupo SIMON PAULI, qui ſalem eſſentialem ex ſucco paratum facit plurimi. Ad dyſenterias etiam aeſtivas laudaverat I. B. Idem decoctum ad dentium dolorem & caducitatem commendat. Cortex in tinctoria etiam opera accipitur.

Caſu transpoſitum genus melius legitur poſt Vincam ante Liguſtrum.

FINIS TOMI PRIMI.

MVSEVM BRITANNICVM